



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



112-5777



FLC 3984

239
f 95 p

~~78-4~~

69-100-21217

772-5017

FLC 3984

239
f 95 p

~~78-4~~

69-1-21211

PAVLI GULDIN

E SOCIETATE IESV

AD REFUTATIONEM CALVSIANI ELENCHI

CALENDARIII GREGORIANI

3484

G O R I A N I

PARALIPOMENA

Sive

ANNOTATIONES,

Quibus

PRÆTER ALIA NOTATA DIGNA, QUÆ

dam ex Scaligeri noua Astronomia clarius explicantur: Unde triginta exempla

Paschatum ex S. Cyrillo Alexandrino, nunquam antehac edita, produ-

ducuntur: Index eidem Refutationi additur; errataque

Typographica castigantur.

Cum Gratia ac Priuilegio S. Cæsareæ Maiestatis.



M O G V N T I Æ,

Ex Officina Typographica IOANNIS ALBINI.

ANNO M. DC. XVI.

De la Libreria & el Colegio Imperial de la Compañia de Jesus & Madrid.



AD LECTOREM.

Typographum serius excudendæ Refutationi Elenchi Calendarij Gregoriani abs Setho Caluissio editi manum admouisse, & circa finem, propter nundinas veris imminentes, Opus præcipitasse, vel hoc indicio est, quod Index Operis sit omissus. Ergo operarum negligentia, mihi fuit causa diligentia; Opus scilicet percurrendi, errata Typographica potiora, quæ inter legendum deprehenderam, in catalogum coniiciendi, eaq; tandem vnà cum ipso Indice edendi. Ne autem ieiune satis ista sola proponerem, Paralipomena quædam, nec inutilia, nec iniucunda addenda censui: vt ad perficiendam eam, cuius causa prodeunt, Elenchi Refutationem, quemlibet possent allicere. Finem assecutus ero meum, Lector beneuole, si pauca hæc & Refutationi, quam diximus, adiunxeris, errata inde sustuleris, & vtraque diligenter sine fastidio legeris: quod si feceris, non solum mihi erit gratissimum, sed & tibi vtilissimum, apertissimumq; veritati. Vale. Romæ xiv. Calend. Augusti M. DC. XVI.

A 2

AN-

ANNOTATIONVM ELENCHVS.

- I. *De Astronomia Scaligeræ: siue de Iosephi Scaligeri de Æquinoctiorum anticipatione Diatriba.*
- II. *Ante Scaligerum fuisse qui Firmamenti motum, æquè vt Scaliger, frustra infirmare tentauerit.*
- III. *De quadam Eclipsi à Domino Ioanne Remo examinata.*
- IV. *Vndetriginta Paschata à S. Cyrillo Alexandrino præscripta ex Græco M S. Codice nunc primum producuntur, & suis annis attribuantur.*
- V. *Antiquorum terminorum Paschalium sedes confirmantur: & quæ negat dari posse exempla Paschatum Sesho Caluissio dantur.*
- VI. *Cyclus Paschalis antiquus completè proponitur, eiusque vsus ostenditur.*
- VII. *De Regulis Epactas pro Calendario Gregoriano a dequandi.*
- IX. *Errata Typographica Refutationis Elenchi corriguntur; Indexque in eandem proponitur.*

MVTIVS VITELLESQVS, SOCIETATIS IESV PRÆPOSITVS GENERALIS.



Vm Opusculum, cui titulus est, Ad refutationem Caluissiani Elenchi Calendarij Gregoriani Paralipomena, &c. à PAVLO GVLDEN, Nostræ Societatis Sacerdote cōscriptum, Tres è nostra Societate, quibus id commissum fuit, recognouerint; ac in lucem edi posse probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus, Romæ 30. Iulij, 1616.

Mutius Vitellescus.

AD

AD REFUTATIONEM ELENCHI CAL-

VISIANI

ANNOTATIONES.

ANNOTATIO I.

Ad Digressionem de Astronomia Iosephi Scaligeri, eiusq. de Equinoctiorum anticipatione Diatriba, lib. 2. cap. 9. & 10. Refutationis factam.



Est temeritatem Iosephi Scaligeri, eius nimirum qui Mathematicus haberi voluit, in Mathematicis imperitiam, merito à me reprehensam esse, ut ipse inficiari non possum, ita nemo à lapsu tam insigni hominem vindicauerit, qui nolit & ipse falsa, aut prorsus incognita approbare, aut à sapientia plurimum dissidere: fuit tamen, opinor, fortassis aliquis, qui potius luculentam falsarum assertio-

Finis cur Scaliger in Refutatione Elenchi productus sit: & cur hoc loco denuo producat.

num confutationem à me expectarit, quàm qui me eludentem argumentando, atque ad hominem, ut aiunt, rationum momenta retorquentem audire exoptauerit. At verò nos finem nostrum, quem in patefaciendis, excutiendis, propulsandisque Scaligeræis portentis spectauerimus, satis, ut arbitrator, in Refutatione Elenchi indicauimus. Ostendere videlicet nos voluisse, hominem hunc, qui summos Mathematicos, atque ex his præcipuè Christophorum Clavium, quem plurimis calumniis laceßierit, ignorationisquæ illi maculam, ac nescio quomodo erratorum puluerem egregio viro aspergere non dubitauerit, in rebus Mathematicis non solum hospitem ac peregrinum, sed & earum imperitissimum, obrectatoremquæ plenum inconsideratissimæ esse temeritatis; ut ipse auctoritates veterum obtrudat, figuras depingat, calculos numeret, paralogismos formet, propositiones afferat, verba bullata se squipedaliaque profundat; cum omnia hæc miser suam in perniciem moliat: ac proinde, quod cõsequens erat, Sethum Caluissum, qui sibi de hoc suo præceptore multum gratulari videtur, in eadem cum ipso, et si non nihil deteriore loco, vehi naui: Lectorem interim admonentes, præsertim quod ad ipsius Scaligeri attinebat de Equinoctiorum anticipatione Diatribam, quemadmodum Geometriæ Adriani Romani, Clauij, & alij non defuerunt, ita sperare nos non desideratum iri, qui Astronomiam ab istis huiuscemodi hominibus, si modo operæpretium esse videatur, egregiè vindicent; atque ad id nos neque omnia ipsius absurda & monstra producere, neque producta accuratius examine perstringere, aut circuleatius confutare voluisse.

Pagina 77. in hæc.

Enimvero cum Diatriba illa quatuor in partes tributa sit, quippe quæ iacet se primo capite historiam Theoriæ stellarum ab vltima origine deducere: Secundo, stellarum motuum proprium confutare: tertio, anticipationem æquinoctiorum demonstrare: & quarto demum corollaria & conuentientias huius nobis

Quid in Diatriba sua tractet Scaliger, quidque ex

A 2

libra

Refuta-
tio Elenchi
Caluissiani
obiter exa-
minet
Maginus
Diatribam
refutat.

lissima doctrina colligere : nos ex his omnibus, recensita prius propositi summa, postremum caput obiter examinare aggressi sumus; ut interim, donec integra absurdorum istorum refutatio, quam parasse iam doctissimum Astronomum Joannem Antonium Maginum inaudiuimus, in lucem prodeat, Diatriba ista hominibus in pulvere Mathematico non multum versatis diutius non imponat; sed habeant, quidnam tuto de illa sentire possint ac debeant: quod, etsi in nostra Elenchi Caluissiani Refutatione, præsertim Libro 2. capite 20. nos utcumque affectos esse confidimus; ne quis tamen ex nostris ad hominem argumentationibus falsum pro vero incaute deducat, vel dubius anceps; hæreat, quædam hic annotasse, clariusque explicasse, abs re non esse ac operæ pretium esse duximus.

Stellas si-
xas Scalige-
ro non mo-
ueri & quo
modo id
probare co-
netur

Paginas 24

2. Propositum Scaligero erat, ut ad initium cap. 10. citati diximus, totum firmamentum, unà cum numero illo inerrantium stellarum exercitu, perpetuis in stationibus consistere, ita ut nullius omnino in se ducis recipiant, quàm Primi mobilis imperium, quo incitatur, viginti quatuor horarum spacio, totum collustrent (quævis tamen semper in eodem, ex viciniore polo mundi descripto, consistens circulo) ac peruagentur orbem; hoc potissimum nixus fundamento: *Si igitur stella mutans sedes, inquit, igitur quæ propius polam mundi erant, ea tandem à polo recedunt, & contra, quæ à polo mundi remotiores erant, ea propiores nunc polo mundi sunt, quàm olim. Alioqui si semper in eadem distantia à polo mundi sunt, ea procul dubio non mouentur. Sumatur igitur stella quadam ex boreis polo quam proxima, ut facilius quantum à polo recefferit, aut contra, quanto propius polam accesserit, perspiciamus. Si ea nunquam loco mota est, falsum est, stellas in consequentia moueri: & proinde si probari potest nunquam loco motam fuisse, actum est de illo motu in consequentia. Omnibus constat, neque adeo vilius refragatur, stellam eam, quam extrema cauda Cynosura, omnium borealissimam esse. Nam omnium asterismorum cæli borealissima est Cynosura. Ex stellis autem Cynosura, quæ numero sunt septem, omnium borealissima est, quæ in extrema cauda, quam ob id vulgo polarem vocat, & cæret. Rectè hæc Scaliger: quod si eadem felicitate eandem numero stellam ante plura quam quinque, sex, vel plura sæcula omnium borealissimam probasset, non solum bello, sed & pugna vicisset. Nunc verò cum ad imperiti vulgi sermonem comprobandum, non nisi quasdam à se non probe intellectas veterum auctoritates adducat, & his omnibus insultet, copias auxiliaque iactat, quæ ad omnes omnium Astronomorum sententias expugnandas, nimis infirma sunt.*

Quid Scali-
ger sibi pro-
bandū sum-
pserit, &
quæ proba-
tio.

Pagina 28

Conatur siquidem Scaliger euincere, stellam illam, quam Ptolemæus & cæteri post ipsum Astronomi in extrema cauda Cynosura, siue Vrsæ minoris collocant, & hodie tam à vulgo quàm ab Astronomis Polaris dicitur, distans à polo mundi boreo tribus circiter gradibus, eam ipsam esse, quæ ab antiquis pariter Polaris dicta fuerit, & ab eodem polo nec plus, nec minus abfuerit. At quibus armis, quibus catapultis, quibusque scalis Scaliger vitur? *Vetustissima est, inquit, tam opinio quam appellatio. Eudoxi hæc verba sunt ex eius Phenomenis, quæ scribebat Olympiade C IIII. hoc est annis 1966. ante hunc Christi desinentem 1599. Εἰς δὲ τὴν ἀστρονομίαν τοῦ ἀστρονόμου. Οὗτοστις ἀστρονόμος ἐστὶ τὸν κόσμον. Est quadam stella, quæ semper eodem manet loco. Ea stella est polus mundi. Ergo hæc quadam stella est ea ipsa numero, quam hodie Polarem vocamus, hoc negatur Scaligero, & pernegatur id videlicet, quod illi probandum incumbit; imò id quod (nisi pugnancia dicere*

velit

velit) ipsemet negat. Nam si Eudoxi stella semper eodem manet loco, Scalligeriana verò, ipsomet asserente, à polo abest gradibus 3. 24'. atque adeo in reuolutione mundi circulum circa polum describit, cuius arcuata diameter graduum est 6. 48'. quomodo ea eodem semper manet loco? quomodo est eadem? Ergo ab Astronomo ad vulgus appellare oportet. Nos verò quemadmodum vltro damus Eudoxi temporibus fuisse stellam quandam, quæ tunc visa fuerit eodem quasi loco consistere, ita eam fuisse illam, de qua diximus, nostram Polarem, iterum, ac saepius negamus.

3. Stella quæ Eudoxi temporibus Polaris dici potuit, antepenultima caudæ Draconis est, totius asterismi maxima; non autem extrema caudæ Cynosuræ nostræ: quippe quæ Draconis stella tunc quam proximè à polo mundi abfuit: ex Tychonicis enim obseruationibus ipsa à polo eclipticæ boreo gradibus remouetur omnino 23 $\frac{3}{4}$, tantum videlicet, quantum ab eodem abest polus mundi arcticus; qui, cum quoad longitudinem in Zodiaco principium cancri sibi vendicet, à quo nunc Occidentem versus, ex iisdem Tychonis obseruationibus, eadem Draconis stella gradibus 27 $\frac{1}{2}$, distat; hi verò gradibus, si sequamur Tychonis periodos, qui motui vnus gradus 70. annos & septem menses attribuit, in annis 1966. ab eadem stella ab Occidente siue principio cancri versus Orientem confecti sunt, manifestissimè constat, stellam hanc & polum mundi boreum easdem tunc proximè obtinuisset sedes: quippe quæ respectu poli eclipticæ eandem proximè tam latitudinem, quam longitudinem habuerint. Et hoc est, quod Hyginus in suis Astronomicis, libro de quinque circulis, haud obscure indicat, vbi sic habet: *Illud etiam videmus in extrema cauda Draconis stellam esse, qua in se versatur, & in eodem loco consistere de cauda loquitur non Cynosuræ vel Vrsæ, sed Draconis.*

Neque verò ego hisce antiquorum syderum configurationibus tantum tribuerim, vt hinc quæ summi momenti sunt, tanquam ex certo, nec aberrante fundamento deduxerim; nisi aliunde liceret, & ex certioribus colligere atque confirmare propositum. Clarum est enim veteres in pluribus à vera, & ab ea, quæ à Ptolemæo ad nos v'que peruenit, stellarum imaginum descriptione abiuisse. Ostendere placet id verbis Ioannis Bayerij, qui simulachrorum istorum lineamenta, egregia & forma & methodo non ita pridem sua in Vranometria palam proposuit: *Vetusorum schemata, inquit, ad tabulam tertiam, in astrorum x'is, seu pestu, plurimum aberrant; alio igitur nisi antiquitatis nomine, non suscipienda: fingunt Draconem in litteræ. S. formam, minori, maiorque fera interlabi; positus cum Hygino, minorem ferme concludendo, caudâ flexâ, quasi caput maioris attingens, in spiram complicatur.* In nostris enim syderum formis, non nisi cauda Draconis, versus caput maioris definens, vtramque à se inuicem Vrsam discriminat: reliquum corpus supra minoris pedes attollens, polumque eclipticæ spisso stellarum numero circumdans, diu tandem caput verius austrum exerit, longiore post se, quàm minorem, intervallo, maiorem Vrsam boream versus relinquit. Ex his igitur facillimè colligitur, veteres stellarum icones vel confundere, vel aliter quàm nos disponere, aliisq; alias, quàm nostrates, stellas attribuire. De numero stellarum id certum est: Draconi namque ex Hyginij sententia quindecim omnino sydera competunt; cui Ptolemæus cum

Vnâ ex stellis Draconis Eudoxi temporibus Polare fuisse.

Probatum Tychonicis obseruationibus.

Probatum ex Hygino.

Veterum stellarum configurationibus non nimis fidendum.

Locus Ioannis Bayerij.

Situs Draconis respectu Vrsarum.

Antiquorum constellationum formarum à nostris discrepant.

recedit.

Cauda Draconis tam ab antiquis quàm à modernis collocata fere, loco ponitur vnam ex Draconis stellis veteribus Polarem fuisse stella vicinior est.

ostenditur ex Vitruvio. Scaligeri male fundamenta. Scaliger Hygini verba immutat.

4. Frustra deinde Scaliger sibi aduersantem Hyginum pro se allegat, dum ipsum de Cynosura sic loquentem producit: *Sed in prioribus cauda stellis vna est infima, quæ Polus appellatur, ut Eratosthenes dicit, per quem locum ipse mundus existimatur versari.* Et post pauca: *Reliqua autem duæ CHOREVTÆ dicuntur, quod circum polum versentur.* In Hygino sic legitur: *Sed in prioribus cauda stellis vna, à qua Polus appellatur, &c.* At Scaliger more suo, & verba immutare, alter legere, & sic scribere maluit, *vna est infima, quæ Polus, &c.* Sane si Hyginus hoc loco caudam Draconis (in qua etiam tres stellæ consistunt, quarum, ut diximus, antepenultima temporibus superioribus polaris fuit, ac proinde reliquæ duæ Choreutæ) cum cauda Cynosuræ non confundit, sed quæ alibi, ut supra indicauimus, de cauda Draconis dicit, nunc de cauda Cynosuræ dictum vult, manifestè sibi ipsi repugnat: itaque quæ hic dicit, de cauda potius Draconis, quàm Cynosuræ, siue Vrsæ minoris, intelligenda puto.

Draconis stellam antiquis Polarem fuisse probatur ex Germanico.

Sententiæ nostræ haud inuitus subscribit Cæsar Germanicus, cuius nescio quem Scholiasten potius, quàm ipsum Auctorem citare Scaliger maluit: *Habet autem stellam in humero splendidam vnam, inquit de Cynosura ipse Germanicus, in petore claram vnam, in ventre claram vnam super caudam claras tres: Fiunt omnes septem, super alias decem quæ præcedunt, & dicuntur ludentes: & maxime altera, quæ vocatur Polus, in quo à quibusdam putatur totus orbis circumuerti.* Cynosuræ septem stellæ aut præueniri ab aliis decem quæ ludentes dicuntur, ludentes vocitando eas, quæ minores circa Polum circulos decircinent, maxime illam quæ superioribus temporibus Polus dici consueuerit, Germanici ætate & ipsa vna ludentium facta. Scaliger af-

Pagina 30. ferens eadem verba à consuetudine sua non recedit: omittis enim prioribus sunt omnes septem, sic inquit: *Supra alias duas quæ præcedunt, & dicuntur LV DENTES. est maxime alta, quæ vocatur Polus, &c.* pro decem videlicet supponit duas; & pro & maxime altera, substituit, *est maxime alta*: quæ tamen in re sibi ipsi aduersatur, antea enim Polarem dixit esse *infimam*; nunc verò eadem illi *est maxime alta*: imò etiam si ea quæ affert Scaliger verba germana Germanici esse dicamus, tantum abest, ut aliquid contra nos concludant, ut etiam sententiam nostram maxime confirmant. Si enim dixerimus esse stellæ quasdam, quæ illas septem Cynosuræ præcedent, dicique ludentes, & supra alias duas, vltimam scilicet & penultimam caudæ Draconis esse vnam maxime altam, quæ Polaris dicta sit, idem omnino dicemus cum iis, quæ paulò ante ex nostra sententia attulimus.

Veteres non vnam tantum Cyno-

5. Cum verò antiqui Cynosuræ stellæ Polares vocant, id non de cauda tantum, (si quidem eam eandem cum nostrate Cynosuram esse velimus) sed de integra imagine siue constellatione accipiendum est: nulla enim integra stellæ-
rum con-

rum configuratio temporibus illis polo mundi boreo vicinior fuit Cynosura, etiam si veterum stellarum positum legitimum dixerimus. Constat hoc clarissime ex Arati Astronomicis, qui componens constellationem Helicis siue Vrsæ maioris, cum Vrsæ minore, quam Cynosuram vocant, ex Germanici versione sic habet:

suræ stellâ,
sed totam
constella-
tionem bo-
realissimâ
vocalunt.

Certior est Cynosura tamen sulcantibus aquor.

Quippe brevis totam fido se cardine vertit.

De tota loquitur corporis figura, non de parte tantum:

Μειότερη γὰρ πᾶσι πῦρ φεταὶ σποφάλλῳ,

inquit ipse Aratus. Ut vel hinc constet extremam caudam Cynosuræ illis temporibus non fuisse illam stellam, quæ semper eodem manserit loco, cum totum sydus constellatione circulum, etsi exiguum, circa polum delineasse dicatur. Sic Manilius:

Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe.

Faceffat igitur hinc nouus iste Astronomus Scaliger, & ab eruditorum cætu se suasque Guardias VVachrasq; subducatur, vulgusq; suis cum vulgaribus, imo plusquam rusticis ratiocinationibus decipiat; Astronomos certe nunquam faller.

6. Nam, quod ex eo quod Hipparchus ultimam caudæ Vrsæ minoris stellam, teste Ptolemæo, australissimam vociter, non solum, ut in Refutatione Elenchi pagina 115. diximus, pro eo ineptissimum argumentum est, sed & ipsi Scaliger maxime contrarium: ne verò sibi aduersari videretur, Hipparcho Astronomo talia affingit, quæ imperito ac hebeti rustico nemo sapiens tribueret; eum videlicet in determinatione Poli mundani aberrasse gradibus plusquam duodecim: quod absurdius ne, an impudentius dictum sit, equidem ignoro. Quis enim, obsecro, rusticorum tam lippus ac cæcus fuerit, ut astrum aliquod punctumue cœli, quod in maxima sua ac minima à terris altitudine ipsos vigintiquinque gradus differat, hoc est, circulum circa Polum decircinet, cuius extrema diametri in sphaerica cœli superficie quaque versum 25. ferè gradus circuli maximi intercipient, hoc astrum, inquam, quiescere dixerit, atque eodem perpetuo loco consistere? quodnam instrumentum tam fallax, quæ tabula tam indolata, quæ regula tam flexilis est, ut ipsos vigintiquinque gradus absorbeat? Hoc profecto nec ipsa vnquam vel Lesbia norma, vel alcia Caluissiana præstiterit. At Scaliger ait: *Profecto furor est aduersus hac pertendere. Spero tamen neminem tam à vero auersum fore, qui tantum tamque luculentis testimoniis (qualia supra audiuiimus) consecutus & depositus manus ultra non det, & ingenue fateatur, se cum Hipparcho & Ptolemæo, & cum omni Astrologorum natione ioculariter & pueriliter errasse: quod quidem humanum (penes Scaligerum) est: sed belluinum impotenter, petulanter, & perscripta fronte contra vera & manifesta argumenta pertendere.* Ergo ne belluarum more aberremus, dicere oportet, Hipparchum, qui distantia stellæ in extrema cauda Cynosuræ à polo mundi duodecim gradus cum duabus quintis adscripserit, ac proinde duas quintas ab integro gradu secernere sciuerit, ipsos vigintiquinque gradus non animaduertisse.

Scaliger ut
portera sua
mundo ob-
trudat, Hip-
parchum ip-
sos 25. gra-
dus circuli
maximi
pro puncto
accepisse,
portentose
fingit.

Pagina 32

Quod si Scaliger ex eo quod Hipparchus laudatus Astronomus, cuiusque obseruationibus Astronomorum Princeps Ptolemæus plurimum confusus atq; vsus fuerit, referente ipso Ptolemæo eandem ultimam caudæ Cynosuræ stellam borealissimam suo tempore esse voluerit, nunc verò sit etiam borealissima, deduxisset

B

xisset

xisset stellas non moueri earatione, qua volunt Astronomi; sequi alias eam Hipparcho non borealissimam, sed australissimam esse debuisse: Si ita, inquam, ratocinatus fuisset Scaliger, excusari aliquo modo potuisset: eum nimium deceptum esse errore Latinorum, siue Librariorum, siue Interpretum, qui describentes, vel transferentes Ptolemæi Geographica pro australissima, siue australiori, borealissimam supposuerint, ut in Refutatione Elenchi notauimus: res enim est quæ fortasse non vni tantum imposuit; quæ & causa est ut locum hunc fufius explicandum susceperim. Atqui Scaliger præter morem suum non Librarios, non Interpretes, sed Hipparchum, vnâ cum ipso Ptolemæo, & omni Astrologorum natione pueriliter errasse dicit: fatetur namq; Ptolemæum scripsisse *νοτιώτατον*, interpretesque eum correxisse, non autem errasse; quippe qui polum mundi, qui

Pagina 36. prope ab extrema cauda Cynosuræ eo tempore, ut nunc, abfuerit, ipsis 12. gradibus & eo amplius abesse dixerit. *Prodeant igitur, inquit Scaliger, qui huic stupori patrocinantur. & ex pene nullo circulo amplissimum, ex boreali stella austrinam faciant, & nigrum in candida vertant. Quum in verbis Hipparchi ex Marini interpretes Ptolemæi, tam Latini quàm Itali etiam recentissimi, tantam absurditatem ferre non possent neque animum inducere, ut stellam australissimam omnium asterismi faterentur, quæ esset omnium borealissima, in Marini verbis pro australissima borealissimam interpretati sunt. Ergo pro νοτιώτατον, legerunt βορειώτατον. Sed falluntur, quod mentem Hipparchi non sunt asscuti. In hoc eos falsos esse dicit, quod cum Hipparchus polum mundi proxime ad stellam, quæ prima in origine Vrsæ caudæ est, collocauerit, id ipsi asscuti non sint. Scaliger: umporro non omnes inspexisse Latinos Interpretes, non ita pridem cum exemplar vetustum nobis oblatum esset, comperimus, inscriptum videlicet Alexandro V. Pont. Max. impressumque Bononiæ opera Domini de lapio, Anno Salutaris 1462. quod locum illum cap. 7. lib. 1. Geographiæ Ptolemæi sic exhibet: *Ab Hipparcho autem traditur minoris Vrsæ stellam: quæ nunc australior in ea est: quæ uero vltima in eiusdem cauda notatur, à polo distare gradibus duodecim, & quinta dupli.* Notauit quidem Maginus in suis ad Ptolemæum annotationibus extremam caudæ vxo Hipparchi fuisse totius simulachri australissimam; errores tamē interpretum ex Ptolemæo non sustulit.*

Maginus
erratum
quod nota
uit non sus
tulit.

Luci duo
Geographiæ
Ptolemæi à Pe
tro Nonio
Lusitano
explicatur
et commendat
ur.

7. Rectè igitur vir de Mathesi optime meritis Petrus Nonius, & hunc & alium siue Librariorum, siue Interpretum errorem, libro 2. de arte nauigandi, c. 7. notatum voluit, nota, quæ ut commodissimè, sic & utilissimè huic Annotationi nostræ inseritur. Sic enim se habet: *Eam stellam, quæ in extremitate caudæ minoris Vrsæ posita est, idcirco polarem esse dicunt, quia est nostro tempore arctico polo vicinissima: tribus enim tantum gradibus, cum minutis 30. ab eod: in polo distare nostra ætatis nautæ affirmat. Si si uernus est stellarum fixarum motus Ioannis Vernerii calculo repertus per tabulas Alphonsi quatuor gradus continet ea distantia, cum minutis fere 9. nostro tempore, id est anno 1500. At si sententiam Albategnii recipiamus, aliquanto minorem prædictam distantiam pones, quæ si sequaris Alphonsum, futurum tamen aliquando, ut diuini diuinitate parte vnius gradus recedat eadem stella ab ipso mundi polo, quando videlicet Geminarum signum, in quo modo est, abfolu. rit. Est enim eius latitudo graduum 66. minima vid. licet reliquarum omnium eiusdem imaginis distantia: gatur à polo Zodiaci boreali graduum 24. maxima. Quapropter non immerito Marinus ex Hipparcho, Ptolemæo id referet c. 7. 1. libri Geographiæ ipsam stellam vltimam caudæ Australissimam esse dixit, cum præsertim ea ætate distantissima etiam esset à mundi polo, gradibus nempe distabat duodecim cum duabus quintis, quamuis modo sit propinquissima.*

quissima. Quod non advertentes quidam Ptolemai interpretes borealissimam verterunt, Græco etiam codice reclamante. In Verneritamen translatione, & Bilibaldi prior editione Australissimam reperiunt. Est præterea in eodem loco aliud insigne erratum omnium Interpretum, quod pro quingentis stadiis quinque millia & quingenta posuerunt. Hoc autem ut facilius intelligatur, sensum auctoris explicabo. Sub æquinoctiali (inquit) circulo habitantibus, omnia sidera erant, & occidunt, inde vero progredientibus versus polum mundi arcticum, quadam sidera minorum Vrsæ sine occasu relinquuntur supra horizontem, sed non tota imago, donec peruentum fuerit ad loca Ocei borealiora, quingentis stadiis. In eis enim iam tota minor Vrsæ, eaque sola primam supra horizontem apparebit sine ortu atque occasu, ultima verò cauda horizontem tangere videbitur. Quoniam enim in Ocei polus boreus eleuatur supra horizontem gradibus vndecim, cum duabus quintis, quingentis igitur stadiis, id est gradu vno ultra Ocelem, eleuabitur idem polus gradibus 12. Et quia tantam inuenit Hipparchus distantiam extremæ caudæ Vrsæ minoris ab ipso polo: circulum igitur integrum conficiet ipsa ultima cauda supra horizontem, quem tamen in vno puncto contingere necesse est. Erat autem eadem stella tempore Hipparchi omnium aliarum eiusdem imaginis ab ipso mundi polo distantissima: tota igitur imago primam supra horizontem sine occasu relinquebatur in ipsis locis Ocei borealioribus stadiis quingentis. Reliquis vero imaginibus illud nondum accidere poterat, quia distantiores sunt à polo ipsa minore Vrsæ. Ex his igitur palam est, quinque millia stadia superaddita esse ab Interpretibus Ptolemai, neque plura quam quingenta in Græco codice reperiuntur. Hæc Petrus Nonius, & ita clare, ut illis aliquid addere plane superuacaneum esset. Stella autem illa extremæ caudæ non nisi post annum Christi 1100. cepit fieri totius alterius borealissima: quamuis non negarim eam, ob maiorem splendorem quantitatemque potius quam alias in oculos hominum incurrisse, ac proinde citius iusto pro borealissima habitam esse; existente enim illa in gradu 16. geminorum, penultima caudæ, si Tychonicis nitamur obseruationibus, propius adhuc à mundi polo boreo absuit.

8. Subdubitare denique hoc loco quis posset, qua certitudine freti, quibusque tandem fundamentis nixi siue Ptolemæus siue recentiores, de situ ac motu stellarum fixarum, adeo audacter quæ vellent, pronunciarint, si veterum, ut supra diximus, schematum descriptionibus non vndequaquæ fidendum fuerit: ademus n. iam quosdam illos ultimam caudæ Cynosuræ, & vocasse, & existimasse borealissimam, quæ tamē secundum nostratum ratiocinationes australissima fuerit, necessario ergo aut illi, aut nostrates ab errant, aut alia illis quæ istis Cynosuræ cōfiguratio fuit, quomodo ergo edicere Astronomi nostri poterunt, stellam illam Cynosuræ ab Eudoxo ad nos usque gradibus 28. circiter promotam esse, si, quæ stella Eudoxo aut veteribus extrema caudæ Cynosuræ fuerit, incertum est? Ad quæ nos breuiter sic responsum volumus, in primis videlicet de antiquis discrimine habendum esse: eorum enim qui de stellis memoriæ aliquid tradiderunt, alij Mathematici & Astronomi fuerunt; alij Poætæ, Historici, politiorisq; litteraturæ cultores, de quibus puto non quæ esse pronuntiandum. His libuit magis ad speciosam suisq; numeris absolutam dictionem, quæ ad præcisionem Mathematicam attendere: illis verò magis tempora atq; momenta expendere, calculos recte subducere, accurateq; de singulis quantum poterant pronunciare, quæ ad speciem dicere, dicendiq; materiem corradere, curæ fuit. Hi quæ ab aliis audiebant, sæpe etiā à vulgo, vel legēbāt, quæ nō satis semper intelligebāt, hæc in sua retulerūt cōmentaria, aut verbi decantant: illi cœlū ipsum consulebant, horas numerabant, astra dimetiebantur,

Dubium quo
modo recē
tiores vere
rū asseris
mis uti po
tuerint, si
diuersa a
pud veteres
eorundem
delineatio
fuit.

Poætæ &
Mathemati
ci Astro
nomica di
uerſimode
trahant.

Ipsæ Scaligeranti-
geranti-
quos Poe-
tas ignora-
tionis reru
Mathema-
ticarum ar-
guit.
Scaliger sei-
psum no-
tat
Plus Mathe-
maticis
quā Poetis
in Astrono-
micis cre-
dendum.
Auctorita-
tibus aucto-
ritates op-
ponuntur.

ac proinde quod viderant, quod intellexerant, quod nouerant, hoc scripserunt. Denique ut vno verbo dicam: hi interdum quæ nesciebant, scribebant illi quæ sciebant: En testimonium ipsiusmet Iosephi Scaligeri, qui Manilium commen-
tatus, de eo sic habet: *Qui etiam in minimis, quorum pudet me, inquit in secundum Apotelesmatum, lapsus est. Quare videmus manifeste & Manilium, & Firmicum huiusmodi apotelesmatibus fuisse, ut sine villo defectu ea, quæ alijs caelo (alijs stellis, alijs temporibus) conueniebant illico (suis) accommodasse.* Item in libro 4. qui primus est Apotelesma-
tum: *Di-nus sane scutica error, ut omnino fatendum sit, quod toties diximus, Manilium ea, quæ nesciebat, scripsisse.* Id quod egregie in ipsummet Scaligerum, quando Mathematicum induit, quadrat. Itaque potior est habenda fides Mathematicis in rebus Astronomicis quàm oëtis, præsertim quando mathematicè Mathematici scilicet i-
bunt, ea videlicet quæ scribunt, ipsi radio suo dimensi sunt, aliàs sæpè in multis & ipsi inter Poëtas adscribi possunt. Plus ergo apud nos valet Hipparchi ac Ptole-
mæi industria, quàm mille auctoritates puriorum Aratorum & Maniliorum. Quod si auctoritas valere debet, duabus illis, Eudoxi scilicet & Hygini, vel potius Era-
tosthenis apud Hyginum, à Scaligero non bene intellectus, neque etiam verè re-
latis, quibus, ad ineptissima sua ac monstrosissima defendenda portenta, vnice innititur, plures nos, Hipparchi nimirum, qui Eudoxum ipsum corrigit, Vitru-
uij, Germanici, Hygini, Ptolemæi, imò ipsiusmet Arati opposuimus: ita ut tum auctoritate, tum ratione, victus Scaliger cadat. Sed propositum prosequa-
mur

Quomodo
Mathema-
ticus Ma-
thematico
fidere po-
tuerit, si al-
ter alterū
corrigit.

Urgebit enim quispiam, quomodo Ptolemæus Hipparchi obseruationi-
bus fidere potuerit, vel Hipparchus antiquioribus, si iuniores arguunt semper,
vel erroris accusant suos maiores, vel etiam tradita ab illis emendant ac mutant:
Sic Eudoxum ab Hipparcho, Hipparchum à Ptolemæo fuisse correctum, id quod
expressè fatetur lib. 7. Almagesti cap. 5. ipse Ptolemæus sic scribens: *Formationi-
bus quoque ipsis per singulas stellas non eisdem penitus, quibus & præsci, utimur, sicut neque illi
antiquissimorum, qui ante ipsos fuerunt, formationibus vsi sunt. Multis ergo in locis accommo-
datoria ipsis figuris atque venientes vocabula præsciorum vsu immutauimus: sicut vbi gratia,
figuras quas Hipparchus in humeris virginis locat, nos in costis eius sitas esse dicimus, quoniam
distantia earum ad stellas quæ in capite sunt, maior apparet, quàm ad eas, quæ in extremitati-
bus manuum collocantur; hoc autem sicut costis accommodatur, ita penitus alienum ab hume-
ris est.* Verum ad hanc nos obiectionem ipsiusmet Ptolemæi verbis respondemus:

Dubii ex
Ptolemæo
solutio.

nam etiam si verum sit alter alterius formas transformasse: *Facile tamen*, subdit
Ptolemæus, *per ipsam conscriptorum locorum comparationem diuersa huiusmodi stellarum
signationes intelligi possunt.* In duobus quippe tam recentiores quàm veteres, qui a-
licuius notæ sunt, Astronomi perpetuo conueniunt: & in identitate, ut sic loquar,
clarissimarum ac celeberrimarum stellarum, & in omnium omnino à se inuicem
interuallis: quæ duo omnino satis sunt, ut Astronomi alter alterum intelligat, al-
ter alterius obseruationibus uti possit, atque de locis ac motu omnium decerne-
re, etsi non omnino ad vltimum vsque scrupulum, ob varia, quæ huius loci non
sunt, instrumentorum, temporum, locorumque discrimina. Quis enim tam he-
bes ac rudis Astronomus vnquam fuit, qui rutilantia illa lumina, Arcturum, in-
quam, Lyræ, Capellam, Oculum Tauri, Corda Leonis Scorpionisque, Orionis
humerum, vtramque Caniculam, &c. non nouerit, aut qui ea inter se confuse
permiscuerit? Talia enim æstra hæc sunt, ii quæ sita locis, ut à quouis ferè indicari,
& abf-

Veteres cū
recentiori-
bus in duo
bus conue-
niunt.

& absque errore digito ostendi queant. Cum igitur ipsa tam inter se, quàm cum cæteris eundem perpetuo retineant, tum ordinem, tum interualla eadem, *per ipsam conscriptorum locorum comparationem*, reliquorum loca omnia, per alios ab antiquis traditos characteres & iudicià, diiudicari definiriq̃ue poterant: motaq̃ue vna illarum, reliquas omnes motas esse necesse est. De quibus omnibus vt perspicue in Almagesto Ptolemæus disputat, ita quo artificio, quibusque rationibus stellæ disponendæ, cum antiquorum imaginibus comparandæ, eæque corrigendæ sint, clarissimo exemplo præit, præsertim libro septimo. Adde quemuis antiquorum, & quæ à suis maioribus acceperit, & quæ in iis ipse mutauerit, sat bene cognouisse; neque cæcorum more, vt Scaliger noster, in tenebris oberrasse.

9. Recentioribus denique & his qui post Ptolemæum consecuti sunt, nihil sane facilius est, quam stellas fixas suo in situ describere, de earundem à polo mundi disjunctionibus sententiam dicere, stultissimamque Scaligeri opinionem refellere. Enimuero cum Ptolemæus stellarum fere omnium longitudines ac latitudines in numeris exhibuerit, suasque eas in classes tribuerit, schemata atque imagines composuerit, cognita vna atque altera, quod cuique facillimum est, reliquarum omnium cognitionem eadem facilitate complecti poterit. Ergo cum ipsæ, vt diximus, idque experientia plurimorum seculorum comprobatur, ordinem inter se & interualla nunquam mutant, si stellæ iuxta suos longitudinum ac latitudinum numeros, prout ij à Ptolemæo ad nos peruenerunt (etiam nulla omnino habita imaginum ratione) vni globo, in quo saltem Zodiacus & Æquator cum suis polis notatus sit, inferbantur: alteri vero globo prout easdem itidē in numeris assignat Tycho Brahe seculi nostri Ptolemæus; mox quilibet etiam leuissimè harum rerum cognitione tinctus animaduertet, stellas huiusmodi in inscriptione prognatas, aliter se habere, respectu Æquatoris, ipsiusque polorum, vno in globo quam in altero. Videbit nempe esse prope polos Zodiaci boreos stellas septem, (eas deinde vel his, vel aliis compelles licet nominibus, in re nihil immutabis) quarum quatuor in vtroque globo quasi quadrilaterum cōstituant, iisque per modum arcus tres aliæ adiaceant, quarum vltima siue extrema in globo Ptolemæico vtrique polo boreo, tam Æquatoris scilicet, quàm Zodiaci australissima sit, hoc est, ab vtroque inter omnes septem remotissima: in globo verò Tychonico eundem prorsus reperiet ad se inuicem earundem septem stellarum positum, eamque quam diximus arcus extremam ab eodem Æquatoris polo boreo non solum non esse omnium septem, vt in Ptolemæico, remotissimam, sed contra omnium proximam conspiciet: atque adeo de tota controuersia concludet manifestissimè, stellas istas circa polum Zodiaci circulariter motas esse, sedes suas mutasse, propiusque quàm olim erant, ad polum mundi Æquatorisve eas transtulisse; & Grammaticos istos Scaligerum nimirum, cum fideli suo Caluissio discipulo de nominibus disputare sinet, eorumque nobiscum siue temeritatem, siue stultitiam irridebit, qua incitati, vt nescio quæ vocabula nominaque conferuent, res ipsas, quo volunt, trahunt.

Quam sceler recentioribus sit motum stellarum colligere, stultūque Scaligeri commentum euertere.

A N N O T A T I O.

Ante Scaligerum fuisse qui eundem Firmamenti motum, ratione non valde ob simili, infirmare tentauerit.

Scaliger in
optiarum
centum Pa
ere se pre-
dicat.
Pag. 89.

Quinam
viri illius,
qui stellis
motum su-
um adme-
re voluit,
memine-
runt.

Dubium
de Scalige-
re.

Quid Cla-
uius de No-
bili illo scri-
pserit.

Pag. 38.
Scaliger de
eodem.

Mobilem
hunc ma-
gis ridicula
quam por-
tentosa as-
serere.

Dixerat Scaliger sua in Diatriba existimasse se se solum ac primum fixas dicimus, progressum suum ab Occidente in Orientem is contra Aequinoctia, quae firma putabantur, ab ortu in occasum p-
dem tamen etiam à Copernico scriptum esse, se latum postea cogn-
samen sumus, inquit, cum animaduertissemus tanto viro eum in mentem veniss-
los auctores putabamus, & nostri Mathematici, quibuscum mihi res fuit, non
sam hanc sententiam tam acerbè reiecerunt, quam quia me eius patrem esse put-
hanc laudem & potestatem absurdas scilicet, portentosas atque in-
gendi hypothesen, quam sibi nescio qua prudentia, Scaliger arrogat
multum perplacet, ne ipsi quidem primo deberi, mox demonstrat
scripta Annotatione superiore ecce forte meas in manus venit MS.
æquali ausu, eademque prorsus felicitate, qua Scaliger, & stellaru
stere, & putatum eorum progressum in puncta æquinoctialia solstiti
ut audiemus, in ipsum Calendarium, ridiculè profecto, transferre
Meminit viri huius tam Clavius noster suis in Sacroboscum Cc
quàm Scaliger in distilla de Aequinoctiorum anticipatione i Diatrib
secundicapitis, vbi Clavius sub nomine Mathematici cuiusdam celeb-
illum sub appellatione Nobilis, in medium productos voluit: neut-
tione præcessionem æquinoctiorum asseruerit; aut quomodo mori-
lendario adscripserit, attigit: cum solum duo illa argumenta, alteri
postringente Horizontem Rhodium, de stellæ polaris perpetua ce-
terum, descripserint.

Et sane an Scaliger quæ dicit ex Clauio nostro tantum desun-
rò Scripti huius exemplar ipse habuerit, indeque occasionem porte-
gitandi arripuerit, merito quis dubitauerit. Hoc verò certum est,
Scriptum & legisse, & duo ipsius argumenta, etsi hoc Scaligero no-
lide confutasse: Non possum hoc loco silentio præterire, inquit Clavius in-
bosci de motu stellarum ab occasu in ortum tractans, duo argumenta
iusdam viri, ac nobilissimi, qui non multis abhinc annis floruit, quibus demon-
scriptis quibusdam ad hanc rem confectis, quæ ego in Congregatione, quæ inss-
fici de Calendarij correctione Roma nuper habebatur, perlegi non indiligenter,
vino esse hunc motum stellarum fixarum ab occasu in ortum super polos Zodiac-
bus verò argumentis ait expresse Scaliger: Sed neutro argumento vici-
firmum est, de Canopo scilicet, quia situs eius talis fuerit, quo eius pro-
quentia (si modo ullus est) nullam discrepantiam o ϕ χ α μ σ ϕ α ν η constitueret
ro argumento prope rem profligat. Nam verum est, stellam G. (nostram)
quam loco suo decessisse. Sed probandum erat, quod cum non fecisset plumbæ
ptus est ab aduersario, &c. Quod verò Nobilis iste omiserit, se p-
stasse se iactat Scaliger; at quibus id rationib. fecerit, Annot. præc.

2. Quanquam autem tam portentosa in Astronomiam No-
inuehat, ut facit Scaliger, qui polos æquinoctialis, à polis mundi sep-
nos ambulatorios excogitat, & similia, de quibus satis sibi non pot-
lari, eaque tanquam propriam suam hypothesin admirari: admo-
diculus est, cum opinionem de stellarum motu, deceptionem nat-
non correcto Calendario esse asserit, hallucinatusque talem errori
qualis iis quandoque obrepere solet, qui rerum Astronomicarum

riti sunt, & quibusdam circa Calcedonem nuper correctum accidit. Quoniam vero Scriptum hoc non valde prolixum est, rem gratam me Lectori facturum sum arbitratus, si ipsius summam breuiter hoc loco perstringerem, & quæ magis ad rem faciunt, ipsismet auctoris verbis referrem. Sic ergo incipit.

Cogitavi mecum ipse diu, num hæc edenda forent, præsertim quia noua, & pleraque in- Initium opusculi Nobilis causæ descriptionis explicans.
organica, quin etiam inaudita & incogitata, quippe ne dum Christiani, verum etiam totius orbis terrarum Astronmica discipuli, a Professores aduersum me stabunt. Sed tandem conscientia stimulus vicit, ne mecum in sepulchrum disseram, quæ veritatis scientiæ fidei amato-ribus prodesse possint. Lectores igitur rogas: solum, ut veritatis patefacta adhaereant, illique fa-ueant, & à calumniis latratibus defendant.

Octauianus sphaeram quod firmamentum ac cælum stellatum vocatur, hoc nostro tempo- Triplex or-
dine spha-
re motus.
re anno videlicet Domini nostri IESV Christi millesimo quingentesimo vicesimo quinto cur-rente, tripliciter moueri, pro comperto habetur: Ac propterea decem esse sphaeras mobiles; Decima motum diurnum, quæ etiam motum totius vocant, & primo mobili ascribunt: No-na motum illi contrarium ad Orientem iuxta signorum sequelam: Octaua verò ultra duc-predictos, quibus rapicreditur, motum trepidationis siue accessus & recessus tributū iri asseriunt.

Ego verò vniuersum tantum motum cælo stellato, diurnum scilicet (duobus aliis reiectis) Scopus in-
quem col-
limat No-
bilis.
in esse probare conabor: quod si afferturus fuero, proculdubio fidei scientiæ lucidissima Astro-nomis apparebit, calculi quoque labor plus tertiam parte leuabitur. Qui hæc legent, censores eru-nt.

3. His præmissis ad motum trepidationis refutandum sese accingit, idque facit satis breuiter, quia id Raggius Florentinus ante ipsum præstiterit. Florentini huius MS. opusculum in nostra Romani Collegij Bibliotheca conseruatur, cuius rationes referre nostri propositi non est. Nobilis verò noster auctor destructo trepidationis motu, ipsum stellarum motum deicere cogitat, binis quibus id effice-re conatur machinis, bina substituens fundamenta. Suppositionum nominibus eas sic comprehendit:

Prima Suppositio est: Stellæ hærentes tanquam nodos in ligno suo cælo affixas, ad illius Suppositio
prima No-
bilis.
motum cunctas simul, & non aliter moueri, ac propterea quicquid de vna earum prebatur, de omnibus, & suo cælo probatum intelligitur hoc omnes Astronmici sententur.

Secunda Suppositio. Omnes stellæ quæ secundum successionem signorum super polo & Zodia-ci mouentur ortum & occasum, declinationem & gradum in suo Horizonte variare necesse est, Suppositio
2.
ut in Sole & Luna conspiciamus.

4. Ex his suppositionibus primo deducit, quod verum est, Firmamentum se-cum amplissimo illo stellarum ordine moueri in consequentia: eò quod stellæ quædam in Virgine punctum autumnalis æquinoctij olim præcesserint, nunc verò post ipsum repertæ sint. Sic cor Leonis alio etiam nunc, quam olim in longitudine Zo-diaci reperiatur locosita ut stellæ à Ptolemaeo ad nos vsque 20. circiter gradus Ori-entem velius processerint: ac proinde necessario vnâ cum loco declinationem, ortum occasumque mutauerint. Sed audi qua so quæ subicit; & vnde Scaliger nouam suam Astronomiam desumere petuerit, conice.

In contrarium mihi videtur veritas: Stella non quæ Polarum, quæ istud nomen sortita est, quo- Argumen-
tum con-
tra stellarum
motum.
nam semper visa est poli nostro arctico proprii quibet, minima circa ipsum polum descri-bens circum, à parua sui à polo distantia mutata non cernitur, quæ tamen ab initio annorum Domini iuxta Alfonsinarum tabulas per gradus viginti, vel circa mota esse deberet. Adde quæ cælum mobile nunquam quiescit: Si ergo in mille & quingentis annis motus est per gradus 20, à creatione mundi per multo plures motum esse deberet & Romanis stella Polaris iam occide-re & oriri, cuius contrariū cernimus. Sumpto n. Astrolabio vel quadrante, quicunque certio furi

cupit. stella ipsius maiorem ac minorem altitudinem obseruet, & differentiam inter illas no-
tetur, cuius pars media, erit ipsius stella à polo distantia: inueniesq; & (vt ego feci) stellam ipsam per
gradum vnum cum medietate alterius, vel per duos à polo longinquam, vt semper distat. Cū
igitur à suo primordiali loco non recefferit, sequitur ex prima suppositione, cælum stellatum ta-
li motu carere.

Argum. 2.

Alterum nobis Canopus præbet indicium, de qua stella Plinius libro 2. cap. 72. scribit,
quod in Orizonte Rhodiano videtur stringere terram, & Proclus (referente Pico Mirandula)
inquit, quod Rhodii radit Orizontem. Si mota esset per gradus 20. vel per multo plures à crea-
tione mundi, iam mutasset gradum, declinationem, ortum atq; occasum. Sed cum nihil horum
videatur, sequitur ex prima & secunda suppositione, cælo stellato talem motum non com-
petere.

Quomodo
Nobilis ra-
tionibus,
quæ stella-
rum motū
probant,
occurrat.

Pag. 52.

5. Hæc sunt illa, quæ tam Clavius (qui ea egregie confutat) quam Scaliger
recenset, ferrea argumenta, quorum prius Nobilem non probasse, recte Scaliger
asserit. Et quidem hæc facile à Nobili dicta sunt: at quomodo priori quàm sibi ip-
se fecit obiectioni, de Virginis Leonisque stellis, occurrit? Hoc opus, hic labor
erat; ac proinde lectorem ingenium acuere Nobilis iste iubet. Negat itaque, firma-
mentum stellæ versus ortum motas esse; sed contra puncta æquinoctialia se-
des suas versus occasum transtulisse: ac proinde hinc illam 20. graduum disse-
rentiam ortum duxisse. Probare hoc ex quibusdam quæ Ptolemæus refert Hip-
parchi verbis conatur, quibus punctis æquinoctialibus solstitialibusque motum
localem tribuere visus sit, quæ & ipse Scaliger, in finem plane contrarium, assert,
qui Hipparchum sententiam hanc de motu æquinoctiorum non confirmare, sed
euertere voluisse, asserit: habentur apud Ptolemæum in Almagesto sub finem
secundi capituli libri tertij. Assert & alia ex eodem in hanc sententiam, de quibus
vt vt sit, (hoc enim ad nostrum propositum minime spectat) interim tamen egre-
gie decipitur Nobilis, cum contra ipsum idem sit, siue moueantur stellæ in con-
sequencia, siue æquinoctia in antecedentia; quippe contra eū, qui cum omnem
motum, præter diurnum, ex sphæris superioribus se sublaturum pollicitus sit,
nunc verò eo ipso quod vnum motum tollat, alterum astruat: quod directe con-
tra ipsius propositum est. Ipse tamen sic concludit.

Præcessio-
nem Æqui-
noctiorum
causam ef-
fe, cur stel-
læ motæ
appareant.

Quos mo-
tus ex Al-
fonfinis ta-
bulis sub-
motos No-
bilis velit.

Motus ergo solstitialium & æquinoctiorum ad Occidentem contra signorum ordinem,
per quem elongantur puncta tropica & aequalitatum à stellis fixis, in causa est, quod illa mota
appareant ad Orientem iuxta signorum ordinem.

Verum hoc ipsum non animaduertens subiicit.

In tabulis Alfonso est tabula continens motum augium & stellarum fixarum, per quam
stella fixa mota videntur secundum ordinem signorum ad Orientem, ab initio annorum Do-
mini vsque ad annos 1524. completos per gradus vndecim & ultra; per tabulam vero accessus
& recessus cum suis aequationibus, mota videntur per gradus nouem vel circa, qui iuncti aliis
vndecim reddunt gradus viginti, & propterea videntur progressa ad Orientem per gradus vi-
ginti. At quoniam ambo isti motus ficti sunt si de medio tollantur, restabit cor Leonis vbi Pro-
temai tempore erat. Quod autem ficti & non veri sint motus prædicti, iam supra tam per stellam
Polarem, quam per Canopum satis aperte ostensum est.

Vbi ergo nunc manet, quem ante asseruit æquinoctiorum progressus: tam
cito ne euauit? Ignobiliter profecto Nobilis noster argumentatus est, qui ante
concesserit æquinoctia siue Ptolemaica, siue æræ Christianæ à stellis fixis viginti
circiter gradibus abiuisse; nunc verò nulla prorsus in cælis facta mutatione (ima-
ginatio

ginat'o enim illius celo nihil intulit) æquinoctia & stellas illas æquinoctiales, in vnum coaluisse dixerit. Sed audiamus quomodo, quasi sibi antea non satisfecerit, aut ingenium lectoris satis non acuerit, paulatim hunc æquinoctiorum motum ex celo in calendarium, quod plane ridiculum est, transferre satagat. Sic enim proximè pergit.

7. Verum ad vberiores atque lucidiores intelligentiam pauca subnectam: Inquam ergo, quod omnes gentes qua annis solaribus non veris viuunt, alteram mobilem spheram supra octauam sibi fingere coguntur, quamvis imaginariam, & non realiter existentem: quoniam æquinoctia & solstitia firmam sedem habere nequeunt, ut modo experientia docuit. Cuncti enim Astronomica disciplina Professores, qui ad Lateranense Concilium à Leone decimo Pont. Max. pro correctione anni & Calendarij per suas litteras Apostolicas in anno 1514. & 1515. & 1516. datas, accessit fuere, partim propria voce, partim suis scriptis concordarunt, æquinoctiū vernum, quod per antiqua Concilia in vicesimo primo die Martij locatum fuerat, ad diem decimum eiusdem esse retractum, quod processit ex eo pusillo, quod annus ex 365. diebus & sex horis continet plus vero; ex quo quidem pusillo in 134. annis vnus f. re. dies confit. Et quoniam Zodiacum illum fictum in nona vel decima sphaera (cum sit tantum imaginarius, cernere non possumus, de eo notitiam nullam habere valeamus nisi mediante Sole. Quum enim Solem ipsum, anni maximam diem causare cernimus, quod in tropico æstiuo fieri dicimus, Solem ipsum in principio cancri esse: quum verò æquinoctium vernum fieri conspiciamus, illum in arietis initio reperiri asserimus. Et quoniam Sol die quolibet naturali per vnum fere gradum mouetur in illo Zodiaco ficto, quilibet dies naturalis vnum gradum fere importat. Et ideo cum vndecim dies ex pusillo prædicto orti sint, per vndecim gradus regressam esse æquinoctium, & totum illum Zodiacum constat. Vnde fit, ut cum punctum tropici æstiuiret occurreret ad occasum per gradus vndecim per totidem elongatum sit à stella qua cor Leonis dicitur, quare mansit Orientalior à dicto tropico, quam prius esset in gradibus vndecim. Ex hinc est, quod in tabula motus augium & stellarum fixarum, & in theoricæ octauæ sphaera arbitrati sunt moueri ad Orientem in ducentis annis per vnum gradum & 28. minuta, quod idem fere est, ac si in 134. annis vno gradu moueri dixissent. Alter verò trepidationis motus pariter confectus & stellis fixis appositus, illas ad Orientem motas in illo Zodiaco imaginario per nouem gradus fingit.

At si annus corrigatur, annihilando illos vndecim dies superfluos, reuocabitur æquinoctium ad diem xxi. Martij, & sequenti anno Astronomi clarissime perpendent tropicum æstiuum approximatum esse, ad Orientem stella cor Leonis per gradus v. decim; quod minime fieret, si ille ipse vere motus fuisset, & non tropicus.

Et si annis veris in futurum vtamur, manebunt solstitia & æquinoctia fixa: & tunc cognoscent omnes motum augium & stellarum fixarum nihil esse (ut volebat Ptolemæus) & aux Solis fixa erit: sed tantum ex anno Solaris non vero propter se motum Solstitiorum & æquinoctiorum ad conuersionem signorum, non autem stellarum herentium ad Orientem.

8. Pluribus non est immorandum in explicandis his, quæ hic dicta sunt, quippe quæ vt per se clara, ita plane ridicula sunt. Quid enim stellis fixis cum anno Solaris siue vero, siue politico in Calendario descripto negotij est? Quod si esset, essetque talis omnino connexio, quam sibi Nobilis fingit, ita vt vndecim gradibus stella retraherentur, adhuc tamen non satisfecisset: vbi enim reliqui manent 8. vel 9. gradus? viginti enim circiter graduum differentiam ipsæmet agnoscit. Itaque cum his omnibus bonus iste Nobilis ex labyrintho, quo, dum sibi ipsi stellarum mutatam declinationem obiicit, sese conclusit, nequaquâ exire potuit. Vnde rursus ad suum Canopum, ad ex corū speculationes, ad falsa denique

Iocularis
sphaerae
fictio.

De correctione
Calendarij in
Concil. Lateranense
tractatum.

Differentiam
inter annū tropi-
cum & Lulianū cau-
sam esse
præcessionis æquino-
ctiorū coe-
lestis, ridi-
cule asseri-
tur.

Iocularis
assertio,
correctio-
nem Calē-
darii stel-
las fixas an-
tiquis resti-
tuere sedi-
bus.

Nobile nec
sibi, nec al-
liis, neque
veritati sa-
tisfecisse.

Astrologorum iudice redire, indeque sibi suppetias ferre cogitur; sed miseras ac minime validas reperit. Sic enim habet.

Quum autem dicitur cor Leonis mutasse gradum, declinationem, ortum atque occasum, fatemur mutasse in illo Zodiaco imaginario, in quo quicquid volunt, fingere licet; non autem in suo Horizonte vero, ut ex Canopo apparet, quæ stella in Rhodiano Horizonte eundem situm & locum semper seruauit.

Zodiacus autem ille fictus decime sphaera vel nonæ, cum sit in imaginatione tantum, & non realiter, mendaces Astrologos plerisque reddit: ut patet in ius prognosticis, & præsertim anni 524. de cataclismo ab eis prædicto.

Cætera quæ postea subiicit, cum nihil prorsus ad rem faciant, ne longior sim, lubens omitto.

ANNOTATIO III.

Ad cap. 7. lib. 3. Num. 2. §. Errasse autem, &c. De Eclipsi.

Non am-
rum in cre-
lestium re-
stitutio lo-
annis Re-
mi Germa-
ni.
Eclipsis pro
anno Chri-
sti 587.

Ioannes Remus Quietanus Thuringus Medicinæ Doctor, Astronomus non ignobilis, ex Noua sua motuum cælestium restitutione, propediem in lucem proditura, eclipsim Solis pro anno Christi 590. ad Turonensium meridianum collegit digitorum 3.2.4. tantum, eodem die 3. Octobris, quæ, si magnitudinem spectes, cum illa, quam Gregorius Turonensis recenset, non conuenit.

Pro anno vero 587, non autem 588, æræ vsualis, ad eundem meridianum reperit, ex eodem nouo suo calculo, eclipsim Solis aliam, eamque fere totalem digitorum scilicet 11. $\frac{5}{12}$, in die 12. Iunij post meridiem, qui dies erit circa medium positus, eclipsim quali mediantem mense, ut vult Gregorius, exhibeat, magnitudo etiam eiusdem verbis ut cunque consentiat, imo tam terminus Paschalis, quam plenilunium vnâ cum ipsis Iudaicis azymis in Sabbathum incidat: reclamationem adhuc mensis numerus, qui à Ianuario sextus, & à Martio quartus tantum est; reclamationem etiam id, quod de terræ motu dicitur, nullus enim dies, qui in 18. Calendas alicuius mensis incidit, toto illo anno feria quarta est. Verum quia hæc omnia postea editum à Dionysio Exiguo Paschalem Cyclum contigerunt, & nos paulo post plura exempla ad confirmandum superiorum temporum Paschalium terminorum ordinem, producturi sumus, non est necesse hic consilire.

ANNOTATIO IV.

Exempla vnde triginta Paschatum ex S. Cyrillo Alexandrino producuntur, & suis annis attribuantur.

Ad quid
proficit an-
tiqua ex-
empla Pascha-
rum.

Quæ cura, quantaque sollicitudine exempla probata Paschatum, proxime post Concilium Nicenum ex ætate instituto celebratorum, conquisierim, satis, opinor, ex cap. 6. 7. & 8. libri 3. Refutationis Elenchi constat, ubi quædam ex SS. Ambrosio, Theophilo Alexandrino, & Leone Papa adduximus. Quantum enim illis auctoritatis virtutisque insit, tam ad detegenda aduersariorum, & præcipue Caluissij, falsa commenta & conuicia, quam ad probandam ostendendamque Calendarij Ecclesiastici, quale Gregorianum esse mirifice gloriari possumus methodum, terminorumque Paschalium ordinatam seriem, nemo non nouit; quippe quæ mentem Patrum Nicenorum, eorumque de Pascha-
re doctrinam, & antiquam usum huiusmodi testantur & ex prædictis illis quædam perueni-
t occu-

ob oculos, quæ Calendarij Gregoriani oppugnatores (inscite ne magis an malitiose ambigi potest) summa cum licentia negant, & pernegant. Vident enim & isti quod omnes vident, eum sc. quem odio habent, quemq; obscurare conantur Patrum antiquorum, cum Doctoribus modernis Ecclesiæ Catholicæ, vnanimem consensum.

Quamquam autem, vt propius ad rem nostram accedamus, Præfulum Alexandrinorum Paschales siue festiuas epistolas in ea, & facile principem obtinere locum, & plures ab illis, qui quotannis ex mente Concilij diem Paschatis aliis Ecclesiis indicauerint, exaratas esse non ignorauerim: verum quæ & quot extarent non æque bene exploratum habui. Memineram quidem tam in Apologia, quam in Explicatione Calendarij Sermonum siue epistolarum Heortasticarum S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini à Clauio fieri mentionem; sed & easdem inter eiusdem Cyrilli opera non extare, non me etiam fugiebat. Denique cum superioribus diebus eadem cura ac studium meum sollicitaret animum, Baronium Virum præclarissimum & de Rep. Christiana optime meritum Annalium Scriptorem diligentissimum consului, eumque Tomo 6. anno Christi 444. de obitu S. Cyrilli sic loquentem inueni: Porro iuxta numerum annorum eius totidem Paschales epistolas Græco scriptas nondum editas, Bibliotheca Vaticana custodit, quas Latinitati donare aggressus est Metius noster, nos vero ex Græco textu fideliter exscribendas curauimus: Et tandem indicio Iacobi Sirmondi Societatis nostræ viri eruditissimi vetustum membranaceum MS. codicem, qui dictas continet Heortasticas, in Bibliotheca nostræ Domus Professæ Romanæ latitare comperi.

Vadetri-
giaca S. Cy-
rilli exem-
pla Pascha-
tum, vnde
auctor ac-
cepit.

Ex hoc igitur vetusto codice, quæ sequuntur Heortasticarum epilogos exscriptos & Latinitati donatos ab eodem Sirmondo accepimus, codicem ipsum simul inspeximus, & vnâ cum exemplaribus (duo enim sunt) Bibliothecæ Vaticanæ contulimus, eademq; sibi, quantum ad nostrum spectabat propositum, in verbis scilicet Epistolarum in initio positis, earundemque ordine ac numero, & quod caput erat, in ipsis diebus Paschatum, respondere multoq; ad vnguem conuenire, magna nostra cum voluptate conspeximus.

Conueni-
unt cum illis, quæ habentur in Bibliotheca Vaticana.

2. Vt verò ij qui earundem habent epistolarum manuscripta exemplaria, eadem Paschata cum nostris conferre possint, non solum epilogos, qui soli ad rem nostram sufficiunt, eodem ordine prout in codice nostro habentur, hic describemus; sed ipsum etiam cuiusvis epistolæ sermonisve initium, cum numero- rum ordine, quem illis codex MS. tribuit, proponemus. Sic ergo se habent.

Methodus
in propo-
nendis ex-
emplis serua-
ta.

Τῆς ἐν ἀγίοις πατέρος ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Ἑορταστικὴ πρῶτη.

Inscriptio
codicis.

SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI AR-
chiepiscopi Alexandrini

EPISTOLA PASCHALIS PRIMA.

Initium.

L

Τῆς πρὸ ἐνομήσεως καὶ θείας ἡμῶν ἑορτῆς, &c.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 15. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis

C 2

à 10.

à 20. Phamenoth mensis. Soluentes ieiunia 25. eiusdem mensis, iuxta consuetudinem. Festum vero agentes illucescente Dominica, 26. eiusdem Phamenoth mensis, &c.

Ἐορταστικὴ δόσις.

II.

I I.

Initium.

Χαίρετε ἐν κυρίῳ πάντες. πάλιν ἱερῶ, χαίρετε. τρέχοντες, &c.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 5. Phamenoth mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 10. Pharmuthi mensis, soluentes quidem ieiunia 15. eiusdem mensis vespere Sabbathi, iuxta consuetudinem. Festum celebrantes sequenti die illucescente Dominica, 16. eiusdem Pharmuthi mensis, iuxta legem prescriptum, &c.

Ἐορταστικὴ πύξις.

III.

I V.

Initium.

Πάλιν ἡμῖν ὁ τῆς ἀγίας εορτῆς ἀναλάμπει καιρὸς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 26. mensis Mechir: Hebdomadam vero salutiferi Paschatis à Neomenia (sive prima) Pharmuthi mensis. Soluentes ieiunia iuxta constitutiones Evangelicas vespere Sabbathi, 6. die eiusdem Pharmuthi mensis. Festum deinde agentes diem illucescente Dominica die, 7. eiusdem etiam mensis Pharmuthi: Adiungentes postea etiam septem hebdomadas Sancta Pentecostes, sperabimus una cum Sanctis, qui in coelis versantur, promissiones nos accepturos, in Christo Iesu Domino nostro, in secula seculorum, Amen.

IV.

V.

Initium.

Καιρὸς πάντῃ πράγματι Φησὶν ἡ Θεὸς ῥαφή.

Finis.

Incipientes S. quidem Quadragesimam à 16. Pharmuthi mensis: hebdomadam vero salutiferi Paschatis à 21. Pharmuthi mensis. cessantes à ieiuniis 26. eiusdem Pharmuthi mensis vespere Sabbathi. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 27. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

V.

V I.

Initium.

Τῆς μὲν ἀγίας ἡμῶν ἀναλαμπέσης εορτῆς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à Neomenia Phamenoth mensis: hebdomadam vero salutiferi Paschatis à 6. Pharmuthi mensis. Cessantes à ieiuniis 11. eiusdem mensis Pharmuthi vespere Sabbathi iuxta Evangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 12. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

VI.

V II.

Initium,

Χαίρετε

Χαίρει ἐν κυρίῳ πάντες. πάλιν ἐγὼ Χαίρει. ἰδὲ χαίρ.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 23. Mechir mensis: hebdomadam vero salutiferi Paschatis à 28. Phamenoth mensis. Soluentes quidem ieiunia 3. Pharmuthi mensis vespere Sabbathi, secundum Apostolicas traditiones. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 4. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

I I X.

VII.

Initium.

Σαλπίζετε αἰ ληγγι ἐν σιῶν. νόμος παρὰ Φησὶν ἱερεῖς.

Finis.

Incipientes S. quidem Quadragesimam à 12. Phamenoth mensis: hebdomadam vero salutiferi Paschatis à 17. Pharmuthi mensis: cessantes à ieiuniis 22. eiusdem Pharmuthi mensis profunda vespere Sabbathi. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 23. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

I X.

IIX.

Initium.

Ἄρε πάλιν ἡμεῖς τὰ λαμπρὰ τῆς ἀγίας ἐορτῆς αἰωδικῶν τας.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 27. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 2. Pharmuthi cessantes à ieiuniis 7. eiusdem Pharmuthi mensis, vespere Sabbathi sicuti Evangelica loquitur predicatio. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 8. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

X.

IX.

Initium.

Ἄρε δὴ πάλιν. ἡμεῖς τῆς τῶν ἀγίων ἐπιτομῆς αἰωδικῶν τας.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 19. Mechir mensis, hebdomadam salutiferi Paschatis à 24. Phamenoth: soluentes ieiunia 29. eiusdem mensis vespere profunda, iuxta Evangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 30. eiusdem Phamenoth mensis, &c.

X I.

X.

Initium.

Ἄρε δὴ δὲ πάλιν αἰαλιασώμεθα τῷ κυρίῳ.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 9. Phamenoth mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 14. Pharmuthi mensis: cessantes quidem à ieiuniis 19. eiusdem Pharmuthi mensis: profunda vespere iuxta Evangelicam predicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica 20. eiusdem mensis, &c.

X I I.

XI.

C 3:

Initium.

ANNOTATIO

Initium.

Σκιάν μὲν ὁ νόμος ἐχρ[α] τῶν πολλόντων ἁμαρτιῶν.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 30. Mechir mensis: hebdomadam vero salutiferi Paschatis à 5. Pharmuthi mensis: cessantes à ieiuniis 10. eiusdem Pharmuthi mensis, vesp[er]a profunda iuxta Evangelicam prædicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 11. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XII.

XIII.

Initium.

Καλὸν ὡς ἔσκε. μᾶλλον ᾗ ἤδη καιρὸς ἀγίοις ἡμῶν.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 13. Pharmuthi mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 18. Pharmuthi mensis: cessantes à ieiuniis 23. eiusdem Pharmuthi mensis, vesp[er]a profunda iuxta Evangelicam prædicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 24. eiusdem mensis, &c.

XIII.

XIV.

Initium.

Ἰεροὶ μὲν ἄνωθεν ὑμνήκασι λόγοι τῆς αἰτίας ἡμῶν.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 5. Pharmuthi mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 14. Pharmuthi mensis: cessantes à ieiuniis 15. eiusdem Pharmuthi mensis, vesp[er]a profunda iuxta Evangelicam prædicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 16. eiusdem mensis, &c.

XIV.

XV.

Initium.

Δότι δὴ πάλιν ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ καιρὸς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 27. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 2. Pharmuthi. Soluentes ieiunia 7. eiusdem Pharmuthi mensis, vesp[er]a profunda iuxta Apostolicas traditiones. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 8. eiusdem mensis, &c.

XV.

XVI.

Initium.

Ὁ μὲν νόμος τοῖς δεχαιοτέροις ἐδίδε τό σῶμα.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 16. Pharmuthi mensis: hebdomadam vero salutiferi Paschatis à 21. Pharmuthi mensis: cessantes à ieiuniis 26. eiusdem Pharmuthi mensis, vesp[er]a profunda iuxta Evangelicam prædicationem: Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 27. eiusdem, &c.

XVI.

XVII.

Initium.

οἱ τῶν

Q V A R T A.

Οἱ τὴν Δευτὰ καὶ Τριτάτην, καὶ τοῖς ἡμέραις.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à Neomenia Phamenoth mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 6. Pharmuthi mensis, soluentes ieiunia 11. eiusdem Pharmuthi mensis vespere profunda Sabbath iuxta Evangelicam predicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica 12. eiusdem mensis, &c.

XIIX.

XVII

Initium.

Αἰαλάμωφ πάλιν τῆς αἰτίας ἡμῶν ἐορτῆς ὁ καιρὸς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 23. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 28. Phamenoth mensis, soluentes ieiunia 3. Pharmuthi mensis, vespere profunda 11. x. a Evangelicam predicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 4. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XIX.

XIIX.

Initium.

Ἐπὶ καιρῷ δὴ πάλιν τὸ Δεῖν τὸ ἑψάλλοντες λύρετε.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 30. Phamenoth mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 8. Pharmuthi mensis, soluentes ieiunia 23. eiusdem Pharmuthi mensis vespere profunda iuxta consuetudinem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 24. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XIX.

XX.

Initium.

Πολυμερῶς τι καὶ πολὺ τρέπας ὁ τῶν ὄλων θεός.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 27. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 2 Pharmuthi mensis, soluentes ieiunia 7. eiusdem Pharmuthi mensis, vespere profunda iuxta Apostolicas traditiones. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 8. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XX.

XXI.

Initium.

Ἐν μὲν ἡμῶν καὶ ἡμῶν θυμῶν αἰδελφοὶ τὸ αἰγίος.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 19. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis * deest, ces à 14. Phamenoth mensis, * vespere profunda iuxta Evangelicam predicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 30. eiusdem mensis, &c.

initium.

XXII.

XXI.

Initium.

Οἱ δὲ πῶς τὸ θεῖον ἐορτῆς αὐτοῦ καὶ τὸ αἰγίος.

Finis.

Initium.

Incipientes S. Quadragesimam à 9. Phamenoth mensis: hebdomadam verò salutiferi Paschatis à 14. Pharmuthi mensis. Soluentes ieiunia 19. eiusdem Pharmuthi mensis, vespéra profunda iuxta Evangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 20. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XXII.

XXIII.

Initium.

Ο μακάριος προφήτης Δαβὶδ τὴν παναρεμὸν τῆς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 24. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 29. Phamenoth mensis. Soluentes ieiunia 4. Pharmuthi mensis, vespéra profunda iuxta Evangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 5. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XXIII.

XXIV.

Initium.

Κεχρησμεὶ πάλιν τῆς τῷ μακάριου πούλου Φωνᾶς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 13. Phamenoth mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 18. Pharmuthi mensis, cessantes à ieiuniis 23. eiusdem Pharmuth mensis vespéra profunda iuxta Evangelicam predicationem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 24. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XXIV.

XXV.

Initium.

Εἶρε δὲ πάλιν καὶ τῷ ὁδοῦ ἰστοῦ ἐπὶ τὸ πλεῖν.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 5. Phamenoth mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 10. Pharmuthi mensis, cessantes à ieiuniis 15. eiusdem mensis vespéra profunda Sabbathi iuxta Evangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 16. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XXV.

XXVI.

Initium.

Κεχρησμεὶ πάλιν τῆς ἑπανόφου αὐλῆς Φωνᾶς.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 20. Mechir mensis: hebdomadam salutiferi Paschatis à 25. Phamenoth mensis, cessantes à ieiuniis 30. eiusdem Phamenoth mensis, vespéra profunda Sabbathi iuxta Evangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, Neomenia Pharmuthi mensis, &c.

XXVI.

XXVII.

Initium.

Ἡ δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τὸν σωτήρη διασπεν καὶ τὴν.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 10. Phamenoth mensis: hebdomadam sancti & salutiferi

tiferi Paschatis à 15. Pharmuthi mensis, cessantes à ieiuniis 20. eiusdem Pharmuthi mensis, vespera profunda, iuxta Euangelicam traditionem. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 21. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XXIIX.

XXVII.

Initium.

Οἱ μακάριοι περὶ τῶν ἀνθρώπων ἡμῶν καὶ τοῦ θεοῦ.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à Neomenia Phamenoth mensis: hebdomadam verò salutiferi Paschatis à 6 Pharmuthi mensis: cessantes à ieiuniis 11. eiusdem Pharmuthi mensis, vespera profunda Sabbathi, iuxta Euangelicas predicationes. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 12. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

XXIX.

XXIIX.

Initium.

Ἰδὲ δὴ πάλιν ὁ θεὸς ἀγίας ἡμῶν ἐορτῆς ἀνίσταται καὶ εὐφραίνεται.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimam à 16. Mechir mensis: hebdomadam Sacrosancti & salutiferi Paschatis à 21. Phamenoth mensis: cessantes à ieiuniis 26. eiusdem Phamenoth mensis, profunda vespera Sabbathi, iuxta Euangelicas predicationes. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica 27. eiusdem Phamenoth mensis, &c.

XXX.

XXIX.

Initium.

Τοῖς πεπεπτοῖς καὶ θεῖον ἔργον ἔσσι κήρυγμα.

Finis.

Incipientes S. Quadragesimā à 6. Phamenoth mensis: hebdomadā vero venerandē & salutiferi Paschatis à 11. Pharmuthi mensis, soluentes ieiunia 16. eiusdem Pharmuthi mensis, vespera profunda Sabbathi, iuxta Euangelicas predicationes. Festum celebrantes sequenti illucescente Dominica, 17. eiusdem Pharmuthi mensis, &c.

3. Hic vt vides codex Græcus, si numerorum spectes characteres, & triginta numero sermones epistolæ fuisse, & ex illis tertiam deesse clare indicat. Atqui in hoc manifestus est error librarij, qui praefigendo epistolis numeros, à secundo ad quartum saltum fecerit, tertiumque ex errore transilierit: Sunt enim in hoc ordine non triginta, sed vndetriginta tantum epistolæ, sese inuicem consequentes, iuxta nunquam interruptam ac naturalem annorum seriem, quæ nullam omnino ex intermediis deesse comprobant. Colligitur hoc luce clarius ex ipso met Paschalibus Dominicis in ipsis Heortasticis traditis; quo rectius autem quicquid hæc cum suis conferre possit, epistolæ quartæ, quæ tertia esse conuincitur, epilogum, quod in reliquis breuitatis causa non fecimus, totum retulimus. Nam datis Dominicis, dantur earum notæ siue Dominicales litteræ: ergo quia secunda epistola Dominicam Paschatis in 16. Pharmuthi reponit, is dies, vt patet ex Calendario libr. 5. cap. 6. in Refutatione Elenchi proposito, litteram Dominicalem C. sibi vendicat, & diei vndecimo Aprilis Calendarij Iuliani congruit. Sequens verò epistola, quæ Paschatis festū diei 7. Pharmuthi tribuit, etsi littera D

Librarium praefigendo epistolis numeros errasse, nullūque ex continuo. et di ne 19 epistolam deesse, probatur.

monica-

minicalem A, non autem B proximè post C (in ordine litterarum, vt conuenit, retrogrado) sequentem, offerat; nihilominus tamen eam immediatè post secundam sequi debere, hinc euincitur, quod inter duo illa Paschata bissextus interuenit, litteramque Dominicalem B in A transmutauerit. Bissexturnum verò hoc loco celebratum esse, sequentia Paschata omnia (de quibus quia continuo sese consequantur ordine, dubium nullum est) manifeste indicant, cum quartum quodque ab hoc numeratum termino, eandem in litteras Dominicales metamorphosin inuehat. Cetera argumenta tam ex motu lunari, epactarumque doctrina, quam ex conditione ac proprietate terminorum Paschalium desumpta, quibus idem librarij error adhuc manifestius demonstrari posset, consulto omitimus: Hoc enim de litteris Dominicalibus hoc loco videtur sufficere.

Dies Paschatum in tabula proponuntur.

Quo facilius tamen, quæ diximus, percipiantur, & Epistolæ suos etiam in annos distribuuntur, Dominicas istas Paschales, eodem quem illis codex tribuit ordine, in sequenti tabula proponimus: in cuius columna prima hunc ipsum ordinem numeris illi debitis expressimus, sublato videlicet errore librarij, id quod etiam supra, ubi ipsa S. Cyrilli verba retulimus, ad eam paginam, siue vt vocant in margine, præstitimus. Secunda deinceps columna dies mensis Græci Calendarij siue Alexandrini enumerat, quibus Pascha ab Alexandrino Præsule indictum est. Tertia correspondentes illis litteras Dominicales complectitur. Quarta eosdem dies iuxta Calendarium vetus siue Iulianum, quod tunc in usu erat; demonstrat. Quinta denique ac vltima columna annos Christi, quorum seriem infra probabimus, iuxta æram vsitatam definit. Sic ergo se habet.

Ordo

Ordo Epi- stolar	Dies Paschatis in mensibus Alexandrinis.		Littera Domi- nical.	Dies Paschatus Anni in mensibus Christi Iulianis Domin	
1	26	Phamenoth	D	22	Martij 414
2	16	Pharmuthi	C	11	Aprilis 415
3	7	Pharmuthi	A	2	Aprilis 416
4	27	Pharmuthi	G	22	Aprilis 417
5	12	Pharmuthi	F	7	Aprilis 418
6	4	Pharmuthi	E	30	Martij 419
7	23	Pharmuthi	C	18	Aprilis 420
8	8	Pharmuthi	B	3	Aprilis 421
9	30	Phamenoth	A	26	Martij 422
10	20	Pharmuthi	G	15	Aprilis 423
11	11	Pharmuthi	E	6	Aprilis 424
12	24	Pharmuthi	D	19	Aprilis 425
13	16	Pharmuthi	C	11	Aprilis 426
14	8	Pharmuthi	B	3	Aprilis 427
15	27	Pharmuthi	G	22	Aprilis 428
16	12	Pharmuthi	F	7	Aprilis 429
17	4	Pharmuthi	E	30	Martij 430
18	24	Pharmuthi	D	19	Aprilis 431
19	8	Pharmuthi	B	3	Aprilis 432
20	30	Phamenoth	A	26	Martij 433
21	10	Pharmuthi	G	15	Aprilis 434
22	5	Pharmuthi	F	31	Martij 435
23	24	Pharmuthi	D	19	Aprilis 436
24	16	Pharmuthi	C	11	Aprilis 437
25	1	Pharmuthi	B	27	Martij 438
26	21	Pharmuthi	A	16	Aprilis 439
27	12	Pharmuthi	F	7	Aprilis 440
28	27	Phamenoth	E	23	Martij 441
29	17	Pharmuthi	D	12	Aprilis 442

Itaque quod diximus hic, manifestissimè spectas: quemadmodum enim in secundæ & tertiæ epistolæ Paschatis, à littera Dominicali C, non ad proxime sequentem B, sed ad A, progressus fit; ita id ipsum post lustrum Iulianum siue quadriennium in Paschatis sextæ & septimæ epistolæ accidere, ubi ab E, non ad D, sed hac præterita ad C; & in Paschatis decimæ & undecimæ à G, non ad F, sed ad sequentem E proceditur. Pari ratione litteræ Dominicales epistolarum 14. & 15, à B, omiffa intermedia A, ad initium G transiliunt: eundem saltem litteræ epistolarum 18. & 19: item 22. & 23. & denique 26. & 27. præferunt: ceteræ denique litteræ omnes suum inter se servant continuum ordinem. Ex quibus luce meridiana clarius deducitur, inter quævis bina illa Paschata intercalatum, bisextumque celebratum esse, id quod vel ipsa 23. annorum series, quæ propriè Cycli Solaris est, per suas litteras manifestè indicat, in qua absoluto viginti octo

Epistolarū
Paschatum
ve seriem
esse conti-
nuam ex
litteris Do-
minicalib.
colligitur.

annorum curriculo, eadem in eodem cum suo bissexto posita littera redit: imo si quis eas litteras, quarum officium ob anni bissextilis recursum ante Pascha experasse cognoscitur, quasque nos in precedenti tabula data opera omisimus, annis bissextilis adscripserit, is eandem prorsus colliget litterarum methodum, eundemque numerum, quem ipse Cycli Solaris postulat, adscribat, videlicet litteræ A, tertix epistolæ litteram B litteram D ipsi C septimæ epistolæ, & sic deinceps cuius quartæ post illam sequenti suam restituat omisam litteram. Ex quibus tandem necessariò concludimus, & nullam omnino in exposito ordine epistolam desiderari, ipsumque ordinem, prout scilicet in Græco codice epistola alia aliam sequitur, continuum esse, genuinum atque legitimum; cui cunque tandem tempori debeat.

Quibus annis præscripta Pascha celebrata sunt, ostenditur.

4. Iam verò nihil facilius est quàm hisce Paschalibus Dominicis, Dominicos suos attribuere annos, cum illæ Cycli Solis non solum expleant & superent, sed etiam tempus Patriarchatus Cyrilli satis notum sit. Aio igitur primam epistolam indicare festos dies anni Domini 414, ultimam anni 442, & reliquas reliquorum intermediarum, eo nimirum ordine, quem tradit superior tabula. Nam si prima exempli causa anno 414, negetur convenire, ea necessariò conveniet alteri anno aut superiori, aut inferiori: at neutrum esse potest: cum minimum per 28. annorum spacium abeundum sit, vel in antecedentia, vel in consequentia tempora: quia ut iam probatum est, ordo expositus dissolui aut perturbari nequit, & nullus alius nisi ultra 28. annorum terminos sese offert. Dicendum ergo aduersario erit, epistolam illam primo congruere vel anno 386, vel anno 442. vterius enim aut regredi, aut progredi, ordo Præsulum Alexandrinorum omnino prohibet. Ecquisnam Historicos in hoc tam obuiò negotio ipsos 56. annos, aut amplius à scopo aberrasse dixerit? Sed neque audiendus esset qui 28. annorum errorem auderet obuiocere, nisi aliunde lis ista perquam facillime dirimeretur. Esto enim Pascha primæ epistolæ pertinere ad annum 386: esto de Theophilo qui proxime in Pontificatu Alexandrino Cyrillum antecessit ætate, quemq; anno 401. Pascha præscripsisse alibi ostendimus, nos nihil probasse: esto ipsum tunc vita functum esse: quæ omnia falsa sunt, nihilominus tamen hoc quod ab aduersario dicitur fieri non potuisse, ex ipsa ratione Paschatis perspicuum est. Nam si anno 386 actum esset Pascha die 26. Phamenoth, siue 22. Martij, actum id esset luna quinta: quod est absurdissimum: imo anno sequenti 387, secundum epistolæ secundæ indicium, Pascha celebratum esset die 16. Phaimuthi, cum tamen constet ex D. Ambrosio, ut lib. 3. cap. 7. Num 2. ostendimus, id in 30. eiusdem mensis incidisse. Quod si contendere quis voluerit eandem primam epistolam potius de Paschate anni 442. præcipere, is æquè graue absurdum admittat necesse est: celebratum enim esset & nono die post plenilunium, & totidem diebus fere Paschalis terminus præuenisset æquinoctium. Plura alia quibus nostrum propositum liceret confirmare, sponte nostra omittimus, ne in re clarissima lucem quaerere videamur. Fixum igitur firmumque sit epistolas illas, iis, quibus eas tribuimus, Christi annis recte congruere.

ANNO-

Antiquorum terminorum Paschalium sedes confirmantur: & quæ negat dari posse exempla Paschatum, Caluissio dantur.

Diximus in Refutatione Elenchi, Alexandrinis post Nicenum Patrum conuentum eosdem fuisse terminos Paschales, cum iis quos Dionysius Abbas Romanus Romano inscripsit Calendario; imo Dionysium hunc suos ab Alexandrinis accepisse: id quod tam ex epactarum doctrina, lunaribusque rationibus, quam ex certo quodam exemplorum numero, lib. 3. cap. 7. probare conati sumus. Atqui mirum in modum hæc nostra confirmatur assertio, vnde triginta illis, quæ paulo ante adduximus, S. Cyrilli Paschatum descriptionibus: quippe quæ omnia ad vnum vsque, cum iis, quæ in tabula eiusdem 7. capitis pro iisdem annis exhibuimus, ad amissim conueniant. Inspice Lector paginam 210. Refutationis, & attende, vt Pascha anno Christi 414. in eodem 22. Martij, quem diem pro eodem anno proxime exposita tabella ex S. Cyrillo indicat, confectum sit. Quod si vltcrius perrexeris pro anno 415, vtroque Pascha in vndecima die Aprilis reperies: anno 416. in secunda Aprilis: & sic de reliquis. Ecquis iam eosdem terminos vtrisque fuisse, & ante, & post Dionysium, amplius negauerit? Quod fatum, quæ fortuna, quis casus, si alij fuerunt ante Dionysium termini, Pascha perpetuo in eosdem dies incidere fecit? Cur ne vnum quidem exorbitat? An ne tibi, Caluissi, termini Paschales adhuc in obscuro sunt? Tu, qui teste Origano alios ex somno excitasti, & lumen accendisti, id tandem & tibi præsta excitatus officij: excute somnum: pelle tenebras: accende facem; aspice iubar, lumen intueri.

Cōtinuus hic Paschatum ordo qui nullibi excedit antiquos terminos, merito eos astringere asseritur.

Quamuis autem ex quibusdam ex his à Cyrillo præscriptis Paschatibus, vbi nam locorum correspondens terminus in Calendario situs fuerit, demonstratiue nequaquam colligi posse, non inficiet; eò quod ratione Dominicæ Pascha cū termino non ita cohæreat, vt necessario inde locus eius in Calendario prodeat: vniuersum tamen ordinem ipsorum vnde triginta Paschatum, serie nunquam interrupta sese consequentium, ne vno quidem exemplo limites quos diximus excedere, nemo sanæ mentis conuincens id argumentum pro nostra assertione esse negauerit. Quid si iam inter allata quædam reperire liceat, quæ terminos Paschales & vtrò, & necessario (nisi abscondita admittere velimus) prodant, eosque non alios fuisse quàm quos ab antiquis, antiquo in Calendario accepimus, indicent; an non etiam hæc demonstrationis vim obtinere, & reliquos eosdem quos diximus fuisse, plus quam verisimili ratione licebit affirmare? Nemo profecto, nisi magna istarum rerum ignoratione laboret, negare vnquam audeat, terminos Paschales nos duodecim, ex septem illis ex antiquitate erutis, accedente epactarum lunarique doctrina, lib. 3. cap. 7. demonstratiua fere ratione, inuenisse. Quid si iam illis septem alios octo addiderimus, ac proinde quindecim in vniuersum ex probatis exemplis dederimus: quis obsecro reliquos quatuor, nisi perfrictæ frontis ac præter modum audax sit, in dubium vocauerit?

Quomodo idem euidentius & pene demonstratiue colligatur.

2. Age ergo inspicere mecum Lector illam, quam lib. 3. c. 7. dedimus, quadringentorum annorum tabulam: cum ecce tibi mox primum Cyrilli exemplum terminum pro anno 414, Cycloque Lunæ 16. certo indicabit. Pascha enim quod eo anno die 22. Martij celebratum est, terminum Paschalem extra 21. Martij nulla ratione finit euagari. Sed hunc terminum iam alibi aliis & exemplis,

Duo termini Paschales, præter eos quos alibi inuenimus, ex S. Cyrilli exemplis eruuntur.

& rationibus eodem in loco confirmauimus. Non minori deinde certitudine ex Paschate anni 421, terminum Paschalem ex Cyclo Lunæ siue aureo numero 4. ortum, in angustias vnius diei concludemus: Enimuero cum plenilunium eo anno 3. Aprilis acciderit, in ipsumque hunc diem Pascha inciderit, ne dicamus hac tempestate terminum biduo præcessisse plenilunium, necessariò is diei 2. Aprilis affixus fuit. Eodem prorsus argumento ex Paschate anno 441. in 23. Martij peracto, terminus ex aureo numero 5. in carcerem diei 22. Martij includitur: quod vt constanter dicamus, alia adhuc nos cogit necessitas: nam si terminus nõ fuit in 22. Martij, necessariò fuit in die 21, vel 23, quorum vtrumque absurdissimum est: illud enim duos terminos in idem eiusdem diei inferet contubernium (cum paulò ante terminũ Cycli 16, in hoc 21. Martij inuenerimus) hoc Pascha in ipso termino doceret celebratum. Habemus ergo iam duos ex S. Cyr. illo terminos.

Alii quatuor termini, ex iisdem exemplis eliciuntur.

Extraiectione porro Paschatis ex Dominica in Dominicam, alij quatuor termini colliguntur, eadem fere rationis certitudine & claritate: hæsisse enim annis 424, 427, 428, & 431 terminos Paschales, ex aureis numeris 7, 10, 11, & 14, in Dominicis 30. Martij, 27. Martij, 15. Aprilis & 12. Aprilis, non rationabilitè negauerit, qui Pascha ex Cyrillo Dominicis sequentibus, 6, 3, 22. & 19. Aprilis, celebratum cognouerit, & in tabula nostra plenilunium hos terminos, vel proxime secutum, vel in eodem die confectum conspexerit.

Deducuntur alii duo.

Ex iisdem denique Cyrilli Paschatis plenilunio, & inuentis iam terminis adhuc duos Paschales terminos certissima pene ratione sic deducimus. Anno 432. Cyclo Lunæ 15. plenilunium in 1. Aprilis horam 18⁷ post mediam noctem incidit: ergo terminus Paschalis eodem die fixus fuit, non serius; quia pro secundo die Aprilis alium iam terminum inuenimus (singulis enim diebus singuli tantum conueniunt termini) & in diem tertium ex Cyrillo Pascha incurrit, non citius; quia hic annus bissextus est, & plenilunium, quod præcedenti Cyclo terminum proximè secutum est, ipsi se coniunxit termino. Anno verò 435. Cyclo Lunæ 18. plenilunium 30. Martij confectum est: ergo terminus Paschalis in 29. die præcessit: longius præire non potuit, quod ipsa docet lunaris ratio; sed neq; etiã cum ipso plenilunio concurrere, aut illud consequi, cum in 30. die Martij alius iam terminus sedem suam posuerit, & 31. die Pascha celebratum sit. Ergo octo Paschales terminos ex his 29. Cyrilli Paschatis eliciuimus.

Quindecim terminorum Paschaliũ in Calendario sedes ex historiis exemplis inuenta esse. Corollarium ex dictis pro Caluifio quaeritur.

Quod si octo hos terminos tabulæ, pag. 199. vel 202. in Refutatione propositæ, inscripseris, eosque cum reliquis contuleris nobis deesse (sicum ex aureo numero 2 post Dionysium repertum excluseris) reperies non plures quam quatuor; Cyclorum scilicet Lunæ 1. 2. 9. & 12: quos cum certos faciat ipsa epactarum ratio, eosdem terminos Paschales fuisse post Concilium Nicenum ex Patrum instituto, quos ipse Dionysius postea notiores reddiderit, constitutum est: id quod primo loco fuit propositum.

3. Sed quid ex his pro nostro afferemus Caluifio? An non aliquid emicat pro ipso corollarij, qui Gregorianum Calendarium tot tantorumque scelerum inculcare, idque à consuetudine primitiue Ecclesiæ, Patrum Nicenorum, Antistitumque Alexandrinorum placitis defecisse, imo ab ipsis omnino degenerasse, palam non est veritus proclamare? An non resonat, Lector benigne, in auribus tuis, sonora illa scilicet, atque ad Musicos modulos inflexæ voces, quæ cantor iste cecinit:

Lib. I. c. 6.

cecinit: Pontificios videlicet Pascha cum Iudæis celebrare: Pascha non recte in plenilunio celebrari. Item: Nec sane vllum exemplum satis certum dari potest post Concilium Nicenum, in annis iam mille & trecentis, quod Ecclesia vel SEMEL cum Iudæis in Paschate celebrando concurrerit. Item: Sed quid iuvat abstinere à societate Iudæorum in celebrando Paschate decimaquarta Luna (quæ Caluissio plenilunium est) si sequenti die te ipsis associet? Primitiua Ecclesia certe adeo abhorruit ab eorundem societate, vt NVN QVAM Pascha si decimaquarta Luna in Sabbatum vel feriam septimam incideret, die sequenti ageret: sed id potius differret in vicepsimam secundam Lunam. Nisi enim certo certius sciuisset nullo vnquam tempore talia dari posse, qua confidentia hæc adeo rotunde, plenisque buccis decantare ausus est?

Lib. 1. c. 20.
Lib. 1. c. 19.

4. Accipe quæso Caluissi, si forte oculi iam caligant, nouum illud Telescopium, vel si manibus Longispicium, intueri (hac enim tempestate ars qua specillo illo tam cominus, quàm eminus recte vtamur, commodum inuenta est) nostram illam lib. 3. cap. 7. traditam Paschatum tabulam, & quo die in annis Christi 414, 418, 421, & 441, Pascha azymorum Iudaicum peractum sit, discerne: deduc ac deduc sese lambentes tubulos, donec ipsi rerum species ad te distinctas deferant, vtraque tuæ obtemperent aciei: hoc enim si feceris, characteres tibi apparebunt sesquipalmares, qui dies tibi referent Dominicos 22. Martij, 7. Aprilis, 3. Aprilis, & 23. Martij locatos, eos nimirum in quibus Cyrillus Pascha Christianum ipsæ in annis indixit celebrandum: ac proinde per te Christiani primitiua Ecclesiæ cū Iudæis iniungere societatem. Vide siue hosce annos in tabella priore pag. 226. inter cæteros debitum sibi occupare locum: ac proinde nos, quæ ibi diximus, vere dixisse, tibi quæ non vnum tantum, non quatuor aut quinque, sed ipsa decem & septem exempla data esse? Vides ne annis 414, 421, & 441. & terminum in Sabbatum siue feriam septimam incidisse, & proxima Dominica Pascha celebratum esse, & nequaquam, vt tu factum esse falsissime asseris, in 22. Lunam vsque translatum esse? Vide siue πάλαι τριγώντων lunam tertiamdecimam, imò & duodecimam, vel vndecimam etiam (si plenilunium & quartamdecimam pro eodem tecum vellemus accipere) sibi assumpsisse? Vide siue Theophilum cum Cyrillo, & hunc cum illo consensisse? Vide siue ea ratione, qua nos volumus primitiuam Ecclesiam Canonem de non concurrento cum Iudæis obseruasse? Iamne vides noctua, iam ne sentis, quæ sit hominum Catholicorum eruditorūque querela audaciæ tuæ? Verum quicquid tibi dicatur, ostendaturque, etiam si tibi, quod meruisti pretium, affatim persoluator, tu nihilominus cantas atque recantas, insulsissimam, ne quid grauius dicam, tuam cantilenam: Pontifex igitur in Emendatione Calendarij sui, cum quattamdecimam Lunam vt plurimum velit plenilunium antecedere, hunc Canonem etiam in vsu reuocare debuisset, quod cum non fecerit, & toties Iudæis associetur, memoriamque passionis Dominica siue Pascha πάλαι τριγώντων non decimaquarta Luna, qua agnus verissimus Paschalis noster mactatus est, sed decimatertia, imo, vt post probabimus, Luna duodecima vel vndecima etiam celebret, in meritam poenam Ecclesia incurrit, & ab Ecclesia segregatus pro heretico habetur, &c.

Caluissio exempla datur, quæ primitiuā Ecclesiam Pascha cū Iudæis, & proxime post terminum celebrasse ostendunt.

Lib. 1. c. 19.

5. Sed neque etiam Decreta Caluissica nuper ex abdita cantorum Theologia summo cum acumine eruta, quibus Pascha in plenilunio celebrandum interdicitur, S. Patriarcha Cyrillus obseruata voluit, qui ex illis vndetriginta Paschatis quinque saltem in plenilunio, vt egregie demonstrant Caluissiana pleniluniorum tabulæ, celebranda edixerit. Consule, Caluissi, siue tuas, siue nostras tabulas

Exempla Paschatum in plenilunio contra Decretum Caluissicum celebratorum.

Lib. I. c. 20. bulas: nonne S. Cyrillus Paschata annorum 414, 421, 425, 438, & 441. in plenilunio peragenda pręscripsit? imo, si diem à meridie pręcedente deductum vis, vt scilicet ius facis, accedent Paschata etiam annorum 418, & 442, nō obstante Decreto illo tuo siue Senatusconsulto: Nos (S. C.) statuimus cum Ecclesia primitiua, Pascha in die Plenilunij, et: amsi dies Dominica fuerit, non recte celebrari, sed illud reiiciendū esse in proxime sequentem Dominicam.

Exempla quibus Pascha ante plenilunij celebratū ostendi possit.
Lib. I. c. 22. 6. Profecto si eadem diem numerandi lege vsi fuerimus, reperiemus etiam Paschata ex S. Cyrilli monitu ante plenilunium celebrata, idque accidisse annis 421, & 441, ita vt addito Paschate à Theophilo pro anno 401. pręscripto tria saltem Caluissio historica exempla dare possimus Paschatum cū Tesseris & decatis, vt Caluissitice loquar, siue cum quartadecimanis Hereticis ante plenilunium celebratorū; clamitet interim siue canter Musicus vt velit: Patres Concilij Nicensi adeo auersati sunt hunc errorem, & ea seueritate ex Ecclesia eiecerunt, vt exemplum nullum ex omni historia dari possit, in annis plus minus 1300. hunc errorem admissum. Subduc Caluissii calculum, spacium temporis ab anno 401, vel 421, vel 341, vsque ad annum pręsentem 1616. exceditne annos 1300, an ab iisdem deficit? Habes igitur Caluissii quote donatū volumus corollarium: tu, si placet, adde Scholium.

ANNOTATIO VI.

Cyclus Paschalis antiquus completur, eiusque vsus ostenditur.

Quem in finem sequens tabula proponatur. IN tabula quam lib. 3. cap. 7. Refutationis quadringentorum annorum proposuimus, desunt ad Cyclum Paschalem veterem siue Dionysianum, qui annis omnino 532. completur, anni non plures 132: eos hoc loco, prout post annum 712. (qui vltimus prędictę tabulę est) ordine se consequuntur, idcirco tradere volumus, vt inde, qui vellet, Cyclum Lunę siue aureum numerum, litteras Dominicales, Paschale festum eiusque terminum breuiter posset pro quouis anno Christi ad vetus siue Iulianum Calendarium colligere; id quod vt factum quam facillimum est, ita cap. 9. lib. 5. Refutationis videtur desiderari. Sic ergo operaberis.

Regula. Si annus propositus in tabula Cycli Paschalis expressus est, nullo plane labore opus est, mox enim è regione anni dati habes Cyclum Lunę currentem, litteram Dominicalem, & reliqua quę diximus. Si verò annus minor fuerit, quam vt in tabula comprehendatur, hoc est annum 323 (qui primus supradictę tabulę est) pręcesserit, adde ad illum Cyclum integrum, hoc est annos 532, summa enim reperta inter annos tabulę, eadem quę quæris, ostendet Festa, Cyclum & litteras, quę anno proposito congruant. Quod si annus propositus eos in tabula quoad numerum superauerit, toties ex ipso 532. subtrahere, donec residuus numerus inter annos tabulę inuentus fuerit: is enim vt ante ea quę cupis nota fecerit.

Ratio Regulę. Singulis enim 532. annis, vt rationem Regulę obiter indicem, idem omnino redit aureorum numerorum siue Cyclorum Lunę, litterarum Dominicalium ac Paschatum cum suis terminis, inter se eodem modo connexorum ordo atque progressus, in Calendario Iuliano siue veteri: qui quidem annorum numerus ex ductu Cycli Lunę in Cyclum Solis, hoc est numeri 19. in 28. producit: Ergo si seriem illorum continuam ab anno quouis dato siue in antecedentia siue in consequentia perlustrare libuerit, ab anno in tabula, modo quo docuimus, inuenito, sursum

furfum pro antecedentibus, deorfum pro confequentibus pergendo eam intueberis: ab initio, fiquidem furfum iterinftitutum fit, ad finem redeundo, fi opus fuerit; & à fine, fi deorfum perrexeris, ad initium: Hoc eft, fi ad annorum Chrifti initium à dato regrederis poft annum 323, ab anno 854. denno incipe & furfum verfus vſque ad propositum annum pergit: fin vero ad confequentia potius tempora progredieris, poft annum 854. annum 323. Siue poft finem initium repete, donec rurfus descendendo ad datum annum perueneris: Hac enim ratione integrum ſemper Cyclum percurres; quem eodem poſtea modo pro aliis annis ſiue futuris ſiue præteritis ſexcenties licebit repetere.

Exemplo vno atque altero res fiet manifefior. Sint ea quæ diximus inquirenda pro anno Chrifti 233. qui minor eſt anno 323. minimo videlicet tabulæ, ac proinde in ea non comprhenditur. Adde ergo 532. ad 233. annum datum, fiunt 765. hic annorum numerus in tabulæ quadringentorum annorum ſupplemento, quod hic ſubiicimus, oſtendit aureum numerum Cyclumve Lunæ 6. Litteram Dominicalem F: Terminum Paſchalem in die 10. Aprilis: ipſum vero diem feſtum Paſchatis 14. eiufdem menſis. Hæc igitur prout anno 765. conueniunt, ita eodem prorfus modo anno 233. (qui annis 532, ſiue Cyclo Paſchali integro prior eſt) in veteri Calendario congruunt: & quæ anno respondent 766, etiam respondent anno 234, & ſic de cæteris ſiue præcedentibus, ſiue confequentibus.

Exemplū.

Quæſantur rurfus pro anno præſente 1616. eadem: is annus cum maximo anno tabulæ maior fit, duobus ſaltem Cyclis ſolidis, ſiue bis 532. annis mutilandus eſt, vt annum 552, qui in tabula capitis 7. lib. 3. habetur, reperiatur: oſtendit autem hic annus Cyclum Lunæ 2, Litteras Dominicales G F, terminum Paſchalem 25. Martij; ipſum vero Paſcha die 31. eiufdem Martij: quæ omnia etiam anno 1616. in Calendario Iuliano conueniunt.

Aliud exemplum.

Sed ecce tibi ipſum quod polliciti ſumus tabulæ ſupplementum, quod quidem explicatione non indiget, cum eadem huius, quæ ipſi ſuſmet tabulæ, methodus ſit, niſi quod breuitatis cauſa, plenilunia media (quæ qua ratione inuenienda ſunt, ſuo loco docuimus) omiſimus.

Anni Chriſti	Cyclus Luna	Littera Dominicalis	Terminus Paſchalis	Paſch. Calen. veteris.	Anni Chriſti	Cyclus Luna	Littera Dominicalis	Terminus Paſchalis	Paſcha Calen. veteris
723	2	C	25. Mar.	28 M	729	8	B	18 Apr.	24 A
724	3	B	13. Apr.	16 A	730	9	A	7 Apr.	9 A
725	4	G	2 Apr.	8 A	731	10	G	27 Mar.	1 A
726	5	F	22 Mar.	24 M	732	11	F E	15 Apr.	20 A
727	6	E	10 Apr.	13 A	733	12	D	4 Apr.	5 A
728	7	D C	30 Mar.	4 A	734	13	C	24 Mar.	28 M

E

Anni

Anni Chri- sti	Cycl. Lu- na	Liste. raDo- calis	Termi- nusPascha- lis	Pascha Calend. ueteris	Anni Chri- sti	Cycl. Lu- na	Liste. Dom- nical.	Termi- nusPa- schalis.	Pasch. Calen. ueteris.
735	14	B	12 Apr.	17 A	775	16	A	21 Mar.	26 M
736	15	A G	1 Apr.	8 A	776	17	G F	9 Apr.	14 A
737	16	F	21 Mar.	24 M	777	18	E	29 Mar.	30 M
738	17	E	9 Apr.	13 A	778	19	D	17 Apr.	19 A
739	18	D	29 Mar.	5 A	779	1	C	5 Apr.	11 A
740	19	C B	17 Apr.	24 A	780	2	B A	25 Mar.	26 M
741	1	A	5 Apr.	9 A	781	3	G	13 Apr.	15 A
742	2	G	25 Mar.	1 A	782	4	F	2 Apr.	7 A
743	3	F	13 Apr.	24 A	783	5	E	22 Mar.	23 M
744	4	E D	2 Apr.	5 A	784	6	D C	10 Apr.	11 A
745	5	C	22 Mar.	28 M	785	7	B	30 Mar.	3 A
746	6	B	10 Apr.	17 A	786	8	A	18 Apr.	23 A
747	7	A	30 Mar.	2 A	787	9	G	7 Apr.	8 A
748	8	G F	18 Apr.	21 A	788	10	F E	27 Mar.	30 M
749	9	E	7 Apr.	13 A	789	11	D	15 Apr.	19 A
750	10	D	27 Mar.	29 M	790	12	C	4 Apr.	11 A
751	11	C	15 Apr.	18 A	791	13	B	24 Mar.	27 M
752	12	B A	4 Apr.	9 A	792	14	A G	12 Apr.	15 A
753	3	G	24 Mar.	25 M	793	15	F	1 Apr.	7 A
754	14	F	12 Apr.	14 A	794	16	E	21 Mar.	23 M
755	15	E	1 Apr.	6 A	795	17	D	9 Apr.	12 A
756	16	D C	21 Mar.	28 M	796	18	C B	29 Mar.	3 A
757	17	B	9 Apr.	10 A	797	19	A	17 Apr.	23 A
758	18	A	29 Mar.	2 A	798	1	G	5 Apr.	8 A
759	9	G	17 Apr.	22 A	799	2	F	25 Mar.	31 M
760	1	F E	5 Apr.	6 A	800	3	E D	13 Apr.	19 A
761	2	D	25 Mar.	29 M	801	4	C	2 Apr.	4 A
762	3	C	13 Apr.	18 A	802	5	B	22 Mar.	27 M
763	4	B	2 Apr.	3 A	803	6	A	10 Apr.	16 A
764	5	A G	22 Mar.	25 M	804	7	G F	30 Mar.	31 M
765	6	F	10 Apr.	14 A	805	8	E	13 Apr.	20 A
766	7	E	30 Mar.	6 A	806	9	D	7 Apr.	12 A
767	8	D	18 Apr.	19 A	807	10	C	27 Mar.	28 M
768	9	C B	7 Apr.	10 A	808	11	B A	15 Apr.	16 A
769	10	A	27 Mar.	2 A	809	12	G	4 Apr.	8 A
770	11	G	15 Apr.	22 A	810	13	F	24 Mar.	31 M
771	12	F	4 Apr.	7 A	811	14	E	12 Apr.	13 A
772	13	E D	24 Mar.	29 M	812	15	D C	1 Apr.	4 A
773	14	C	12 Apr.	18 A	813	16	B	21 Mar.	27 M
774	15	B	1 Apr.	3 A	814	17	A	9 Apr.	16 A

Anni Chri- sti	Cycl. Lu- na	Liste- ra Do- minic	Termi- nus Pa- schalis	Pascha Calen. veteris	Anni Chri- sti	Cycl. Luna	Liste- ra Do- minic	Terminus Pascha- lis	Pascha Calen. veteris
815	18	G	29 Mar.	1 A	835	19	C	17 Apr.	18 A
816	19	F E	17 Apr.	20 A	836	1	B A	5 Apr.	9 A
817	1	D	5 Apr.	12 A	837	2	G	25 Mar.	1 A
818	2	C	25 Mar.	28 M	838	3	F	13 Apr.	14 A
819	3	B	13 Apr.	17 A	839	4	E	2 Apr.	6 A
820	4	A G	2 Apr.	8 A	840	5	D C	22 Mar.	28 M
821	5	F	22 Mar.	24 M	841	6	B	10 Apr.	17 A
822	6	E	10 Apr.	13 A	842	7	A	30 Mar.	2 A
823	7	D	30 Mar.	5 A	843	8	G	18 Apr.	22 A
824	8	C B	18 Apr.	24 A	844	9	F E	7 Apr.	13 A
825	9	A	7 Apr.	9 A	845	10	D	27 Mar.	29 M
826	10	G	27 Mar.	1 A	846	11	C	15 Apr.	18 A
827	11	F	15 Apr.	21 A	847	12	B	4 Apr.	10 A
828	12	E D	4 Apr.	5 A	848	13	A G	24 Mar.	25 M
829	13	C	24 Mar.	28 M	849	14	F	12 Apr.	14 A
830	14	B	12 Apr.	17 A	850	15	E	1 Apr.	6 A
831	15	A	1 Apr.	2 A	851	16	D	21 Mar.	22 M
832	16	G F	21 Mar.	24 M	852	17	C B	9 Apr.	10 A
833	17	E	9 Apr.	13 A	853	18	A	29 Mar.	2 A
834	18	D	29 Mar.	5 A	854	19	G	17 Apr.	22 A

ANNOTATIO VII.

Ad Num. 13. cap. 5. & Regulam 14. cap. 10. lib. 5. De epactis Calendarij Gregoriani.

Cum secunda pars Regulæ tertiæ cap. 5. Num. 13. lib. 5. proposita ex incuria Comissa sit, locum hunc non tam complendi Regulam, quam eandem cum Exonibus binis reliquis aliter exhibendi, opportunum sum arbitratus. Omnis enim epactarum varietas ita ad duo reuocatur capita, rursus vt etiam ipsa bifariam subdividenda sint: atque adeo Regularum numerus ad binas commodè reuocetur in membris, aut certè in quatuor simplices resoluatur. Sic ratione æquationis Solaris ordinariæ, quod alterum idq; præcipuum caput est, quouis anno centenarius dies bissextus vel admittitur, vel omittitur: ratione verò alterius capitis, quod in ordine consistit septem lunarium triacosieteridum, cum annexa illa, quæ numerum 25. centuriarum complet, vltima tetracosieteride, quilibet propositus centenarius vel tertius est in triacosieteride, quartusve in tetracosieteride, vel alium sibi vendicat in ordine locum. Atq; hæc sunt illa quatuor, quorum in epactis adæquandis ratione centuriarum habenda est ratio. Regulas igitur inde binas sic formamus.

I. Quando centenario aliquo anno dies intercalaris admittitur, isque centenarius sit tertius ex iis quas diximus triacosieteridibus, vel quartus vltimæ tetracosieteridis, epacta proximè maior eligitur, diesque vnus anticipatur. Sin alium sibi locum vendicat, epacta quam dat Regula ordinaria, rectè tunc suum obibit munus, nullusque dies postponitur, vel anticipatur.

E 2

II. Quan-

Regula po-
nitur.

Methodus
facilis co-
gnoscendi
an epacta
ordinaria
dato cente-
nario an-
no mutan-
da sit, nec
ne.
Exemplū.

II. Quando centenarius aliquo anno dies intercalaris omittitur, isque centenarius sit tertius ex iis quas diximus triacosietidibus, vel quartus vltimæ tetra-
cosietidis, nulla præter ordinariam sit aut epactarum, aut dierum mutatio: Sin
alium sibi locū vendicat, epacta proxime minor eligitur, diesq; vnus postponitur,

Quoniam verò epactarum ordinaria creatio admodum facilis est, eademque
scitur facilitate, vtrum dies intercalaris proposito quouis anno centenario, vel ad-
mittatur, vel expungatur; si vel vnus locus notetur, in quo triacosietidū lunariū
ordo incipiat, qualis esse potest annus Christi 1900; mox ex his Regulis vtrum
epacta ordinaria apta sit nec ne, elicescet.

Exempli gratia epacta ordinaria anni centenarij 1700 est X (anno enim
præcedente epacta currens erat XXIX, quæ aucta vndenario componit 40, &
abiectis 30 relinquit X) scire volo an epacta hæc pro anno proposito apta sit, an
vero mutanda, & quomodo. Centenarius 17. cum quaternarius exacte non
metiatur, ostendit diem intercalarem omittendum, atq; adeo Regulam Secun-
dam consulendam esse: quia vero triacosietidum lunariū Cycli principiū, an-
no, vt diximus, 1900 recurrit, ac proinde præcedens tetraacosietis vltimam su-
am centuriam anno 1800 orsa est, initium penultimæ centuriæ anno proposito
1700. obigit; ergo secundum secundæ Regula membrum quæstioni satisfacit,
& p epacta ordinaria X. proxime minore, hoc est, IX. in vñ assumenda præcipit.

ANNOTATIO IIX.

*Errata Typographica Refutationis Elenchi corriguntur,
Indexq; in eandem proponitur.*

Errata Typographica an possint præsentia Auctoris aliquando impediri, equidẽ
dubito, ab absente non posse, ipse qui id sedulo conatus sum, expertus sum.
Et sane vt de inconcinnitate quæ circa tabularū, numerorū, & similū dispositio-
nẽ oculis alicubi sese ingerit, aliisq; huiusmodi, libenter taceo: ita ea quæ lectioni,
vel potius ipsimet rerum cognitioni quoquo modo impedimentum allatura iu-
dicaui, omnino, ea quæ decet breuitate, annotata volo. Quæ in re tamem nolo esse
nimium scrupulosus: neq; enim ego, vt noster fecit Caluissius, alios vt erroris me
conuincant, vltro prouocaui: plura de inde per se ipse emendabit prudens Lector.
Sic quando v. g. in congrua verborū sententiarumq; interpunctione nonnullam
reperit negligentiam, vel me tacente erratum sentiet, interrogationesq; etiam
absq; nota debita, agnoscet: quamuis & ego circa hæc vnā alteramne correcti-
onem, quasi exempli loco erratorum syllabo inferam. Verba porro aliorum, quæ
ex incuria non suo semper differente a nostro charactere notantur, a cæteris vt
plurimum, lector, vt spero, dignoscet. Clauiana ergo dicet esse ea quæ pag. 32. §.
Res hæc & c. versu secundo celebretur, & quæ sex sequentibus continetur, licet suo
cateant charactere. & sic de cæteris. Sed neq; hoc assequi potui, vt scilicet ortho-
graphia seruaretur cuiusq; Auctoris, ppria, citationesq; in margine ubiq; appone-
rentur. Deniq; cum in multis delinquamus omnes, errata omnia nequaquam so-
li Typographo tribuenda puto, cum ammanuensum incuria (vt de me ipso inte-
rim taceam) suam sibi etiam postulet portionem: Hinc enim factum vt quædam
quæ omittenda essent, scripta sint; & contra necessaria præterita, ex quorum nu-
mero binæ sunt illæ tabulæ, paginæ 145. agglutinandæ. Sed misis istis, catalo-
gum ipsum proponimus.

Pag.

Pag.	§	Verf.	Errata	Correctio	Pag.	§	Verf.	Errata	Correctio
2	Ex	Ex	Ex	2. Ex	43		que in	imo gloriosif	imo q. glorio
3	3. Huius	Quod	libera	liberum				simi tanta	fissimi, tanta
6	9. Hæ	sunt	existimabunt	errata existimant	44		mittē.	quintum ab	quartū abro
6		NATE	tales	nos				rogandum	gandū quin-
7		gentis	vero vetus	vero si vetus	44	Nōdū		quartumq;	tumq;
10	Manif	terici	est D. Ambrosio	est teste D. Ambros	46	Super	Nōdū	Nondum	9. Nondum
10		uera	paschatis	(paschatis)	46	est	statim	nimum	nimirum
11	Quod	ex	iudicandi	indicandi			mula-	sinat. Interea	sinat: Interea
12		annis	celeberrimi	celeberrimi viri			tio-	dum	enim dum
14	Tracta	1. cap.	Calend. itidem	Calen. capite itidē	47		sint	quæve à pro-	quæve Pro-
15	2. Patri	d ^o sibi	Romanos nos in 1622	Romanos, nos in 1622				testantibus	testantibus
16	Calui-	rianū		iterum	47		certis	affixa litte-	agffienda, l. t
17	4. Quod	neque	impium	obuium				rasque	terasque
		trāstul	lōgi ^o discedere qua	lōgi ^o discedere: qua	47		mobi-	quāuis festa	quāuis Gre-
			vt decet Christiāos	vt decet Christiāos			lium	immobilia	goriana
			retenta ac obser-	retenta ac obser-	47			Gregoriana	
			uanda,	uata,	52		alia	paci officiāt	paci non of-
19	Merid	reporis	fient	fieri		2. Et	Nonis	Pompeius	ficiant
20	Neq;	de	ipfi	ipse	54		rent'	alicubi reper-	Pompeias
21	2. Ego	nimi-	Apolog. cōt. Mæst	Appēdice libri secū				tus	alicui (quod nō
21		rum	linum l. b. secundo	dicon. Mæstlinum					desperat) reper
21		limis	se quatuor	quatuor hi	54		lia	legantur: Ex-	legūtur: Ex-
24		o modo	quia	quin				pectabantur	pectabuntur
24	Primū	lēptio	quod ea quæ	eorum, quæ	56	5 Pergis	tifices	niti, &	niti, &
26		serua-	obseruationibus, quæ	obseruationib. Ea autē	56	Alia	bens	autem Calen-	autē eos lau-
		tio	sibi	runr sibi				darium	das qui Calen-
26	Ex eo.	vt aiūt	dumque	atque	56		to vfu	admitterēt,	admitterēt,
28	Ex	toria	suā	suam				videne	vide ne id
29		rum	Greg. at	Greg. vt	56	Cum	Cum	sit	vt sit
31		dice-	opinionē cum ea	opinionē, ea Calen.	58	3. De	se, vt	nimirum	mirum
		ret	Calen. Gregoriano	Gregoriano quic-	59	Deniq	met	Solari	lunari
			quicquam nec de-	quā nec demit, nec	67	6. Iam	loco	Caluifij	Caluifi
			mat nec addat.	addit	69		cāones	celebrauit	celebrauerit
32	Res	Res	clarissima in	clarissima est in	69	2. Ne	mēlis	Cautū, ait, ne	Cautū ait ne
35	2. Sa-	Acade.	prascripta	perscripta	70	Purgab.	stituūt	suā	tua
35	ne	pter	ipfius	ipfis	73	Eorū	vero	quosdam	quosdam
35		lit	à Concilij Niceni tem-	à Concilij Niceni	74	Sed	&	aduersus nō	aduersusquā
36	3. Cū	rum	Esclēsia esse	Ecclesia se esse	74		rorū	portas, (ex	nō porta s ex
36		legib ^o	discrepantia aut	discrepantia ea aut				promissione	promissione
36		pat	Festis alieno	Festis aliis alieno				Christi didi-	Christi didi-
37	Vnū	Vnū	Vnum	4. Vnum				cerunt) sub-	cerunt, sub-
40	3. Sed	tētias	iam	tum	75	3. His	bus	Nicephorū	Nicephorū
40		riorū	paucissimas	paucissimorum				Gregorā, I-	Gregorā, I-
43		iterū	Calend. Gregor. &	Calendarium Gre-				laacum, Ar-	laacum Ar-

pag.		Verf.	Errata	Correctio	pag.		Verf.	Errata	Correctio
77	—	400	Argyrum	gyrum	134	4. Méd.	21. Expl.	caput 11.	caput 12.
78	Mduere	Mduere	Monuere	4. Monuere	135	—	omit-	tertia;&	tertia&quar
81	Sed qd	facilli.	ducit. Si	ducit, si	138	Primū	tatur	quarta	ta
82	6. Quini	& om.	huic Elencho	huic Elencho	139	—	(ris	ratione	inuentione
83	Dicas	Disceres	habebas triginta	habebas; triginta	—	um	lit o, quater-	lit o, quater-	lit o, anniq;
87	secūdo	pious	annum tropicum	annū aqualē trop.	—	—	narius assu-	narius assu-	expansi nul-
89	—	negotia	executionis	exemptionis	—	—	mendus	mendus	li, quaternarius
91	—	vel	singendo	figendo	—	—	—	—	siue Cy-
92	—	alia	lit, nempe	lit, sicuti nunc se	139	Sane	luit	excogitare, quā	excogitare, &
93	—	na	admitterent	amitterent	—	—	—	—	singulis ce- tu-
93	Vidēt.	cisse	absurdissimam	abstrusissimam	—	—	—	—	ris praescribere
94	2. Verū	talem	dirigantur mediū	dirigantur assumit,	—	—	—	—	quam
98	Ita	cuique	noua	nona	142	Ad	incēsā	corculo	ciculo
104	Inuētris	Christi	lit, non	lit, an non	142	Sed	Grego.	Gregoriano	Gregoriano
109	Impri.	Ptolom.	cum Astrologorum	cum omni Astrolog.	142	—	quat ^o	lunæ, ex	lunæ cogno-
110	4. Ad	mnes	hac animaduenterunt	hac nō animaduenterūt	143	—	pCycl	per Gyclos,	scere, ex
111	4. Quid	Simul	& media	est media	—	—	—	dies solidos	per dies soli-
112	5. Ad	lia	celebrabas	credebat	—	—	—	Cyclorum	los Cyclorū
112	—	ilims	divixud' tpa	divixud' tpa	—	—	—	methodo in-	methodo in-
114	Sed	en	quardias	Guardias	146	6. Lub	pertē	cap. 3.	cap. 2.
114	—	lo	ac	ā (bere	147	8. Vlti.	falfiff.	lib. 1.	Lib. 2.
115	Quod	mundi	abfuisse nūq; libere	nunquā abfuisse, li	149	5. Iam	plum	cap. 13.	cap. 11.
116	—	charta	autem E	autem e	153	Videfne	cimā	tuo	suo
117	Hinc	ferentia	arcus horizontia	arcus ortini horizontū	153	Hac	lunio	tuo	suo
118	Sed	rico	præcedente	procedente	154	Eodē	mēstr.	40	20
118	—	exēplo	c. 5.	c. 1.	155	10. Aud.	per	retinerentur	retinentur
120	12. Decas	ration.	rem ne hanc nouā	nouamne hanc	157	2. Clau	ter 7.	(quā magni-	(quā magni-
120	—	demōf.	sed supponunt	& supponunt vt	—	—	—	tud. præcise ex-	tud. præcise
122	—	conui-	lacefsit; ego eum ver-	lacefsit; ego eum ver-	—	—	—	hibent tab.	exhibēt tab.
122	—	ciis	bis suis	bis suis	—	—	—	(Prut)	(Prat.)
123	3. At	3. At	etiam	enim	157	Vides	Motus	longitudinem	longitudinum
124	Quare	exigua	qui	qui	158	3. Non	ve falso	ad vnquam	ad vnguem
125	Quod iā	& de	500	100	159	Deind.	bula	Nonilunij	Nonilunij cæ-
125	Calen.	ynum	facilitas	falfitas	—	—	—	coelestibus	lestibus
127	Sed	cissimū	propositio	proportio	160	Hocci.	mifim ^o	& omnium	etiam omnium
129	—	hæc	fiat	fuit	161	—	auditu.	alia vera	alia; vera
129	4. Tertiā	tuere	inquit, homo	inquit homo	161	—	Clau ^o	cap. 1.	cap. 5.
131	—	diei	diei. Paulina verò	diei. Paulina verò	163	Videad.	ppon.	proponūtur	postponūtur
131	—	—	P. 1. lib. 2. cap. 2.	P. 1. lib. 2. cap. 1.	163	—	terat	quatuor mil-	aliquot mil-
131	—	cet	Proposit. 57.	Proposit. 37.	—	—	—	lia	lia
133	—	ret	Sic lunarem	Sic Cyclum lunarem	163	—	pluri-	& eadem an-	& eandem
133	2. Primo	contin-	continuatū, pessime	continuatū integreg	—	—	ma	ni Solaris lu-	anni Solaris
133	—	—	conferua'um, pessime	conferua'um, pessime	—	—	—	narisq; mag.	lunarisq; ma

Pag.	§	Verf.	Errata	Correctio	Pag.	§	Verf.	Errata	Correctio
			quæ nunc, semper futura esse defe- ctus	gnitudinem, quæ nunc, semper futu- ram esse, defectus	247		cap.	1779	11769
164	Audi-	nino	propositionibus	propositionibus	248	Sed	&	feria 3. die 10	feria 3. 20. Se- ptembris: er- go ipsum Pa- scha feria 1. die 10.
166	Iam	flare	vt	ne					
169	in qb ^o	Cyclor.	eadem omnibus	ead. semper omnib					
173	—	bimus	sententiam	sententia	248	9. Scis	9. Scis	adfers exem	adfers, exem
173	6. Quæ	ma	anni	agni				pla	plis
173	—	te 17.	celebrant	celebrarunt	248	—	me	vt ea seuerita-	Et ea seuerita-
174	—	Eléchi	celebrant	celebrarunt				te ex Ecclesia	te ex Ecclesia
177	—	iectio-	Caluinianas	Caluifianas				eiecerint	eiecerunt
181	vidisti	osten-	Saluat. nouilun.	Saluat. 634. nouil.	249	Fortal	exem-	præcedente,	præcedente
181	—	etiam	(hoc	(hos			plum	vt	ordiar, vt
182	—	Côcil.	Romano tertio mox	Rom. tertio, mox	249	—	quæ	& supra	vt supra
184	Sed	minic.	secundum fuisse	sequi	250	Restât	li	ratione vitari	ratione plane
185	8. Vt	nobis	nobis velis	nolis, velis				vitari	vitari
183	—	perier.	&c. Primum	& Primum	152	4. Lubet	tur	cap. 7.	cap. 6.
189	10. Sci.	cuius	gloriat. super	gloriat. Super	253	Vno	lenda-	inchoare à	inchoare an-
192	Qua	liffi	colligitur	colligatur			rium		num. à
193	—	lit. p ^o	Bartulaphat	Bartulaphat	254	2. An.	tione	cap. 5.	cap. 1.
197	—	(cha	decreta Concilij	epactarum ordinē	257	Côtra	imper	via, doctē	via. doctē,
197	Rurſ ^o	ex	Prothesij	Protherij			fectū	Caluifi	Caluifi,
198	—	bis	illo	illi	257	7. Sed	paucos	bissextos	bissextus
199	Sit	adi ciū.	triginta dies	triginta tres	259	9. Trā.	ſumpſe.	indictet, primū	indictet, primū
200	—	epacta	addita ad 13. hoc	addita 13. hoc	260	—	codē	tuo	duo
203	—	tibi	tibi congruunt!	tibi congruunt!	265	7. Deif	diem	Paschatis	Paschalis
	—	(dēte	En vt hic	En & hic	266	Expo.	tradi-	mēse Pascha-	menſes Pa-
204	—	præce-	oſtingenta	oſtoginta			tione	lem incipiāt,	ſchales inci-
204	—	cōmu-	hoc eſt; duodecim ^o	hoc eſt, duodecim-	267	8. Ad	iis	eumque	piant, eoſq;
	—	nis)	ne vel decimuster-	ne vel tredecim lu-	267	—	Caluifi	vlli	nulli
	—	merid.	tius lunat. indicat	nationum, indicat	268	—	Caluifi	Caluifi	Caluifi
204	6. Vid.	mitti-	viginti quatuor	viginti tribus		Eiuſd.	iectio	annis & cen-	annis cente-
226	—	centum	centum	cenſum	268	—	(cipe	teſimis	ſimis
228	—	ſe ſen-	paſchatis	paſchalis	268	10. Ter-	nō re-	excludere	excludi
228	3. Sed	Domi	Euchariftiam	Euchariftiæ	269	gione	M, & VI.	M, & VI.	M, VI.
231	5. Chriſt.	ipſo	quo eſt	quo &	273	4. Ex-	mūdi	annos præ-	annos futurū
233	7. Pu-	quar	epactas vero ſiue	epactæ verò ſiue au-		cog.	Ad	dicat	prædicat
	deat	—	aureos numeros	rei numeri	275	Ad	Ad	3. Ad	ſuum
236	Anteq	Martij	menſe	menſi	275	—	& mag.	tuum	ſuum
241	—	Greg.	29000	29000	277	5. Ve-	codē	fieret? quā-	fieret (quā-
242	Eadē	ſurdiſſ.	Num. 8.	Num. 9.		rum	(pta	uis	nis
243	—	luna	biſſexta	biſſecta	278	—	terru-	poſſit	poſſint
243	Sed	ſur	& tranſcriptorem	& fallacē tranſcrip.	280	Pro-	erat	omnia æqua-	omnia de æ-
246	7. Quid	bile	in te	inde		priet.	—	tione	quatione
247	Hoc ſol	nitur	alterius	vlterius	282	Quar.	la	lexies	nonies
247	—	gnum	agāt Catholici. Idē	agūt Catholici, Itē	283	Sexto	omnin.	9 220.	9210.

Pag.	s	Verf.	Errata	Correctio	Pag.	s	Verf.	Errata	Correctio
283	Septim.	quod	Audiamus	Audiuimus	367	Ex	9200.	Num. 2.	Num. 3.
284	Primo	sed	quater	sexies	376	Quod	sur	Conciliis	consiliis
284	—	bet	33	31.	377	—	grauis	sola super-	sola, super-
285	—	ter	ter	Semel.	382	—	ra	bia ac	bia sci. vestra
288	Quint.	médac	267600.	297600	383	8. Seq.	hanc	paçtali	ac
288	—	suria	22	viginti duas	389.	Verū	quam	descendat	epaçtali
290	—	Clauis	ait, Clauis	ait, an Clauis				motium com-	descendatur
291	De	an	sagitaris suis	sagitaris his				putata	motum, siue
294	—	lis	30700	301700.					per plenilu-
296	—	ti	sectores	lectores					nia paschalia
297	Ceterū	facile	tibi	sibi					per medium
297	—	—	confideres	confideret					lunę motum
303	Dicet	iterum	iterū iterumq; can-	iterum iterūq; can-	396	Acrim	bac	ipfius	computata
305	Nz	num	legentes non	legentes quique non	397	Deniq	rare	primaria	eius
305	—	omnem	Paschatia	Paschalis	428	—	nis in	turpiter	primana
307	Quarto	cidit	5, 4, 7	6, 9.	453	—	—	QVARTVM	tu ipse
308	vndeci	schale	sanctos	sanctos	477	Quod	deind.	QVINTVM	annorum
309	Quinto	cutus	cuius	quosuis	477.	fi)	Sol	5. April. fer.	5. fer.
311	2. Hyp	& 5.	10. secunda 48	49, secunda 12.	494	Notan.	pcedē.	mensibus	versibus
311	Ergo	stituti	(sunt) erit	(sunt) centuriis etiā	496	Itaq;	betur	Regula 11.	Regula XI.
				tribus millibus &	513	Dati an	propos.	propositi	postpositi
				vna absit, erit	514	Exē. 3.	bētur	24	34
				vobis	518	Not. 3.	te inci	14,	1, 4,
				extra	523	Quar.	ra	&	eo
313	De	cōstat	nobis	vobis	524	2. Ann	dam	incitentur	imitentur
314	Si autē	termi-	intra	extra	527	Ex rōe		Exratione	Ex reiectio-
316	His	lūptis	pleniluniis	nouiluniis					ne
320	Tabul.	pfo	2864, 2884	2864, 2868, 2884.	527	29. Cha		hor. 21.	hor. 16.
340	Ista	cum	optime	optime	527	34. Char		hor. 26.	hor. 6.
342	Tertio	cum	epaçtam	eam	530	Eadē	235	235	325
343	Hic	lud	ne	vt	536	Exē. 6.	ria 8	18	18
344	—	nihil	laborarent	latrarent	560	Ex-gr.	Calen	5898. siue	5898. aufer
344	2. Erg.	ac	qui	quia		petatr.	dario	1598. siue	1598. siue
345	Quātū	sua	Gheraldus	Ghetaldus	566	Exē. 2.	scha	ad 247.	ad ducente-
350	—	pra	disposito	positum					simum qua-
354	5. Et	ruptio	illorum	ille					drages. septi.
355	Alterā	sola	annis	anni					nummum qua-
358	Secūd.	vt ipse	Hic	Sic					drages. septi.
362	—	Caluif.	quæro	quare	569	—	Teku-	numerum	numerum
362	—	ro	si nondum futurū	Si id nondum factū		plum)	phæ	Tisri	dierum mē-
			est, & ita videbitur	est, & ita videbitur,					sis Tisri
			introducere	introducere	573	Exē-	91	182. 15 1/2 o.	182. 15. c.
364	His	modo	si animum, &c.	si animum, &c.					

Præterea pagina 55. §. 4. Præterea, pro:
Christianis humillime contendere & precari A-
stronomos, Chronologos, & Historicos, &c. ut sepo-
sito & exautorato Calend. Gregoriano.

Legē: humillime contendunt & precantur
Astronomi, Chronologi, & Historici, &c. ut utro-
que Calendario Iuliano & Gregoriano seposito &
exautorato.

Pagina deinde 160. in initio, in verbis
Caluifij, quibus Gregoriana ex Bulla de-
sumpta se recitare ait, vnum alterumve
coma omiffum est: quod tamen nihil im-
mutat. Verba verò (Et paulo post) & (cum
hoc tempore in veteri Calendario quatuor
& eo amplius dies distet) cum propria Cal-
uifij sint, tertio quodam charactere, & à no-
stro scilicet, & à communi aliorum expri-
mie iussimus: quod tamen neglectum in-
uenimus.

Pagina 164. in margine (extraordina-
ta) addatur (prouisum esse.)

Pagina 180. similiter in margine pro (re-
citant) legatur (vitandi) & pag. 339. pro
(præiudic) lege (promittit)

Verba item Caluifij suo charactere pro-
prio carent pagin. 76. §. Et sane. Vers. Sed.
Pag. 194. Num. 15. Vers. opus habet. pag.
250. Num. 10. Vers. Nostrum. pag. 339. ini-
tio. pag. 304. §. Ignoscat. Vers. dere.
Item pag. 282. §. Quarto dolos. dele (ve-
rum ethi serues) & quæ sequuntur vsq; ad
§. 3. Quinto.

SEQUVNTVR ERRATA NOTATA IN TABVLIS

*

Præterea erratum etiam est ferè in om-
nibus sedibus Aequinoctiorum in tabulis
cap. 18. Libri tertij: quarum tabularum vl-
timas ac penultimas columnas, quæ men-
ses anni Ecclesiastici ætatesque lunæ com-
plectuntur, non examinavit: reitutis enim
æquinoctiorum sedibus (quod mox facie-
mus) & correctis reliquis columnis, hæ-
c duæ à quouis, si forte errata irrepsissent, ab-
his liberare possunt: neque etiam vllus er-
ror talis esse potest, qui argumenta nostra
euertat. In pleniluniis vero & nouiluniis
examinandis minuta omnino neglexi. Se-
des autem æquinoctiorum sic restitue.

Pag.	col.	æ reg anni	Errata	Correctio
61	2	336	24	14
61	6		Nouilunia	Plenilunia
61	6	346	23	24
209	1	4159	A	M
215	1	4282	7.8.A	5.8. A
317	2	4317	2.21.S	5.21.S
219	3	4355	1.18.560	2.18.560
222	5	652	30.Apr.	30.Mar.
224	4	722	6.M	6.A
225	3	4464	5.0.324	1.0.324
235	2	441	585	685
282	1		2144	9244
285	3	5820	486	901
291	4	298569	1.Mar.	1.April.
316	3	300443	25.Mar.7.42	22.Mar.7.42
319	3	2812	25.Apr.6.26	25.Apr.5.26
319	3	2813	2.Apr.22.3	2.Apr.23.3
319	3	2818	8.Apr.8.34	7.Apr.20.34
319	3	2855	18.Mar	18.April.
319	3	2866	16.Apr.22.41	17.April.0.41
319	3	2876	25.Apr.21.44	25.Apr.19.44
319	3	2889	2.Apr.16.12	2.April.17.12
319	3	2894	8.Apr.2.43	7.Apr.14.43
322	3	4651	23.Apr.	23.Mar.
323	3	7227	26.Apr.	27.Apr.
325	2.3	9008	16.Apr.14.Apr.	14.Apr.16.Apr.
328	3	44624	1.Apr.	31.Mar.
329	2	2824	4.Apr.	5.Apr.
329	4	2804	18.M	18.A
330	3	2895	1.M	1.A
366	4	16156	10.A	9.A
401	3	50	7	5
414	4	6111	21.Mar.7.0.47	22.Mar.1.0.47
414	5	6111	22.Mar.	29.Mar.
425	3	3300	24	4
430	2.4	2076	5.30.18.14	7.30.20.14
430	2	2095	21.M.1.22.2	22.M.2.0.2
430	4	2095	10.46	12.46
430	1		3740	3746
431	4	4490	27	17
431	5	4615	24.Apr.	23.Apr.
468	2	27	20.Apr.	10.Apr.
469	2	2280	7.2	7.6
534	5	76	5.5.860	3.5.860
535	2	1235	75	75.
535	5	171	3	2
535	5	190	2	0
535	5	209	1	3
535	5	228	0	1
535	5	988	572	527 F

Refutat. Correctio.

* Pag. 316. sic lege:

300400	} <i>sedes</i> } <i>aqui-</i> } <i>noctij</i>	21. Ian. 18. 40
300401		21. Ian. 0. 29
300402		21. Ian. 6. 18.
300403		21. Ian. 12. 8

Pag. 321. ubi ponitur 17. Febr. substitue 16.
Februar. Pag. 323. dies sunt: 28. 27. 27. 28.
Ian. Pag. verò 325. sint: 15. 14. 15. 15. Ian.

At pag. 326. sic lege: & pag. 327. sic:

23. Apr. 12. 29	22. Apr. 18. 29.
22. Apr. 18. 18	22. Apr. 0. 18.
23. Apr. 0. 8	22. Apr. 6. 8
23. Apr. 5. 57	22. Apr. 11. 57

Ad hæc in Calendario cap. 6. lib. 5. pag. 458.
in columna 7. pro 88. legendum 98: & col. 9.
epacta XXIV. posita ad diem 19. April. transfe-
renda est ad diem 18. Aprilis, & coniungenda
cum epacta XXV: column. 10. in fine pro 2. lege
3. In capite verò columnæ 13. loco APRILIS
substitue PHARMUTHI. Pag. 459. column. 1.
epacta XXVII. in capite posita, debet esse se-

cundo loco, & in primo XXVIII. column. 5. lege
Pudentianæ. col. 13. sub finem lege PATNI.
Pag. 461. column. 1. epactæ XXVI. in fine mensis
adde epact. 25. Pag. sequenti 460. quæ debe-
ret esse 462. column. 10. ad diem 11. Augusti pro
17. lege 7. Pag. 466. column. 10. ad diem 26. De-
cemb. pro 9. lege 8.

Pag. 473. in Cyclo Solis Gregoriano ad nu-
merum 235. deleatur littera C. pag. 475. In tab.
epact. expansa sub aureo num. 13. pro epacta
XXV. substitue 25. pag. 533. in fronte secundæ
tabulæ pro I. TABVLA lege II. TABVLA.
Pag. 536. in vltima parte tabulæ 6. Hora pro
Tekuphis Nisan assignatur 6½ debet esse 6. Itē
in tertia parte eiusdem tabulæ pro Cyclo Solis
xxv 11. lege xxvi.

In Calendario deniq; Hebræorum pag. 542
column. 7. delendus est vltimus siue 30. dies. pag.
543. pro filij Hua, legendum filij Nun. pag. 545
Purim siue festum sortium minus pertinet ad
diem 14. mensis, & Sortium maius ad diem 15

F I N I S.



REFVTATIO ELENCHI
CALENDARII
GREGORIANI A
SETHO CALVISIO

CONSCRIPTI, ET OPERA

Dauidis Origani editi:

Qua

LIBRIS QVATVOR

CALENDARIVM GREGORIANVM

*vere Ecclesiasticum, & ab omnibus recipiendum esse ostenditur:
varia Aduersariorum machinationes deteguntur, ac solide dis-
soluuntur: &, quae nuper nata sunt noua Calēdaria, erro-
nea esse, & minime Ecclesiastica demonstrantur.*

ACCESSIT

PRÆTER DIGRESSIONEM, QVA IOSEPHI SCALI-
geri de Aequinoctiorum anticipatione Diatriba discutitur,

LIBER QVINTVS

DE RATIONE AC PRAXI

Calendarii Ecclesiastici Christianorum, & Computi Hebræorum.

AD

SERENISSIMVM PRINCIPEM

MAXIMILIANVM

ARCHIDUCEM AVSTRIÆ, &c.

AUCTORE

PAVLO GULDINE SOCIETATE IESV.

Cum Gratia & Privilegio Sacr. Caesar. Maiest.

MOGUNTIAE

Ex officina Typographica Ioannis Albini.

M. D C X V I.

FERDINANDVS ALBERVS,
Societatis Iesu Vicarius Generalis.

Cum Refutationem Elenchi Calendarii Gregoriani à Setho Caluissio conscripti, libris quatuor, cum praxi Calendarii Ecclesiastici Christianorum, & Computi Hebraeorum libro quinto cōprehensam, auctore P. Paulo Guldin è Societate nostra, tres eiusdē Societatis, quibus id commissimus, recognouerint, ac in lucē edi posse probauerint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Roma 12 Septembr. 1615.

Ferdinand. Alber.

SERENISSIMO ATQVE REVE-
RENDISS. PRINCIPI AC DOMINO, DOM.

MAXIMILIANO

ARCHIDUCI AUSTRIÆ, DUCI

Burgundia, Styria, Carinthia, Carniola, & Wirtenber-

ga: Magistratus Generalis Prusſiæ Adminiſtratori: nec

non ſacræ militiæ Ordiniſque Teutonici per Germani-

am, Italiæ, partesq; tranſmarinas Magiſtro: Co-

miti Habſburgi, Tyrolis, & Goritiæ, Land-

grauio Alſatiæ, &c. Domino ac

Principi clementiſſimo.



Oſtquam GREGORIUS XIII, Sereniſ-
ſime Princeps, pro ſummo, quod in Ec-
cleſia gerebat munere, nouos Faſtos
Chriſtiano orbi propoſuit, prorepſere
illico nonnulli, qui temerario calamo, quod non capie-
bāt, inceſſerent, quod capiebant, per petulantia illu-
derent. Sed diu non fuit impunis hæc audacia; reſpreſſi
ſunt à magno Societatis noſtræ Mathematico Chri-
ſtophoro Clauio, cuius cum vim ſentirēt, ad carecta
iere, vt ſeſe conderent, & in tempore deſertam in
arenam redirent: nam vbi ſupremis fatiſ concedit
Clauius, prodiit glorioſus quidā Gladiator, qui mu-
tos Clauii cineres ad certamen vocaret. quid homi-
ni ſtolide feroci cum Clauii Manibus? virum ipſum,
dum contra ire poterat, laceſſere debebat. Nunc pu-
gnam ſine hoſte cogitat, triumphum ſine victoria. Il-
li vacillat Gregorii Calendarium; nobis ipſius cere-
brum. Solo ſupercilio ingens venditare nobis pergit

† 2

veluti

EPISTOLA DEDICATA.

veluti albis mentibus laceras suas chartas, vt Romanos Fastos abiiciat, in quibus tamē nequos, quos corrigat, non inuenit; sed facit. Ita solet hoc hominū genus: quicquid ab *Roma* est, illud execrabile est. Volūt opinor, vt postposito Romanorū nomine eos adhortemur, vt impigre ac gnauiter Lutherū, Caluinumq; propugnent, vt animo indulgeant, vt credant, vt faciant pro libidine omnia; mox fient Catholici; lubet enim facere contra imperata: non melior causa, nō ratio locum habet; peruicacia habet. Sed enim, ne apud Serenitatem Vestram, *Magne Princeps*, longior sim, quam decet, scribo aduersus hūc Erronē, & laborem meum Ser. V. inscribo: reflectenti enim mihi oculos ad Catholicos in Germania Principes, ipsa prima occurrit, vtpote Alpino imperio Italiae proxima. Deinde non ignarus sum, Ser. Vest. nobilissimis Mattheos studiis delectari, iisdemq; Principatus sui curas subinde temperare, laudabili, imitandoq; cæteris Principibus exemplo. Demū cum ego, pars minima quidem, eius Societatis sim, quæ Ser. Vest. totiusque *Augustissima Austriaca* domus seruitiis, quasi cōtinuē beneficentiæ magnis pretiis empta, deuota est, non decuit me vnum ab officio discedere. Quare quam possum enixissime Ser. Vest. oro, vt sereno vultu hūc meum librum aspiciat, accipiet enim ab ea lucem, quam habere ab auctore non potuit. Romæ. Anno M. D C X V. Calend. Septemb.

Serenit. Vestra

Humillimus

Paulus Guldin.

SCRIPTIONIS CAUSA AMICO LECTORI.



*Var*tus annus est, amice lector, cum vir immortalitate dignissimus Christophorus Clavius mortuus est, ereptus quidem mundo, in quo vivebat moriturus, sed eo, ut spes est, receptus, ubi semper viuet cum immortalibus: quamquam neque hic plane desit esse inter mortales, ubi in hominum animis, inque doctissimis libris viuit, & viuet memoria hominis religiosissimi, ac Mathematici sapientissimi sempiterna.

Et ille quidem decessit, cum iam auro maturus, & viri integerrimi, atque eruditissimi doctoris officio functus, sibi, gloriaeque satis diu vixisset, etsi reipub. cum litteraria, tum Christiana non satis diu. Tantum enim ingenium, tanta doctrina, tanta disciplinarum Mathematicarum cognitio, cum singulari morum innocentia, & vita sanctitate coniuncta, non videtur debuisse circumscribi exiguis finibus humanae vitae; in qua ut imperitis, & improbis semper auctoritate restitit, ita doctis, atque religiosis hominibus consilio, & institutione nunquam non profuit, & adhuc multum proderat, profuissetque vel solo nomine, & exemplo, si superstes diutius etiam fuisset. Quamuis autem in supremis annis honestum sibi otium ab omni alio negotio dari exoptaret, & vero dignus esset qui impetraret, ut, qui in aliorum curanda utilitate omnem aetatem transegerat, in extremo vitae actu sibi uni vacare, & Deo, tamen quae erat illius de omnibus benemerendi egregia voluntas, quaeque aliorum ipsum etiam laceffentium importunitas, nunquam illud obtinuit, ita bonus senex bona operans, & bene agens extinctus est. Inter cetera non minimum molestia in senectute exhibitum ei fuit ab impugnatoribus Calendarii Gregoriani, cuius ille ut primum cum alijs eruditissimis Mathematicis conditor fuerat & institutor, ita postea sine sociis contra importunos oblocutores, & inuidos calumniatores unicus semper extitit defensor, & eximius propugnator. Insurgebant noui quotidie hostes, aliena a muli gloria, propria plus iusto appetentes, ofores veritatis, Catholici nominis inimici, qui non tam Calendario Gregoriano, quam Gregorio, id est, Pontifici Romano, seu Petro Christi Vicario bellum, & arma inferrent. Horum impetus Clavius sustinebat unus, eorum conatus sua prudentia eludebat, artes fallebat sapientia, temeritatem constantia compefcebat, audaciam auctoritate frangebat, inscitiam eruditione reuincebat, & quamquam ut in illa aetate, manu tremula vacillantes litteras describeret, scribendo tamen ac disputando quam doctissime

AD LECTOREM.

sime senili robore animi inniſtus, eos oēs reiecit, fudit, prostravit, pſtigavit. Deus bone, dicebat senex optimus in ultimis suis p Calendario apologeticis, alius iam mihi senis, & affecta ætate, ex alio labor trahitur, non vt Gregorianum Calendarium emuniam, sed vt veteratorie, & malitiose per calumniam intentas machinas euertam, quæ ideo excuduntur, & quotidie aliæ de nouo excogitantur, vt ipse iam iisdem nugis, & fastidii plenus, defatigatus liberum cuiq; faciam, quodcunque voluerit blaterare, vt victoria, quandoquidem haberi rationibus, & rei æquitate non potest, silentio meo, & improuida taciturnitate obtineatur. Hanc opportunitatem obtinendi Claudio silente victoriam, captasse, & plures annos expectasse videtur Sethus quidam Caluſius, qui vt de silentio eius triumpharet, hostem senio confectum, imo iam tum forte demortuum aggressus est, & ratus neminem unquam futurum Gregoriani Calendarij pro Claudio defensorem, diutius magnum laborem suum suppressendum non duxit, & pridem conceptum nouarum perturbationum sctum, Calendarij Gregoriani Elenchum tandem enixus est, obstetricante Davidis Origani manu anno 1612. Et ea profecto spe, atque opinatione sua falsus nequaquam fuisset iste Caluſius, siquidem persona ipsius, aut eius Elenchi ratio habita tantum esset. Sublato enim è visuis Claudio quis vel mediocriter doctus cum eo componi se a quo animo pateretur? aut cur ullus è moderatis, veteranisque Catholicorum Doctoribus cum nouo Mathematicum, & Astronomiæ studioſo congregaretur? Sed & quid opus erat confutare Elenchum, sui ipsius elenchum, qui remoto omni aduersario satis ipse se redarguebat, plenum videlicet contradicentibus, & inter se pugnantibus propositionibus, perspicuis scatentem erratis, à quo nemo erat, qui reformato Calendario metueret ullum vel periculum, vel existimationis detrimentum? Neque vero eadem ratio erat ceteris Doctoribus cum Claudio, qui propterea quodè Calendarij Reformatoribus vnus fuerat, iure suo, quoties illud impugnabatur, sibi ipsi propugnandum sumebat, quicunque tandem illi essent, qui oppugnarent, & quibuscunque uterentur argumentis, satis nimirum causa ad scribendum pro Calendario arbitratus, ipsum oppugnari, vt ea occasione veritas clarius explicata firmitus in hominum animis insideret. At reliquis neque post tot Clanij apologias necessum, neque contra cuiusquam ineptias decorum fuit stylum acuerere, aut versum ducere. Ita belle Caluſio succedebant omnia è sententia, rem grandem paruus attigerat, magnum herpa pſio prouocauerat, contra Pontificem blaterauerat, & Regibus, Principibusque suasor accesserat. Denique vno Elencho sibi nomen fecisse, & magnam gloriam, quam vehementer capuerat, & magno labore quasiuerat, feliciter acquisuisse

AD LECTOREM.

uisse sibi videbatur. Nec erat è nobis, qui magnopere curaret, quid sibi in angulo Germania unusquispiam plauderet. gloriaretur sane, ut vellet, amaret simius partum suum; quid tum? an non aliquando detectis monstrosi Elenchi peccatis, veritas erat præformato Calendario triumphatura? Ergo altum à nobis silentium erat, & Calvisius iam tres fere annos impunitate fruebatur, cum auditum est in Germania commoveri homines aduersarios, non tam inepte gloriari, quam nequiter insultare Catholicis, & inprimis Summo Pontifici, Imperatori, Regibus ac Principibus, quorum imperio, & comprobatione Calendarium correctum, promulgatumque fuerat, atque usureceptum: falso iactare Pontificiis Elenchi istius beneficio innotuisse Calendarii Gregoriani errores, quos ipsa taciturnitate confiterentur; nostrum silentium timorem interpretari, modestiam ignorantie adscribere; prudentiam dicere tergiversationem: contra vero mirari bonos patientiam Catholicorum, veritatem mendaciis opprimi permittentium; suspicari etiam nonnullos aliquid profecto causæ esse, quod Calvisius Calvisijque fautores adeo insolenter extollerent Elenchum suum. Quamobrem cum viderem Calendarii causam, id est, iustitiam, religionem, veritatem, non minus è nostro silentio, quam ex aduersariorum audacia posse plagam non leuem accipere, existimaui Catholicis non esse diutius tacendum; & quando nemo eorum, qui id possent, cogitationes suas alio fortasse honestius, utiliusque distractas, in hanc curam intenderet, capi ego cogitare si quid possem in hoc genere, in quo non diffiteor me aliquid opere collocasse, cum præsertim præter communem causam, illud me ad hoc impelleret, quod animaduertere Christophorū Clauū, cui omnia debeo, & nunquam non debebo, iure suo hoc à me postulare, ut quicquid sum, & quantum valeo, in sui, suorumque operum defensionem conferrem. Superiori igitur anno in feriis æstivalibus, quibus ab intensioribus studiis remittitur animus, nactus aliquid orij Calvisianum Elenchum in manus sumpsi, attente perlegi totum, perpendi momenta rationum, notavi methodum, confutationes, argumenta, consecutiones consideraui: & post diligentem libri lectionem, dum ex æstimatione operis de auctore facerem coniecturā, ita mihi visus sum de ipso posse pronunciare. Hic quidē homo si tantus esset, quantum se ipsum facit, aut putat, timeri fortasse posset, nunc autem talis ac tantus cum opinione tantum sua sit, cur cuius terrori sit? Ego sane, qui tenuitatis meæ conscius, ut nihil mihi arrogo, ita nihil alijs de me polliceor, Calvisium istum non timeo, quamuis eum in suo Elencho instar Golia Philistæi procedentem intueor, & agminibus Dei viuientis audiam exprobrantem, dum ita scribit; In hac re, quam in manibus habemus tradenda me non rudem, sed satis exercitatum ab aliquot annis esse affirmo: quod si affirmanti fidem habere noluerint, vel me

erroris

AD LECTOREM.

erroris conuincant, vel alias mecum congrediantur, solertem me dabo. *Qua dum iactat quid aliud dicere videtur, quam quod olim ille sparius*, Eligite ex vobis virum, & descendat ad singulare certamē, si quiuerit pugnare mecum, &c. Hunc ego me virum profiteri non vector, qui cum isto Gigante, sicut ipse sibi videtur, congredi possim. Ut enim *Dauidi hoc tantum similis sim*, quod sum exiguus, & inter fratres meos, Patres nimirum Societatis IESV, omnium minimus, cetera fortissimo inueni dissimillimus; nihilominus audeo in nomine Domini exercituum inire certamen cum isto bellatore ab aliquot annis exercitato; quod non temere viris illis praestantioribus praeipio, quos cum gregario milite committere nec oportuit, nec decuit. Et quamuis armis, vestimentisque regiis indutus incedere non consueverim, eloquentia nempe vim, & ornatum, ut minime necessarium ab oratione consulto rejiciam, veritate tamen ac bonitate causa confusus, quasi funda, & lapide instructus, procedo aduersus Philistaeum istum, ut eum proprijs telus confodiam. *Qua cum ita sint, iam opinor, intelligis, Lector beneuole, quo consilio nunc tandem accedā ad causam hactenus ab omnibus neglectam, ne videlicet dum ea à sapientibus etiam viris deseritur, non solum ijs, qui secus, quam res sunt, dolo malo interpretantur, sed & hominibus rerum ignavis, apud nos non tam a quo patrone, quam a equitate caruisse videatur; & ne eius olim defensor omni honore dignissimus Christophorus Clavius per maledicorum ora traducatur, sed ut unica Elenchi Caluisiani confutatione, Calendario quidē reformato sua laus, & auctoritas conseruetur, Reformatorum vero, & imprimis Clauij nomini parcatur impostum ab inuidijs, & calumniatoribus, qui ubi rescuerint non deesse, qui illorum famam tueatur, discent à calumnijs in eos congerendis abstinere. Tu vero si mihi ex me bene de te augurari fas est, uniuersum hoc meum consilium aequi bonique facies, & si quod in ipso opere peccatum deprehendes, mihi ut homini adscribendum, & vero etiam condonandum putabis; quicquid vero utiliter, ac recte dictum inuenies, id totum DEO immortalī bonorum omnium auctori unico tribues. Vale. VIII. Cal. Iunij*

M. DC. XV.

PRO-

PROGRESSVS

OPERIS.

Notam Caluifiani Elenchi Refutationē ea methodo, quam sequens præfert Index, tribuo in libros quatuor, quibus interijcio Digressionem de noua atque inaudita Astronomia Scaligeræ, ob causas suo loco indicandas: Librum etiam quintum annecto, quo ratio temporum ciuiliū, Regulæ item atque præcepta ad Calendarium Ecclesiasticum spectantia, eorundemque, quibus nituntur, rationes, (quæ omnia à quibusdam hætenus expetita sunt) vna cum Computo Hebræorum, explicantur. Qui liber etsi à reliquis independens, & per se solus consistat; est tamen non solum ad vsum Calendarij utilissimus, sed etiam ad Refutationem hanc rectius intelligendam, eum, qui rerum Calendarii non admodum peritus est, multum iuuare potest, & idcirco ab eodem cæteris quatuor in lectione præferendus. Caluifium porro ipsum sic accipio, vt se mihi exhibet ipse in suo Elencho; non quod contra bonos mores mendacia mendacijs redarguam, aut conuiitiis conuitia rependam, (id enim vt semper abfuit à meo vitæ genere, ita semper aberit à voluntate) sed quia, quod ad defensionem veritatis, Clauii, & Calendarii necessarium omnino fuit, qualis sit ipse, tantum demonstro: si in alijs suis lucubrationibus (cas
*
enim

enim non vidi) fuit cautior, veracior, & doctior, nihil illis per me detractum volo; quin & in hoc ipso Elencho, si qua apte dicuntur, et si superflua, & sine dubio à Reformatoribus Calendarii non ignorata, non reprehendo; iniustas eius, & intempestivas reprehensiones castigo, errores ac falsitates ostendo, Calendarium Romanum, veritatemque ipsam propugno.

INDEX

INDEX LIBRORVM.

- I. *Calendarium Gregorianum à calumniis aduersariorum generatim defenditur.*
- II. *Refutatur prior pars primi libri Elenchi Caluissiani, quæ præcipue motum solis perstringit; cum Digressionem de Astronomia Scaligeram, eiusdemque de Aequinoctiorum anticipatione Diatriba.*
- III. *Reliqua pars primi libri Elenchi diluitur, quæ Calendarii Gregoriani paschata, cum ijs, quæ ad motum lunæ pertinent, à Caluisio inepugnantur.*
- IV. *De pseudocalendariis Sethi, fictisque, ac superfluis Calendarii emendationibus; ubi secundus liber Elenchi Caluissiani discutitur.*
- V. *De methodo temporis civilis, seu de ratione, ac praxi Regularum ad Calendarium Ecclesiasticum spectantium, una cum Computo Hebræorum.*

* 2

INDEX

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI.

- C** *Aufa cur Acatholici auersentur Calendarium Gregorianum.*
- II. Calendarii reformationem spectasse ad Romanum Pontificem.*
- III. Calendarium Ecclesiasticum neque veris, neque mediis luminarium motibus; sed cyclis ac diebus solidis constare.*
- IV. In Calendario Gregoriano nullos esse errores, qui vere dici errores iure Calendarii Ecclesiastici possint.*
- V. De aliis aliorum Calendaris, precipue vero de Pseudocalendaris Sethi Caluisii.*
- VI. Nouis istos nouorum Calendariorum artifices, discordiarumque factores, vel ex propria illorum confessione; cum alter alterum damnet, nequaquam audiendos esse.*
- VII. Nihil magis facere ad unionem ac concordiam omnium ordinum, in ratione temporum, quam consensionem in unum, idemque Calendarium, idque Gregorianum.*

INDEX CAPITVM LIBRI II.

- I. Epistola Davidis Origani discutitur.*
- II. Caluissani Elenchi prima tria capita examinantur; terminumq, Paschalem, ac plenilunium medium à primis eorundem terminorum institutoribus pro eodem, ut vult Caluissius, nequaquam acceptum esse.*
- III. Plures Caluisii errores, commissi in recensendis Canonibus Paschali-
bus aperiuntur.*
- IV. Examinantur ea, quae de mutato Calendario, mutationisque Aucto-
ribus capite quinto dicuntur.*
- V. Rationes quibus nonnulli Caluissium ab oppugnando Calendario
Gregoriano dehortati prudenter sunt, perpenduntur.*
- VI. Caluissium oppugnationi suae frivolum, & à veritate alienam pra-
texere causam.*
- VII. De Aequinoctii ad diem vicesimum primum Martii reductione;
cui frustra Caluissius obnititur.*
- VIII. Caluissium falso incusare Calendarium Gregorianum, quod ad pra-
terita tempora deduci methodice non possit.*
- IX. Digressio de Astronomia Scaligeræ.*
- X. Digressionis continuatio, cum breui examine Libelli Scaligeri de
Aequinoctiorum anticipatione.*
- XI. Planissime ostenditur Caluissium nullis prorsus rationibus evincere
aequinoctium non satis præcise ad vicesimum primum Martii à
Gregorio XIII. reductum esse.*

XII.

INDEX CAPITVM.

- XII.** *Gregorianam intercalandi rationem multo elegantiores esse, quā oculo Caluisiano male affecto videatur.*
XIII. *Ea quæ de cyclo solis, siue litterarum Dominicalium Calendario Gregoriano Caluisius obiicit, diluuntur.*

INDEX CAPITVM LIBRI III.

- I.** *Eorum, quæ ex cap. 13. 14. & 15. de epactis contra Calendarium Gregorianum colliguntur, refutatio.*
II. *Caluisiana detegitur fraus, & male sincerus animus in discutienda epactarum certitudine, maxime Clauianarum.*
III. *Temerarium Caluisii iudicium de Clauianis Pleniluniorum, & epactarum tabulis.*
IV. *De perpetuitate, mutabilitate, & equatione extraordinaria Calendarii Gregoriani, circa quæ Caluisius plurimum à veritate aberrat.*
V. *Quo die tam Iudæi, quam quartadecimani Pascha peregerint; & quid ratione illorum in Paschate celebrando Christiano à Patribus sancitum sit.*
VI. *Utrum verum sit Calendarium Gregorianum Pascha sæpius cum Iudæis celebrandum præscribere: & quid circa hoc proxime post Concilium Nicenum ex præscripto veteris Calendarii, & Patrum factum sit: in quibus Caluisius sæpius grauiter impingit.*
VII. *Quibus diebus in Calendario Paschales termini ex Patrum Concilii Niceni instituto affixi fuerint: quibusq; item diebus Pascha ex eorundem decretis, proximis post idem Concilium 400. annis actum sit. Recensentur etiam Iudeorum pro eodem tempore Paschata.*
VIII. *Falsissimum esse Pascha Christianorum in plenilunio celebrari non posse.*
IX. *Inscitiæ criminationumq; inuolucra, quæ capite 21 inuoluit Caluisius, euoluuntur.*
X. *Caluisium sua potius quam Calendarii Gregoriani absurda probare, dum id Pascha cum Quartadecimani agere frustra probat.*
XI. *Quæ de traiectione Paschatis in ultimam mensis lunaris hebdomadam, ac mensem secundum Sethum afferat.*
XII. *Ea, quæ de annis, ac mensibus lunaribus, nec non de copulatione epactarum cap. 25. & 27. contra Calendarium Gregorianum assert Caluisius, refelluntur.*
XIII. *Quam contumeliose Caluisius tractare pergat mensem Paschalem, terminos paschales, eorundemque Institutores.*
XIV. *Capita 28. & 29. Caluisii, de aliis Calendarii Gregoriani erratis, ad examen adducuntur.*

INDEX

- XV. *Quam intemperanter Caluissius capite 30. in aequationem epactarum Clavianam inuehatur.*
- XVI. *Sethus non Clavianum, sed seipsum iniquum Calendarii censorem esse probat.*
- XVII. *De iniquissima Calendarii Gregoriani cum Iuliano, siue veteri comparatione, à Caluisio capite 32. Elerchi instituta.*
- XVIII. *De aqua ac iusta Calendarii noui cum veteri collatione, quam, si vir bonus Caluissius fuisset, institueret debuisse.*

INDEX CAPITVM

LIBRI IV.

- I. *De ignoratione rerum Calendarii, qua Caluisio plurimarum absurditatum causa fuit, in ordinandis, seu potius deprauandis in Calendario epactis.*
- II. *Non immerito maiorem in Caluisio desiderari prudentiam, dum Clavianum virum doctissimum, spectatissimumq; suum euocat in ludum.*
- III. *Capita tertium, & quartum suis ponderibus obiter examinantur: ubi de cyclo solis veteri, à Caluisio Calendario nouo restituto.*
- IV. *Quid Caluissius capite quinto de æquinoctio, deque antiqua, quam male reprehendit, lunationum denominatione comminiscatur.*
- V. *Caluissium perperam emendare Calendarium, & censorem iniquum agere.*
- VI. *De cogitatione quam Caluissius cap. 6. de Calendario emendando, statibus Imperij Romani suscipiendam proponit.*
- VII. *Ratiocinatio Caluisii de anno solari, & æquinoctio in Calendario constitutendo discutitur.*
- VIII. *Quid de suis amulis Calendariopais, eorundemque operibus Ludi magister Caluissius sentiat.*
- IX. *De constructione Pseudocalendarii Sethi Caluisij.*
- X. *Pseudocalendarium à Caluisio constructum in conspectum producitur, & generatim examinatur.*
- XI. *De comparatione Pseudocalendarii Caluisiani cum Gregoriano Calendario; deque speciali quodam eius examine.*
- XII. *Alteri Pseudocalendarii à Caluisio constructi forma proponitur, & excutitur.*
- XIII. *Idem Pseudocalendarium aliter propositum lustratur.*

INDEX CAPITVM

LIBRI V.

- I. *De tempore celesti.*
- II. *De tempore civili.*

DE

CAPITVM.

- III. *Deratione anni Aegyptiorum, & Alexandrinorum.*
- IV. *De anno Iuliano, sine Calendario veteri.*
- V. *De anno, ac Calendario Gregoriano.*
- VI. *Proposuntur Calendaria, Gregorianum, vetus sine Iulianum, & Alexandrinum.*
- VII. *Exponuntur quaedam tabula ad examen, & usum Calendariorum spectantes.*
- VIII. *Regulae pertinentes ad annum Alexandrinum, & Aegyptiacum.*
- IX. *Regulae pro veteri, sine Iuliano Calendario.*
- X. *Regulae Calendarii noui, sine Gregoriani.*
- XI. *De anno ac Computo Hebraeorum.*
- XII. *Canones, & Tabulae Computi, una cum earundem structura, & ipso Hebraeorum Calendario.*
- XIII. *Regulae Calendarii, seu Computi Hebraeorum.*

REFV-

REFUTATIONIS ELENCHI CALVISIANI

LIBER PRIMVS.

Quo

CALENDARIVM GREGORIANVM A
calumniis aduersariorum generatim defenditur,

CAPVT PRIMVM.

Causse cur A catholici auersentur Calendarium Gregorianum.



Atholicam Ecclesiam odio esse Iudæis, Turcis, Ethnicis, hæreticis, nouum non est; odii vero causas afferre neque difficile fuerit, neq; necessarium. certè iam inde vsque à Christi Ecclesiæ sponsi abitu, hereditarium semper fuit Ecclesiæ filiis maleuolentiam infidelium sustinere. Verum inimicitia, quas nostri temporis hæretici nullis vllius ætatis quantumcunq; infensis Ecclesiæ hostib. inferiores cōtra Catholicos susceperūt,

Hæretici nostri temporis Catholicis infensissimi.

adeo sunt acerbæ, virulentæ, lethales, vt omnes omnium seculorum ab Ecclesia dissensiones cum horum odiis comparatæ, puerorum rixæ videri possint. Ita quicquid illis Catholicum olet auersantur, ita nostris damnis gaudent, ita ipsis, si quid prosperum nostris acciderit, male est, perinde quasi omne nostrū commodum detrimentum illorum sit, et mala nostra eis lucro cedant & honori. Quid quod vltro dummodo Catholicis incommodent, infortunia ipsi subeunt, damna sua non sentiunt, bonorum omnium faciunt etiam cum voluptate iacturam? Hinc quantumuis ipsi inter se opinionibus voluntatibusq; dissentiant, etiam si ambitione & inuidia in diuersas sectas atque hæreses discerpantur, tamen vbi opportunitatem aliquam nacti fuerint Ecclesiam insectandi, vbi conclamatum fuerit rem agi aduersus Catholicos, illico omnes vno animo consurgunt, sepositis priuatis controuersis vndique accurrunt, vnitatis viribus quali in communem hostem irruunt, exacuunt spicula, tela contorquent, vibrant gladios, hastas intentāt, eminus, cominus vt possunt, vt valent congregiuntur, vulnera imponunt, in fraudem inducunt, & vt parum seu nihil proficiant, nihilominus rem tentasse, pacem turbasse, molestos fuisse satis habent. Quod si fidei tātum dogmata impugnarent, de religione certare, opinione dissidere, hæresim velle statuere existimarētur, & nos prauam illam in errorum defensione peruicaciam ægritudinem quandam mentis interpretaremur: at nō solum in doctrina fidei ab orthodoxis dissentire, sed quicquid apud Catholicos recte institutum est, quicquid à summo Pontifice fuit ordinatum, quicquid in Ecclesia Romana legitime obseruatur, etiam si ipsis quo-

Non solum orthodoxorū dogmata odio habent, sed & alia quæ ex Catholicis ortum ducunt detestantur.

A

que

que commodum, utile, honorificum fuerit, propterea solum, quia apud nos quasi apud inimicos inuentum est, id omne reipuerere, contemnere, odisse, reprehendere, execrari, certe non nisi maligni animi, & maleuolentiae incredibilis est argumentum.

*Calendarium
Gregorianum
etiā cū propriis
incommodis &
absq; vlla caus-
sa, hostili ani-
mo insectatur.*

Hoc in genere eorum, quae adiaphora vocitant, cum ab ipsis reponatur Calendarium Ecclesiasticum, quod certe non pertinet ad vllum eorum dogmatum, propter quae illi ab Ecclesia desciuerunt, quamquam maxime interest omnium in vna eius obseruatione conuenire, ita vt ex quacūq; illius diuersitate, plurima in humana societate nascantur incommoda; quia tamen id, quod in eo corrigendum iam pridem ac reformandum fuit auctoritate Pontificis Romani nouissime correctum fuit, ac reformatum, id ipsum nō admittunt, reiciunt, detestantur, maluntque vetus Calendarium cum mendis retinere, quam emendatum à Catholicis recipere, & vt ex ea Calendariorū multiplicitate intolerabilis perturbatio in contractibus ciuilibus & in rebus publicis oriatur, hanc potius tolerandam arbitrātur, quam vt quicquam approbent Catholicorum: at causas saltem haberēt reprobandi; nam in ceteris rebus in quibus à nobis dissentiant, vt veras rationes non afferant, certe aliquas prae texunt & fingunt, in oppugnatione vero Calendarii Gregoriani, ita causis omnibus ac rationibus destituuntur, vt neque quid verisimile prae tendant, inueniant. Si qui enim fuerunt, qui partim ignoratione rei, partim odio Catholici nominis inducti, quidpiam opposuerūt, iis à doctissimis viris ita silentium impositum fuit, vt nemo eorum qui rem primo tentare, & manus semel conferere ausi sunt, iterum malam causam, si conuicia Scaligeri excipias, resumpserit, aut denuo infelicem pugnam iniuerit. Ergo ex hac tacita aduersariorum confessione, & ex bonitate nostrae causae sperare fas erat eos, quibus haecenus probata nō fuerat correctio Calendarii, tandē aliquando vi veritatis impulsos ac tēdio perniciosę dissensionis permotos, daturus manus, & in vnū Gregorianum Calendarium consensuros: sed hanc spem fallere conantur ii, quibus malum publicum, & rerum perturbatio plus bono est, quam pax & tranquillitas communis.

*Inimicitiarum
incentores, au-
daces turbatū,
pacis perturbatores.*

Hi nimirum metuentes ne Principes & ciuitates liberæ, quæ ad hunc diē Calendarium correctum non receperunt, non satis pertinaciter hæreant in sententia, sed iustissimis querelis & eorum quorū impediūtur causæ, & mercatorum, imo cunctorum mortalium continuis expostulationibus tandem aliquando cedant, quod ipsi vniuersæ nationi hereticorum indecorum, & rationibus suis priuatis perniciosum suspicantur, quasi pro aris & focis pro veteri Calendario sibi pugnandum existimant, & quia hoc quasi ruinosum castrum, aut arcem male munitam se posse defendere desperant, nouam aggrediuntur & nouas quotidie contra ipsum molitiones statuunt, & alias atque alias impugnationes indes meritantur. Hinc post exoletas illas Calendarii emendationes, post examina millies confutata adhuc nobis opponuntur Elenchi, Castigationes, Cycli, Tabulæ, Nouisq; cum Calendariis formites noui nouis parantur incendiis, quæ ab iis potissimum fortius accenduntur, quorum est eadem vel ipsis initiis statim extinguere.

*Sethi Caluissii
audacia, cuiusq;
Elenchi scopus.*

Ex eorum numero nuper prodiit & quasi è tenebris scholæ in apertum aërem exiit quidam Seth Caluissius Ludimagister Lipsiensis & Cantor, vt eū honori-

honorifice appellat Chronicon Portuense. Hic semel à Iosepho Scaligero laudatus, & à Dauide Origano animatus, ausus est hæc tractare; tractare autem? imo & se iudicem constituere, solus sine arbitris examinare, iudicare, condemnare Calendarium summi Pontificis atque Imperatoris Romani auctoritate comprobatum, consensu Catholicorum Regum ac Principum receptum, & longa eximiorum Mathematicorum commendatione confectum, aliud ipse cõdere, & hoc illi antepone; & sperauit homo magnanimus se hoc posse hominibus persuadere, vt illo quasi vitiosissimo reiecto, suum vt perfectum omnibusq; numeris absolutum reciperent. Ergo Caluissius Elenchũ Calendarij Gregoriani paucis ante annis euulgauit, quo illud non solum non modeste vt debuit, si quid haberet, quod pro studio veritatis opponeret, reprehendit; sed sæpe sapius etiã cõuitiis incescit; & cum nihil, quod ad rem faciat, probet, vitiosum esse contendit, & pro eo pseudocalendariũ proponit, atq; Principibus quasi reformatum, & ab omni labe purgatum obtrudere conatur; hac audacia si non aliud, certe hoc perfecturus, vt ij, quibus adhuc Calendarium correctum probari non potuit, nunquam probent, neq; in suas ditiones admittant; quod tamen prudentibus minime persuadebit.

3. Huius Elenchi refutationem cum in sequentes libros reiecerimus, hic vt in principio examinandæ sunt causæ, propter quas in formula sui pseudocalendarij seorsim ab Elencho edita, Caluissius iste asserit *status reformatæ religionis in Germania, & Reges Artetor orbis*, Acatholicos videl. fere omnes Calend. Gregorianum respuisse. Suscepimus autem has causas hic primum discutiendas, vt intelligant etiam i, si protestantes Principes, se ab istis hominibus libris huiusmodi non laudari aut honeste defendi, sed potius accusari & in inuidiam apud alios Principes vocari. Sunt autem hæ causæ omnino quinque, quas eo loci enumerat Caluissius hisce verbis: 1. *Quod Calendarium Gregorianum confusiones multiplices in rebus publicis & civilibus videretur inducere.* 2. *Quod à Pontifice Romano non ab IMPERATORE cuius esset in hisce rebus statuere propositum esset.* 3. *Quod videretur pacem religionis in Imperio constitutam, ex parte infringere, quæ liberæ religionis & ceremoniarum Ecclesiasticarum exercitium permittit.* 4. *Quod reformatio Calendarij habeatur pro decreto Concilij Tridentini, quod Conciliũ tamen multis de causis à nostris repudiatur.* 5. *Quod denique adhuc multiplices errores in Calendario Gregoriano contineantur, & Festa mobilia non semper ad decretum Concilij Nicani exhibeat.* atque hæ sunt grauissimæ illæ causæ, hæc impedimenta, quæ auctore Caluissio Principes detinent, ne Calendarium suscipiant Gregorianum, quantum autẽ illis inlit momenti, breui ponderabimus.

4. Vt autem in examinandis hisce causis eundem teneamus ordinem, quem ille seruat in proponendis, prima se ipsa statim falsa apparet, & ipsi eam proponenti contraria. Cum enim Calendarium Gregorianum à potioribus orbis Christiani Regnis ac Prouinciis receptũ sit, vel, vt cum Caluissio loquar, id Imperatores, Reges & Principes simul approbarint, certe illud à reliquis non suscipi, aliud non est, quam *confusiones multiplices in rebus publicis & civilibus inducere.* In omnibus enim aliis rebus ij censentur confusionum ac turbatum auctores, qui, quod superioribus, potioribus ac pluribus visum atque probatum est, ipsi reprobant atque refutant. Et id veritate cogente fatentur etiam aduersarij, & in primis ipsemet Caluissius, qui post recensitas illas causas mox subdit. *Sed hoc*

Causæ quas aduersarij prætexunt cur Calendarium Gregorianum non recipiant.



Primã causam falsam esse, ipsi que eam proponenti contrariam.

Incommoda ex
diuersitate Ca-
lendariorū pro-
uenientia.

modo inquit, dum aliqui in Germania nouum hoc Calendarium sequuntur, aliqui Iulianum adhuc tuentur, multiplices confusiones & turba in Imperio oriuntur: Re igitur & ceremonia Ecclesiastica inuicem ludibrio habentur. Vadimonia prae-textu religionis deferuntur: Opera opificum gemina dierum festorum celebratione impediuntur: Annales rerum gestarum diuersis Calendaris confunduntur, & multiplices alia difficultates in contractibus & rebus civilibus tractandis hinc originem trahunt, Ergo tantum abest ut A catholici receptione Calendarii Gregoriani confusiones multiplices inducerent, ut potius omnes tollerent. Fac enim ut omnes eodem modo quo Calendarium Gregorianum (vetus enim siue Iulianum corrigendum fuisse extra controuersiam est) dies numerent, festa celebrent, ferias agant, & reliqua omnia ad hanc normam dirigant, mox omnes cessabunt, & confusiones, & turbæ: Religio siue ceremoniarum ex hoc capite nequaquam ludibrio alterutrius partis exponetur: Iudicia ac vadimonia hoc prae-textu non deferentur. Artificum operæ moderata festorum interpositione atque alternatione diutius durabunt, & absque impedimento expedientur. Annales non turbabuntur, multa quæ nunc cernuntur incommoda tollentur. Id verum esse comprobatur ac mirifice approbat usus Calendarii Gregoriani iis in regnis ac prouinciis, ubi Iuliano nullus est locus. Neque enim ibi ob Calendarium quicquam passa est incommodi res publica, tum priuata; quod fatebuntur omnes ij, qui hodie sua omnia ad hoc Calendarium instituunt.

Secundâ causâ
partim quidem
verâ esse, ac
nequaquam
rationi consen-
taneam.
Odiū quod ha-
bent in Ponti-
ficem Romanū
esse solâ causâ,
cur Calendariū
Grego. non re-
cipiatur.

5. Secunda quam affert Caluissius causa sola inter oranes ex parte aduersariorum verissima est, constat enim oranibus, & nos facile id concedimus, propterea Gregorianum Calendarium à multis non recipi nec receptum fuisse, quia à Pontifice Romano propositum est: non quidem quod vere putent aut vilo modo probare possint, id quod prae-textunt, non Pontificis, sed Imperatoris fuisse in hisce rebus statuere, sed quia illis Romanus Pontifex exosus est. Hunc nodum qui soluerit, (id quod capite sequenti abunde præstabitur) totam disputationem diremerit. Neque defunt, qui ultro fateantur, Calendarium ex se dignissimum esse quod recipiatur, si ea in re interposita non esset Pontificis auctoritas, ita Kemnitius, ita Heerbrandus, ita plurimi alij. De Kemnitio insigni festario Clauius sic habet: *Vidi ego scriptum quoddam Kemnitij hæresiarche ad Landtgrauium Hassia virum Mathematicis egregie ex cultum, ubi Calendarium Gregorianum haud obscure commendat, ait, dignum esse quod recipiatur, nisi à Pontifice Romano esset propositum* Deinde nonne Iosephus Scaliger lib. 4. de emend. temp. edit. 1. proclamabat: *Quisquis fuerit ille Princeps (neminem excipiendo) qui primus anni labantis statum erigere occupabit, incredibile quanto beneficio posteritatem sibi demeribit?* At quando vidit Principem hunc esse, Principis Apostolorum successorem, mox alium arripiens prae-textum, mirum quantum Calendarium Gregorianum, quod labantis anni cursum sistit, statumque eius erigit ac confirmat, debacchatus sit. Ad summum vero spectasse Pontificem, non ad Imperatorem, ipse suo exemplo, qui Calendarium Gregorianum recepit, Augustissimus docuit Imperator. Ponant ergo odium Pontificis, aut Calendarium ab alio quam à Pontifice prouenisse imaginentur: & ecce etiam secunda euanesceat Caluissij causa, eaque obmutescente reliquæ facile conticescent.

Tertiâ causam
de turbatione

6. In tertia causa duabus propositionibus falsis, male compensat Caluissius veritatem Secundæ. Primo siquidem falso asserit pacem religionis in Imperio con-

rio constitutam, liberum permittere religionis exercitium. Etsi enim quilibet sectarius commentis suis falso imponat veræ nomen religionis, quæ vnica ratio, & semper sibi constans est: de sectarum tamen & falsarum religionum libero exercitio, si vnā excipias Confessionem Augustanam, illa in molitione pacis nihil profecto constitutum est. Secundo male sibi aliisque persuadat receptione Calendarii Gregoriani hanc infringi pacem & libertatem, nisi forte pax consistat in discrepantia observationis festorum, & temporum Calendarii, & non magis in vnione, & consensione omnium in iisdem solennitatibus celebrandis, iisdemque temporibus obseruandis. Libertas vero tantum abest vt minuatur, vt potius in ipsamet Calendarii receptione consistat, quæ ipsis libera est, & sicut eam hactenus libere noluerunt, ita, si deinceps admitterent, libere admitterent. Non enim Pontifex pro imperio vnquam compellere conatus est Protestantes ad suum Calendarium recipiendum, sed eos tantum perhumaniter admonuit, & beneuole rogauit, vt tot nationibus & regnis, tot Imperii statibus, ipsi etiam Imperatori, & porioribus Principibus in re adaphora, publicæ vtilitatis & concordie causa vltro sese accommodarent; sapienter intelligens iis Ecclesiis, quæ iam pridem obedientie sedis Apostolicæ sese subduxissent, promulgationem Calendarii frustra imperari; sed tamē interim sperans Imperatoris & Catholicorum Imperii ordinum exemplo atque auctoritate, eam pro sua opportunitate ipsis quoque persuaderi posse. Quid, quod si ante communis nobiscum vltus vnus & eiusdem vitiosi Calendarii nihil officiebat ipsorum religioni ac libertati, non apparet quid nūc posset officere, si vno & eodem reformato, & correcto pariter omnes vteremur: nisi forte religioni ducant vitare quos ipsi veteri agnoscūt inesse Calendario crassissimos errores; aut certe conformius illorum religioni sit, retento veteri Calendario, *hæc tempore à præscripto Dei, vt cum Origano loquar, & quibusdam Canonibus primitiua Ecclesiæ in nonnullis annis multum discedere, & teste Caluissio, Pascha longe propius Nouilunio quam Plenilunio vbi celebrari debebat peragere, quā iuxta præscripta Ecclesiæ nobiscum celebrare.* Sane & ministri Euangelici, vt vocari volunt, Augustæ Vindelicorum, & alii in Gallia, & alibi, ex receptione noui Calendarii, nihil se necia libertate, nec in religione passos esse vltro testantur. Imo si Principes postquam iam aliquot annorum experientia, incommoda & confusiones didicerunt, Calendarium Gregorianum sua sponte reciperent, eo ipso suam, vt supra monuimus, testarentur libertatem, qui pacis, ac vitandorum incommodorum causa vitiosum Calendarium reiicerent, quod diutius si vellent, retinere possent. Ergo neq; hæc causa vllius reperitur esse momenti.

Præfat. ad Lect.
Lib. 1. cap. 1.

7. Eiusdem cum reliquis ponderis est, quam quarto loco recenset Caluissius, causa, reiectio Tridentini concilii, cum receptio noui Calendarii, quod nondum erat, nemini eo in concilio mandata sit, sed cura illius commissa Pontifici Romano. Deinde receptionem Calendarii, nequaquam inferre receptionem concilii, cum rationibus quam plurimis, tum clarissimo Regni Galliæ comprobatur exemplo, quod Calendarium recepit Gregorianum antequam concilium hoc, quod tantopere refugiant hæretici, recepissent.

Quartam causam friuolam esse.

8. Ratio denique quinta, quam Caluissius tanquam fortissimum præsidium vltimo loco repositam voluit, de erratis Gregoriani Calendarii, quæ uis à Clau-

De quieta causa quid sentiendum.

uio satis superque refutata sit: tamen quia Caluissius se vnum reputat, qui ea errata in lucem produxerit, & ex hoc suo *magno labore magnam gloriam* sibi promittit, ita Deo Opt. Max, bene adiuuante satisfaciemus homini, vt hac ex re nec gloriam amplius quæsiturus sit, nec hanc causam ad impediendam receptionem Calendarii Gregoriani vnquam allaturus.

Alia Caluissiana
causæ, cur
Calend. Grego-
rianum recipi
non debeat, &
primo de fida
constantia.
Lib. 2. c. 6.

9. Hæ igitur sunt causæ illæ grauissimæ & perpetuæ, ob quas, testate Caluissio, Calendarium Gregorianum ab A catholicis receptum non est, nec recipi debet, quibus in Elencho duas tresve assuit alias, eiusdem prorsus farinae: Constantiam nimirum in cæpto: ne ludibrium debeât Catholicis: & quia vetus Calendarium melius adhuc sit & paucioribus erroribus obnoxium quam Gregorianum. Nam vt *Gregorianum* (Calendarium) recipiatur, inquit, *consultum non est, non tantum quia mendosissimum est, sed etiam, quoniam propter grauissimas causas à statibus Imperii reiectum est, in ea sententia vt permaneant, eorundem constantia est, cum causæ cur ita sentiant perpetuo maneant, & deinde ne ludibrium debeant Pontificiis, quasi sponsam diu repudiatam iam denuum amplexentur & exosculentur.* Sed quam vereor ne hæc Caluissianorum constantia pertinacia sit. An non vltro fatentur ducem sequendo vetus Calendarium, se à præscripto Dei multum discedere, atque ex diuersitate Calendariorum quam plurimas oriri in Imperio confusiones ac turbas: prorsus sciūt, & si quod sentiūt, fateri velint, facile aliis, inprimisq; sibi persuadebūt, sola receptione Gregor. Calendarii hæc omnia mala labore nullo tolli posse. Causas cur id nō faciant, nullas, quæ alicuius momenti sint, afferūt. Errores Calendario inesse Gregoriano, qui in Calendario Ecclesiastico vere errores dici queant, nondum probarunt, nec probare possunt; imo hac in re non desunt illis, qui ex parte nostra sint: Bartholomæus Scultetus Mathematicus nō ignobilis, & post alios tabularum Frisicarum auctor idem Calendarium haud obscure commendat. Quis ergo pacis tranquillitatisq; Reip. Christianæ amator non videt palpatq; vt dicunt, manibus, eos, qui receptionem dissuadent Calendarii Gregoriani, hoc præsertim tempore, quo à potiore orbis parte receptum est, nō pacis, sed perturbationum satores atq; fautores esse. Quis vnquam perseverantiam in malo, constantiam? quis obstinationem superbiæ prolem turpissimam, virtutis illius nomine dignam ducat, quæ virtutum omnium corona est? Sed esto, quod tamen non concedimus, errata esse quædam in Calendario Gregoriano, ideo ne à statibus Imperii repudiandum? Si me hæc tenus contraria suadentem non audiunt, Caluissium audiant; & sibi saltem à suis persuaderi patiantur. Ita enim Libro 2. cap. 10. Caluissius: *Qui prudentiores sunt ferenda potius existimabunt, ne societas dissoluatur, quam vt velint cum aliis OBSTINATE contendere, & sibi atque aliis incommodare, &c.* Num erunt, qui tales magnopere culpabunt? non arbitror, sed nos potius laudabunt, qui pacis causa hoc ferre volumus. Non me latet Caluissium hoc loco non loqui de erroribus quibuscunque, sed de iis, qui in artem, non autem in canones peccant, ex quibus illos tantum ferendos putat: nihilominus, quoniam nostro in Calendario Ecclesiastico, vt est vere Ecclesiasticum, huiusmodi errores nulli sunt, vt passim sufficienterq; hac sola nostra in Refutatione probabitur, omnino vim suam obtinere apud suos hæc debet persuasio Caluissiana.

De fide Calen-
Gregoriani er-
roribus.

Sed adhuc instat Caluissius in vltima sua causa, Calendarium Gregorianum *crebriores ac fædiores errores* continere, quam ipsam vetus siue Iulianum, idque

idque etiam singulari capite ostendere conatus est, quod qui illud Gregorianum admittere noluerint, causas grauíssimas hasce præter alias politicas reiectionis habuerint, quibus adhuc moueantur ne illud recipere possint. De quibus, licet vt diximus pluribus acturi simus, Libro præsertim tertio, cap. 17. & 18. Assertioni tamen huic Caluissianæ falsissimæ, vnico saltem argumento occurrere ab hoc loco alienum non est. In formula igitur Pseudocalendarii sui seorsim edita, quindecim ait reperiri paschata in Calendario Gregoriano proximis quadringentis annis futuris, ratione eiusdem Pseudocalendarii sui, q̃ ipso affirmante (quã recte suo apparebit loco) nec peccat nec peccare potest, discrepantia. Atq̃ ita quindecies fere inquit *ratione paschatis & Fæstorum mobilium in quadringentis annis Gregoriani à nostra & vera ratione discrepabunt.* Id quod nobis qui legitimum sequimur Calendarium (adeo legitimum vt nec Calendarii nomine vlla lege dignum sit) nequaquam est imputandum. Ergo in ipsa etiam aduersarii sententia non plura quam quindecim Paschata erronea, & ideo erronea, quia à Paschatis pseudocalendarii differunt, Calédario Gregoriano in illis quadringentis annis insunt. Iam vero vetus Calendarium cum suo eodem Pseudocalendario conferatur, vt minus peccare quam Gregorianum reperiatur, atque adeo vt legitima causa, cur hoc recipiendum non sit, esse possit, certe pauciora debet exhibere paschata erronea siue diuersa à Caluissianis. Quoties ergo putas in iisdem quadringentis annis discrepabunt? bis, ter, aut summum quater vel quinques? Non est tam paucis contentus Caluissius: nam ducenties & quinquagies vetus Calendarium in celebrando paschate à pseudocalendario suo discrepat, vt colligitur ex tabula fæstorum mobilium temporaria à Clauio cap. 2. 2. explic: Calenda. proposita, & ex annis quindecim quos Caluissius discrepantes pro Calendario Gregoriano enumerat: differt enim hoc Calendarium à veteri in paschatis ducenties & quinquagies quinques in iisdem annis quadringentis, ab anno videlicet præsentis 1615. vsque ad annum 2015; atque adeo ex Caluissi sententia vetus Calendarium in proximis quadringentis annis ducenta quinquaginta dat Paschata erronea: Gregorianum vero quindecim duntaxat. Quis ergo non vna cum Caluissio concludet, illos qui Calendarium Gregorianum admittere noluerint causas grauíssimas hasce præter alias politicas reiectionis habuisse, quibus adhuc moueantur ne illud recipere possint? Neq; hic sistunt errata Calendarii veteris, sed si paulo vltius ad secula remotiora excursus feceris, non longe currédum erit, vbi in Calendario veteri inuenies nullum prorsus amplius pascha quod aut cum Calendario Gregoriano, aut cum pseudocalendario Caluissi conueniat; Sed omnia omnino extra debitum Paschale tempus cadant, & tamen nouorum Calendariorum hic artifex non veritus est publice proclamare *In Calendario Gregoriano frequentiores & fæ-* Lib. 1. cap. 30.
diores errores committi, quam in Calendario Iuliano siue veteri, & hoc tanquam causam grauíssimam reiectionis Calendarii statibus Imperii A catholicis adscribere: neque Dauidem Origanum puduit similia honorificè iuxta ac magnifice commendare, re non tantum obiter perspecta, sed penitus etiam introspecta: vidi, inquit & penitus introspecti ac consideravi, &c. Sed de his plura in fine Libritertij.

Manifeste ergo constat, causas quas aduersariorum nomine prætexit Caluissius, cur Calendarium Gregorianum recipi nõ debeat, omnes esse friuolas; Conclusio.
& vix

& vix aliam esse auersionis à Calendario causam, quam ipsam à Romano Pontifice auersionem, qui illud correxit atque promulgauit. Calendarium enim vetus reformatione ac correctione indiguisse, extra omnem nunc est cōtrouersiam: Verum hoc munus ad neminem rectius pertinuisse quam ad ipsum Pontificem iam ostendere aggredimur.

CAPVT SECVNDVM.

Calendarii reformationem spectasse ad Romanum Pontificem.

A Iunt, vt præcedenti capite vidimus, aduersarii, si Calendarium reformatum quod Gregorianum vocamus, non à Pontifice sed ab Imperatore profectum fuisset, ab omnibus citra tergiuersationem grata mente suscipiendum fuisse. Verum eos ista gratis obicere manifestum fit ex eo quod munus reformandi Calendarium nō ad Imperatorem, sed potius ad Pontificem Romanum pertinere, nullo negotio demonstrabimus. Calendarium enim Christianorum cum sit Ecclesiasticum, & non solum ordinationem contineat temporum, ad quæ dirigatur ea vita hominum, quam vocant ciuilem seu politicam; sed etiam & quidem vt potissimum caput, ad quod in Republica Christiana, tanquam ad aliquid prius ac nobilius, ciuilis viuendi ratio consequitur, ordinatam seriem sacrorum festorum tam mobilium quam immobilium: clarum est si qua in re orta fuerit quæstio de Calendario, eam ad proprium suum esse vocandam tribunal, nimirum non politici, sed Ecclesiastici magistratus. Atque hoc est quod gentes ratione naturali; Christiani vero etiam ab ipsis Apostolis, primisque primitiæ Ecclesiæ patribus edocti, perpetuo obseruarunt.

Gentes lumina
doctos naturæ
calendaria tan-
quam sacrum
quippiam sacro-
rum Antistitib.
ordinanda cō-
misisse.

Iulium Cæsare
ob correctum
calendarium
bene meritum
de Repub. atq;
laude dignum
prædicari.
Lib. I. c. I.

Caluissius fate-
tur calendarii
correctionem
munus fuisse
Pontificum.

Si enim gentes spectemus, quib. natura dictauit Sacra non nisi ad sacrorum Antistitem referenda esse tribunalia, quam plurima eius rei suppetunt exempla: nos vnico eoque celeberrimo C. Iulii Cæsaris exemplo, ad propositum nostrum aptissimo contenti erimus. Is enim quamuis esset & Monarcha Imperii Romani, & summus Sacrorum Antistes, tamen non qua Imperator, sed qua Pontifex Maximus fuit, Calendarii reformationem opera ac studio Sosigenis Mathematici Alexandrini, & M. Flauii Scribæ instituit, in eoque festa tunc in Republica Romana vsitata disposuit, quo nomine præclare illum de Republica meriti tum esse, maxima ipsius commendatione aduersarii vltro fa-
tentur. Atq; hoc est inquit Caluissius eximium illud Iulij Cæsaris opus quo æternam sibi laudem promeruit, cui reliqua quæcunq; præclare vnquam egit nequaquam sunt conferenda. Triumphos Cæsaris inquit Iosephus Scaliger vetustas aboleuit: Sed hoc Calendario instituto idem Cæsar de vetustate triumphauit. Cæsarem autem non vt Imperatorem, sed vt Pontificem Calendarii suscepisse emendationem non negant aduersarii, cum hanc prouinciam saltem Pontificibus ethnicorum Maximis adscribant. Sic Caluissius eodem loco recensens causam emendationis à Cæsare institutæ hæc habet: Cum enim Pontifices Romani quibus Calendarii cura à senatu commendata erat, vel vt alijs gratificarentur, vel etiam vt nocerent variis modis intercalatione vel celebrata vel omissa tempora turbassent, &c. Verum quemadmodum hic operæ precium fuit consuetudinis gentium meminisse: ita in forma Calendarii

cum

cum nos Christiani nequaquam gentes, more Caluissii, tanquam perfectum aliquod exemplar, imitandas nobis proponamus, eidem diutius inhærendum non est; sed quod magis ad rem nostram facit, mos Christianorum potior expendendus.

2. Rationem Calendarii Christiani in tali coordinatione festiuitatum festiarumque Ecclesiasticarum consistere, vt hæc annis cœlestibus Solaribus atq; Lunaribus moraliter congruant, recursusque suos ac Cyclos, ad eosdem motus apte describant; atque adeo nec rationem temporum à festis diuelli, nec festa ab annorum ratione separari recte posse, clarissimè constat vel ex ipso Calendarii tum fine tum vsu, adeo vt res ipsi quoque aduersariis notissima plurimis verbis non indigeat: id vero quod hinc etiam recte sequitur est, eandem hanc festorum dispositionem seu quod idem est ipsummet Christianorum Calendarium, si mente sincera, oculoue nãuo inuidiæ minime infecto inspiciatur omnino præferre Ecclesiasticum aliquid & sacrum. Quare si iudex omnibus æquus, vt olim Christus in lite de tributo dando Cæsari pro hac nostra controuersia deligendus foret, quam quæso laturus esset sententiam? certe non aliam quam eam quæ ex ipsa inscriptione ac Schemate Calendarii, quod vt diximus, potiore ex parte Sacrum atque Ecclesiasticum est, deducitur; nimirum Ecclesiæ dandum esse, quod Ecclesiæ est, & quod Imperatoris Imperatori. Imo si ex Caluissio quæras Calendaria Christiana ad quem finem dirigantur, vnico respondet verbo, dies vt Paschatis ostendatur, at præscribere ac definire paschata, non est Imperatoris: Ergo neque instituere Calendaria. *Tam vetus quam Gregorianum Calendarium* inquit Caluissius cap. 18. *aut quodcunque etiam aliud apud Christianos instituitur, ed imprimis dirigitur, vt rationem & modum ostendat, quo dies paschatis post æquinoctium vernum, siue post diem vigem primam Martij, in quo censetur esse æquinoctium, inueniatur.* Hoc est, ipsum tempus quo Pascha quouis anno celebrari debeat, præscribatur. Certe omnem in hac re controuersiam semper delatam ad magistratum Ecclesiasticum, atque ab eo decisam esse, si ostendatur, adeo sententiam nostram probabit, vt nulla alia amplius indigeat demonstratione; quam facile autem hoc factu sit nunc apparebit.

3. Insignem sane scimus in ipsis Ecclesiæ primordiis Calendarium siue festorum rationem subisse mutationem, dum festum illud, quod singulis recurrit hebdomadis, è Sabbatho siue è feria septima in feriam primam translatum est, eaque des appellata Dominica, quo omnes ab operibus seruilibus, atque à rebus ciuilibus abstinendo, diuinis atque Ecclesiasticis incumbere, quæ mutatio nonne à Magistratu Ecclesiastico facta est? Quid hic obiciant aduersarij non habent; nullum enim adeo impudentem puto, qui hoc ab Imperatore, aut ab aliquo Præsidiũ factum contendat.

4. Non multo deinde post tempora Apostolorum cum controuersia quædam de Paschatis festiuitate, à qua Quadragesimalis ieiunii observatio sanctissime semper vel ab ipsis Apostolorum temporibus custodita, & cæterorum mobilium festorum series, non minima videlicet pars Calendarii, dependet, inter Ecclesias Orientis & Occidentis incidisset, Pius I. Pontifex Romanus magistratus Ecclesiastici caput, sua interposita auctoritate decretum edidit, vt omnes quotquot toto orbe essent Christiani, vno eodemque die, hoc est,

Ordinationem
calendarii Christiani, cum id
Ecclesiasticum sit, spectare ad
tribunal Ecclesiasticum.

Insignis temporum siue festorum mutatio ab Apostolis instituta.

Pontifices Romanos Pium Anicetum, Soterum, Eleutherium, Victorem de tempore quo Pascha celebrandum sit præcepisse, ac disposuisse.

B

Dominica

Dominica prima post quartam decimam lunam Equinoctii verni Pascha petagerent. Quod decretum cum eiusdem Pii Pontificis Romani successores, Anicetus, Soter, Eleutherius renouassent, & quædam Orientis Ecclesiæ parere detrectassent, secutus est sanctissimus Pontifex & Martyr Victor qui petitis Ecclesiarum præcipuarum sententiis, præhabitisque tam in Oriente quam in Occidente de quæstione paschatis Synodis post vniuersum totius pene orbis consensionem, non dubitauit anathemate Ecclesiastico ferire eos, qui saluberrimo vtilissimoque decreto deinceps obsecuti non fuissent.

Propter controuersiam de Paschate Episcopos ad Concilium Nicenū partim conuocatos esse, omnesque vniuersos in vnam fuisse Romanā sententiam.

5. Postquam vero Ecclesiæ quædam in Asia posthabito Pontificio edicto detestando schismate se à sedis Apostolicæ aliarumque Ecclesiarum communione sponte abscederunt, longiusque progressæ, præpostero Zelo defendendæ consuetudinis suæ, in hæresim Quartadecimanorum degenerauerunt; nullum aliud remedium morbo quasi incurabili huius dissensionis sanando superfuit, quam vt conuocato vniuerso Magistratu Ecclesiastico, Oecumenici Concilii Sanctione, auditis ac discussis Episcoporum sententiis, controuersia Paschatis plenissime dirimeretur, & Quartadecimani Ecclesiæ Catholicæ reconciliarentur. Quod sane præclare in primo illo Niceno trecentorum & octodecim Episcoporum confessu, cui Syluestri Pontificis Romani loco Vitus, Vincentius & Osius Cordubensis, vt est in præfatione Synodi Sardicenis, præfuerunt, perfectum est: ita tamen vt neque Patres ipsi, neque Constantinus Imperator, à sententiis decretisque Romanorum Pontificum quicquam putauerint recedendum. Nam tota Synodus in Epistola ad Alexandrinam Ecclesiam missa, magna cum animi voluptate certiore eam fecit, Orientales velle posthac sequi Romanos. Verba Patrum apud Theodoretum sunt hæc: *Quod autem ad omnium consensum de Sacratissimo festo Paschatis celebrando attinet, scitote quod vestris precibus controuersia de eare suscepta, prudenter & commode sedata est: ita vt omnes fratres, qui Orientem incolunt, quique Iudeorum consuetudinem ante in eo festo obseruando imitari solent iam Romanos, nos, & omnes vos, qui eundem morem, quem nos, in illo reco.endo à primis temporibus tenuistis, sunt consentientibus animis in eodem celebrando deinceps sedulo secuturi.*

In Concilio Niceno ope Cycli Lunar terminos paschales in calendario constitutos, & Equinoctio certum diem attributum esse. Epist. 83.

Manifestissimum profecto est ea in Synodo id in Calendarii ratione effectum esse, vt retenta anni Solaris à C. Iulio Cæsare præscripti magnitudine, tãquam vsui Ecclesiastico accommoda, & cœlo vt tunc putabatur consentiēte, annus lunaris ad paschatis celebrationem obseruandam, rectius ordinatus, suisque limitibus circumscriptus sit, quod introductione Cycli enneadecaeterici, factum est D. Ambrosio qui de Patribus Nicenis in sua de paschatis celebritate epistola sic habet: *Qui conuenientes ad Synodum Nicenam inter illa fidei vt vera, ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata paschatis congregatis peritissimis calculandi, decem & nouem annorum colligere rationem, & quasi quendam constitutere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncupauerunt; sequentes illud quod non debeamus vana quadam opinione, super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera ratione comperta ita omnium concurrat affectio, vt vna nocte vbique sacrificium pro Resurrectione Domini deferatur. Idem de hoc Cyclo à Synodo Nicena instituto docet Ven. Beda lib. de rat. temp. cap. 11. Equinoctii deinde sedem eos fixisse stabilem in die vicesima prima Martii, & ad huius normam disposuisse lunarum quartadecimarum loca, quæ à munere suo*

re suo atque officio terminorum Paschalium sibi nomen intinere, clarum est, & nos Libro 3. cap. 7. & 13. exemplis probatis atque ex ipsis aduersariorum datis fufius ostendemus. Ex quibus colligimus hanc Calendarii reformationem sententiis omnium tribunali Ecclesiastico adiudicatum esse, atque in controuersia compositione Romani Pontificis auctoritatem & primas tenuisse, & causam obtinuisse.

Quod autem post Concilium Nicenum controuersia de paschate plene sedata in historiis non reperiatur, causa videtur esse, & variorum Cyclosum apud quosdam introductio, & dispositionis Cycli enneadecaeterici à Patribus præscripti, per omnia diuersa Calendaria ignoratio; tunc etiam apud quosdam pertinax in propria sententia perseverantia. Etenim cum cura Paschatis ex Cyclo Patrum iudicandi commissà à Concilio fuisset Alexandrino Episcopo, terminorum paschalium tanta non fuit ab omnibus habita ratio, neq; etiam iisdem eadem fuit eorum cognitio. Hoc plane constat eos primum iussu Pontificis Romani iuxta formam Alexandrinam à Dionysio primum Abbate cognomento Exiguo Calendario Romano inscriptos esse omnesq; fere cōueniunt hoc facto cunctas tandem conquieuisse, atque sublatas fuisse de Paschate controuersias.

6. Succedentibus deinde temporibus cum annum Iulianum cælo nō vnde quaq; consentire, atq; terminorum paschalium nouendecennalem reuolutionem sæpius repetitā, eundem non restituere lunæ locum, aduerti ceptū esset; ab huius rei scriptoribus, non ad aliū etiam quā ad Ecclesiasticum Magistratum quæstio delata est; & ab omnib. ita fuit agitata, vt eius decisionem non nisi ab eodem expectarent tribunali: quod quo maiorem vim obtineat apud aduersarios demonstratio, ipsis lubet probare aduersarii Sethi Caluissii verbis, qui postquam binorum Græcorum Scriptorū mentionem fecisset hæc subiicit: *Ex nostris etiam hominib. multi fuerunt, qui de eadem re monuerunt, vt Ioannes de Sacro busto, Ioannes de Saxonia, & alij. Inciderunt autē in hæc eadē tempora tanta temporū perturbationes in Ecclesia cū sedes Pontificia longo tēpore biceps, & tandē triceps fieret, vt Calendarii cura etiam si eius errores satis noti essent suscipi nō posset. In Concilio postea Constantiensi An. 1414. statim in initio Petrus de Aliaco Episcopus Cameracēsis peritus historiariū & Astronomia hunc modū, quo Calendarium Iulianum corrigi posset, proposuit. Et post pauca. Post annos viginti quinque in Concilio Basiliensi iteram correctio Calendarii tentata fuit, sed alia methodo quam antea in Concilio Constantiensi proposita fuerat. Et paulo post. Post annos triginta sex fere Pontifex Sixtus quartus itidē concilia de emendando Calendario tractans, Ioannem Regiomontanum natione Germanū Clarissimum Mathematicum Romam accersuit, eiq; curā hanc commisit, sed is paucis post mensib. Roma morte sublatus fuit. Res itaq; iterū neglecta visa est, quanquā interim de ea & Stoflerinus Pittatus, & alij commentati sunt, donec in Concilio Tridentino ante sexaginta annos iterum hæc res vrgeretur, & emendandum esse Calendarium ab omnib. decerneretur. En vt absq; cōtrouersia tota res sēper ad magistratū Ecclesiasticū delata sit? En vt nō nisi Pontificū atq; Conciliorū, nulla plane Imperatorū à Caluissio fiat mentio!*

Omisit hoc loco Caluissius aliud, ante Tridentinū Concilium, aliūq; Pontificē, ad quem similiter errores Calendarii delati sunt, atq; ab eo eorū emendatio petita: is fuit Leo decimus, & Conciliū Lateranense Anno Christi 1513. & sequentib. celebratum. Scriptores tunc cum aliis quibusdā superiorū tem-

Cur controuersia de paschate etiam post Concilium Nicenū durauerit.

Post Concilium Nicenū Calendarii correctionem non nisi à magistratu Ecclesiastico postulatā esse, confirmatur ipsius aduersariorū testimonio.

Concil. Constantiensi.

Concil. Basiliense.

Recensentur alii qui calendarii correctionem à tribuni Ecclesiastico postularunt. Concil. Lateranense.

porum proposit. 39. enumerat Stoflerinus: Pro Calendarii Romani correctione aut reformatione nouissime scripserunt, Petrus de Aliaco Cardinalis, Nicolaus Cusanus Cardinalis Germanus, Hermannus Zestius Cisterciensis Germanus, Ioannes de Regiomonte Germanus, Paulus Middelburgensis Praeful Forosempronienfis Germanus, & paucis decursis annis plures celeberrimi Theologi & Mathematici, quorum nomina partim me latent, & plures paginas absumere, ad Lateranense Concilium de vera Pascha celebratione, & Calendarii emendatione luculentissime scripsere.

Quibus precibus
ac rationibus,
& à quo emenda-
tio Calendarii
postulata fue-
rit, locus ex
Stoflerino.

Caluissiana ca-
lumnia lib. 1.
cap. 4.

Quibus auxi-
liis Calendarii
corrigen-
dum.

Errores veteris
Calendarii.

Iudeorum in-
sultationes.

Qua auctori-
tas Calendarii
corrigen-
dum.
Christianos re-
uocantes veteris
Calendarii sup-
er-

Quando autem tam nos quam Caluissius Stoflerini quem alibi vocitat prestantissimum virum & Astronomum celeberrimum mentionem fecimus, eiusdem Stoflerini placet referre verba, quibus appareat, quem ipse huius controuersiae de Calendario iudicem fecerit: tum etià ut videant aduersarii, quoties quantisque precibus ac exhortationibus Calendarii emendatio petita fuerit; eo quod nonnulli nostrorum temporum, quibus etiam Caluissius noster aliquo modo adnumerari potest (qui nescio quo afflatus spiritu Prophetico, ut Lib. 2. cap. 2. & alibi apparebit, certum tempus certumque terminum prescribere non dubitauit, quem extremus mundi finis transilire non audeat) emendationem Calendarii superfluum putent, vel etiam, ut Caluissius utar verbis, Pontificem hac sua emendatione tibitines ruenti regno Pontificio substruere, aut Principatum sibi in omnes totius Europae Ecclesias & Principes vendicare voluisse. (Princeps enim atque caput omnium Ecclesiarum antequam vnquam de Calendario reformatando cogitatum esset, & habitus & reueritus fuit) Itaque Stoflerinus propositione 34. earum quas de Calendarii emendatione conscripsit, & Anno Christi 1518. edidit, sic habet: Faciant igitur Christiana Reipublica summi Principes, Beatissimus Pater & Pontifex Leo X. & sacratissimus Caesar Diuus Maximilianus secundum exemplum Sanctorum Patrum Nicena Synodi, ex numerosa Theologorum & Mathematicorum vita sanctimonia, & omnimoda eruditione conspicuorum multitudine eligant viros harum rerum peritos, qui errores Romani Calendarii, & celebrationis Pascha corrigant: & novos Canones pro decima quarta Luna indaganda condant aut veteres renouent atque reforment. Et est (me iudice) negotium accelerandum, festinandum, atque omni re-
castinatione aut perendinatione sublata definiendum. Nam errores in atate Lunae in positione Aequinoctii apud nos est priscos, in celebratione Pascha post vigesimam primam Lunam, & in mense immundus deputato, & alii sunt heu heu ita manifesti & palpabiles, quod baudquaquam calari possunt. Hi etiam errores indies crescunt; & futuris annis (horribile dictu) Pascha quod in Luna pantslena hoc est in plenilunio celebrari debet: si non prouidebitur: in interlunio, hoc est in nouilunio celebrabitur. quare his erroribus mox obuiandum est. Et post pauca: Quis ex cecatorum Iudeorum saeuitias, opprobria, conuicia, irrisiones, contumelias, quibus nobis indies illudere moliantur, enarrare potest? Aut uanant nos sub figmento quodam asserere, Christum passum, sepultum, ex mortuis resurrexisse, atque in caelum ascendisse. Quod non tantum nostro tempore, sed etiam olim tempore Diui Alberti Magni, Sueui Praefulus accidisse, ex eius verbis facile coniciet. Inquit enim, inimici fidei de hoc gloriantes, quia ex illo errore (intellige de Pascha obseruatione) nos in aliis pariformiter errare subsumunt. Quapropter confidenter cum Ioanne Eckio Germano Theologo celeberrimo, in libro de vera Pascha celebratione asserere possum. Quod Summus Pontifex nullo pacto auerti debet: quin tam laudabile fidei Orthodoxa negotium pro ea qua ualet in Ecclesia Dei auctoritate feruentissimo zelo exequatur. & si nulla causa subesset: sufficeret Iudeorum insolentia nobis de tali errore insultantium. Ad alios nunc prope sectas, Manichaeos, Ma-

methanos, Turcas, Sultanos, nos subfannantes cum audiāt errores nostros circa nostri Mes-
sia resurrectionem. & tandem quotannis nullo certo Canone, nullo definito tempore pera-
gere. Toto profecto corpore & animo pertremisco, cum mecum cogito: Manichæos, Manetis
heresiarcha Bema, id est diem quo biathanatos infelicissimam animam eiecit; quotannis
festo die festissime celebrare, Maumethanos quoque Nigrites, Maures, id est, Leucoathio-
pes, Azanegos, hoc est, Arabes, Syros, & alios Maumethis assequaces annuatim statuto &
determinato die scelestissimi Maumethis diem obitus magno apparatu obseruare. Turcas
præterea Sultanos, Barbazinos, Serretos, & alios innumeros Idololatrias constituto & certo
tempore cacodemonibus idolis, & statuis festa celebriaperagere. At nos Christianos Pascha
nostrum sacratissimum vago & deuio quodam calculo celebrare, & vana opinione super
huiusmodi celebritate fluctuare.

Eodem de argumento Calendarii videlicet correctione, nominatus à
Stoflerino Paulus Episcopus Forosempronienfis opus non exiguæ molis ela-
borauit, atque Leoni X. Pont. Max. & Imperatori Maximiliano inscripsit, cui
quatuor præfixit epistolas exhortatorias, ad Pontificem, Imperatorem, Car-
dinales, & concilium Lateranense, quibus eos emendationis Calendarii ad-
monitos voluit; in ea vero quam Imperatori inscripsit, cuiusnam esset Calen-
darii reformatio disertis verbis expressit. *Duo volumina, inquit, conscripsi. primum
de recta Paschæ celebratione, alterum de die Passionis Domini nostri Iesu Christi. Primum
Summo Pontifici, tanquam primo Christianæ Reipub. luminari dedicaui, tum quia ad eum
spectat Calendarium corrigere, & Pascha sanctum iuxta Patrum decreta celebrandū pra-
cipere. Alteram de die Passionis Christi intitulum, tua Maiestati tanquam secundo lumi-
nari dicare statui, &c.*

Pitatus denique, cuius sepe Caluissius mentionem facit, scripta sua ad con-
cilium Tridentinum atque ad Pium IV. Pontificem Max. direxit, hac ad Pon-
tificem inscriptione vsus. *Ad Pium IV. Pontificem Max. Summumq. sacrarum Anti-
stitem Petri Pitati Nuncupatoria epistola, qua illius sanctitatem implorat, vt æquinoctiis,
atque luminarium congressuum anticipationem propria Romani Calendarii sede statuatur,
atque ita festorum mobilitatem, Pascha præsertim, deuiationes illo mandante tollantur.*

7. Cum ergo clarissime constet quæstionem de Calendario ad Ecclesia-
sticum referendum esse magistratum, quis quæso alius nostris temporibus de-
buit aut potuit reformare, atque reformatum promulgare Calendarium, quā
is, qui consensione omnium populorum, consensione ac testimonio omnium
veterum Patrum, præscriptione omnium temporum, diuinarum Scriptura-
rum auctoritate, Princeps est ac caput totius Ecclesiastici magistratus, Ponti-
fex nimirum Romanus? De correctione sane dubitari nequaquam potest: &
quis magis congrue aut expeditius & iustius etiam correctum promulgare
potuit, quam demipse Romanus Pontifex? Fieri enim debuisset per eum, cui
maxima apud omnes, aut certe apud plerisque in toto Christiano orbe au-
thoritas, nemo negarit: & hic præter Pontificem Max. alius non est, qui sane
ex iure suo per discessionem aduersariorum hac in re nihil perdidit: at semper,
vt vidimus, vtrumque ei, & reformatio & promulgatio ab omnibus delata
fuit. Ergo etiā nostro tempore ius illud integrū ei permansit. Imperatori pro-
fecto tanta non fuisset in regnis Italiæ, Hispaniarū, Indiarū, Lusitanix, Siciliae,
Galliæ, Poloniæ, &c. Auctoritas, multo minus vlli alteri principi extra suā di-
ctionem: hi enim omnes regnorum suorum ac ditionum limitibus, quasi can-

rari in oblerua-
tia à gentibus,
Turcis, Mani-
chæis, & aliis.

Aliud Pauli
Mittelburgen-
sis ac Pittati te-
stimonium.

Conclusio: ne-
minem iustius
ac commodius
anni formā re-
stituere ac pro-
mulgare poru-
isse, quam Ro-
manum Ponti-
ficem.

Quæ dissen-
sionum causa sit,
& quam facile
ea tolli à Pro-
testantibus po-
tuisse.

Ultimū aduer-
sariū effugiū.

cellis circumscribuntur. Quibus vnus non circumscribitur Pontifex Max. qui à Summo Pontifice ac Imperatore Christo Iesu in persona D. Petri suam potestatem accepit, Ecclesiæ vniuersalis princeps, caput & pastor constitutus. Quare & eius mandata, vt seculis superioribus, ita nunc Catholici omnes Principes, Reges, Respub. in restitutione Calendarii promptissime paruerūt. Quorum exemplum imitatione dignissimum si aduersarii, vel sola vtilitate & necessitate impulsī, mox secuti fuissent, non vt Catholicorum instar Summo Pontifici parerēt, quod ab iis vt non expetitur, ita nec expectatum fuit; Sed vt erratum commune, vel ipsis Iudæis ac gentib. scandalosum, communis ædificationis, pacis, ac concordie retinendæ causa emendarent, omnis offendiculorum, dissensionum, turbarumq; , quarum creberrime meminit noster Caluissius, sublata repente atq; subtracta materies fuisset.

Sunt, qui manifestissimis hisce victi rationibus, ne desinant esse hæretici, & ab Ecclesia dissentire, ad illud recurrunt quod quotidie à suis Scaligeris, Origanis, & Caluissis audiunt, Ca'endarium nimirum à Gregorio Pontifice nō reformatum sed deformatum esse, erroribus scatere innumeris, illudque non solum nullo niti fundamento, sed eiusmodi etiam continere errores, qui nullo modo excusari possint, qui ludibrio exponant totam Europam, quiq; soli, etiam si præterea causa nulla subesset, satis sint cur hoc Calendarium sit reiciendum, atque adeo de alio nouo potius Calendario excogitando, quam de mendofo Gregoriano recipiendo consilia instituenda esse. Quare cæcis illis seu Doctoribus seu ductoribus, à quibus hi seducuntur seorsim aut responsum iam est, aut in sequentibus respondebitur; lubet tamen in hisce nostris quasi præludiis terriculamenta ista, ne dicam deliramenta, saltem generatim inspicere, vtque eadem aliis etiam manifestiora fiant, quædam tâquam basim ac fundamentum præmittere.

CAPUT TERTIVM.

*Calendarium Ecclesiasticum, neque veris, neque mediis Lumina-
rium motibus, sed cyclis ac diebus solidis constare.*

Quo titulo ad
Calendarium ad-
mittat motus
medios Clau-
is.

TRaſtauit hoc argumentum Clavius in Apolog. contra Mæſtlinum Lib. 1. cap. 4. & in Explicat. Calend. itidem 4. hoc nomine: *Ecclesia cur poſthabi-
tis motibus veris apparentibus, medios tantum, ſive æquales, aut potius Cyclos in mobiliū
ſolemnitatum celebratione uſurpet*: Semper autem quando mentionem facit me-
diorum motuum addidit, *vel potius Cyclos*, quo innuere voluit ad conſtitutio-
nem Cyclorum, & ad illorum examen adhibendos eſſe non veros, ſed potius
medios motus: ad ipſum vero Calendarium neque veros, neque medios, ſed
potius Cyclos: id quod maniſeſtiſſime colligitur ex iis, quas adducit rationib.
ac cauſis, pleraque enim, quæ contra veros dicuntur motus, dici etiam ſuo
modo poſſunt contra medios. Quoniam autem ipſius rationes plurimum et-
iam ad propoſitum noſtrum faciunt, eas hoc loco ſub compendio recenſuiſſe
abs re non erit.

Rationes ſex,
quibus propo-
ſitum probat
Clavius.

Prima igitur Clauii ratio eſt verorum motuum inæqualitas, quæ impe-
dimento eſt, quo minus in cyclos redigi, aut rationes illorum ac uſus à vulgo
capi poſſint. Secunda: diſcordiæ ac rixæ quæ excitarentur, tum inter Aſtro-
nomos,

nomos, tum inter sequaces illorum, cum ipsi inter se dissentiant de vera verorum motuum quantitate, (quod probat ex diuersitate tabularum Astronomicarum) quæ dissensiones deinde in ipsam redundarent festorum celebrationem. Tertia: Incertitudo tabularum Astronomicarum, ex quib. veri motus decerpendi essent: cum nullæ adhuc exstructæ sint, quæ phænomenis atq; cælestibus obseruationibus absq; errore diu consentiant. Quarta: cura in istis subtilitatibus non necessaria ob meridianorum varietatem, ratione quorum varie à variis terræ incolis Pascha celebrandum foret. Quinta: Antiquissima Ecclesiæ cōsuetudo, quæ probatur ex fixatione æquinoctij in die 21. Martij, quæ stabilitas neq; vero, neq; medio motui in annis Iulianis, qui diem admittunt & deponunt bisextum, conuenit. Sexta: Communis omniū de re Calendarii scriptorum consensus, quorum nullus docet, Ecclesiam sese adstrinxisse seueris legibus Astronomorum. Has deniq; rationes hisce Clauius concludit verbis ad rem nostram aptissimis: *Ex his omnibus credo, inquit, satis esse confirmatum, neq; diem verni æquinoctij, neq; lunas XI IIII. Paschales examinari debere per Ephemerides, & Astronomicas veri aut medij motus tabulas, vt frustra nonnulli, nescio qua auctoritate nixi, contendunt, sed satis esse, si per regulas populares perceptu faciles, & adhuc in Ecclesia vsitatas, cuiusmodi sunt Cycli, inquirantur. Non negarim tamen, medios motus ex Astronomicis tabulis deproptos, non autem veros (quod hi inæquales sint illi autem æquales) maximo esse vsui ad diiudicandum, qui nam Cycli ex omnibus in Calendario dispositi rectissime lunas XI V. Paschales exhibeat. Hac qua hoc capite exposita sunt, confutant, refellunt quæ omnia argumenta, quæ aduersus Calendarium nouum à nonnullis parum in computo Ecclesiastico exercitatis obici solent: quippe quæ omnia Calendarium per veros motus, aut medios examinent: quod ad rem non facit. Hæc verissime atque doctissime, vt solet, Clauius: verum ad propositum nostrum clarius demonstrandum, quædam altius repetenda, atque enucleatius explicanda sunt.*

Ex Clauii sententia neq; veros neq; medios motus aptos ad Calendariū Ecclesiasticum,

2. Patres concilij Niceni cum iam ex decursu trecentorum fere annorum didicissent, quæ ac quanta in celebratione Paschatis varietas, ex variis opinionibus atque consuetudinibus, tum etiam ex variis cyclis, computis, atque calculandi rationibus exorta esset; adhibitis in consilium, teste D. Ambrosio, doctissimis, atque in arte calculandi peritissimis viris, varia de Paschatis celebratione, Calendarii que dispositione tractare cœperunt. Et primo quidem vniuersalem illum, qui reliquorum omnium caput est, canonem condidere; nimirum vt vno eodemque die omnes toto orbe diffusi Christiani sanctissimam Paschatis celebrarent solemnitatem, eo videlicet quo festiuitatem illam sancta Romana perageret Ecclesia, quod cum ex plurimorum scriptis, tum ex ipso fragmento epistolæ Synodi Nicenæ ad Alexandrinam Ecclesiam capite præcedenti recitato, haud obscure colligitur, in ea enim sancta Synodus sibi ipsi Romanorum appellationem (*iam Romanos nos, in Synodo congregatos, & omnes vos, &c.*) anteponit. Et ipse pientissimus Constantinus Imper. in sua ad omnes Ecclesias epistola, eodem modo Romam omnibus præfert: *Ipse, in merepti, inquit, vestram sapientiam facile assensuram: vos videlicet, quod in vrbe ROMÆ, in Italia, in Africa, in Aegypto, in Hispania, Gallia, & Britannia, in Lybia & vniuersa Græcia, in diocesi Asiatica & Pontica, in Cilicia deniq; vna & cōsentiente sententia seruatur, hoc etiam vestra prudentia lubet approbaturus.* In qua sane oratione perspicue videmus, nō modo solā Romam ex omnibus vrbibus nominatam, sed

Primus ac præcipuus Canon Paschalis.

ex omni-

Quæ dissensionum causa sit, & quam facile ea tolli à Prostantibus potuisset.

Vltimū aduersariū effugiū.

cellis circumscribuntur. Quibus vnus non circumscribitur Pontifex Max. qui à Summo Pontifice ac Imperatore Christo Iesu in persona D. Petri suam potestatem accepit, Ecclesiæ vniuersalis princeps, caput & pastor constitutus. Quare & eius mandato, vt seculis superioribus, ita nunc Catholici omnes Principes, Reges, Respub. in restitutione Calendarii promptissime paruerūt. Quorum exemplum imitatione dignissimum si aduersarii, vel sola vtilitate & necessitate impulsī, mox secuti fuissent, non vt Catholicorum instar Summo Pontifici parerēt, quod ab iis vt non expetitur, ita nec expectatum fuit; Sed vt erratum commune, vel ipsis Iudæis ac gentib. scandalosum, communis ædificationis, pacis, ac concordie retinendæ causa emendarent, omnis offendiculorum, dissensionum, turbarumq; , quarum creberrime meminit noster Caluissius, sublata repente atq; subtracta materies fuisset.

Sunt, qui manifestissimis hisce victi rationibus, ne desinant esse hæretici, & ab Ecclesia dissentire, ad illud recurrunt quod quotidie à suis Scaligeris, Oribanis, & Caluissius audiunt, Ca'endarium nimirum à Gregorio Pontifice nō reformatum sed deformatum esse, erroribus scatere innumeris, illudque non solum nullo niti fundamento, sed eiusmodi etiam continere errores, qui nullo modo excusari possint, qui ludibrio exponant totam Europam, quiq; soli, etiam si præterea causa nulla subesset, satis sint cur hoc Calendarium sit reiciendum, atque adeo de alio nouo potius Calendario excogitando, quam de mendoso Gregoriano recipiendo consilia instituenda esse. Quare etsi cæcis illis seu Doctoribus seu ductoribus, à quibus hi seducuntur seorsim aut responsum iam est, aut in sequentibus respondebitur; lubet tamen in hisce nostris quasi præludiis terriculamenta ista, ne dicam deliramenta, saltem generatim inspicere, vtque eadem aliis etiam manifestiora fiant, quædam tãquam basim ac fundamentum præmittere.

C A P V T T E R T I V M.

Calendarium Ecclesiasticum, neque veris, neque mediis Luminarium motibus, sed cyclis ac diebus solidis constare.

Quo titulo ad Calendariū admittat motus medios Clauis.

TRaſtauit hoc argumentum Clauius in Apolog. contra Mæſtlinum Lib. 1. cap. 4. & in Explicat. Calend. itidem 4. hoc nomine: *Ecclesia cur poſthabitis motibus veris apparentibus, re, medios tantum, ſiue æquales, aut potius Cyclos in mobiliū ſolemnitatum celebratione uſurpet*: Semper autem quando mentionem facit mediolorum motuum addidit, vel potius Cyclos, quo innuere voluit ad conſtitutionem Cyclorum, & ad illorum examen adhibendos eſſe non veros, ſed potius medios motus: ad ipſum vero Calendarium neque veros, neque medios, ſed potius Cyclos: id quod maniſteſſime colligitur ex iis, quas adducit rationib. ac cauſis, pleraque enim, quæ contra veros dicuntur motus, dici etiam ſuo modo poſſunt contra medios. Quoniam autem ipſius rationes plurimum etiam ad propoſitum noſtrum faciunt, eas hoc loco ſub compendio recensuiſſe abs re non erit.

Rationes ſex, quibus propoſitum probat Clauius.

Prima igitur Clauii ratio eſt verorum motuum inæqualitas, quæ impedimento eſt, quo minus in cyclos redigi, aut rationes illorum ac vſus à vulgo capi poſſint. Secunda: diſcordia ac rixa quæ excitarentur, tum inter Aſtronomos,

nomos, tum inter sequaces illorum, cum ipsi inter se dissentiant de vera verorum motuum quantitate, (quod probat ex diuersitate tabularum Astronomicarum) quæ dissensiones deinde in ipsam redundarent festorum celebrationem. Tertia: Incertitudo tabularum Astronomicarum, ex quib. veri motus decerpenti essent: cum nullæ adhuc exstructæ sint, quæ phenomenis atq; cœlestibus obseruationibus absq; errore diu consentiant. Quarta: cura in istis subtilitatibus non necessaria ob meridianorum varietatem, ratione quorum varie à variis terræ incolis Pascha celebrandum foret. Quinta: Antiquissima Ecclesiæ cōsuetudo, quæ probatur ex fixatione æquinoclij in die 21. Martij, quæ stabilitas neq; vero, neq; medio motui in annis Iulianis, qui diem admittunt & deponunt bisextum, conuenit. Sexta: Communis omnium de re Calendarii scriptorum consensus, quorum nullus docet, Ecclesiam sese adstrinxisse seueris legibus Astronomorum. Has deniq; rationes hisce Clavius concludit verbis ad rem nostram aptissimis: *Ex his omnibus credo, inquit, satis esse confirmatum, neq; diem verni æquinoclij, neq; lunas XIIII. Paschales examinari debere per Ephemerides, & Astronomicas veri aut medij motus tabulas, vt frustra nonnulli, nescio qua auctoritate nixi, contendunt, sed satis esse, si per regulas populares perceptu faciles, & adhuc in Ecclesia vsitatas, cuiusmodi sunt Cycli, inquirantur. Non negarum tamen, medios motus ex Astronomicis tabulis depromptos, non autem veros (quod hi inæquales sint illi autem æquales) maximo esse vsui ad diiudicandum, qui nam Cycli ex omnibus in Calendario dispositi rectissime lunas XIV. Paschales exhibeat. Hæc quæ hoc capite exposita sunt, consulant, refellant quæ omnia argumenta, quæ aduersus Calendarium nouum à nonnullis parum in computo Ecclesiastico exercitatis obiici solent: quippe quæ omnia Calendarium per veros motus, aut medios examinent: quod ad rem non facit. Hæc verissime atque doctissime, vt solet, Clavius: verum ad propositum nostrum clarius demonstrandum, quædam altius reperenda, atque enucleatius explicanda sunt.*

Ex Clauii sententia neq; veros neq; medios motus aptos ad Calendarium Ecclesiasticum,

2. Patres concilij Niceni cum iam ex decursu trecentorum fere annorum didicissent, quæ ac quanta in celebratione Paschatis varietas, ex variis opinionibus atque consuetudinibus, tum etiam ex variis cyclis, computis, atque calculandi rationibus exorta esset; adhibitis in consilium, teste D. Ambrosio, doctissimis, atque in arte calculandi peritissimis viris, varia de Paschatis celebratione, Calendarii que dispositione tractare cœperunt. Et primo quidem vniuersalem illum, qui reliquorum omnium caput est, canonem condidere; nimirum vt vno eodemque die omnes toto orbe diffusi Christiani sanctissimam Paschatis celebrarent solemnitatem, eo videlicet quo festiuitatem illam sancta Romana perageret Ecclesia, quod cum ex plurimorum scriptis, tum ex ipso fragmento epistolæ Synodi Nicenæ ad Alexandrinam Ecclesiam capite præcedenti recitato, haud obscure colligitur, in ea enim sancta Synodus sibi ipsi Romanorum appellationem (*iam Romanos nos, in Synodo congregatos, & omnes vos, &c.*) anteponit. Et ipse piensissimus Constantinus Imper. in sua ad omnes Ecclesias epistola, eodem modo Romam omnibus præfert: *Idem, in merecepi, inquit, vestram sapientiam facile assensuram: vos videlicet, quod in vrbe ROMÆ, in Italia, in Africa, in Aegypto, in Hispania, Gallia, & Britannia, in Lybia & vniuersa Græcia, in diocesi Asiatica & Pontica, in Cilicia deniq; vna & cōsentiente sententia seruetur, hoc etiam vestra prudētia lubēter approbaturus.* In qua sane oratione perspicue videmus, nō modo solā Romam ex omnibus vrbibus nominatam, sed

Primus ac præcipuus Canon Paschalis.

ex omni-

ex omnibus quoque orbis partibus, urbem orbi antelatam esse. Idem postea Canon confirmatus est in Concilio Arelatensi, & Carthaginensi quarto.

Cur reliqui Canon
es Pascha-
les additi sint.

Difficultas quæ
ex punctis ple-
nilunii & æqui-
noctii, in defi-
nitione pascha-
tis oritur.

Varieras quæ
nascitur ex me-
ridianorum
differentia.

Idem exemplo
explicatur.

3. Ut autem quæ hoc Canone statuerant obtinerent, & nulla deinceps oriretur amplius dissensio atque difficultas, alias addidere regulas, quæ omnes hac vnica comprehunduntur, nempe ut pascha fiat iuxta consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, Dominica proxima post quartamdecimam lunam, in ipsum æquinoctium vernalum incidentem, aut ipsum proxime sequentem. Quare tota difficultas in cognitionem siue determinationem æquinoctii verni, ac quartæ decimæ lunæ deuoluta erat, & idcirco ut hac in re omnem aberrandi atque dissentiendi tollerent ansam, huc omnem deinceps curam contulerunt. Ergo quamuis non ignorarent Patres tam æquinoctiorum momenta, quam oppositionis lunæ siue plenilunii puncta instantia absolute sumi, ut quartæ decimæ lunæ terminus est, eademque ubicunque terrarum habitarent homines coincidere, modo alterum alteri aut subsequi aut præcedere, atque hinc de die paschatis pronunciari posse: in feriis enim omnes cōueniebant; attamen considerantes non solum eam de qua Clavius monuit, incertam esse horum punctorum cognitionem, diuersasque diuersorum Astronomorum sententias, ex quibus nouarum quotidie pullulant discordiarum incitamenta, cum hic puncta illa coire diceret hac hora, ille illa, alius eodem tempore hoc præcedere, illud sequi, & contra hoc prius illud posterius pronunciaret; & consequenter alius pascha hoc Mense, alius alio celeb. andum contenderet: nihilo minus ut ut hæc omnia certissime constarent, animaduertentes adhuc superesse meridianorum differentiam, eandemque non postremam dissensionum radicem, hic sibi nequaquam consistendum, sed ulterius ad aliquid magis cōmune progrediendum esse, concluderunt. Etenim cū ob globositatem terræ Sol aliquibus populis citius oriatur, aliquibus tardius; illis faciat meridiem, his eodem temporis puncto diem inchoet; & his diem finiat, quando illis noctem bissecat, necessario sequitur quibusdam populis certo aliquo temporis momento discrepantiam esse feriarum; cum in his omnes non nisi sic efficiendi contineamus: ita ut dum aliqui horas subducunt diei Sabbathi, eodem prorsus tempore alii in horis Diei Dominicæ numerandis occupentur. Ergo quia quartadecima luna siue die plenilunium præcedente, etiam si ea Dominica sit, pascha peragi non debet, idem omnino paschale plenilunium quod prioribus populis qui in Sabbatho versantur, in proxime sequentem Dominicam incidit, & eadem Dominica sanctum Pascha celebrandum dederit, posterioribus in insequentis hebdomadis Dominicam pascha transportabit; eo quod hi, dum priores in plenilunio Dominicam agunt, iam feriam secundam numerent, atque adeo pro paschate suo celebrando necessario sequentem debeant expectare Dominicam. Itaque h. duo populi nequaquam successiue eodem die, quod intendebant Patres, sanctum Pascha celebrabunt; sed hebdomadarii spatio inter se distabunt, Res clarior fiet exemplo.

Caluissius suo in Elencho cap. 19. ad criminandum Calendarium Gregorianum sic habet: *paucis post annis anno æræ Christianæ 1622. Pontificii Iudæos Christi interfectores in paschate celebrando collegas assument*, quæ in re turpissime, ut suo loco monebimus, duplici ex capite à vero abit: & quia pueriliter errat in computo Hebræorum, quibus festum azymorum, quod Caluissio Pascha dicitur,

citur, non in Dominicam sed Sabbathum incidit; & quia vt cap. 5. Lib. 3. ostē- Errores Calu-
 demus nequaquam ille dies propriè Christianis interdictus est pro paschate: lii.
 addo tertium quia pascha agere in plenilunio minime prohibitum est vt etiam
 infra Lib. 3. cap. 8. & alibi planum fiet. Sed his omnibus omisis esto, pascha in
 die plenilunii agi non debeat: esto, plenilunium ex medio motu eruendum sit.
 Sane anno 1622. ex tabulis Caluifianis plenilunium illud paschale illis qui Hie-
 rosolymæ habitant incidit die 27. Martii in diem Dominicam, horamque pri-
 mam post mediam noctem: at Romanis idem omnino plenilunium eueniet
 non in Dominica, sed in Sabbatho hora vndecima post meridiem, propterea
 quod eodem omnino tempore dum Ierosolymitani Dominicam incipiunt,
 Romani qui Occidentiores sunt, adhuc in Sabbatho hærent, atque adeo se-
 quenti Dominica Pascha rite celebrabunt quod Ierosolymitanis iuxta Caluifium
 adhuc integra differendum erit hebdomada.

4. Quod si Patres vnum tantum vnus loci meridianum eligere voluissent,
 alia neque pauca neque leuia se se obtulissent incommoda; præsertim si omnia
 ad minutum vsque horarium & Mathematicè expendere voluissent. Primo
 enim numeratio horarum redderetur difficilior, essetque Astronomica potius
 quam popularis. imo ipsa longitudinum locorum incertitudo, nihil sineret hoc
 in negotio certi constituere. Demum plenilunium quod illis reuera in Domi-
 nicam incidisset, his diceretur esse die Sabbathi, aut feriæ secundæ. atque ita
 permittendum fuisset vt populis orientioribus quibusdam, vel occidentali-
 oribus celebrare paschata liceret nonnunquam extra Dominicam, quod quidē
 aliud non esset quam in Ecclesia Catholica non tam connuere seu permittere,
 quam constitutione Canonica Schismata imperare, & quod grauius foret, pla-
 neque impium, à Traditione illa Apostolica, qua diem Sabbathi in Dominicam
 transtulerunt, longius discedere, qua vt decet Christianos retenta ac obseruan-
 da, meridianorum in re Calendaria determinatio prorsus superuacanea imo
 nocua est.

Inconuenien-
 tia si vnicus cā-
 tum statutus
 fuisset meridi-
 anus.

Recte igitur ac prudentissime Sanctissimi illi Niceni Concilii Patres compu-
 tum æquinoctiorum pleniluniorumque ecclesiasticum, ipsumque adeo popu-
 lum Christianum longè latèque per vniuersum mundum diuersitate quidem
 locorum maxime dispersum, sub vno tamen Pastore ac capite, vno eodemque
 in ouili solidissimo fidei vinculo coniunctum nulli omnino meridiano deter-
 minato alligauerunt; sed quemadmodum Apostoli diem Dominicum, ita ipsi
 Ecclesiastica æquinoctia & plenilunia amplioribus spatiis definierunt. Et sane
 relinquenda hæc mundi libertas fuit, vt suo gens quæque meridiano gauderet
 quem dederat fortuitus situs, & diem inchoaret naturalem vnde vellet, siue à
 Meridiano siue ab Horizonte, Ecclesiasticum vero inde, vnde Ecclesia con-
 suevit, quæ licet diuina officia à primis vesperis incipiat, terminetque comple-
 torio quotidianas preces ad vesperam sequentem; tamen ieiunia, diem Domi-
 nicam, aliorumque festorum celebritatem deducit à media nocte vsque ad me-
 diam noctem, non ad eam quam certus aliquis meridianus complet vel incho-
 at, sed quam singuli in singulis locis particularibus ostendunt. Et licet hinc se-
 qui videatur vt quæ Exempli gratia Romanis vulgari modo tempora compu-
 tando Dominica est, aliis, similiter tempora computando, esse possit dies Sab-
 bathi vel dies Lunæ, eademque verbi gratia Ecclipsis lunæ illic contigisse dica-
 tur in

Ecclesiam cui-
 que populo suū
 liberum reli-
 quisse meridia-
 num.

tur in Dominica, hic Sabbatho vel feria secunda, diuersitatem tamen hanc nequaquam putat suis esse legibus contrariam, eamque patitur libenter, & vnus diei naturalis laxitatem iudicat conformiorem Ecclesiasticis temporibus definiendis, quam horarum illam scrupulorumq; etiam in rebus ciuilibus superfluam scrupulositatem.

**Æquinoctii ac
Lunæ primæ
determinatio.**

Id quidem necesse fuit vt saltem in confuso, ne in constructione Cycli lunaris & æquinoctii determinatione current in incertum, vnum sibi aliquem proponerent meridianum Calendarii constitutores, ad eundem vero alligare Calendarium iam constructum non fuit necesse, sed tam veris quam mediis motibus, qui certas apud Astronomos obtinere Epochas solent, atque ab vno aliquo certo meridiano dependent, è Calendario penitus proscriptis; pro æquinoctio diem integrum, eumque in anni solaris ratione perpetuum assumendum esse Patres Concilii edixerunt, quamuis optime scirent, saltem ob diem bissextum, illud eidem diei adhærescere nequaquam posse. Atque hoc est quod vigesimam quintam diem Mensis Phamenoth cui in nostro Calendario respondet dies vigesima prima Martii æquinoctio verno destinauerint. Vt vero lunas etiam decimasquartas Ecclesiastice ordinarent, lunam primam appellarunt teste Stoflerino & aliis, ipso etiam calculo consentiente, ipsum conjunctionis diem, & consequenter diem lunæ decimamquartam eam quæ decimamquintam, hoc est, plenilunii diem, proximè præcedit.

**Ordo terminorum
paschaliū,
indicumq; No-
uilariorum.**

Denique vt omnis omnino tolleretur dissensionum occasio, cum quartadecima luna non eundem semper diem in anno solari, quo omnes fere utebatur Christiani, obtrineat, omnes notatos voluere in ipso suo Calendario per singulos vndeuginti Cycli Enneadecaeterici annos, primas lunas, ex quibus deinde absq; vilo ambiguitatis periculo omnes haberentur quartadecimæ lunæ terminiq; paschales, facto initio à 12. die Mensis Phamenoth siue 8. Martii (eo q. quartadecima luna huius interlunii cum æquinoctio in eundem caderet diem) & per menses alternis 29. & 30. dierum solidorum progredientes, primum vt aperte adhuc monstrat inscriptio, cauum siue 29. tantum dierum statuerunt. Ne tamen res illa omnibus nondum bene cognita, etsi facillima, imperitis tam ob diuersa Calendaria particularia, quam ob diuersa anni solaris initia, Mensumq; Solarium ordinē, aberrandi ansam porrigeret, in illis initiis cura paschatis ex illo Cyclo atque Calendario iudicandi Episcopo commissa fuit Alexandrino. Reliquam denique quæ ex scrupulis horariis in Cyclorum constitutione neglectis (siquidem aliqua neglecta agnouerant) aliquando oriri posset, discrepantiam, cum ob incertitudinem motuum correctionis periodi constituere non licuisset, necessario posteris, si ea ad notabilem excreuisset dierum integrorum quantitatem, tollendam reliquerunt.

**Commoda &
expedita calen-
darii cycli ra-
tio.**

Atq; hac Cycli Calendarii que ratione constituta, id quod omnes tantopere expetebant, se tandem aliquando obtinuisse existimauerāt, nimirum vt eodem oēs per vniuersum orbem die, sacratissimum Deo Christianum pascha immolarent, quæ profecto calendarii ratio talis erat quæ omnib. accommoda, & vere vniuersalis dici poterat; etenim numeri Cycli enneadecaeterici, siue lunæ primæ, vna cum litteris Cycli solaris Calendario cuiusq; particulari, congrue inscripti, Solis Lunæq; quasdam veluti Ephemerides efformabant, Astronomiæ, vrita dicam, Ecclesiasticæ, & civilis motuum calculo quam maximè accom-

modatas.

modatas. Nulla enim in eo de meridianis disputatio: nulla de initio diei altercatio: nulla horarum ac minutorum diuersa numeratio: nulla etiam de tabulis Astronomicis; veris aut mediis motibus dissensio: nullum periculum errandi in calculo: ridicula nulla ob vnius minuti horarii discrepantiam per solidū Mensem paschalis traectio. Vsus vero ipsis facillimus, parabilis ac cōmodus, & quo null⁹ alius ad vulgi caprum aptior esse potest planus scilicet sibiq; semper similis per dies integros processus.

Meridiana igitur luce claritas ex hac nostra disputatione propositū nostrum constare existimamus, nempe Calendariū Ecclesiasticum, nequaquam ad horas adq; horarum scrupula instituendum esse, sed eius rationem non nisi diebus integris, qui cyclis maximè conueniunt, committendā esse, & Calendaria hac methodo constructa nullo modo vitiosa esse, aut dici posse, sed neque successu temporis fient vitiosa, nisi postquam illorum errores, non horarū vel alia quauis horarum fragmenta, sed dies integri solidiq; detexerint, neq; spes amplius vlla affulserit, se ipsa perfecte in integrū, vel certe meliorē in statu restituendi, non solū quia id ratio vulgaris ac popularis ita persuadet, & quia in rebus cum Ecclesiasticis tū ciuilibus, quæ morales dici solent, res hæc vtitata est; sed etiam quia motus cœlestes ad quos cycli instituuntur exactissima cognitione nondū deprehenſi sunt: quæadmodū tabulæ ipsæ Astronomicae toties mutatae & reiectæ, aliæq; aliis succedentib; sibi seculis substitutæ manifeste testantur, quæ etiam ipsæ vti sua prima in institutione sincerissimæ habitæ sunt, & postea fallere cœperūt, ita mirū videri non debet, si Calendaria prima sua ab origine laudata sint, & longa post tēpora vt minus idonea à posteris vel emēdata, vel penitus reiecta. Mirū potius videri debet fuisse aliquādo, vel nunc esse, qui apud Patres Nícenos mediocrū motuum scrupulositate exquirere nō dubitant; id q; prorsus oriosum est. Positis enim semel paschalibus pleniluniorū terminis ad vigesimā secundam Martii & decimanonā Aprilis diem, quos verisimile est Patres de nouo nō inclusisse, sed per traditionē accepisse, dici nulla ratione potest, ipsos vti motibus mediis voluisse aut potuisse, nisi fortasse vel suspicari impium nō sit, ipsos suo quoddam annos paschali plenilunio spoliare voluisse. Nam hoc ipso quod termini pleniluniorum sic, vt dictum est, constituti sunt, sequitur iisdem pleniluniis dies solūmodo viginti nouem concessos esse, quale non est tempus illud, quod vni luationi mediæ tribuitur, quod constare solet diebus viginti nouem Hor. duodecim cum quadraginta quatuor minutis. Quare si exempli gratia prius duorum pleniluniorum accideret sex Horis ante diem vigesimam secundam Martii, contingeret posterius totidem saltem horis post decimam nonam Aprilis, & neutrum, imo nullū penitus anno illo esset paschale; quo nihil foret absurdus.

Collapso vero iam vetere Calendario quamuis etiam extiterint, qui totis viribus contenderent in constructione Calendarii noui, motus aut veros, aut saltem medios quam accuratissime obseruandos esse, nihilominus quemadmodū apud Concilii Niceni Patres, ita hic re diligentissime considerata eorum praua luerunt sententiæ, quib; Calendarii Ecclesiastici essentia atq; natura in populari quadam cyclorum reuolutione, eaq; ad dies dumtaxat integros constituta, cōsistere visa est. Vnde prudentissime atq; doctissime sane insignis ille & tam doctrina q̃ nobilitate clarissimus Mathematicus Guidus Vbaldus e Marchionibus Montis, dū sententiam suam de Calendarii correctione anno 1580. diceret, dū

Calendariū
Cyclicum etiā
perpetuo cælo
non consentias
vitiosum tamē
censendum nō
esse, nisi id erro-
res dierum in-
tegrorum auge-
re pergat.

Euidens argu-
mentum Patres
rationem Calen-
darii Eccle-
siastici ad scrupulosum calcu-
lum nequaquā
dirigendū cen-
suisse.

Semper præua-
luisse prudentis-
simorum de Cyclis
resinendis sen-
tentiam.

Gnidi Vbaldi de
calendario sen-
tentia.

Astronomia
Ecclesiastica.

Ipsos aduersa-
rios scrupulosi
damnare calen-
darium.

in eius reformatione potissimum obseruata voluit. Alterum est, vt eius vtar ver-
bis, vt quæ tot actis iam antè sæculis à Summis Pontificibus, sacræque Conciliis ob
paschatis celebrationem determinata fuerant, retineantur prorsus, atque seruentur.
vt huiusce nimirum solemnitatis tempus ex solis, Lunaque cursibus hauriatur: & pri-
ma die dominica post primam Lunæ quartam decimam, cum iam Sol Arietis initium atti-
gerit Sanctum pascha celebretur. Alterum vero (cui summopere est inuigilandum) vt quan-
tus Calendarii restitutio Astronomiæ peritiam exposulet, ita tamen restituatur, vt eius post-
modum vsus cuilibet etiam Astronomiæ ignaro facillime pateat. Vt viri Ecclesiastici
(quorum maxima pars à studio Astronomiæ abhæret) non cogantur hac de causa Astro-
nomiæ operam nauare: vel sepe sæpius Astronomos consulere. Et nequaquam ad amussim A-
stronomicis regulis cum suis minutis, vt alibi dicit, luminarium motus in Ecclesia cõ-
siderentur, vt multis visum est: sed etiam nostro tempore, veluti etiam multis iam
ante actis sæculis Ecclesia pro sua Astronomiæ littera tantum Dominicali, & aureo numero
vtatur.

Neque ipsi aduersarii, etsi plerumque contra proprias peccent sententias, o-
mnimodam volũt obseruandam esse scrupulositatem Astronomicam. sic Cal-
uissius cuiusdam antagonista sui mutuo acceptum reiicit Calendarium, quod
licet nõ nisi per dies progrediatur integros in solaris anni æquatione: quia ta-
men id non facit ratione facili, sed absq; Cyclo aut periodo vulgari, sufficienti
de causa damnat: imo ipsi in suo pseudocalendario ratione æquinoctii non
nisi dies integros adhibet. Pari ratione Mæstlinus falso accusat Calendarium
Gregorianum subtilitatum Astronomicarum, & cum non haberet aliud quod
Calendario obiiceret, in has ipsas, quas sibi finxit, inquit subtilitates: excu-
sat tamen se idcirco facere vt ostendat impossibile esse, velle annum politicum
huiusmodi subtilitatibus vincere, sententiam vero tam suam quam reliquo-
rum Mathematicorum de Calendario Ecclesiastico longe ait aliam esse. Quod
si quis miretur, inquit, quare de his subtilitatibus Astronomicis in anno politico vel Eccle-
siastico disputem? Is nouerit, quod ego & mecum omnes sani atque prudentes Mathema-
tici vltro consecramur, hasce subtilitates Astronomicas in rei veritate nihil conducere ad an-
num Politicum, vnde neminem Politicorum & plebeiorum hisce grauandum statuimus.
Sicut nec Iulius Cæsar, prudentissimus Imperator in anni restitutione subtilitatibus vllis
turbas mouere voluit: Nec Petres Concilii Niceni qui huic nouo Calendario (attamen
fingit Mæstlinus præter suum intentum, sicut in Dialecti mea c. 6. demonstratur)
occasionem subministrant, quicquam de his subtilitatibus monuerunt. Imo nos ipsi noui-
mus, quod quotiescunque Ecclesia ad huiusmodi subtilitates delapsa est, quales olim in-
ter Ecclesiam Romanam & Alexandrinam de termino paschatis erant, antequam per
Dionysium Abbatem Romanũ, circa annum Christi 532. Cyclos decemnouennalis restitu-
retur, ipsa horribiliter cum maxima offensione infirmorum fuerit perturbata. Con-
tra autem nemini incognitum est, quod interim ab Anno 532. ad hoc nouum Kalendarium
vsque, propter sublatas has subtilitates, vniformitas, & nunquam satis laudata concordia
in toto orbe Christiano, (quod ad præsentem Kalendarii vsus, vna cum paschatis celebratio-
ne attinet) fuerit seruata, &c. Ergo vel aduersariorum testimoniis palam est Ca-
lendarium Ecclesiasticum subtilitatibus Astronomicis nõ debere esse implicatum,
sed ad vulgi captum vsusq; Ecclesiæ, quod non nisi Cyclis ac diebus integris
fieri potest, accommodatum. Quia vero Calendarium tale quale respublica Ec-
clesiastica postulat, à Gregorio Pontifice Max. conditum vident, dicta reuo-
cant.

cant, & vt calumniandi nanciscantur materiam, non tantū ad subtilitates communiores, quas reiecerunt, sed ad vnicam vsque scrupulum horariū Calendarium Gregorianum examinant, quod si non respondeat ad vnguem, illud non reformatum, sed deformatum proclamant. Sed de hisce aduersariorum superuacaneis lamentationibus præmissis iam iis, quæ volumus, proprius dicendi sequitur locus.

CAPVT QVARTVM.

In Calendario Gregoriano nullos esse errores, qui vere dici errores, iure Calendarii Ecclesiastici possint.

Difficile fortassis vel etiam impossibile videbitur alicui, qui præter Caluisiū aliosque ipsi in oppugnanda veritate non dissimiles alium audiuit neminem, de Calendario Gregoriano disputantem, probari posse ipsum plane ab erroribus esse innoxium. Nam quo quæso nixus fundamento *probißimus, doctißimus, accuratißimus*, vt loquitur Iosephus Scaliger, *SETHVS CALVISIVS*, vir prisca illius Germanorum ingenuitatis & fidei, adeo confidenter affirmasset, Calendarium hoc sentinam ac colluiem omnium errorum recte dici posse, illudque *VBIQVE & in omnibus suis partibus mendosißimum* esse. Item *NIHIL* esse de quo Calendarium Gregorianum agit, quod non iure & merito culpæ possit, si nullus in eo error esset? Quomodo clarissimus (vt eum compellat Caluiscus) & præstantissimus vir Dominus M. David Origanus Mathematicus in Academia Francofordiana ad Oderam celeberrimus, amicus & fautor Sethi Caluiscus singularis in tam proiectam incurere potuisset audaciam, vt falso assereret errores huius Calendarii pueris etiam septennibus notas esse, & toti mundopatefactos. Item hoc in Calendario à capite ad plantam pedis *NIHIL* sani inesse. Imo quod plus est, cum ipse Christophorus Clavius Calendarii Gregoriani præcipuus defensor fateatur, quemadmodum ex verbis illius à Caluiscio cap. 7. lib. 1. relatis constat, errores Calendario illi inesse, eosque ad quatuor reuocat genera, quomodo ostendi poterit id omnis esse expers erroris? Verum nobis hoc nō solum possibile, sed & factu perfacile videtur. planeq; existimo si hoc ipsum, quod hic de Clauio obiicitur, in Calendario Gregoriano reuera nullum errorē arguere, probauerimus; bene sperari posse, nos rem hanc non solum fieri posse aduersariis sufficientissime ostendisse, sed eandem etiam penitus perfecisse.

2. E go vt iam ad rem ipsam veniamus, quod ad Clauium attinet, haud negamus ipsum errorum quorundam ræminisse, eosque ad quatuor capita remocasse, at veros in Calendario Gregoriano admisisse, omnino pernegamus: illud nimirum ipsum quod ipse in Apolog. contra Mæstlinum libro secundo planissimis verbis pernegat: *Verum, inquit, si quatuor errores (si erratum dicendam est, quod non temere, sed necessario admitti interdum debet) in nullo Calendario, quod per cyclos & regulas capiti faciles atque vniformes, vt par est, insituitur, euitari possunt. id quod etiā Caluiscus, vt suis locis videbimus, vltro fatetur: neque id sua ratione caret. Nam quemadmodum proprietates quædam ac passionis hominis essentiam consequentes, si cum proprietatibus naturæ præstantioris verbi gratia Angelicæ conferantur, imperfectionis argui, & quodammodo defectuosæ censerī possunt: Ita in Calendario ea quæ cyclos seu ipsam Calendarii naturam & veluti essentia necessario consequuntur, simpliciter & absolute Calendarii Ecclesiastici errores*

Cur difficile quibusdam videatur demonstrari posse propositum

Errores quos assignat Clavius in Calendar. Gregoriano simpliciter nec errores esse, nec tales ab eo vocari

nequeunt appellari, quamvis si cum cælo, accuratioribusque solis lunæque moribus comparentur, discrepare à cælo & Astronomiæ scrupulosiori non scrupulosissime semper, neque ad nutum obsequi videantur. Quod si Calendarium aliquanto latius accipiamus, & illa etiam consideremus, quæ ad cyclo-
rum constitutionem præcedunt, dubium non est quin eo perfectius sit Calendarium, quo eius cycli imperia cælestia perfectius assequuntur. Et hoc ipsum est, quod in ipsa cyclo-
rum prima institutione imprimis curandum est, ita tamen, ut suus etiam facilitati, & quidem æque præcipuus sit locus. Quo posito cum plurima sint, quæ calculum Astronomicum reddant perplexum atque difficilem, mirum non est, si aliquando cyclo-
rum facilitas iure utatur suo, se seque subinde subtrahat Astronomiæ perplexitati. Quod dum facit, non modo in eo quod facit reprehendenda non est, sed laudanda potius, atque ab omni erroris nota vindicanda. Equidem, si quod vere sentiunt, fateri verum Astronomi bona fide velint, neminem credo inuenies, qui certi aliquid de moribus penitusque indubitatum audeat pronunciare: & si quid audeat, id saltem perpetuitatis sigillo munitum non erit; sed ad vnum dumtaxat vel alterum seculum, id quod sic fuerit pronunciatum aliqua ex parte verum erit. Talia igitur tamque incerta cum sint ea, quæ absque dubio cyclo-
rum principia sunt, quis adeo in cyclos censor iniquus erit, ut quos debet progenitoribus errores innoxiam transferat in prolem? Calendariumque eo nomine incuset, quod illo suo ornatu utatur, quo sibi per vim detracto iam amplius à tabulis Astronomicis non dignoscitur, & prorsus desinat esse quod est.

De Calendarii
veteris defecti-
bus, & cur id
sublatum sit.

Video Calendariis eorumque cyclis accidere, quod accidere mortalibus & rebus omnibus, quæ corruptioni obnoxia sunt, accidere consuevit. Nam quo magis annis proficiant, hoc magis viribus destituuntur, & tandem senio confecta penitus emoriuntur. Hoc plane euenit Calendario veteri atque Iuliano. Natum hoc olim fuit in Imperio Romano, & postea à Republica Christiana adoptatum, elapsisque aliquot post adoptionem seculis, tandem concilii Niceni temporibus liberalius donatum est, & moribus cælestibus tunc notioribus ac certioribus satis præcise accommodatum; certe nemo tunc fuit, qui ea in ætate, quæ quodammodo virilis erat, maiores animos aut plus virium roboris-
que desideraret: tunc demum displicere plerisque cœpit quædo canicies comas, frontem rugæ, genasque pallor obsedit, & vel tunc maxime, quando paucis ab hinc annis à peritioribus medicis de eius vita penitus desperatum ac proclamatum fuit; & postquam iam non sua, sed progenitorum suorum culpa, eaque inculpabili, dies Martii prima & vigesima, Æquinoctia verna, plurium dierum itinere iam longius versus initia mensium prouecta, aspicere amplius præ debilitate non potuit, & quod alterum in tam graui senectute vitæ desperata indicium fuit, postquam aureorum illa numerorum copia, quæ Calendarii præcipuus nervus erat, sufficere amplius non potuit, lunationibus vel redimendis, vel suis sedibus, à quibus eas malefida Enneadecaeteris abripuerat, restituendis. Hæc igitur Calendarii veteris extrema infirmitas, cum talis ac tanta foret ut impossibilem, non tam de remediis quam de sepulchro cogitandum videretur, tandem de eo honorifice sepeliendo, de quæ alio in eius locum substituendo consultum est. Equidem existimo vel vnum illud eius encomiis abunde sufficere, quod non solum in prima sua constitutione non fuerit erroneum; sed quod aliquos

quot saltem seculis rectissime munus suum obierit, & ne tunc quidem Ecclesiam fecerit errare, cum nemo non errores in eo manifestissimos deprehēderat, qui tamen incertitudini potius motuum, quam ipsi imputandi erant. Ecclesia vero uti non peccauit tale recipiendo, quale suo tempore in cœlestes motus peccaret, ab eisdem sensum deficiendo, ita ne leuissima quidem culpa seipsum obstrinxit, quando ipsum plane iam decrepitum non statim abiecit, sed à Nicenis sibi Patribus creditum tam diu retinuit, quam diu aliud melius non suppeteret, quod, ut ita dicam, non solum materialiter, sed etiam formaliter ad mentē eorundem sanctorum Patrum quo ad fieri posset, & motuum cœlestium anceps cognitio & ratio cyclorum pateretur, quam accuratissime elaboratum foret.

Cuiusmodi proculdubio est Calendarium Gregor. in cuius constructione nulla non cura adhibita est, atq; adeo talistamq; solers vt æquatione atque lapsum temporum reductione forma cyclica & per dies solidos Calendario Ecclesiastico propria, nequaquā repudiata, veteribus errorib. vix ita obstruita sit, vt dum non vt ante singulis semper quadrienniis annus celebratur bissextus, æquinoctii index firmiter hæreat, rectiusque cum cyclo consentiat; & lunares indices, qui omnia totius Calendarii loca occupant, commutatis atque inuicem diuisis muniis, dum modo hi, modo illi in excubiis sunt, diutius lunas quartasdecimas suis locis retineant. Deniq; ea ratione omnia in ipso Calendario disposita sunt, vt siue æquinoctiū luxatum fuerit, siue quartasdecimæ lunæ indices suos fugerint: quacunq; etiam id ex causa euenerit; nulla tamen re in ipso Calendario immutata, hoc est, nulla facta indicum lunarium siue Epactarū noua dispositione, nullave festorū translatione, omnia ad pristinum statū reduci possint, sola extraordinaria æquatione, qua officium indicandi quartasdecimas, non aureis numeris, sed quibusdam Epactis iniungitur, & intercalatio præter communem ordinem vel celebratur vel omittitur. Quanquam multa decurrēt annorum millia, & fortassis plura quam fugitiuus promittere mundus queat, antequam hæc extraordinaria æquatio necessaria sit. Atq; hæc etiam rerum in Calendario stabilitas causa fuit cur Calendarium hoc perpetuum appellatum fuerit, vt suis locis fusius explicabitur.

3. Quæ cum ita sint, quis non videt, non solum Clauium nequaquam tales errores concedere, qui proprie ac vere in Calendario Ecclesiastico errores censentur: sed etiam neminem sanæ mentis ea, quæ necessario ex cycli & Calendarii Ecclesiastici natura emanant, etiā si ad vnguem rationibus Astronomicis non congruant, Calendarii errores appellare posse. Quis non aduertit aduersarios alio quam veritatis spiritu impulsos, Calendarium Gregorianum atque vere Ecclesiasticum carpere, eique tanquam vitia, vulnera, sordes, erroresque crassissimos atq; foedissimos obicere, id quod nullum prorsus vitium est; eo quod stantibus cyclis Patrumque præscriptis, atque Ecclesiæ consuetudinibus vitari nequeant? An non hoc ipsum, velint nolint, fateantur vltro Calendarii oppugnatores? cyclos nimirum cum rationibus lunaribus quacunq; tandem arte instituantur, nequaquā semper in eundē scopum collimare posse. *Quævis autem sedulitate ad plures Calendario, inquit Vieta, Calendarii Greg. & ipse aduersarius, aurei numerū, Epactarumve cyclum ad arguendas in cyclo Decēnouenali Neomenias nō efficies, vt tuo politico calculo mediis syzygiis omnino consentiant. Quin aliquando per dies dedramē*

Calendarium Gregor. erroribus vt vetus, nequaquā expositum esse.

Aduersarios multa vt errata obicere, quæ tamen in Calendario Ecclesiastico, ipsorum confessione, vitari nequeant.

cellis circumscribuntur. Quibus vnus non circumscribitur Pontifex Max. qui à Summo Pontifice ac Imperatore Christo Iesu in persona D. Petri suam potestatem accepit, Ecclesie vniuersalis princeps, caput & pastor constitutus. Quare & eius mandatis, vt seculis superioribus, ita nunc Catholici omnes Principes, Reges, Respub. in restitutione Calendarii promptissime paruerunt. Quorum exemplum imitatione dignissimum si aduersarii, vel sola vtilitate & necessitate impulsu, mox secuti fuissent, non vt Catholicorum instar Summo Pontifici parerent, quod ab iis vt non expetitur, ita nec expectatum fuit; Sed vt erratum commune, vel ipsis Iudæis ac gentib. scandalosum, communis ædificationis, pacis, ac concordie retinendæ causa emendarent, omnis offendiculorum, dissensionum, turbarumq; , quarum creberrime meminit noster Caluissius, sublata repente atq; subtrac̃ta materies fuisset.

Quæ dissensionum causa sit, & quam facile ea tolli à Protestantibus potuisset.

Vltimū aduersariū effugiū.

Sunt, qui manifestissimis hisce victi rationibus, ne desinant esse hæretici, & ab Ecclesia dissentire, ad illud recurrunt quod quotidie à suis Scaligeris, O- riganis, & Caluissis audiunt, Ca'endarium nimirum à Gregorio Pontifice nō reformatum sed deformatum esse, erroribus scatere innumeris; illudque non solum nullo niti fundamento, sed eiusmodi etiam continere errores, qui nullo modo excusari possint, qui ludibrio exponant totam Europam, quiq; soli, etiam si præterea causa nulla subesset, satis sint cur hoc Calendarium sit reiciendum, atque adeo de alio nouo potius Calendario excogitando, quam de mendoso Gregoriano recipiendo consilia instituenda esse. Quare etsi cæcis illis seu Doctoribus seu ductoribus, à quibus hi seducuntur seorsim aut responsum iam est, aut in sequentibus respondebitur; lubet tamen in hisce nostris quasi præludiis terriculamenta ista, ne dicam deliramenta, saltem generatim inspicere, vtque eadem aliis etiam manifestiora fiant, quædam tãquam basim ac fundamentum præmittere.

C A P V T T E R T I V M.

*Calendarium Ecclesiasticum, neque veris, neque mediis Lumina-
rium motibus, sed cyclis ac diebus solidis constare.*

TRactauit hoc argumentum Clauius in Apolog. contra Mæstlinum Lib. 1. cap. 4. & in Explicat. Calend. itidem 4. hoc nomine: *Ecclesia cur posthabiti motibus veris apparentibus, re, medios tantum, siue aequales, aut potius Cyclos in mobilium solemnitarum celebratione vsurperet*: Semper autem quando mentionem facit medi-
diorum motuum addidit, vel potius Cyclos, quo innuere voluit ad constitutionem Cyclorum, & ad illorum examen adhibendos esse non veros, sed potius medios motus: ad ipsum vero Calendarium neque veros, neque medios, sed potius Cyclos: id quod manifestissime colligitur ex iis, quas adducit rationibus. ac causis, pleraque enim, quæ contra veros dicuntur motus, dici etiam suo modo possunt contra medios. Quoniam autem ipsius rationes plurimum etiam ad propositum nostrum faciunt, eas hoc loco sub compendio recensuisse abs re non erit.

Quo titulo ad Calendarium admittat motus medios Clauius.

Rationes sex, quibus propositum probat Clauius.

Prima igitur Clauii ratio est verorum motuum inæqualitas, quæ impedimento est, quo minus in cyclos redigi, aut rationes illorum ac vsus à vulgo capi possint. Secunda: discordiæ ac rixæ quæ excitarentur, tum inter Astro-
nomos,

nomos, tum inter sequaces illorum, cum ipsi inter se dissentiant de vera verorum motuum quantitate, (quod probat ex diuersitate tabularum Astronomicarum) quæ dissensiones deinde in ipsam redundarent festorum celebrationem. Tertia: Incertitudo tabularum Astronomicarum, ex quib. veri motus decerpenti essent: cum nullæ adhuc exstructæ sint, quæ phenomenon atq; cœlestibus obseruationibus absq; errore diu consentiant. Quarta: cura in istis subtilitatibus non necessaria ob meridianorum varietatem, ratione quorum varie à variis terræ incolis Pascha celebrandum foret. Quinta: Antiquissima Ecclesiæ cōsuetudo, quæ probatur ex fixatione æquinoctij in die 21. Martij, quæ stabilitas neq; vero, neq; medio motui in annis Iulianis, qui diem admittunt & deponunt bisextum, conuenit. Sexta: Communis omniū de re Calendarii scriptorum consensus, quorum nullus docet, Ecclesiam sese adstrinxisse seueris legibus Astronomorum. Has deniq; rationes hisce Clavius concludit verbis ad rem nostram aptissimis: *Ex his omnibus credo, inquit, satis esse confirmatum, neq; diem verni æquinoctij, neq; lunas XIIII. Paschales examinari debere per Ephemerides, & Astronomicas veri aut medij motus tabulas, vt frustra nonnulli, nescio qua auctoritate nixi, contendunt, sed satis esse, si per regulas populares perceptu faciles, & adhuc in Ecclesia vsitatas, cuiusmodi sunt Cycli, inquirantur. Non negarim tamen, medios motus ex Astronomicis tabulis depromptos, non autem veros (quod hi inæquales sint illi autem æquales) maximo esse vsui ad diiudicandum, qui nam Cycli ex omnibus in Calendario dispositi rectissime lunas XIIV. Paschales exhibeat. Hæc quæ hoc capite exposita sunt, consulant, refellant quæ omnia argumenta, quæ aduersus Calendarium nouum à nonnullis parum in computo Ecclesiastico exercitatis obici solent: quippe quæ omnia Calendarium per veros motus, aut medios examinent: quod ad rem non facit. Hæc verissime atque doctissime, vt solet, Clavius: verum ad propositum nostrum clarius demonstrandum, quædam altius repetenda, atque enucleatius explicanda sunt.*

Ex Clauii sententia neq; veros neq; medios motus aptos ad Calendarium Ecclesiasticum,

2. Patres concilij Niceni cum iam ex decursu trecentorum fere annorum didicissent, quæ ac quanta in celebratione Paschatis varietas, ex variis opinionibus atque consuetudinibus, tum etiam ex variis cyclis, computis, atque calculandi rationibus exorta esset; adhibitis in consilium, teste D. Ambrosio, doctissimis, atque in arte calculandi peritissimis viris, varia de Paschatis celebratione, Calendariiue dispositione tractare cœperunt. Et primo quidem vniuersalem illum, qui reliquorum omnium caput est, canonem condidere; nimirum vt vno eodemque die omnes toto orbe diffusi Christiani sanctissimam Paschatem celebrarent solemnitatem, eo videlicet quo festiuitatem illam sancta Romana perageret Ecclesia, quod cum ex plurimorum scriptis, tum ex ipso fragmento epistolæ Synodi Nicenæ ad Alexandrinam Ecclesiam capite præcedenti recitato, haud obscure colligitur, in ea enim sancta Synodus sibi ipsi Romanorum appellationem (*iam Romanos nos, in Synodo congregatos, & omnes vos, &c.*) anteponit. Et ipse pientissimus Constantinus Imper. in sua ad omnes Ecclesias epistola, eodem modo Romam omnibus præfert: *Ipse, in merecepti, inquit, vestram sapientiam facile assensuram: vos videlicet, quod in vrbe ROMÆ, in Italia, in Africa, in Aegypto, in Hispania, Gallia, & Britannia, in Lybia & vniuersa Græcia, in diocesi Asiatica & Pontica, in Cilicia deniq; vna & cōsentiente sententia seruetur, hoc eam vestra prudētia lubētē approbaturus.* In qua sane oratione perspicue videmus, nō modo solā Romam ex omnibus vrbibus nominatam, sed

Primus ac præcipuus Canon Paschalis.

ex omni-

ex omnibus quoque orbis partibus, urbem orbi antelatam esse. Idem postea Canon confirmatus est in Concilio Arelatenſi, & Carthaginenſi quarto.

Cur reliqui Canones Paſchales additi ſint.

3. Vt autem quæ hoc Canone ſtatuerant obtinerent, & nulla deinceps oriretur amplius diſſenſio atq; difficultas, alias addidere regulas, quæ omnes hac vnica comprehenduntur, nempe vt paſcha fiat iuxta cõſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, Dominica proxima poſt quartamdecimam lunam, in ipſum æquinoctium vernum incidentem, aut ipſum proxime ſequentem. Quare tota difficultas in cognitionem ſiue determinationem æquinoctii verni, ac quartæ decimæ lunæ deuoluta erat, & idcirco vt hac in re omnem aberrandi atq; diſſentiendi tollerent anſam, huc omnem deinceps curam contulerunt.

Difficultas quæ ex punctis plenilunii & æquinoctii in definitione paſchali oritur.

Ergo quamuis non ignorarent Patres tam æquinoctiorum momenta, quam oppoſitionis lunæ ſiue plenilunii puncta inſtantia abſolute ſumi, vt quartæ decimæ lunæ terminus eſt, eademque vbicunque terrarum habitarent hominẽs coincidere, modo alterum alteri aut ſubſequi aut præcedere, atque hinc de die paſchatis pronuntiari poſſe: in feriis enim omnes cõueniebant; at tamen conſiderantes non ſolum eam de qua Clauius monuit, incertam eſſe horum punctorum cognitionem, diuerſasque diuerſorum Aſtronomorum ſententias, ex quibus nouarum quotidie pullulant diſcordiarum incitamenta, cum hic puncta illa coire diceret hac hora, ille illa, alius eodem tempore hoc præcedere, illud ſequi, & contra hoc prius illud poſterius pronuntiaret; & conſequenter alius paſcha hoc Menſe, alius alio celeb. andum contenderet: nihilo minus vt hæc omnia certiffime conſtarent, animaduertentes adhuc ſuper eſſe meridianorum differentiam, eandemq; non poſtremam diſſenſionum radicem, hic ſibi nequaquam conſiſtendum, ſed vltcrius ad aliquid magis cõmune progrediendum eſſe, concluſerunt. Etenim cū ob globositatem terræ Sol aliquibus populis citius oriatur, aliquibus tardius; illis faciat meridiem, his eodem temporis puncto diem inchoet; & his diem finiat, quando illis noctem biſſecat, neceſſario ſequitur quibuſdam populis certo aliquo temporis momento diſcrepantiam eſſe feriarum; cum in iis omnes non niſi ſic eſſiue contemiamus: ita vt dum aliqui horas ſubducunt diei Sabbathi, eodem proſuſ tempore alii in horis Diei Dominicæ numerandis occupentur. Ergo quia quartadecima luna ſiue die plenilunium præcedente, etiam ſi ea Dominica ſit, paſcha peragi non debet, idem omnino paſchale plenilunium quod prioribus populis qui in Sabbatho verſantur, in proxime ſequentem Dominicam inciderit, & eadem Dominica ſanctum Paſcha celebrandum dederit, poſteriorib. in inſequentis hebdomadis Dominicam paſcha transportabit; eo quod hi, dum priores in plenilunio Dominicam agunt, iam feriam ſecundam numerent, atque adeo pro paſchate ſuo celebrando neceſſario ſequentem debeant expectare Dominicam. Itaque h. duo populi nequaquam ſucceſſiue eodem die, quod intendebant Patres, ſanctum Paſcha celebrabunt; ſed hebdomadari ſpatio inter ſe diſtabant, Res clarior fiet exemplo.

Idem exemplo explicatur.

Caluiſius ſuo in Elencho cap. 19. ad criminandum Calendarium Gregorianum ſic habet: *paucis poſt annis, anno æræ Chriſtiane 1622. Pontificii Iudaos Chriſti interfectores in paſchate celebrando collegas aſſument*, quæ in re turpiſſime, vt ſuo loco monebimus, duplici ex capite à vero abit: & quia pueriliter errat in computo Hebræorum, quibus feſtum azymorum, quod Caluiſio Paſcha dicitur,

citur, non in Dominicam sed Sabbathum incidit; & quia vt cap. 5. Lib. 3. ostē- Errores Calu-
 demus nequaquam ille dies propriè Christianis interdictus est pro paschate: sui.
 addo tertium quia pascha agere in plenilunio minime prohibitum est vt eriam
 infra Lib. 3. cap. 8. & alibi planum fiet. Sed his omnibus omisis esto, pascha in
 die plenilunii agi non debeat: esto, plenilunium ex medio motu eruendum sit.
 Sane anno 1622. ex tabulis Caluissianis plenilunium illud paschale illis qui Hie-
 rosolymæ habitant incidit die 27. Martii in diem Dominicam, horamque pri-
 mam post mediam noctem: at Romanis idem omnino plenilunium eueniet
 non in Dominica, sed in Sabbatho hora vndecima post meridiem, propterea
 quod eodem omnino tempore dum Ierosolymitani Dominicam incipiunt,
 Romani qui Occidentiores sunt, adhuc in Sabbatho hærent, atque adeo se-
 quenti Dominica Pascha rite celebrabunt quod Ierosolymitanis iuxta Caluissiu
 adhuc integra differendum erit hebdomada.

4. Quod si Patres vnum tantum vnus loci meridianum eligere voluissent, Inconuenien-
 alia neque pauca neque leuia se se obtulissent incommoda; præsertim si omnia tia si vnicus cæ-
 ad minutum vsque horarium & Mathematicæ expendere voluissent. Primo rum statutus
 enim numeratio horarum redderetur difficilior, essetque Astronomica potius fuisse meridi-
 quam popularis. imo ipsa longitudinum locorum incertitudo, nihil sineret hoc anus.
 in negotio certi constituere. Demum plenilunium quod illis reuera in Domi-
 nicam incidisset, his diceretur esse die Sabbathi, aut feriæ secundæ. atque ita
 permittendum fuisset vt populis orientioribus quibusdam, vel occidentali-
 oribus celebrare paschata liceret nonnunquam extra Dominicam, quod quidē
 aliud non esset quam in Ecclesia Catholica non tam connuere seu permittere,
 quam constitutione Canonica Schismata imperare, & quod grauius foret, pla-
 neque impium, à Traditione illa Apostolica, qua diem Sabbathi in Dominicam
 transtulerunt, longius discedere, qua vt decet Christianos retenta ac obseruan-
 da, meridianorum in re Calendaria determinatio prorsus superuacanea imo
 nociua est.

Recte igitur ac prudentissime Sanctissimi illi Niceni Concilii Patres compu- Ecclesiam cui-
 tum æquinoctiorum pleniluniorumque ecclesiasticum, ipsumque adeo popu- que populo suū
 lum Christianum longè latèque per vniuersum mundum diuersitate quidem liberum reli-
 locorum maxime dispersum, sub vno tamen Pastore ac capite, vno eodemque quise meridia-
 in ouili solidissimo fidei vinculo coniunctum nulli omnino meridiano deter- n um.
 minato alligauerunt; sed quemadmodum Apostoli diem Dominicum, ita ipsi
 Ecclesiastica æquinoctia & plenilunia amplioribus spatiis definierunt. Et sane
 relinquenda hæc mundo libertas fuit, vt suo gens quæque meridiano gauderet
 quem dederat fortuitus situs, & diem inchoaret naturalem vnde vellet, siue à
 Meridiano siue ab Horizonte, Ecclesiasticum vero inde, vnde Ecclesia con-
 suevit, quæ licet diuina officia à primis vespers incipiat, terminetque comple-
 torio quotidianas preces ad vespem sequentem; tamen ieiunia, diem Domi-
 nicam, aliorumque festorum celebritatem deducit à media nocte vsque ad me-
 diam noctem, non ad eam quam certus aliquis meridianus complet vel incho-
 at, sed quam singuli in singulis locis particularibus ostendunt. Et licet hinc se-
 qui videatur vt quæ Exempli gratia Romanis vulgari modo tempora compu-
 tando Dominica est, aliis, similiter tempora computando, esse possit dies Sab-
 bathi vel dies Luna, eademque verbi gratia Ecclipsis lunæ illic contigisse dica-

C

tur in

tur in Dominica, hic Sabbatho vel feria secunda, diuersitatem tamen hanc nequaquam putat suis esse legibus contrariam, eamque patitur libenter, & vnius diei naturalis laxitatem iudicat conformiorem Ecclesiasticis temporibus definiendis, quam horarum illam scrupulorumq; etiam in rebus ciuilibus suam scrupulositatem.

*Æquinoctii ac
Lunæ primæ
determinatio.*

Id quidem necesse fuit vt saltem in confuso, ne in constructione Cycli lunaris & æquinoctii determinatione current in incertum, vnum sibi aliquem proponerent meridianum Calendarii constitutores, ad eundem vero alligare Calendarium iam constructum non fuit necesse, sed tam veris quam mediis motibus, qui certas apud Astronomos obtinere Epochas solent, atque ab vno aliquo certo meridiano dependent, è Calendario penitus proscriptis; pro æquinoctio diem integrum, eumque in anni solaris ratione perpetuum assumendum esse Patres Concilii edixerunt, quamuis optime scirent, saltem ob diem bissextum, illud eidem diei adhærescere nequaquam posse. Atque hoc est quod vigesimam quintam diem Mensis Phamenoth cui in nostro Calendario responderet dies vigesima prima Martii æquinoctio verno destinauerint. Vt vero lunas etiam decimas quartas Ecclesiastice ordinarent, lunam primam appellarunt teste Stofferino & aliis, ipso etiam calculo consentiente, ipsum coniunctionis diem, & consequenter diem lunæ decimam quartam eam quæ decimam quintam, hoc est, plenilunii diem, proximè præcedit.

*Ordo terminorum
paschaliū,
indicumq; No-
uilariorum.*

Denique vt omnis omnino tolleretur dissensionum occasio, cum quartadecima luna non eundem semper diem in anno solari, quo omnes fere utebatur Christiani, obtineat, omnes notatos voluere in ipso suo Calendario per singulos vnde uiginti Cycli Enneadecaeterici annos, primas lunas, ex quibus deinde absq; vilo ambiguitatis periculo omnes haberentur quartæ decimæ lunæ terminiq; paschales, facto initio à 12. die Mensis Phamenoth siue 8. Martii (eo q. quartadecima luna huius interlunii cum æquinoctio in eundem caderet diem) & per menses alternis 29. & 30. dierum solidorum progredientes, primum vt aperte adhuc monstrat inscriptio, cauum siue 29. tantum dierum statuerunt. Ne tamen res illa omnibus nondum bene cognita, et si facillima, imperitis tam ob diuersa Calendaria particularia, quam ob diuersa anni solaris initia, Mensiumq; Solarium ordinē, aberrandi ansam porrigeret, in illis initiis cura paschatis ex illo Cyclo atque Calendario iudicandi Episcopo commissæ fuit Alexandrino. Reliquam denique quæ ex scrupulis horariis in Cyclorum constitutione neglectis (siquidem aliqua neglecta agnouerant) aliquando oriri posset, discrepantiam, cum ob incertitudinem motuum correctionis periodi constituere non licuisset, necessario posteris, si ea ad notabilem excreuisset dierum integrorum quantitatem, tollendam reliquerunt.

*Commoda &
expedita calen-
darii cyclici ra-
tio.*

Atq; hac Cycli Calendarique ratione constituta, id quod omnes tantopere expetebant, se tandem aliquando obtinuisse existimauerat, nimirum vt eodem oēs per vniuersum orbem die, sacratissimum Deo Christianum pascha immolarent, quæ profecto calendarii ratio talis erat quæ omnib. accommoda, & vere vniuersalis dici poterat; etenim numeri Cycli enneadecaeterici, siue lunæ primæ, vna cum litteris Cycli solaris Calendario cuiusq; particulari, congrue inscripti, Solis Lunæq; quasdam veluti Ephemerides efformabant, Astronomiæ, vritæ dicam, Ecclesiasticæ, & civilis motuum calculo quam maximè accom-

modatas.

modatas. Nulla enim in eo de meridianis disputatio: nulla de initio diei altercatio: nulla horarum ac minutorum diuersa numeratio: nulla etiam de tabulis Astronomicis; veris aut mediis motibus dissensio: nullum periculum errandi in calculo: ridicula nulla ob vnius minuti horarii discrepantiam per solidū Mensem paschatis traiectio. Vfus vero ipsis facillimus, parabilis ac cōmodus, & quo null⁹ aliud ad vulgi captum aptior esse potest planus scilicet sibiq; semper similis per dies integros processus.

Meridiana igitur luce claritas ex hac nostra disputatione propositū nostrum constare existimamus, nempe Calendariū Ecclesiasticum, nequaquam ad horas adq; horarum scrupula instituendum esse, sed eius rationem non nisi diebus integris, qui cyclis maximè conueniunt, committendā esse, & Calendaria hac methodo constructa nullo modo vitiosa esse, aut dici posse, sed neque successu temporis fient vitiosa, nisi postquam illorum errores, non horarū vel alia quāuis horarum fragmenta, sed dies integri solidiq; detexerint, neq; spes amplius vlla affulserit, se ipsa perfecte in integrū, vel certe meliorē in statū restituendi, non solū quia id ratio vulgaris ac popularis ita persuadet, & quia in rebus cum Ecclesiasticis tū ciuilibus, quā morales dici solent, res hęc vtitata est; sed etiam quia motus cœlestes ad quos cycli instituuntur exactissima cognitione nondū deprehensi sunt: quēadmodū tabulæ ipsæ Astronomicae toties mutatae & reiectae, aliæq; aliis succedentib. sibi seculis substitutæ manifeste testātur, quā etiam ipsæ vti sua prima in institutione sincerissimæ habitæ sunt, & postea fallere cœperūt, ita mirū videri non debet, si Calendaria prima sua ab origine laudata sint, & longa post tēpora vt minus idonea à posteris vel emēdata, vel penitus reiecta. Mirū potius videri debet fuisse aliquādo, vel nunc esse, qui apud Patres Nicenos mediōrū motuum scrupulositate exquirere nō dubitant; idq; prorsus otiosum est. Positis enim semel paschalibus pleniluniorū terminis ad vigesimā secundam Martii & decimanonā Aprilis diem, quos verisimile est Patres de nouo nō inclusisse, sed per traditionē accepisse, dici nulla ratione potest, ipsos vti motibus mediis voluisse aut potuisse, nisi fortasse vel suspicari impium nō sit, ipsos suo quosdam annos paschali plenilunio spoliare voluisse. Nam hoc ipso quod termini pleniluniorum sic, vt dictum est, constituti sunt, sequitur iisdem pleniluniis dies solūmodo viginti nouem concessos esse, quale non est tempus illud, quod vni luationi mediæ tribuitur, quod constare solet diebus viginti nouem Hor. duodecim cum quadraginta quatuor minutis. Quare si exempli gratia prius duorum pleniluniorum accideret sex Horis ante diem vigesimam secundam Martii, contingeret posterius totidem saltem horis post decimam nonam Aprilis, & neutrum, imo nullū penitus anno illo esset paschale; quo nihil foret absurdus.

Collapso vero iam vetere Calendario quamuis etiam extiterint, qui totis viribus contenderent in constructione Calendarii noui, motus aut veros, aut saltem medios quam accuratissime obseruandos esse, nihilominus quemadmodū apud Concilii Niceni Patres, ita hic re diligentissime considerata eorum praua luerunt sententiæ, quib. Calendarii Ecclesiastici essentia atq; natura in populari quadam cyclorum reuolutione, eaq; ad dies dumtaxat integros constituta, cōfiteri visa est. Vnde prudentissime atq; doctissime sane insignis ille & tam doctrina q̄ nobilitate clarissimus Mathematicus Guidus Vbaldus e Marchionibus Montis, dū sententiam suam de Calendarii correctione anno 1580. diceret, duo

Calendariū
Cyclicum etiā
perpetuo cœlo
non consentias
vitiosum tamē
consendum nō
esse, nisi id erro-
res dierum in-
tegrorum auge-
re pergat.

Euidens argu-
mentum Patre-
rationem Cal-
endarii Eccle-
siastici ad scru-
pulosum calcu-
lum nequaquā
dirigendū cœ-
nisse.

Semper præ-
iudicasse pruden-
tiorum de Cyclis
resolendis sen-
tentiam.

Gnidi Vbaldi de
calendario sen-
sentia.

Astronomia
Ecclesiastica.

Ipsos aduersa-
rios scrupulosi
damnare calen-
darium.

in eius reformatione potissimum obseruata voluit. Alterum est, vt eius vtat ver-
bis, vt quæ tot actis iam antè seculis à Summis Pontificibus, sacrisque Conciliis ob
paschatis celebrationem determinata fuerunt, retineantur prorsus, atque seruentur.
vt huiusce nimirum solemnitatis tempus ex solis, Lunaque cursibus hauriatur: & pri-
ma die dominica post primam Luna quartam decimam, cum iam Sol Arietis initium atti-
gerit Sanctum pascha celebretur. Alterum vero (cui summo opere est inuigilandum) vt quam-
uis Calendarii restitutio Astronomia peritiam exposculet, ita tamen restituatur, vt eius post-
modum vsus cuilibet etiam Astronomia ignaro facillime pateat. Vt viri Ecclesiastici
(quorum maxima pars à studio Astronomia abhæret) non cogantur hac de causa Astro-
nomia operam nauare: vel sepe sæpius Astronomos consulere. Et nequaquam ad amissam A-
stronomicis regulis cum suis minutis, vt alibi dicit, luminarium motus in Ecclesia cõ-
siderentur, vt multis visum est: sed etiam nostro tempore, veluti etiam multis iam
ante actis seculis Ecclesia pro sua Astronomia littera tantum Dominicali, & aureo numero
vtatur.

Neque ipsi aduersarii, etsi plerumque contra proprias peccent sententias, o-
mnimodam volūt obseruandam esse scrupulositatem Astronomicam. sic Cal-
uissius cuiusdam antagonista sui mutuo acceptum reiecit Calendarium, quod
licet nō nisi per dies progrediatur integros in solaris anni æquatione: quia ta-
men id non facit ratione facili, sed absq; Cyclo aut periodo vulgari, sufficien-
ti de causa damnat: imo ipsi in suo pseudocalendario ratione æquinoctii non
nisi dies integros adhibet. Pari ratione Mæstlinus falso accusat Calendarium
Gregorianum subtilitatem Astronomicarum, & cum non haberet aliud quod
Calendario obiiceret, in has ipsas, quas sibi finxit, inquit subtilitates: excu-
sat tamen se idcirco facere vt ostendat impossibile esse, velle annum politicum
huiusmodi subtilitatibus vincere, sententiam vero tam suam quam reliquo-
rum Mathematicorum de Calendario Ecclesiastico longe ait aliam esse. Quod
si quis miretur, inquit, quare de his subtilitatibus Astronomicis in anno politico vel Eccle-
siastico disputem? Is nouerit, quod ego & mecum omnes sani atque prudentes Mathema-
tici vtro consueamur, hasce subtilitates Astronomicas in rei veritate nihil conducere ad an-
num Politicum, vnde neminem Politicorum & plebeiorum hisce grauandum statuimus.
Sicut nec Iulius Cæsar, prudentissimus Imperator in anni restitutione subtilitatibus vllis
turbas mouere voluit: Nec Patres Concilii Niceni qui huic nouo Calendario (attamen
fingit Mæstlinus præter suum intentum, sicut in Dialectica mea c. 6. demonstratur)
occasionem subministrant, quicquam de his subtilitatibus monuerunt. Imo nos ipsi noui-
mus, quod quotiescunque Ecclesia ad huiusmodi subtilitates delapsa est, quales olim in-
ter Ecclesiam Romanam & Alexandrinam de termino paschatis erant, antequam per
Dionysium Abbatem Romanū, circa annum Christi 532. Cyclus decemnouennalis restitue-
retur, ipsa horribiliter cum maxima offensione infirmorum fuerit perturbata. Con-
tra autem nemini incognitum est, quod interim ab Anno 532. ad hoc nouum Kalendarium
vsque, propter sublatas has subtilitates, vniformitas, & nunquam satis laudata concordia
in toto orbe Christiano, (quod ad præsentem Kalendarii vsum, vna cum paschatis celebratio-
ne attinet) fuerit seruata, &c. Ergo vel aduersariorum testimoniis palam est Ca-
lendarium Ecclesiasticum subtilitatibus Astronomicis nō debere esse implicatum,
sed ad vulgi captum vsuq; Ecclesie, quod non nisi Cyclis ac diebus integris
fieri potest, accommodatum. Quia vero Calendarium tale quale res publica Ec-
clesiastica postulat, à Gregorio Pontifice Max. conditum vident, dicta reuo-
cant.

cant, & vt calumniandi nanciscantur materiam, non tantū ad subtilitates communiores, quas reiecerunt, sed ad vnicū vsque scrupulum horariū Calendarium Gregorianum examinant, quod si non respondeat ad vnguē, illud non reformatum, sed deformatum proclamant. Sed de hisce aduersariorum supernacaneis lamentationibus præmissis iam iis, quæ volumus, proprius dicendi sequitur locus.

CAPVT QVARTVM.

In Calendario Gregoriano nullos esse errores, qui vere dici errores, iure Calendarii Ecclesiastici possint.

Difficile fortassis vel etiam impossibile videbitur alicui, qui præter Caluissium aliosque ipsi in oppugnanda veritate non dissimiles alium audiuit neminem, de Calendario Gregoriano disputantem, probari posse ipsum plane ab erroribus esse innoxium. Nam quo quæso nixus fundamento *probiſſimus, doctiſſimus, accuratiſſimus*, vt loquitur Iosephus Scaliger, *SETHVS CALVISIVS*, vir *priscæ illius Germanorum ingenuitatis & fidei*, adeo confidenter affirmasset, Calendarium hoc *sentinam ac colluiem omnium errorum recte dici posse*, illudque *VBIQVE & in omnibus suis partibus mendosiſſimum esse*. Item *NIHIL* esse de quo Calendarium Gregorianum agit, quod non iure & merito culpari possit, si nullus in eo error esset? Quomodo clarissimus (vt eum compellat Caluissius) & præstantissimus vir Dominus M. David Origanus Mathematicus in Academia Francofordiana ad Oderam celeberrimus, amicus & fautor Sethi Caluissii singularis in tam proiectam incurere potuisset audaciam, vt falso assereret errores huius Calendarii pueris etiam septennibus notas esse, & toti mundopatefactos. Item hoc in Calendario à capite ad plantam pedis *NIHIL* sani inesse. Imo quod plus est, cum ipse Christophorus Clavius Calendarii Gregoriani præcipuus defensor fateatur, quemadmodum ex verbis illius à Caluissio cap. 7. lib. 1. relatis constat, errores Calendario illi inesse, eosque ad quatuor reuocat genera, quomodo ostendi poterit id omnis esse expers erroris? Verum nobis hoc nō solum possibile, sed & factu perfacile videtur. planeq; existimo si hoc ipsum, quod hiede Clauio obliicitur, in Calendario Gregoriano reuera nullum errorē arguere, probauerimus; bene sperari posse, nos rem hanc non solum fieri posse aduersariis sufficientissime ostendisse, sed eandem etiam penitus perfecisse.

2. Ego vt iam ad rem ipsam veniamus, quod ad Clauium attinet, haud negamus ipsum errorum quorundam ræminisse, eosque ad quatuor capita reuocasse, at veros in Calendario Gregoriano admisisse, omnino pernegamus: illud nimirum ipsum quod ipse in Apolog. contra Mæstlinum libro secundo planissimis verbis pernegat: *Verum, inquit, si quatuor errores (si erratum dicendam est, quod non temere, sed necessario admitti interdum debet) in nullo Calendario, quod per cyclos & regulas capui faciles atque vniformes, vt par est, instituitur, euitari possunt, id quod etiā Caluissius, vt suis locis videbimus, vltro fateatur: neque id sua ratione caret. Nam quemadmodum proprietates quædam ac passionēs hominis essentiā consequentes, si cum proprietatibus naturæ præstantioris verbi gratia Angelicæ conferantur, imperfectionis argui, & quodammodo defectuosæ censeri possunt: Ita in Calendario ea quæ cyclos seu ipsam Calendarii naturam & veluti essentiā necessario consequuntur, simpliciter & absolute Calendarii Ecclesiastici errores*

Cur difficile quibusdā videatur demonstrari posse propositum.

Errores quos assignat Clavius in Calendar. Gregoriano simpliciter nec errores esse, nec tales ab eo vocati.

nequeunt appellari, quamvis si cum cœlo, accuratioribusque solis lunæque motibus comparentur, discrepare à cœlo & Astronomiæ scrupulosiori non scrupulosissime semper, neque ad nutum obsequi videantur. Quod si Calendarium aliquanto latius accipiamus, & illa etiam consideremus, quæ ad cyclo-
rum constitutionem præcedunt, dubium non est quin eo perfectius sit Calendarium, quo eius cycli imperia cœlestia perfectius assequuntur. Et hoc ipsum est, quod in ipsa cyclo-
rum prima institutione imprimis curandum est, ita tamen, ut suus etiam facilitati, & quidem æque præcipuus sit locus. Quo posito cum plurima sint, quæ calculum Astronomicum reddant perplexum atque difficilem, mirum non est, si aliquando cyclo-
rum facilitas iure utatur suo, se seque subinde subtrahat Astronomiæ perplexitati. Quod dum facit, non modo in eo quod facit reprehendenda non est, sed laudanda potius, atque ab omni erroris nota vindicanda. Equidem, si quod vere sentiunt, fateri verum Astronomi bona fide velint, meminem credo inuenies, qui certi aliquid de motibus penitusque indubitatum audeat pronunciare: & si quid audeat, id saltem perpetuitatis sigillo munitum non erit; sed ad vnum dumtaxat vel alterum seculum, id quod sic fuerit pronunciatum aliqua ex parte verum erit. Talia igitur tamque incerta cum sint ea, quæ absque dubio cyclo-
rum principia sunt, quis adeo in cyclos censor iniquus erit, ut quos debet progenitoribus errores innoxiam transferat in prolem? Calendariumque eo nomine incuset, quod illo suo ornatu utatur, quo sibi per vim detracto iam amplius à tabulis Astronomicis non dignoscitur, & prorsus desinat esse quod est.

De Calendarii
veteris defecti-
bus, & cur id
sublatum sit.

Video Calendariis eorumque cyclis accidere, quod accidere mortalibus & rebus omnibus, quæ corruptioni obnoxia sunt, accidere consuevit. Nam quo magis annis proficiant, hoc magis viribus destituuntur, & tandem senio confecta penitus emoriuntur. Hoc plane euenit Calendario veteri atque Iuliano. Natum hoc olim fuit in Imperio Romano, & postea à Republica Christiana adoptatum, elapsisque aliquot post adoptionem sæculis, tandem concilii Niceni temporibus liberalius donatum est, & motibus cœlestibus tunc notioribus ac certioribus satis præcise accommodatum; certe nemo tunc fuit, qui ea in ætate, quæ quodammodo virilis erat, maiores animos aut plus virium roboris-
que desideraret: tunc demum displicere plerisque cœpit quædo canicies comas, frontem ruga, genasque pallor obsedit, & vel tunc maxime, quando paucis ab hinc annis à peritioribus medicis de eius vita penitus desperatum ac proclamatum fuit; & postquam iam non sua, sed progenitorum suorum culpa, eaque inculpabili, dies Martii prima & vigesima, Æquinoctia verna, plurium dierum itinere iam longius versus initia mensium prouecta, aspicere amplius præ debilitate non potuit, & quod alterum in tam graui senectute vitæ desperatæ indicium fuit, postquam aureorum illa numerorum copia, quæ Calendarii præcipuus nervus erat, sufficere amplius non potuit, lunationibus vel redimendis, vel suis sedibus, à quibus eas malefida Enneadecaeteris abriperat, restituendis. Hæc igitur Calendarii veteris extrema infirmitas, cum talis ac tanta foret ut impossibilem, non tam de remediis quam de sepulchro cogitandum videretur, tandem de eo honorifice sepeliendo, de qua alio in eius locum substituendo consultum est. Equidem existimo vel vnum illud eius encomiis abunde sufficere, quod non solum in prima sua constitutione non fuerit erroneum, sed quod aliquos

quot saltem seculis rectissime manus suam obierit, & ne tunc quidem Ecclesiam fecerit errare, cum nemo non errores in eo manifestissimos deprehenderat, qui tamen incertitudini potius motuum, quam ipsi imputandi erant. Ecclesia vero uti non peccauit tale recipiendo, quale suo tempore in coelestes motus peccaret, ab eisdem sensum deficiendo, ita ne leuissima quidem culpa seipsum obstrinxit, quando ipsum plane iam decrepitum non statim abiecit, sed à Nicenis sibi Patribus creditum tam diu retinuit, quam diu aliud melius non suppetere, quod, ut ita dicam, non solum materialiter, sed etiam formaliter ad mentem eorundem sanctorum Patrum quo ad fieri posset, & motuum coelestium anceps cognitio & ratio cyclorum pateretur, quam accuratissime elaboratum foret.

Cuiusmodi proculdubio est Calendarium Gregor. in cuius constructione nulla non cura adhibita est, atq; adeo talistamq; solers vtræquatione atque lapsum temporum reductione forma cyclica & per dies solidos Calendario Ecclesiastico propria, nequaquam repudiata, veteribus errorib. vix ita obstruita sit, ut dum non ut ante singulis semper quadrienniis annus celebratur bissextus, æquinoctii index firmiter hæreat, rectiusque cum cyclo consentiat; & lunares indices, qui omnia totius Calendarii loca occupant, commutatis atque inuicem diuisis muniis, dum modo hi, modo illi in excubiis sunt, diutius lunas quartasdecimas suis locis retineant. Deniq; ea ratione omnia in ipso Calendario disposita sunt, ut siue æquinoctiū luxatum fuerit, siue quartædecimæ lunæ indices suos fugerint: quacunq; etiam id ex causa euenerit; nulla tamen re in ipso Calendario immutata, hoc est, nulla facta indicum lunarium siue Epactarum noua dispositione, nulla ve festorum translatione, omnia ad pristinum statum reduci possint, sola extraordinaria æquatione, qua officium indicandi quartasdecimas, non aureis numeris, sed quibusdam Epactis iniungitur, & intercalatio præter communem ordinem vel celebratur vel omittitur. Quanquam multa decurrerent annorum milia, & fortassis plura quam fugitiuus promittere mundus queat, antequam hæc extraordinaria æquatio necessaria sit. Atq; hæc etiam rerum in Calendario stabilitas causa fuit cur Calendarium hoc perpetuum appellatum fuerit, ut suis locis fusius explicabitur.

Calendarium Gregor. erroribus ut vetus, nequaquam expositum esse.

3. Quæ cum ita sint, quis non videt, non solum Clauium nequaquam tales errores concedere, qui proprie ac vere in Calendario Ecclesiastico errores censentur: sed etiam neminem sanæ mentis ea, quæ necessario ex cycli & Calendarii Ecclesiastici natura emanant, etiâ si ad vnguem rationibus Astronomicis non congruant, Calendarii errores appellare posse. Quis non aduertit aduersarios alio quam veritatis spiritu impulsos, Calendarium Gregorianum atque vere Ecclesiasticum carpere, eique tanquam vitia, vulnera, sordes, erroresque crassissimos atq; foedissimos obiiicere, id quod nullum prorsus vitium est; eo quod stantibus cyclis Patrumque præscriptis, atque Ecclesiæ consuetudinibus vitari nequeant? An non hoc ipsum, velint nolint, fateantur ultro Calendarii oppugnatores? cyclos nimirum cum rationibus lunariis quacunq; tandem arte instituantur, nequaquam semper in eundem scopum collimare posse. Quævis autem sedulitate ad plures Calendario, inquit Vieta, Calendarii Greg. & ipse aduersarius, aurei numeri, Epactarumve cyclum ad arguendas in cyclo Decenouenali Neomenias non efficies, ut tuo politico calculo mediis syzygiis omnino consentiant. Quin aliquando per dies dodrantem

Aduersarios multa vitia obiiicere, quæ tamen in Calendario Ecclesiastico, ipsorum confessione, vitari nequeant.

per

vel etiam diem integrum dissentiet. Caluissius vero etiam si optime institatur (cylus) nullo modo vitari tamē posse ait, quia quartadecima luna vno vel altero die à plenilunio Paschali abeat. Idcirco ne aliquis terminorum Paschalium vitiose exhibet vel quartam decimam vel Pascha suum, ipsumque Calendarium errorem committit foedissimum, quia plenilunium vno alterove horario minuto post mediam noctem contingit, ita si vno minuto præcessisset, nullus omnino error fuisset? Quid magis ridiculum? quid de Patribus Niceni concilii, deq; Ecclesia vniuersa dici posset indignius? At in talibus quiescentibus versantur nostri Calendariomastigæ: hinc excitant suas tragœdias: hæc ratio est cur Calendarium Gregorianum *sentina ac colluuius omnium errorum recte dici possit*, &c. Quod si hoc verum esset, nullum plane vnquam fuisset apud Christianos legitimum Calendarium, pauca Paschata legitima, pauciores iustæ quartæ decimæ. Inspiciat quis tabulam nostram primæ post concilium Nicenum Tetracoseteridis quam lib. 3. cap. 7. proposuimus, & ex veteri Calendario ad mentem Caluissii extruximus, in ea sane terminus Paschalis, siue aureus numerus lunæ quartæ decimæ nota, plenilunium reperietur aliquando præcedere vno die, aliquando duobus, modo cum ipso conuenire, modo vltra plenilunium excurrere: & tamen Calendarium illud illis temporibus nequaquā vitiosum, sed decretis Patrum consentiens habitum. Imo ab ipsis Patribus iuxta Paschatum rationes constitutum fuit. Hoc vero certissimum est, si Caluissius in illos annos 400. inquirere velit, vt fecit in Gregoriani Calendarii proxime futura tetracoseteride, eum non solum non pauciora quam quindecim Paschata (tot enim Calendario Gregoriano tanquam vitiosa obliuiscitur) sed & longe plura, & aliquoties quindecim talia inuenturum qualia Gregoriano Calendario exprobrauit. Sed de his in sequentibus libris ac locis propriis.

Omnia aduersariorum argumenta quatuor niti potissimum fundamentis.

4. Vt autem etiam hoc loco appareat aduersariorum vanitas atque inscitia, & maxime Caluissii & Origani, quorum hic à nobis argumenta friuola præcipue refellenda sunt: aperiemus imprimis eorum quædam veluti fundamenta ac fontes, ex quibus argumentationes suas ipsa etiam aqua ad lapsum procliuiores deriuant. Ita enim fiet, vt falsitas sua ex origine deducta verius cognoscatur, & quod optandum magis quam sperandum, ex cognitione propriæ deformitatis ipsa sibi ipsi suisq; absurditatibus inimica fiat. Hæc autem fundamenta sunt quatuor præcipua.

Fundamentum primum, & quæ conituntur friuola argumenta.

Primum est ignoratio consuetudinis Ecclesiæ, rerumque Ecclesiasticarum; aut si quid sciunt studiosa dissimulatio, ficta explicatio, superflua additio vel demptio: & denique quod ea quæ moraliter & sub aliqua latitudine accipi debent ad trutinam Mathematicam seuerior exactio. Atque hinc est, quod Caluissius primum anni Ecclesiastici mensem describit atque definit per plenilunium, imo eum tanquam canonem Patrum proponit, quem Patres non nisi per lunam determinarunt quartadecimam. Hinc est quod contra Patrum mentem & exemplum, totiusque Ecclesiæ consuetudinem extendit limitem terminorum Paschalium vsq; ad decimum nonum diem Aprilis inclusiue, de quibus nos fusius lib. 2. cap. 3. & lib. 3. c. 12. & 13. Hinc est quod cum Calendarium Gregorianum Pascha præscribat celebrandum in plenilunio, ipse hoc tanquam peccatum nobis exprobrat, quia in vniuersum quartadecimam perperam pro plenilunio accipit, quæ speciatim à nobis passim refutantur, præcipue autem libro secundo cap. 2. & lib. 3. ca. 8. Hinc est quod idem Caluissius communicationis nos cum

Iudæis

Iudæis arguit; cum nesciat in quo communicatio consistat, aut quando Iudæi Pascha celebrent, aut quod Pascha Iudæorum, & quādo, ac quomodo Christianis prohibitum sit: de quibus etiam fufius lib. 3. c. 5. 6. & 8. Imo hinc est quod criminetur Calendarium Gregorianum *contra omnes quacunque de Paschate celebrando lata sunt, regulas frequentissime peccare*: Cum tamen nec canones nec regulas Patrum intelligat. quasi vero Patres suas regulas ac canones Paschales præcise ac Mathematicæ de motu medio lunæ sanxerint, & non potius de cyclis, vtcunque proxime cum scrupulosis lunaribus rationibus consentiētibus? quasi vero quia paucissima horaria scrupula in Caluissii sententia Pascha in aliam aut septimanam aut mensem traicere iubent, si id ex cyclicis rationibus, quæ non nisi dies integros in calculum assumunt non fiat, mox hæreseos seipsos damnauerint atque excommunicauerint? Hinc est quod falso credit ac docet, etiam Calendarium hoc Gregorianum Pascha agere nunc in secundo, nunc in vltimo mense, nunc cum Iudæis, modo tardius, modo citius, quam aut lunaria scrupula aut canones iubeant: imo notam hæreseos quartadecimanorum illi inurere nō dubitat; cum tamen, vt omnes sciunt, hi ob pertinaciam, qua semper, & nunquam aliter Pascha quam ante plenilunium celebrandum contenderint, hæreseos damnati sunt. Ex hoc denique fonte profluit, quod Caluissius idem Calendarium vitii accusat, quasi *ad tempus Concilii Niceni, ad quod conformatum esse proclamatur, nullo modo quadret*: at nos ei, vel ipsa numeratione digitorum hoc demonstrabimus libro 2. cap. 8. tempus enim concilii Niceni ad vnum velle alligare annum, aut æquinotium ad vnum punctum contrahere, nimis Astronomicū ne dicam ridiculū est, tantisper expectet Caluissius & modum videbit quo Calendarium Gregor. non solum ad tempus concilii Niceni, sed etiam ad ipsum rerum principium mundi quæ exordium reduci potest.

5. Alterum caput vnde suis aduersarii conuiciis speciem inducunt argumēti est, ea ipsa quam ex parte attigimus & quidem rebus in incertis superflua subtilitas & Astronomiæ potius Mathematicæ, quam clericali accommodata molestissima scrupulositas, qua non solū ea, quæ ad canones vel ad Paschata spectent, sed etiam indices lunares, diei principium, differentiam meridianorum, limites terminorum Paschalium, & intercalationis modum, & nescio quæ alia ad vnicū vsq; horarium minutum expendunt: res quæ plane destruit Calendarii Ecclesiastici formam, quam cum Gregorianum Calendariū præferat, & non nisi per dies integros & methodo ad vulgi captum accommodata progrediatur, mens contradicendi cupida semper inuenit quod cauilletur. Hinc ea temeritas ortum habet qua Caluissius elegantissimam illam, ac facilem eandemq; vetustissimā, semperq; vſurpam intercalandi methodum, quam sibi per tetracositeridem ordinem pulcherrimum Gregorius XIII. sequendum duxit, posterisq; obseruandum indixit, calumniari ausus est, dum nouo in Calendario nouam eximendorum dierum rationem, veteri simillimam, *monstrosam, inaequalem, informem & iniquam* appellat, quasi vero obscurissimus per 128. annos progressus, quia sibi aliquanto videtur præcisior mirum in modum huic nouo pseudocalendariorum architecto placet, qui tamen cū Gregorianis centuriis illustrissimis, & per se notis comparari absq; iniuria aut contumelia non potest; quibus quidem libro 2. c. 12. abunde satisfiet. Præcisio enim hæc Caluissiana Calendario Ecclesiastico nequaquā necessaria est; imo ne suis quidē. Frustra sane scrupulosissime tractatur,

Secundum caput, & quæ inde oriuntur aduersariorum argumenta.

D

quæ

quæ incertissima sunt, qualia sunt solis in puncta æquinoctialia ingressus, ipsaq; anni solaris magnitudo, quibus apud Caluissium vix quicquam incertius. Dependent enim ex *priscorum Astronomorum*, qui ante mille, vel bis mille annos fere vixerunt, observationibus, quæ sibi non constant; sed paucissimorum annorum intervallo aliquot horis, in maiore autem die integro, etiam inter se discrepant: atq; adeo cum ex hisce observationibus incertis nil certi concludi possit, manere ait prædicitq; mæsorum inter Astronomos multiplicem de eare opinionum varietatem.

Ex eodem porro capite deducitur quod epactas Calendarii Gregor. lubricas, inconstantes, fallaces, imo ad Calendarii rationem ineptas proclamare non dubitauit: eo quod maiori ambitu, quam ipsi placet, circa nouilunia aut plenilunia vagentur: grauiiores enim sunt, quâ vt ad cantoris modulos saltitare velint, constantemq; ordinem suum ob pauca scrupula horaria perturbare, atq; vt plenilunia ipsius solent, hinc inde exspatiari, quib. etiam quo longius abire possint, & vagari liberius, tales concedit terminos, quales in gratiam Caluissii epactæ Gregorianæ admittere nec debent nec possunt. Sæpe n. sæpius vir in vtrumq; paratus, nunc eas cõfert cum plenilunio, nunc cū nouilunio; id enim telis suis discolorib. artificiose pertexendis esse videt maxime opportunū. nam quia nouilunii ac quartædecimæ eiusdē lunationis indices iuxta Calendarii regulas non plures sibi quam 14. dies assumunt, à nouilunio vero vsque ad plenilunium dies numerentur vt plurimum quindecim vel etiam sexdecim, hinc Calendario parare calumniam difficile non fuit. Ergo vt res felicius succederet, placuit etiam lunas decimas quartas cū decimis quintis confundere, & quæ vere non sunt plenilunia, cū veris pleniluniis permiscere; hisce veluti principiis præmissis & eo quo solet modo stabilitis, si quartædecimæ index lōgius à meridie abest, quam à media nocte, diem vir bonus à meridie inchoat; si magis à media nocte remouetur quâ à meridie, eundem orditur à media nocte; idq; non alium ob finem facit, quâ vt epactas longe à suis terminis euagari doceat. imo quod multo intolerabilius est, quartædecimæ indicem non solum confert cum plenilunii die proprii mensis, sed etiam cum plenilunio mensis alterius, vt scil. hinc concludere possit epactas Clauianas interdum fere menstruo spacio aberrare. vt manifeste demonstrabimus lib. 3. c. 2. & alibi. Eodem spectare videtur id, quod rationes lunares ad nescio quot annorū millia vsq; ad vnicum vsq; scrupulum scrupulosissime examinat; solares vero ne attingit quidem, & æquinoctium perpetuo in vicesima prima Martii die dormire ac stertere in vtramq; aurem finit. quin & ipse nonnunquā stertere videtur, & rem suam non satis circumspēcte procurare, vt cum totus est in minutis & scrupulis emungendis, interim horas & quandoq; dies integros, clausis vt aiunt, oculis, deglutit, dumq; subinde suo ipse in calculo erart, erratq; nō quibus ex schola Arithmetices tyrunculus, sed is, qui hac in exercitatione tantū sibi promittit, vt alios ad se erroris conuincendū prouocare nō dubitet. Illud deniq; omnem prorsus superat audaciam, quod Gregoriani Calend. Paschata suis illis erroribus contraria, summus hic vir nunc damnat hæreseos, nunc diro ferit excommunicationis fulmine, mulctatq; nunc aliis, noxius ipse festa innoxia pœnis.

Quod si obiiciat Caluissius etiam Clauium Paschata ad minutum vsque horarum examinasse, meridianos ac dietum initia scrupulosius constituisse, &c. facilis est responsio. Negatur enim paritas rationis: Clauius hæc aut vt explicator, aut vt disputator facit, & vt aduersarius eorum, qui se omnia emendasse, & ad scrupul-

Aduersariorū
diluuiū obie-
ctio

scrupulum vsq; recte constituisse gloriabantur. Contra fatetur, hanc scrupulosam rationem nec in Calendario Gregor. obseruatam, neq; in aliquo Calendario Ecclesiastico obseruandam esse, imo nec obseruari posse. Quando autem in has deuoluitur subtilitates, plerumq; ad hominem argumentatur, eorumq; tam obiectiones, quam Pseudocalendaria ex propriis illorum principiis, (id quod & nos frequenter in Examine Elenchi Caluissiani facimus) euertere, refellere, atq; confundere nititur, & id quod intendit feliciter assequitur. At Calendariū Gregorianum, cum Ecclesiasticum Calendarium sit, & ad præscripta mentemque Patrum, ac consuetudinem Ecclesiæ conformatum, vt capite præced. ostendimus, huic scrupuloso examini nequaquam subiiciendum est. Atq; hanc mentē etiam esse Clauii, satis scriptis suis declarauit, vt manifeste constat ex conclusione rationum cur Ecclesia potius cyclis quam motibus cœlestibus vtatur. in calca c. 4. explic. Calendarii posita, & superiore capite à nobis ad verbum recitata. Reliqui deinde scrupulosi illius calculi ad explicationem Calend. non autem ad eius vsum aut normam spectare. Clauius deniq; egit contra Calendaria non talia, quæ à Pontificibus, Imperatoribus, Regibus ac Principib. approbata, & iam promulgata atque in vsum introducta essent, quale est Gregorianum, quod aduersarii oppugnant: sed contra ea, quæ non nisi ab inquietis & otiosis hominib. ad turbandam pacem & concordiam excogitata, nullaque publica ac legitima auctoritate fulcita essent.

6. Tertium caput siue fundamentum cui nitantur aduersariorum contra Calendarium Gregor. argumenta, est ignoratio rerum Calendarii, & ipsorum etiam primorum principiorum: vnde necesse est, vt quemadmodum multa inscite reprehendunt, ita eadem inscitia atq; ignoratione suas reprehensiones tamquam argumenta probent: Insignia profecto ignorationis huius in Elencho tuo Caluissius extare voluit monumenta, quibus posteritati perquam celeberrimū suum transmitteret nomē. Hinc enim est, vt cum quid cyclus solaris esset ignoraret, antiquum solarē se cyclum in Ecclesia à concilio Niceno ad nos vsque in veteri Calend. rio integre conseruatū Calendario Gregoriano, quod hoc cyclo à Lilio & Clauio spoliatum fuit, integrum incorruptumq; restituisse gloriatus sit, quā in re quantum falsus fuerit, quāq; absurda commiserit patebit lib. 4. c. 3. & aliis in locis. Hinc igitur illæ Caluissii lamentationes, *Gregorianos cyclū solis non solum in Ecclesia, sed in toto orbe terrarum vsitatum nulla de causa peruertisse & flagitiose corrupisse.* Magnum profecto flagitiū, eos cyclum ideo retinere noluisse integrum, ne perturbarent ferias hebdomadarumque ordinem! Pari ignoratione de cyclo lunari, eius naturam nesciens, palam asserere non dubitauit, vsum eius in Calendario Gregor. abrogatum esse. At qui cyclum tam solis quā lunæ ignorat, quid in negotio Calendarij scire potest? Insignis deinde etiā hæc est in re Calendarii Ecclesiastici ignoratio, nescire anni Ecclesiastici tam primum quam Paschalem mensem, vnum esse eundemq; mensem. Caluissius vero noster quo doctiorem in rebus Calendarii (si illi Origanoque credimus) nullum vnquam tulit seculum, & si ab eadem inscitia impulsus tanquam errorem Calendarii Gregor. conditoribus obiecerit, quod primum mensem cauum faciat, atq; annum Ecclesiasticum à cauo mense incipiat: *tamen cum aliquam obseruantia speciem erga Ecclesiā, inquit, præferant,* (nam quamdiu durat annus Ecclesiasticus atq; in Calendario dispositus est, à tempore videl. concilii Niceni, is mensis semper cauus fuit) *non*

Tertium argumentorum aduersariorum caput.

magnopere repugnabimus: at mensē Paschalē cauum esse, resest quae plane ferri nō potest, inquit, neq; eius aliqua probabilis ratio assertur. Et tamen miser utrumq; mensē eadē definitione, iisdemq; prorsus verbis conceptis definit, ut suo loco audiemus lib. 4. c. 1. Quae deinde maior ignoratio esse potest, quam nescire Calendariū Ecclesiasticum ex æquo pendere tam ex motu solari, quam ex motu lunari, imo à solari tanquam à potiori capite, ad cuius motum nō solum Paschata ex parte diriguntur, sed festa omnia immobilia eo solo cōtenta sint? At noster Caluissius ait: *quemadmodum religionis veræ fundamentum vnicum est, Sacra scriptura, ita Calendarium Ecclesiasticum solo motu lunari medio dirigitur,* sed fortassis hoc innuere voluit hic Theologus, quemadmodum solus motus lunaris Calendarium Ecclesiasticum dirigere nequaquam potest, ita neq; sola sacra scriptura Religionem. Alia enim ratione similitudinem suam ab ignoratione & falsitate non liberabit.

Ex hoc etiā capite promanat quod dispositū ordinem epactarū in Calendario Gregor. nō solum vituperauit, sed & dū eum corrigere se posse putaret, pessime, & Ecclesiae consuetudini contrarie, corrumpit: Lunationes Februarii omnes plenas esse dixit, pluraq; alia, quibus ignorationem suam prodit, cōmisit. quorum bonam partem in Examine Elenchi in medium adducemus. Sane ad quod caput rectius reducatur in æquationē epactarum inuectiua Caluissii oratio, quā ad hoc, non video, nisi quis eam potius pro quarto capite reseruandam iudicauerit: ut sit hoc, certum est, aut ignorasse eum, aut malitiose reticuisse Reformatores voluisse & ad vulgarem modū, in quo ipsa consistit Calendarii natura, accommodare æquationis & methodum & rationē; & nequaquam ad nescio quæ nugatoria secula eam producere: hinc n. est, ut quotiescunq; in Calendario luna sua sedē vulgari ratione mutasse vno die inuenta fuerit toties officiū indicandi lunā epactæ alteri vno etiam die remotiori committendum edixerint: quid enim tā ad methodum quam ad eius rationem facilius, & ad vulgi captum accommodatius? Cui pro seculis remotioribus, post aliquot scil. millia annorū futuris, ut quibusdam nugatoribus, atq; Calendarii Gregor. obrectatoribus, atisfaceret, Clauius hoc insuper adiecit: ut mēses integros lunares hac æquatiōis methodo postpositos, eadē vulgari ratione æquaret, quā ipsi menses in Calendario per epactas descripti æquati cernuntur, per alterum videlicet binarum epactarum copulā: nō tamen hāc tanquam Calendarii Greg. partē esse voluit; cui iā extraordinaria æquatione, si quid minus recte se habere inuentū esset, puissimum erat. Hæc omnia an Caluissius probe intellexerit, merito dubitatur, alias fortassis & cautius locutus hac de re fuisset, & modestius Clauiū tractasset, atq; nequaquam hominē ingeniosum, atq; de Rep. Mathematica optime meritū, *natura hebetiorē* vocasset, itul-tisq; ac Morionib. æquiparasset, dirisq; & ridiculis in eū exclamationib. inuectus fuisset, omniaq; modestiæ atq; humanitatis claustra effregisset. Verū plura ignorationis Caluissianæ testimonia infra in examine Elenchi Caluissiani cōparebunt.

Quantum fun-
damentū eoq;
superstructæ
aduersariorum
argumentatio.
nos.

7. Quartū caput ex quo aduersarii tanquā ex fonte suo deriuant argumenta, est pductio nimia seculorū, dum Calendarium ad nescio quod centena examinant millia annorum, ad tempora nimirum quæ ipsimet nunquam futura prædicunt, dumque contra mentem omnium, Calendarium tanquam perpetuum & immutabile, etiam quantum ad æquationes à Pontifice promulgatum atque laudatum comminiscuntur: Cum tamen hanc perpetuitatem in immutabili epactarum per anni dies dispositione consistere, Clauius pluribus iam docuerit.

Et de

Et de hoc Clauii responso perpetuum est apud Caluifium silentium, argumētis enim hinc suis certum imminere interitū vt agnouit, ita egregie etiam dissimulauit. Verū quia de perpetuitate fufius verba faciemus lib. 3. c. 4. hic solum quādam de superfluo illo, & quod ad rem nihil prorsus facit, remotissimorum seculorum examine prelibemus. Caluifius profecto vsq; ad ter centena millia annorum excurrere opus habuit in examine Calēdarij Greg. at illud aliquo modo cū elapsis iā annis Calēdarij veteris cōferre posset: & tamē, q. misero iugulum frāgit, ne tūc quidē id q. sibi proposuerat, plures videlicet tunc Calendario Greg. errores inesse, quā veteri demonstrare potuit, vt suo loco Lib. 3. cap. 17. & 18. manifestū faciemus. Quo nā loco tā æquinoctiū quam plenilunia in Calendario futura, vel post pauca annorum millia, nemo sane certo præscire potest, cum ipsemet Tycho Brahe Astronomus solertissimus cum omni etiam diligentia, labore & expensis suis non fuerit ausus solis motum vltra 400. annos præscribere, & quidem ad ducentos tantum futuros, cum reliquos ducentos ad elapsa tempora accommodatos voluerit: & tamen vel ipsos inter cantores heroas inuenias, qui nisi secula innum era minutis suis emeriantur, nihil se musica sua dignum præstitisse arbitrantur, sed quam ipsis succedat ex voto illud satis declarat, quod dū plus quam parest chordas extendunt, easdem ipsi frangunt, quas concordare moliebantur. De Ecclesia certum est, eam de extendendo Calendario ad tam remota tempora nunquam cogitasse, idque tum ex iis quæ promulgata sunt, tum ex iis quæ à Reformatoribus ipsis sunt præstita, manifeste colligitur, quos à seculis illis imaginariis plurimum abhorruisse, ipsa eorum præcepta particularia satis demonstrent, & nos cap. 4. Lib. 3. demonstrabimus. Quod vero Clauius nonnunquam de illis loquitur nequaquam ideo fit, vt Calendarium eo vsque extensum voluerit, cum potius vt in multis aliis similibus solemus, exempli tantum causa ad explicanda atque docenda præcepta ac regulas, eos annos remotos attulerit. Nonne satis esse poterat Ecclesiæ si Calendarium ea ratione reformatum promulgaretur, quod, quantum humana solertia coniectura assequi potest, immutatum tam diu duraret, omniaque festa pro more Ecclesiæ, & Patrum decretis, & moribus cælestibus consentientia exhiberet, quam diu mundus iam durauit? quod Ecclesiam hoc Gregoriano Calendario consecutam esse, vt mirificè gloriamur, ita aduersarii rumpantur licet quod iustè obiciant non habent.

Calendarium demum Gregorianum Christiano populo vniuerso summo à Pontifice propositum nequaquam illis nititur tanquam fundamentis, quæ hic, vel ille Calendarii commentator vel propugnator, sensit, scripsit, opinatus vel commentatus est, quasi e Cathedra dicta ac definita essent omnia, quæ à priuatis quibuscunque aliquando tradita aut disputata sunt, nemo est qui nesciat aliam vim esse Decretorum Constitutionumque quorumcunque Magistratum, aliam eorum commentationum quæ eisdem constitutionibus à priuatis appenduntur vel applicantur. Significauit hoc ipsum satis manifeste Clauius quando in ipsa Calendarii Gregoriani explicatione æquationem epactarum à se inuentam, & suo tantum nomine superadditam, ita propositam voluit, vt clarissimis verbis asseruerit, eam simpliciter minimè esse necessariam, sed illam potius Calendario abunde sufficere quæ à Lilio præscripta est, & à Pontifice approbata, præsertim si extraordinaria illa æquatio quam similiter Bullæ Pontificiæ ap-

Non omnia ad
essentiam spe-
ctare calendarii
Gregoriani, quæ
aduersarii pu-
tant.

Perfectionem
calendarii Gre-
goriani ad pro-
xime futura se-
cula Caluissius
ridicule cona-
tur obscurare.

probant suis temporibus non negligatur. Hæc autem priuatorum Commen-
tariorum cum vulgatis constitutionibus permixtio, vt est criminationum plu-
rimarum velamen, ita sons, atque origo extitit vnde non exiguum argumen-
torum suorum cateruam aduersarii deduxere, dum Calendario promulgato
adscribunt ea, quæ priuatorum sunt inuenta, quæue ad idem Calendarium mi-
nime sunt necessaria. Verum quid Caluissius in suo Elencho dicere potuisset, si
huiuscemodi futilia non adduxisset, aut ad secula imaginaria non excurrisset?
Dolebat quidem ipsi Calendarium Gregorianum adeo exacte ad proxima fu-
tura secula conformatum esse, vt quamuis minutim omnia rimaretur, paten-
tos tamen pseudoerrores (nullum enim verum errorem obii cere potest) o-
biiciendos inuenit. Imo dum æquationem epactarum magna sollicitudine ad mi-
nuta vsque horaria descendendo aliter instituire, & vt ipse somniabat, Calen-
darium Gregorianum emendare conatus esset; supposita eadem epactarum in
Calendario dispositione, ad vnguem in omnibus cum Calendario Gregoriano
conuenit vsque ad annum Christi ter millesimum trecentesium, & etiam de-
inceps sapissime. Misero igitur excusatio aliqua excogitanda fuit, dicendumue
Conditores Calendarii Gregoriani, quantum fieri potuit, cauerunt, ne in primis hisce annis
vitium aliquod in celebrando Paschate incideret, vnde labe suo Calendario adaspergeretur.
En excusationem Caluissiano ingenio dignam! Quid magis ad rem erat an ad
secula imaginaria, & ex prophetia Caluissiana nunquam futura, attendere; an
vero proximis, & iis de quibus saltem spes aliqua est, quod ventura sint, præui-
dere? Quid magis è Republica Christiana est aut ad refellendas Iudæorum alio-
rumque Christiani nominis hostium calumnias magis idoneum, an celebrare
paschata legitima nostris temporibus, atque quam plurimis proximis futuris;
an vero incertis niti motibus cælestibus & Paschata futura pro illis seculis,
de quibus merito dubitatur an vnquam re ipsa futura sint, magno hiatu non nisi
vana pr omittere? Sed quidquid sit de his, multum Caluissio displicet in Calen-
dario Gregoriano potius habitam fuisse rationem viuorum quam mortuorum;
magis consultum esse iis qui proxime post nos venturi sunt, quam illis, qui aut
nunquam fuerunt, aut in æternum non erunt: Hæc igitur lamentationum at-
que querelarum Caluissianarum origo est: hæc causa atque ratio, cur Calenda-
rium Gregorianum *sentina ac colluies omnium errorum recte dici possit.* Hæc sunt quæ
David Origanus vidit & penitus introspexit ac considerauit & propterea vehementer
probauit, sed & vt ederentur & publici iuris fierent, auctor & promotor extitit.

Ergo cum omnia aduersariorum argumenta, quas etiam demonstrationes
vocant, & quibus errores Calendario Gregoriano inesse demonstrare conan-
tur, hisce quatuor infirmis nitantur ful-
ris, totam profecto quam superstruunt
machinationem ruinofam esse necesse est: & rumpatur licet inuidia in Calen-
dario Gregoriano errores, qui reuera errores Calendarii Ecclesiastici dici pos-
sint, nequaquam demonstrant, nec demonstrabit Caluissius, quid vero sint eius
demonstrationes clarius apparebit in nostra confutatione ad quam lectorem re-
mittimus.

Quæ paschata
ad Concilii Ni-
ceni Canones
directa dici de-
beant.

8. Et quamuis Clauius videatur aliquando erronea vocare ea paschata, &
decretis Concilii Niceni contraria quæ ad medium lunæ motum examinata, ali-
quanto citius aut tardius celebrantur: vt si verbi gratia pascha fiat eo die quo
plenilunium medium post occasum solis conuincitur, hoc potius iuxta com-
munem

munem aduersariorum sententiam, quam ex sua dicit; vt supra monuimus. Nili forte dicere liceat eum tunc respexisse ad eam Calēdarium Ideam quam inaginatione quidem aliqua ratione assequi possumus, quemadmodum & Plato suas, obtinere vero non possumus, nec omnino obtinuit Concilium Nicenum. Nam etsi optabile esset tale dari quale saltem motibus mediis omni ex parte obediat, tamen tale hactenus dedit nemo, neque dabitur vnquam, nisi Cycli ē Calendario tollantur, vel, quod idem est, Calendaria Ecclesiastica, vt facit Caluissius, in Astronomicas tabulas commutentur. Deinde etiam si id ex sua diceret propria opinione cum ea Calendario Gregoriano quicquam nec demat nec addat; id enim opinionibus ac sententiis commentatorum siue explicatorum minime nititur; sed decretis, ac Canonibus Ecclesiæ, Patrumque Nicenorum. At in nullo habetur Canone ea ratione paschata ad medium motum esse examinanda, & iuxta illud examen damnanda vel absoluenda: Sed potius omnia illa paschata eo Concilio legitima indicata sunt, quæ iuxta Cyclum tunc constitutum siue approbatum, & Calendario Alexandrino applicatum, promulgarentur: eaque legitima haberentur omnia quam diu ipse Cyclus moraliter, rudique consideratus minerua cum motibus mediis consentiens haberetur: quemadmodum & per aliquot centurias annorum ita habitus fuit. Atque hinc est quod in Canonibus ac regulis paschalibus nec nouiluniorum nec pleniluniorum, siue oppositionum quæ in minuto consistunt, facta est mentio; sed dierum solummodo solidorum, primæ lunæ, secundæ lunæ, quartæ decimæ lunæ, quintæ decimæ lunæ, vicesimæ primæ lunæ &c. Nihil in Canonibus de horis, horariisque minutis, quæ necessario medios comitantur motus. Cum igitur in Calendario Gregoriano Cycli æquæ benè, imo plerumque etiam melius cum mediis motibus conueniant, atque illis temporibus Cycli Patrum Nicenorum, in eo nequaquam paschata erronea absolute loquendo conceduntur.

9. Denique vt omnes præueniamus aduersariorum obiectiones, quando in Canone secundo Calendarii Gregoriani asseritur cautum esse *ne cum quartadecimæ hareticis sacrosanctum pascha vel in XIII. luna, vel ante celebretur.* Item *Pascha celebrari post diem XXI. lunæ esse minus peccatum, quam si ante diem XIII. lunæ celebretur, vel in vltimo Mense; quod esset absurdissimum* Caluissianorum fortasse quispiam concludere posset: Celebrare Pascha in quartadecima luna vel ante, iuxta medium motum etiam si id Cyclo duce contingeret, esse celebrare pascha hæreticum. Sicque absurdissima esse paschata in vltimo mense &c. Atque adeo paschata ea quæ hac ratione celebrata in Calendario Gregoriano reperiuntur, etiam ipsis asserentibus Calendarii Reformatoribus esse hæretica &c. Sed facilis est responsio, non solum quia nequaquam hæreseos damnata sunt ea paschata, quæ docente aliquando Cycli vniuersali & ab vniuersa Ecclesia recepto ea ratione celebrari contingunt, cum hæreseos notati tantummodo illi sint, qui non alia quam similia paschata celebranda esse contra consuetudinem vniuersæ Ecclesiæ contenderant. Sed etiam quia ex ipso hoc Calendarii canone res facile explicatur. Propositum enim proprium eo §. *Quod si quando &c.* erat explicare atque rationem aliquam reddere cur *Epactæ per dies Calendarii distributa indicent Nouilunia paulo serius, quam res postulet;* assignatur autē causa, quia maturo consilio ita sint disposita, datam videlicet diligentem operam esse, vt potius Nouilunia serius aliquando per *Epactas* demonstrantur, quam vt aliquando sedes suas antenerant, ne cum Quartadeci-

Locus quidam Canonis 2. calend. Gregoriani explicatur, & obiectio inde deducta, dissoluitur.

MIANUS,

manu, &c. Manifestum igitur est hoc loco potius constructionis ac dispositionis Cycli quam ipsiusmet Calendarii allatam esse rationem: at certum est in constructione ac dispositione Cyclorum respiciendum esse maxime ad medium motum eius Syderis ad quod Cyclus conformandus est, habendamque saltem in confuso rationem ordinis Paschaturæ reliquorumque festorum, ut ea quæ ita in confuso videntur absurda, aut incommoda vitari queant. Non hinc tamen sequitur ut Cyclis deinde post diligentem omnium considerationem constitutis, ea quæ explicitè postea videntur habere aliquam cum prioribus in confuso conspectis absurdis similitudinem, absolute absurda dici debeant: cum ea non solum prævisa fuerint, sed neque vitari potuerint, neque vitanda esse iudicatum fuerit; illa denique alium, hæc etiam alium finem respiciant.

Res hæc clarissima in Cycli solaris æquationisue æquinoctii constitutione, antequam enim ex omnibus Cyclis seligerent Reformatores tetracosiieteridem plurimæ aliæ offerebantur pro æquatione Solis annorum periodi, propositæque absurda, quæ sequerentur, nisi eligeretur illa vel hæc periodus: futurum nempe ut ob nimium quem describeret tetracosiieteris circa æquinoctium ambitum quarta decima aliqua haberi possit pro paschali, quæ aut æquinoctium medium siue æquale præcederet, aut nimium sequatur; alia videlicet proximiori & apriori subsequente vel præcedente. De quibus Clavius in Explicatione Calendarii Cap. 5. Num. 11. quæ enim ibi dicantur de motu vero atque Solari, etiam inferri possunt de medio siue æquabili motu, siue de anno, atque motu lunari. Et si autem hæc absurda aliquo modo pro absurdis habita sint: attamen constituta deinde atque (necessariis omnibus accuratè prius perpenſis, electa tetracosiieteride omnia illa evanescere absurda, & minimè pro absurdis habita sunt: adeo ut neque Caluſius quicquam in ratione paschatis contra æquinoctii æquationem obiecerit, iisque quæ de hac habet obiectione Clavius loco citato Num. 12. acquieuisse videatur, illis videlicet quæ in gratiam Caluſii nostri merito hic repetuntur, sic autem se habent: *Ex his liquido apparet nouum* (paulo superius dixit neque nouum neque absurdum esse) *non esse in Ecclesia, ut Pascha vel in ultimo Mense, vel in secundo celebraretur propter æquinoctium vni diei affixum, quod duos dies postulat.* Neque vero in hoc Ecclesia à Decretis Patrum, & Concilii Niceni discedere putanda est: quia decreta illa non ita seuerè accipienda sunt, ut velint Ecclesiam ex tabulis Astronomicis æquinoctium debere explorare; sed ita solum sunt intelligenda, ut Ecclesiam præcipiant in paschæ celebratione obseruare debere diem æquinoctio ascriptum, licet nonnunquam æquinoctium antecedit illum diem, vel subsequatur, dummodo non longe ab eo recedat. En ut celebrare Pascha in ultimo aut secundo mense, iuxta medium motum nequaquam contra Canones peccatum esse ostenditur! Quare cum neque iuxta aduersariorum sententiam similia paschata, quæ ex accuratiori æquinoctii calculo in vltimum aut secundum mensem incidunt, absolute tanquam Decretis Patrum aduersantia habenda sint; quæ est maior ratio ut ea dicenda sint contra Decreta Patrum Paschata, quæ ex accuratiori lunæ calculo similiter in vltimo aut secundo Mense celebrantur? Vtrobique certe eadem est ratio; nimirum ut Cyclorum ratio ac per integros dies progressus seruetur, ad vitandas quæ ex scrupulosis calculis oriuntur dissensiones, ut Cap. præcedenti fusius explicauimus.

Quod vero in Calendarii Gregoriani Canonibus non a que sit facta mentio de his-

de hisce quæ in ultimo ac secundo Mense Paschatis ratione æquinoctii contingunt, atque de illis quæ eueniunt ratione lunæ, causa est, quia maior hinc inde vagandi libertas, maiorque epactarum circa lunares rationes est ambitus, quam æquinoctii æquabilis; idque plurimis ex causis, quæ vt recenseantur ad rem non facit, idcirco magis conueniebat dare rationem cur Cycli hac & non illa ratione esset dispositus, cur tardius epactæ nouilunia, & non citius indicarent; nimirum ad vitanda talia, quæ etsi fortassis tanquam ex Cyclo prouenientia absurda non essent, tamen quia & respectu medii motus absurda in confuso sunt, & vitari commodè absque digressionē ab Ecclesiæ consuetudine potuerunt, ne saltem frequentia essent, etiam tãquam ex Cyclo prodeuntia absurda non solum à maleuolis, sed si rationes lunares plus debito in vniuersum ab epactis discreparent, à beneuolis quoque arripi, & Calendario opponi potuissent. Postquam vero tam præciso Mathematica, quam Patrum decreta, & Calendarii Ecclesiastici ratio bene considerata ac perpensa communi consilio fuit, Cycli quoque epactarum dispositus, & ab Ecclesia, Pontifice, Imperatore, Regibus & Principibus approbatus, Paschata illa quæ ex hoc cyclo præscribuntur, & collata cum accuratiori mediorum motuum calculo extra limites scrupulosos cadunt, nequaquam aut erronea, aut absurda, aut hæretica censenda sunt: neque aliud ex allatis à nobis Canonis 2. Calendarii Gregoriani verbis colligi potest. Longe enim alia est ratio, atque plane diuersa, exponere consilia quæ habita sunt in cõstitutione ac dispositione Cycli, q. fit hoc loco de quib. disputamus: alia de reb. iam cõstitutis, & inde cõsequentib. definire. Ibi enim tanq. peccata & absurda estimata, vel pposita sũt ea, q. hic peccata aut absurda minime cõsẽtur: Ibi cõformandus erat Cycli ad mediũ motũ, & ex illo fingẽdi anni, menses, & termini paschales, & ad ea paschata examinada, vt appareret quæ, salua Ecclesiæ cõsuetudine, pro Cyclo aptiora essent; hic vero veri Ecclesiastici anni, Menses, ac termini paschales cõsideratũr, q. sape ab illis differũt. Et quãuis inter illa & hæc debeat esse proportio, moralis videlicet ac popularis quẽdã cõueniẽtia, similitudo, siue æqualitas, ea tamen in particularibus, scilicet hoc vel illo paschate, quarrenda non est, non enim propter vnum vel alterum Pascha cycli instituitur; sed quomodo in vniuersum omnia consentiant, attendendum est, adhibitis in consilium non solum quæ de essentia Calendarii Ecclesiastici sunt, partibus, sed etiam debitis circumstantiis & Ecclesiæ consuetudinibus.

10. Vt ergo in Calendario Gregoriano veros aduersarii ostendant errores, alterutrum demonstrant necesse est: vel in eo fieri Paschata contra Patrum decreta, quæ de Cyclis, non de motibus neque veris, neque mediis, intelligenda sunt, ita vt Pascha præscribatur fieri in quartadecima Cyclica vel ante, vel post vigesimam primam lunam, vel in alio quam primo mense Ecclesiastico, vel denique non in die Dominica: Vel ostendere oportet. illos Cycli Calendarii Gregoriani iis cum conditionibus considerati de quibus dictum est, non in singulari, sed in vniuersum non hoc solo vel illo anno, aut hoc, vel illo paschate discrepare à Patrum decretis, & à motu medio vtriusque syderis: quæ discrepantia nequaquam consistit in scrupuloso horarum atque minutorum calculo, aut in seculis nescio quibus imaginariis, sed quæ talis est de qua apud nullum etiam ex vulgo controuersia sit, & ab omnib. quasi aduertatur: qualis nimirum ea fuit quando vetus Calendarium pro vitioso haberi captum est: Hic enim mos est

Quæ requirantur ad hoc vt vere erronea in calend. Gregoriano in cõsuetudine monstrantur

E

Ecclesiæ,

Ecclesiæ, hæc illius consuetudo, quæ nunquam ad scrupulosum Mathematicorum calculum, aut tempora nimis incerta se alligare voluit. *Sed hoc ad calendæ græcæ illos facturos speramus, forti igitur animo sint, & ad tam præclarum facinus audendum manus admoueant. Hic Rhodus, hic saltus.* Alio profecto opus erit quam Caluissiano calamo; aliunde quam ex Sethi officina afferendus malleus quo clauus hic veleuellatur, vel suo loco moueatur: cum enim, vt in sequentibus libris clarissime videbimus, tot tantisque fortissimorum virorum percussione, semel Calendario solidissime infixum, machinationibus suis Aduersarii nunquam extraxerint, bonas tantum chartas atramento suo male turpauerint, oleumque & operum perdiderint, perditam certe ne Scaligerorum quidem Originorumque turba totum licet impendant quantum habent, non dico in integrum restituere, sed ne refarcire quidem poterunt. Calendarium enim Ecclesiasticum, idque iuxta decreta Patrum institutum, & Ecclesiæ vniuersali accommodum, impugnent necesse est, qui Calendarium Gregorianum impugnare volunt. Quod cum Rupe Tarpeia firmitus hæreat, atque ad plurima secula præsidium omnibus necessariis munitum sit, frangere quidem impugnantium capita potest, expugnari non potest. Quod si per vaticinia vel per Astrologiam suam iudiciariam, nescio quæ alia post aliquot millia annorum futura secula præuiderint, quæ discrepantiam aliquam minentur, facile eam tollet æquatio extraordinaria, aut certe ipsi tunc ab inferis redeant, ad instituendam aliam ordinariam, nam & hanc Calendarium Gregorianum posteris non prohibet, si cum consensu atque approbatione Summi Pontificis constituatur. Atque ex his omnibus clari sime constare existimo, in Calendario Gregoriano, vt Calendarium Ecclesiasticum est, nullos omnino inesse errores, id quod ostendendum erat. Pergamus ad alia.

CAPVT QVINTVM.

De aliis aliorum Calendariis, præcipue vero de Pseudocalendariis Sethi Caluissii.

Aduersarios ne ex aliorum quidem laboribus atque inuentis quicquid calend. Gregoriano melius attulisset.

ET si volumina quam plurima ætatibus pene omnibus ac singulis de re Calendarii Ecclesiastici exarata sint, confectique Calendaria non pauca, & ipsum denique nouum Gregorianum Calendarium diligentissima consideratione conditum, propositum, & ad vsum aliquot annorum redactum, atque in amplissima regna ac prouincias introductum est: ita vt si quid in ipso desiderari potuisset ipsum iam tempus, imperitorum Magister & doctor, docere omnes, atque adeo Calendarii Gregoriani oppugnantibus occasionem dare potuerit, vt, si quidem facile est inuentis addere, si quid haberent adderent, nec non ex variorum inter se comparatione Calendariorum optimum seligerent, vel recte saltem discerent, quæ nescire, præsertim in tanta operum scriptorumque copia, turpe est. Nihilominus omnibus hisce subsidiis adiuti, adhibito etiam peculiari studio, vtque de se Caluissius ipse gloriatur aliquot annorum exercitio promptiores effecti, instigati denique ac incitati, quæ vana gloria, quæ odio, quæ inuidia aduersarii, nihil adhuc quod Calendario Gregoriano melius, aut vltius Ecclesiæ vniuersalis commodius esset in medium produxerunt. quod vt probemus paucorum verborum ambitu, cum id ipsum fere

fere aduersariorum turba fateatur, opus est. Nam quod ad *Calendaria* spectat *Viere*, *Scaligeri*, & *Germani* satis ostensum, opinor, à *Clauio* est, eos nihil quod *Calendario* *Gregoriano* præferri possit, sed potius errores suos aut pluraimmoda, & à consuetudine *Ecclesiæ* longe aliena, attulisse; eaque quæ maturò consilio, & ob rationes quas ipsi aut ignorarunt, aut non satis perpenderunt, recte constituta, ac præscripta fuerunt; temerè reprehendisse.

Debebant isti si quid habebant, quod aut contra rationem *Calendarii* propositam faceret, vel eius perfectionem iuaret, vel ad bonum *Reipublicæ* spectaret, id tunc proponere quando hac de re omnium totius orbis *Mathematicorum*, aliorumque eruditorum sententiæ petita sunt. Nunc vero aut frustra sunt, aut nugatoriis suis strophis aliud non agunt, quam ut postquam diu aliorum lucubrationibus operam dederint, se tandem aliquando acumine ingenii aliquid hac in re assecutos esse, vana ostentatione commonstrent. Iam tempus deliberationi aliquando datum elapsum est, quod etiam iudicio *Caluissii* longius fuit, quam parturiendo maturiori *Calendario* opus erat. Iam à *Gregorio* orbi datum est, quod diu ab aliis Pontificibus fuit expostulatum, eiusdemque orbis potiori à parte iam pridem vnanimi consensu approbarum. Neque est quod aliud, si quid hic vel ille noui sibi peperisse videatur, veluti donum è caelo delapsum complecti & exosculari debeat. Sed neque ideo mundus abrogatione *Calendarii* *Gregoriano* turbandus; quia Cantorum quispiam, se nouum, inauditum, innocentissimum *Calendarium* perscripisse, vel descripsisse gloriatur? Neque diuersitas *Calendariorum* in *Reipublicæ* perniciem introducenda, quia quidam musicus diuersum à *Gregoriano* *Calendarium* ad musicos sonos, & suis potius quam *Reipublicæ* *Christianæ* auribus accommodatum, nuper proposuit.

Correptione *calendarii* iam facta, imtemporanea esse, quæcunque aduersariorum consilia.

2. Sane *Sethus Caluissius* prouinciæ emendandi, ac vera *Calendaria* construendi sibi soli, & vnico reservatum putat, qui nimirum tot seculis orbi terrarum negatus, nuper ex diuina illa prædestinationis abyssoprofilierit, ut, teste *Origano* *vigiliis & laboribus suis tempestiue alios* (antequam lethargo perirent mortales) ex somno excitaret, iisdemque lumen accenderet, ut videant in hac materia abstrusa, & à paucis recte explicata, quid verum quid falsum sit. Is igitur vir incomparabilis, quod ad propositum nostrum facit, libere profiteretur, neminem præter se aliquid adhuc attulisse quod merito *Calendario* *Gregoriano* præferri debeat: atque adeo tam *Clauium*, quam nos hoc demonstrandi labore liberatos voluit. Qui contra *Calendarium* *Gregorianum* scripserunt, inquit, in singulis harum regionum *Academiis*, arbitror fuerunt plus quam singuli, sed paucissimi tamen, qui aliquam formam meliorem quam *Gregoriana* visa est, proponere ausi sunt. Non enim est cuiusvis: cum solius sit *Sethi Caluissii*. Desudasse quidem in doctrina *Calendarii*, eiusque emendatione quam plurimos præstantissimos viros & *Astronomos* celeberrimos, ait. Item in omnibus *Academiis* totius *Europæ* sententiæ, de mutando *Calendario* præscriptæ sunt, sed, quod pace illorum dixerim, inquit *Sethus*, hanc rem ad asciam edolasse non videntur. Quapropter & hanc doctrinam ex fundamentis ipsius eruere, & demonstrationibus solidis illustrare & explicare; & nouum *Calendarium* quod *Gregoriano* iure præferendum sit condere voluit, quod nimirum vero ordine & constanti methodo à *Concilii Niceni* tempore recte propagatur: æquinoctium multo breuiori ambitu concludit: legitima metho-

Sethum Caluissium vnicum se reputare, qui *calendarium* ad asciam edolauerit.

thodo, & aequali ratione diem Calendario eximit: Cyclum solis verum, & literam Dominicalem statim ob oculos ponit: quando Pascha recte celebrandum sit, absque vilo errore definit, nec peccare potest: nihil tale quod contra Canones sit committere potest, cum tempora ad horas & ad minuta describat: plenilunium ipsum etiam in minutis ostendit: plenilunia paschalia ipsa constantissima lege & in omnia secula duratura definit: plenilunia absque vlla mutatione perpetuo eadem ratione inuestigat: paschalem menssem plenum & motibus calicomenientem proponit: nullo modo reprehendi potest, & paucissimis pagellis absoluitur: Summa in hoc Calendario, nihil est, quod non laudari debeat, quia omni prorsus labe caret, plane non peccat, nec peccare potest.

Qua continetur
Caluissiano
Calend.

Si vero post tot tantaque promissa atque encomia, magno rei tam admirabilis desiderio incitatus, in Calendarium istud, quod tanta Prosopopoeia propositum est, diligentius inquisieris, nihil aliud inuenias quam tabulas quasdam semi Astronomicas, ex quibus, si singulis 128. annis dies bissextus semel abiicitur, cognoscatur, quot dies ab anno Christi 384. vsque ad annum 5120. omitantur, & qui nam illi sint anni: deinde quibus diebus, horis, ac minutis plenilunium medium Martii aut Aprilis intra paschales veteris Calendarii terminos, vel circiter, singulis annis Ierosolymitanis contingat ab initio æræ Christianæ vsque ad annum 5244; & si dies illi bissexti omitantur, qua ratione intra eodem terminos idem plenilunium redigendum, & quomodo dies ille appellandus sit: & denique quæ nam illorum annorum futura sit litera Dominicalis, ut quando pascha celebrandum sit, sciri possit. Atq; hoc illud admirandum opus est, cui par in mundo nondum extirpit, quod quidem quemadmodum nec speciem Calendarii præfert, ita nec Calendarii Ecclesiastici nomine dignum est, sed de his fufius infra in examine.

De alio Caluissiano
calendario.

3. Cum autem idem iste Pseudocalendariorum artifex tam felici suarum rerum successu latus, Consiliarium Imperii, & advocatum purioris Ecclesiæ esse somniasset, vidissetq; in somnis Calendarium hoc nouum anni tropici quod proposuit, & in ipso, quamuis nullo modo per se reprehendi posset, utpote omnibus suis partibus perfectum: ratione tamen temporum nostrorum, in quibus viuimus, hoc desiderari aduertisset, quod non solum, quando Gregorianum pascha non recte definit (ut ipse somniat) & alieno tempore id celebrat, ab eo dissentit; sed etiam quod alicubi vno die in mensibus etiam & in festis immobilibus à Gregoriano abit. Et idcirco ne cum simus in eadem Imperii societate, & iisdem legibus utamur, ex hac discrepantia aut dissolueretur, aut detrimentum aliquod acciperet, aliud iniuit Consiliū, aliudq; Calendarium ex ædificare voluit, quod in festis quidē immobilibus nunquā à Calendario Gregoriano differret, eo quod iuxta terracosideridum ordinē simul cū Gregoriano dies perimeret, in celebratione vero paschatis peccati nihil admitteret, ita paucis multa promittens: Consequimur vero ex eadē re, inquit, ut sæpè cū Calendario Gregoriano conueniamus, & nullibi ab eo discrepemus, nisi quando ipsi contra Canones Ecclesiæ Pascha alieno tempore celebrabunt. Nam & hoc nostrum Calendarium pascha ex medio motu lune definit, & nullū errorē committere potest. Quæ Pseudocalendarii forma cātori huic, & fortassis etiā quibusdā aliis, adeo placuit, ut quo commodius per totū Imperiū decantaretur, illā seorsim imprimi curauerit, hac præfixa inscriptione: Formula Calendarii noui Quæ quidē alia est à Calendario Gregoriano, sed tamē expeditior, melior & certior; & quæ à Calendario Gregoriano non discrepat, nisi quando id in diuersū abit, & Paschata cū mobilibus festis, alieno tempore & in Canonibus Ecclesiasticis prohibita agit. Proposita à Setho Caluissio Mathematicū & Astronomia studioso.

Sed

Sed egregie & seipsum miser iste studiosus, & suos secum decepit applau-
fores: non modo, quia ista *Formula Calendarii noui*, Calendarium nō est, cum nihil
aliud sit, quam, ut prius etiam pseudocalendariū, tabulæ mediarum opposi-
tionum siue pleniluniorum, atque adeo nomine Calendarii prorsus indignum:
sed etiam quod priori pseudocalendario quod ipse tātis ornauit encomiis mul-
tories ē diametro contradicit, & Paschata diuerso tempore definit, menstru-
o ab inuicem disiuncta spacio, ita ut pro eodem anno alterum præscribat Pascha in
Martio, alterum in Aprili. Vnde necessario necessaria hæc colligitur consecutio,
aut duo posse eodem anno solari fieri Paschata (neutrū enim pseudocalendariū
peccare in Paschatis posse proclamatur) menstru-
o spacio ab inuicem remota,
alterum videlicet in Martio, alterum in mense Aprili: aut certe alterutrum pseu-
docalendariū falsum esse, contra id quod tanta audacia ac confidentia sequa-
cibus suis pollicetur Caluissius. Verum plura de his suo loco lib. 4. c. 12.

Vnum tantum hoc loco circa Caluissiana pseudocalendaria lectorem moni-
tum volumus, ipsum nimirum totam excellentiam, præstantiam, ac præcisionē
pseudocalendariorum suorum reponere in pleniluniis siue oppositionibus me-
diis, Paschalibus, quas in horis, horariisque minutis determinat: quæ ratio ut
nec noua est, & nequaquam Ludimagistri huius inuentum, ita etiam sæpiissime re-
iecta, atque à modo Ecclesiastici Calendarii penitus reuota fuit, ut supra dixi-
mus. Quasi vero nullæ extiterint ante Caluissium oppositionum aut interlunio-
rum tabulæ, & Clauius non plures rationes ad eas extruendas, atque in vsum ad-
hibendas docuerit? Nonne si Pascha ad minutum vsq; horarium scrupulose di-
rigendum est, id rectius fit ad vera minuta, quam ad illa fictitia quæ Caluissius ex
mediis moribus præscribit? Quid iuuat plenilunium in vno exhibere minuto, si
illud minutum quatuordecim horis & eo amplius (tantum enim medium ple-
nilunium à vero plenilunio abesse potest) à vero plenilunio discrepat? Res, quæ
quam plurimis visa est absurdissima. Certe & in vltima emendatione Calenda-
rii & in aliis etiam ante hanc, quæ de Calendario emendando habitæ sunt, con-
sultationibus, nō pauci, inter quos Stofferinus & Moletius, omnino veros mo-
tus sequendos esse contenderunt. At vicit atque pernicit vera & vnica per cy-
clos Calendarii Ecclesiastici ratio: quam nobis non eripient vllæ oppositionum
tabulæ.

Nullum decretum, nullus canon, nulla consuetudo Ecclesiæ extat, ex qui-
bus haberi possit Pascha ad horaria vsque scrupula instituendū esse, aut ad pun-
ctum plenilunii siue oppositionis mediæ exacte dirigendum, hoc adeo verum
est, ut in canonibus siue regulis Paschalibus, nulla omnino facta sit plenilunii men-
tio: imo neque in lege veteri, ad cuius imitationem quantum ad tempus spe-
ctat Christiani Pascha suum ordinarunt, vnquam oppositio aut plenilunium no-
minatur, licet Paschatis in libris Moyſi persæpe fiat mentio: absurdissime au-
tem ac imperitissime Astronomus noster Sethus asserit morem à Deo institutum, &
in Ecclesia obseruatum, ut Pascha Dominica proxima post plenilunium Paschale agatur. Et
quoniam Caluissius magnam vim in Iudeorū Pascha ac plenilunio positam vult,
eorumque non modo sæpius mentionem inducit, sed & quid in lege præscri-
ptum sit inculcat. Lex, inquit, de Paschate in plenilunio celebrando à Deo ipso lata, & ab
Ecclesia tam veteris quam noui Testamenti vltra ter mille annos vsque ad nos obseruata est.
Item, Pascha à DEO ita institutum & mandatum in plenilunio semper celebraui-

Sibiipſis esse
contraria Ca-
lendaria Calui-
siana.

Rationem Ca-
lend. Caluissia-
ni qua cyclis
medios motus
substituit, non
Sethi, sed alio-
rū inuentū, id-
que sæpius re-
iectum esse.

Neq; in Mosai-
ca, neque in le-
ge Christiana,
cum de Pascha
te agitur pleni-
luniorum fieri
mentionem.

Lib. 2. cap. 9.

Lib. 1. cap. 6.

mus, &c. Placet in gratiam illius recitare ea, quæ Albertus Pighius de ratione Paschalis celebrationis, deque restitutione Ecclesiastici Calendarii ad Pontificem Max. Leonem X. hac de re scripsit, ut vel hinc discat Seth an necessaria sit tanta oppositio suorum pleniluniorum in horis ac minutis expositorum tamque exacta subtilitas. Propositione igitur 16. in qua ostendere conatur. *Nec Iudeos, ut secundum Mosaicam legem, nec Christianos, ut secundum Patrum & Nicenæ Synodi decreta Pascha suum legitime celebrent, seu veræ seu mediæ luminarium oppositionis ullam rationem habere debere: inter reliqua sic habet: Nam Iudeis, quod ad hanc rem attinet, nihil aliud præceptum erat à Domino per Moysen, quam ut mense primo & eius quartadecima die immolarent Pascha, quemadmodum ex 1. propositione constat. Quamvis autem ob id, quod lunariis tantum mensibus annum supputabant, necesse erat eis pro mensium initis Neomenias aut coniunctiones luminarium observare, & pro mense primo ac anni initio, verum æquinoctium, veluti propositione 2. latius explicauimus. De oppositioe tamen luminarium nullum omnino verbum dictum est, tantum ut quartadecima die mensis Nisan, qui primus illis est, Pascha celebrarent, pro quartadecima die inuenienda neutiquam erat opus aliqua aut mediæ, aut veræ oppositionis luminarium observatione. Neque fingi potest, Dominum & Moysen per quartadecimam lunam primi mensis luminarium oppositionem intellexisse, quasi aut Deo aut Moysi ratio lunaris circuitus fuisset ignorata. Constat enim mediæ oppositionem luminarium nunquam quartadecima luna accidere veram, aut admodum rarenter. Imo frequentius decima sexta luna quam decima quinta, plerumque decima quinta. Nec ideo licuit Iudeis differre Pascha suum in decima quintam aut decima sextam diem primi mensis & sollemnitatem Azymorum in diem decima septimam, quod oppositio mensis primi in quintam decimam aut decima sextam differretur, quia semper quartadecima primi mensis immolare Pascha lege iuebantur, & quinta decima celebrare sollemnitatem azymorum, nulla oppositionis luminarium facta mentione.*

Itaque non est ut Caluissius adeo sibi placeat in pseudocalendariis suis siue oppositioe tabulis, tantum enim abest ut ipse omnes Calendariopæos superauerit, ut vix ullus peius aliquid, & Ecclesiæ minus accommodum pro Calendario Ecclesiastico obtulerit. Non est ut de observatione sacrorum canonum sibi gratuletur: nihil enim habetur in ipsis de pleniluniorum tabulis; imo in potissimum impingit canonem, dum Pascha non præscribit semper eodem die celebrandum, quo sancta Romana atque Catholica Ecclesia, cum tamē transgressoribus in Conciliis anathema infligatur. Non est ut David Origanus de suo cliente & amico singulari adeo mirifice gloriatur. Non est ut Regibus & Principibus supplex fiat, ut per illos facta mutatione Calendarii *Consilium communicatis substituat* alterutrum ex propositis à Caluissio, cum nec Calendaria sint, nec Ecclesiastica Calendaria dici possint. Quam satius fuisset & laudabilius huic cantori, nunquam de Calendario cecinisse: si sapit, & sibi intus, & receptui, hoc est, Palindiam cantabit.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

Novos istos nonorum Calendariorum artifices, discordiarumque factores, vel ex propria illorum confessione, cum alter alterum damnet, nequaquam audiendos esse.

Varia incommoda, confusiones ac turbas ex diuersitate oriri Calendariorum, aduersarii non modo agnoscunt, sed etiam aliquando cum damno experiuntur. Vident & fatentur ita comparatum esse in vita humana, vt verbis Caluiffi vtar, vt *societates, quas homines inter se ineunt, nunquam iis conditionibus fere fiant, quæ omnibus in vtraque parte ex æquo probentur: sed eiusmodi sæpe vel errore vel vitio animorum ab aliquibus admittuntur, quæ satis probari non possunt: quæ tamen, qui prudentiores sunt, ferenda potius existimant, ne societas dissoluatur, quam vt velint cum aliis obstinate contendere, & sibi atque aliis incommodare.* Multo clarius perspiciunt, & manibus etiam, quod dici solet, palpitant, Calendarium Gregorianum iis conditionibus conformatum esse, quæ Pontifici Maximo, Imperatori, Regibus atque Principibus ex æquo probatæ fuerint, nihilque nec ex errore, nec ex vitio animorum admissum esse, propter quod merito improbari Calendarium debeat, cum publico scripto omnes prius admoniti, sententiæque singulorum petita sint, atque res præpropera deliberatione nequaquam præcipitata: atque adeo nihil prorsus in causa sit, cur imprudentiores quidam velint obstinate contendere, & sibi atque aliis incommodare. Vident, inquam, hæc, seseque in causa esse dissensionis deprehendunt, at quid consilii agnoscunt quidem ac sentiunt morbum, doloresque eius experiuntur, verum vt mos est agrotis, medicinam, qua morbus tollatur, respuunt, atque exhorrent; non medicos aduocant peritos; sed assentatoribus similes audiunt chirurgos, qui vlcera fouent, non exprimunt. In tanta rerum perturbatione eos adhibent consultores, qui ea suadent, quæ paci penitus contraria sunt, qui bonum malum, malum bonum interpretantur; dissensionem à capite ac potioribus membris, fortitudinem animi vocant; pertinaciam constantiam appellant; meras nugas ac falsitates grauissimas causas indigitant. Pauci, qui pura Euangelij luce illuminati, inquit malus medicus Caluissius, Pontificium iugum excusserunt, Calendarium illud nouum, quod Gregorianum Pontifex appellari voluit, forti animo reiecerunt, & vetus illud sine Iulianum Calendarium, (quod vitiosum esse, atque emendatione indigere ipse fatetur) vt est, adhuc sequitur, Gregorianum enim propter grauissimas causas à statibus Imperij reiectum est, in ea sententia vt permaneant, eorundem constantia est: egregia sane imprudentissimorum hominum consilia!

2. Causas quas aduersarii prætexunt, cur Calendarium Gregorianum admitterendum non sit, capite primo expendimus, easque nullius esse momenti deprehendimus; neque apparet quid aliud prætere possint, cur Calendarium hoc non recipiant. Si recurrunt ad vetus Calendarium, atque in eo persistendum contendere velint: En prodeunt mox viri innumeri, qui omnes Conciliis ac Pontificibus supplices fuere, vt tandem ab opprobriis atque insultationibus Iudæorum ac infidelium, Christianum liberent nomen, tollantque aut emendent vetus illud Calendarium, quod erroribus scatere scriptis suis ostenderunt: ipsi quoque Calendarii Gregoriani oppugnatores adsunt & exclamant, vetus Calendarium & Paschati legitime celebrando, & reliquis festis mobilibus insignem transpositionem

Aduersarios incommoda ex diuersitate Calendariorum experi-ri ac dolere: quominus tamē ea tollant, esse vana vanorum hominum consilia.

Neminem bonis rationibus suadere posse, vt diutius retineatur antiquum Calendarium.

Origanus in præfat.

tionem

sitionem attulisse, ut hoc tempore eius sectatores à præscripto Dei & quibusdam Canonibus primitivæ Ecclesiæ in nonnullis annis multum discedant: ita ut iure optimo pro obli-
natis in malo, ex propria sua confessione haberi possint, qui Calendarium vetus
retinendum mordicus contendunt, maxime cum illud iam à potioribus Chri-
stiani orbis partibus reiectum sit.

Ut ridicule in-
ter spem & me-
tum versentur
adversarii de
abrogatione
Calendarii Gre-
goriani.

Quod si quis imperitior aut impudentior suadeat Calendarium potius Gre-
gorianum, quam vetus siue Iulianum exilio mulctandum esse: mox obiicit sese
impossibilitas facti, quæ illos ipsos huius Consilii auctores ad desperationem
trahat. At si causam ab illis, cur hoc fieri non possit, postulaveris, quamvis eam
optime nouerint, fateri tamen nolunt: Nimirum, nullam prorsus esse rationem
cur Calendarium abrogetur Gregorianum, quod vere Ecclesiasticum, &
Ecclesiæ vsui accommodum, ipsa iam comprobauit experientia: Nullam peni-
tus esse causam cur noui sumptus fiant, ut alius instituitur Mathematicorum
conuentus; cur in dubium vocentur ea, quæ maturo consilio, vnanimiq; cōsen-
su constituta sunt: cur ob paucos, qui melioribus ac potioribus consiliis acqui-
escere detrectant, omnia inturbanda atque immutanda. Hæc atque his simi-
lia sunt, propter quæ suam deplorant spem, & quo se vertant nesciant miseri-
sti consultores, omnisque consilii expertes consiliarii. Sane Calvisius noster nunc
nimis videtur confidere, propter cupiditatem, nunc vero omnino desperare,
quasi propter ignauiam: modo vana spe nullaque fundata ratione suos erigere,
atque Rem non plane peractam esse docere conatur: modo omnino contrarium as-
serit: ut Gregorianum Calendarium abrogetur, inquit, ut arbitror, tota Europa despera-
uit. Item: Re enim iam peracta, nunquam Imperatores, Reges & Principes eo adduci poterunt,
ut vnanimiter id rescindere velint, quod antea simul approbarunt, nec Pontifex ipse, ob rem
que in ambiguo est, & cuius certitudo exacta haberi non poterit, Calendarium suum impro-
babit, aut novos sumptus ad aliud fabricandum decerneret.

Quam lepide
ipsi Calendarii
Gregoriani op-
pugnatores se-
cum ipsi pu-
gnant.

3. Sed lepidissimum est videre, ut homines isti tam animo suspensi, quam
consilii inopes, sibi ipsis libere contradicant, & sua suis manibus vineta cædant.
Sunt enim qui cognitionem certam anni tropici ad Calendarii correctionem
necessariam esse contendunt; at Calvisius, ut sibi & aliis repugnet, variare sen-
tentiæ non dubitat. Origanus putat ad correctionem Calendarii iam demum rectius Ponti-
ficis eiusq; Mathematicos sese accincturos fuisse, quando prius motus luminariū nouis, & qui-
dem accuratissimis observationibus factæque earundem cum superiorum temporum collatio-
ne sufficienter emendassent & correxissent. Contra vero Calvisio visum est, hoc neque
necessarium, neque possibile esse; atque adeo existimat observationibus supe-
riorum temporum, quæ ad nos peruenerunt sibi non constare: sed paucissimas annorum in-
teruallo aliquot horis, in maiore autem die integro etiam inter se discrepare. Atque hoc est,
quod idem postea in æquinoctia & solem liberalissimus extiterit, in lunam vero
& lunationes auarissimus: æquinoctia enim vix per dies integros numerat, at
lunæ debita vel ad minimum teruntium, vel ad vltimum vsque minutum quæ
rigorosissime exigit, cum tamen in re Calendarii vtriusq; luminaris par ratio sit,
aut certe solis potius quam lunæ maior: annus enim ciuilis siue Ecclesiasticus,
solis est motus, non lunæ, nec potest hic in minutis esse certus, nisi prior ille mo-
mentis suis, in primisque æquinoctiorum præcognitione non dubia, qualē Cal-
uisius Astronomus scrupulosissimus procurare debebat, sed accuratissima, qua-
lem Origanus daturus est nunquam, prius stabiliatur.

Ad ean-

Ad eandem hominum istorum sibi mutuo contradicentium inconstantiam referri quoque posse videtur, quod aliquando quidam vociferantur, Nihil prorsus esse in Calendario Gregoriano, quod non iure & merito culpari possit: imo quod idem Calendarium sentina ac colluuius omnium errorum recte dici possit. Postea vero cum noua introducunt Calendaria, eaque ad tollendas confusiones suadent recipienda, asseuerare non verentur, eadem cum Gregoriano in plerisque conuenire, esseque eiusmodi, quæ nunquam peccent; nunquam fallant; nunquam Pascha alieno tempore exhibeant. O miram in tanta Calendariorum concordia discordiam! Ita ne, tamque cito semel porrectæ dexteræ colliguntur in pugnos? esto vere sit dictum, in Calendario Gregoriano Nihil esse quod non iure & merito culpari possit; seu quod idem est, nihil esse in quo non peccet: verum quoque sit Calendarium Caluissianum peccare nunquam: verum denique (quis enim Caluissium arguere mendacii audeat?) Calendarium Caluissianum conuenire in plerisque cum Gregoriano: pleraque ista, etsi falsissima, nihilominus in gratiam Caluissi verissima sint. Quid inde? proculdubio nihil nisi verissimum: scilicet, ex his præmissis sequitur hæc consecutio: Ergo Calendarium Caluissianum quod nunquam peccat, imo ne peccare quidē potest, saltem peccare aliquando, quodque cum Gregoriano, quod semper peccat, conuenit in plerisque, saltem peccare in plerisque.

4. Hæc, ni fallor, sufficere possent ad persuadendum hos pseudocalendariorum artifices, & Gregoriani anni calumniatores andendos non esse: sed placet adhuc ex illis ipsis pauca quædam intelligere, quibus hoc ipsum efficacius demonstrarent. Vix enim Calendarium Gregorianum promulgatum atque usu receptum est, cum illius oppugnandi provinciam Michael Mæstlinus Mathematicus Tubingensis ad se spectare reputans, mirum quam acerbè & contumeliose, homo imprudens, & in ipsum Calendarium, eiusque auctores, & in collaudatores eius siue defensores inuectus sit. Examen edidit, quo auctor, ut ipsius utar verbis, *vniversos Mathematicos, qui vel primum consecere nouum illud Calendarium vel defendere hactenus, audacter prouocat, ut nisi Impostores, & publicæ pacis in Sancto Romano Imperio turbatores haberi velint, ad hoc Examen respondeant. Aut si respondere nequeant, ut se nimis temerario applausu, & præcoci consilio hoc Calendarium collaudasse, & passim ad recipiendum persuasisse, ingenue pro communis Patriæ salute agnoscat.* Sed resp. ndit, atque ita respondit Clauius, ut non solum hominis confidentissimi egregie temerariam fregerit audaciam, sed & æternum illi silentium imposuerit, quo, si se suo illo Examine Impostorem & publicæ pacis in Sancto Romano Imperio turbatorem egisse professus non est, saltem prudenti vsus consilio, contra veritatem agnitam remere pugnandum non esse, alios docere voluit. Nonne & ipse eodem modo quo noster Caluissius suo illo Examine, ex ipsis fontibus demonstrasse se gloriatus est, quod nouum Calendarium omnibus suis partibus, quibus quā rectissime reformatum vel est, vel esse putatur, multis modis mendosum, & in ipsis fundamentis vitiosum sit? Et tamen ipsi aduersarii libere falsi sunt, Mæstlinum à Clauio iuste reprehensum, & solide confutatū esse. Certe Iosephus Scaliger, Calendarii Gregoriani & ipse acerrimus hostis, id vltro fatetur, quamuis rem vnā solum excipiat, nimirum Clauium non recte reprehendisse, quartamdecimam lunam esse plenilunium, cum tamen postea ipse Scaliger falsus sit, terminum Paschalem (qui idem est quod quartadecima luna) esse quartamdecimam lunam

Mæstlini rationes quibus Calendarium Greg. damnauit, à Iosepho Scaligero condemnatas esse.

Mensis Paschalis Christiani seculo Constantini Magni, hoc est, diem ante plenilunium proximum, ut infra libro secundo capit. secundo Num. 4. videbimus. Quare, inquit Scaliger, in Elencho siue castigatione anni Gregoriani, ut in aliis (Clavius) Mæstlinum iure reprehenderit, in eo iniuriam illi facit, cum ei irascitur, quia quartadecimam Christianorum plenilunium esse putauit. Itaque saltem in omnibus aliis Mæstlinius iure reprehensus est, & ideo ab Ecclesia aut Pontifice minime audiendus fuit.

Scaligerum nouum Calendar. condidisse, idque summis laudibus extulisse, atque recipiendum suasse.

5. Quid igitur faciendum? quodnam, ut turbæ omnes sedarentur, & sua pax Ecclesiæ redderetur, aliud suscipiendum erat Calendarium? Cito in lucem prodit alterum, quod ipse Iosèphus Scaliger, insignis ille nouæ, tam Geometriæ, quam Astronomiæ procreator, priuata sua in officina nouum nouo malleo procuderat, satis ab eo diuersum, quod iam pridem præstantissimorum Mathematicorum consilio atque opera concinnatum, & à Gregorio Decimotertio summo Pontifice promulgatum, iamque ab Imperatoribus, Regibus, Principibus, præcipuisque Vniuersitatibus fuerat approbatum, quæ tamen omnia apud Scaligerum tanti momenti non erant, ut propterea nouam suam Calendarii formam ei præferendam non putaret: talis enim erat, quæ si proposita fuisset, vel ipso authoris sui iudicio, mox ab omnibus recepta fuisset; sic enim in fine Elenchi habet: *Quod si emendata proponatur, nihil cause est, cur non ab omnibus recipiatur, cum Iuliana, quæ adhuc in multis Europa partibus hæsit, vitio non careat, hæc autem, quam proponimus, elegantissima, emendatissima, tutissima, parabilissima sit. Ergo non prout voluerat Mæstlinus Calendarium adornandum fuisset, neque Gregorianum retinendum, aut Iulianum suam in sedem pristinam restituendum; sed solum Scaligeriana hæc forma fuisset approbanda. At quam diu hæc tertia mundo imposuisset? Sane perexiguo tempore.*

Vietam conde-
mnato Calend.
Scaligeræo fusi
introducere co-
natum esse.

6. Nam non multo post alius surrexit, præclarissimus quidem magnique nominis Mathematicus, sed consuetudinis Ecclesiæ non æque gnarus Franciscus Vietæ Gallus, Scaligero, si sinceriorem Geometriam spectes, nequaquam comparandus, qui non solum Calendarium Gregorianum, sed multo magis Scaligerianum nouo edicto exulare iussit, & aliud in vtriusque locum substituit, quod vere Gregorianum, & perpetuo Epitheto perpetuum appellauit, non absque reliquorum magnifica reprehensione. Neque vero sequar, ait propositione decima, eorum vestigia, qui iam ante me eam curam suscepisse videri volunt. Infelicibus enim censoribus infeliciores Chirurgo se prodiderunt, non censenda censuerunt, non probanda probauerunt. Itaque quæ à nobis adnotata sunt de Calendarii vulgaris (Gregorianum sic vocat) ἀρχαία, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, καὶ ψευδοπληροφωρεῖα, eadem omnino eandem aduersus noua, quæ tanquam castigata proposuerunt, Calendaria vim obtinent, imo etiam maiorem. Sed egregie Clavius in explicatione Calendarii docuit, nec castigatum illud Scaligeri, nec Pseudogregorianum Vietæ, Calendarium tale esse, quod nostro Gregoriano merito præferendum sit. Si Pontifex etiam hunc audire voluisset, post oblitteratam formam Scaligerianam, de quarta mutatione cogitandum, & Calendarium Vietæum introducendum fuisset. Atque ita magnus Geometra aliquantulum quieuisset, non tamen hæc eius tranquillitas æmulorum suorum iam dudum in se concitatos animos compe-
scuisset.

f. Iose-

7. Iosephus Scaliger admonitionis reprehensionisque prorsus impatiens, Scaligerū oblitterato Vietæ & proprio Calendario, aliud nouū cōstruxit se, atq; pro primigenia Calendariorū forma venditasse, iterum copias ducturus in hostem, triplex contra Calendarium Gregorianum & Vietæ, & suum, sat bene magno Calendariorum numero se suaque castra muniuit, vt vno alterove perempto, aliud atque aliud in stationem succederet, nihil non à Scaligero præstitum est, quod ex officio Athletæ strenui, atque in re militari exercitati præstare solent, imo gloriosissimi, tanta enim contulit tamque eximia in Astronomiam politicam beneficia, vt se ipsum admirari satis, & præ se alios despicere, sufficienter nō potuerit: Vietam tantum non *Scababais*, *Simiolis*, καὶ ἄλλοις prophetis, abortiuis characterum conscribellatoribus, qui, quæ nunquam legerunt, quorum ne odor quidem eorum naribus acciderat, trihorio, primo statim oculorum coniectu, non solum ea se assequi putant, sed etiam se eorum auctores profiteantur, comparat, reliqua omnia facit; & quem Simiolum nominare dubitauit, Simium appellare non dubitat. Hoc apud ipsum firmissimum axioma est, hoc certissimum, quod ab aliis in Calendarii negotio recte dictum, actumque est, hoc omne à solo Scaligero profectum esse, hoc Vietam, hoc alios à Scaligero didicisse, reliqua ignorasse. Μετεωρολογίας autem καὶ ἀστρονομίας, inquit Scaliger, rationem nullam eum (Clauium) habere, excusauerit earum rerum ignoratio, quas ante nos nemo aduerterat, quanquam Simius quidam Mathematicus nihil quam ἀστρονομίαν, καὶ μετεωρολογίαν crepans vnde didicerit, serio dissimulat. Mathematicorum enim est nihil nescire, quia omnia scire profitentur. Quod si conuertere licet, nemo profecto Mathematicus Scaligero maior, sed mirum non est eum Mathematicis adeo irasci, qui à Mathematicis ob crassissimos, quos in Geometriam commisit errores, tam egregie, quam iuste sæpius vapulauit. Sed iterum excandescentem gloriantemque audiamus: Non ita Simius quidam, qui & Tetracoseterida per centurias, & centurias per cyclos diuidi nobis indicibus didicerat. Sed satis habuit dissimulare, vnde didicerat: qui harum rerum peritia non maiore fuit quam Clauius, &c. Miror, quod non etiam quadrare circulum, regularia circulo polygonia inscribere, Mesolabia fabricare, Mathematicorum quispiam à Scaligero hætenus didicerit, præsertim cum de hisce Libro etiam minio depicto acurissime, vt solet, disputaauerit, & quod nemo priscorum, nemoque recentiorum potuit, ipse tandem post tot sæcula in conspectum ac lucem dedit, profundissima enim harum rerum Mathematicarum scientia, vel ipso teste, tarde quidem eruta est, sed altissime condita erat, soli Caluissio, qui solus Scaligerianorum laborum præmium est, inuidere possemus, quo is hominis tam irati, tam facile iras, tam caute verborum verbera euaserit: & quidem euasit solus, quia solus vt euaderet verbis planissimis suo in Elencho professus est: didici hanc rem ex libris magni illius IOSEPHI SCALIGERI; quamuis statim sui sui que præceptoris optimi oblitus, in pluribus à præscriptis eius discesserit, vnde etiam ipsi non amplius honorificum discipulorum præmium, sed digna desertorum poena expectanda fuerit, nisi mors castigatorium Scaligeri calamum tempestiuus obtudisset. Caterum ita de Vietæ, atque aliis Scaliger.

De Calendario vero Gregoriano, ac præcipue de eius defensore Clauio, cum ad obiecta atque doctissimam castigationem, qua Elenchum illius castigauit, respondere nequiuisset, innumera conuitia, atque meras criminationes, Canonibus Isagogicis hinc inde inseruit. Ad quæ iam pridem ab

ipso Clauio responsum est. De se vero atque de suo ante edito Calendario quid? De illa videlicet *elegantissima, emendatissima, tutissima, parabilissima* noui Calendarii forma nihil aliud sane, quam eam nequaquam elegantissimam, emendatissimam, tutissimam, parabilissimam esse; eo, quod aliam superinduxerit, in qua *litera duplex Dominicalis non prius interuenit, quam rationes ipsius Tetracosieridos postulant, hoc est, nunc quarto, nunc quinto anno exacto*; & de hac rotunde affirmat, nullam prorsus aliam esse emendandi Calendarii rationem. Nulla enim ratio alia, inquit, *emendationis Fastorum iniri potest prater eam, quam docemus, tam in cyclo solis, quam in lunari & epactis*. Itaque si Pontifex Scaligerum iterum iterumque redeuntem ad consultationem de Calendario mutando admittendum existimasset, iam saltem quintum abrogandum, quartumque promulgandum fuisset. Et ne sic quidem inquietis mentibus, quantum satis est, concordiaque prouidisset.

Georg Germā-
ni vane glorio-
sum Calendar

8. En inter ceteros Calendariorum opifices numerari tandem voluit Georgius Germannus, qui, quemadmodum is, qui ex Diana templi incendio, vt cum Clauio loquar, *famosam, & sacrilego scelere nobilitatam famam captare voluit, ita & ipse vel ex ipsa Calendarii oppugnatione ingloriam emendicare gloriam, & illaudatam ambire laudem, non dispari euentu ac felicitate conatus est, quod satis docuit Clauius in suo responso*. Is certe *Calendarium, quod omni prorsus labe careat, quod Mæstlino Clauius faciendum proposuit, diuino suffragante numine & Musis fauentibus, feliciter ad vmbilicum perduxisse se gloriatus est, ac se vnicum perfecisse, id, quod celebres illi Mathematici, quos magnis premiis ex primariis Christiani orbis nationibus Romam conuocatos Gregorius Decimustertius Pontifex ad correctionem illam adhibuerat, prestare non potuerunt, & Calendarium omnibus constans numeris construxisse, scripto illo publice iactauit, quod Calendarii Gregoriani Commentator simul & oppugnator David Origanus post diligens examen & luce & laude dignum iudicasse videtur, cum eius editio non nisi hac conditione ab eo petita fuerit: in cuius rei testimonium epistolum auctoris, quo hoc ipsum ab Origano petebatur loco apto inseruit*. Ergo vt etiam huic satisfaceret illa *prestans forma anni, quam paulo ante Scaliger introduxerat, in qua, ipso teste, iucundissima omnia, vsus perspicuus, fructus parabilis, voluptas inexhausta* solum vertere, & Calendario Germannico loco cedere coacta fuisset: atque Pontifici Maximo sexta Calendarii mutatio instituenta. At nec dum Calendariorum finis.

Solum Caluifi-
um, si illi credi-
mus, perfectū
Calendarium
fabricasse.

Nondū enim aduenerat tempus illud diu desideratum, quo huic mūdo sese manifestaret ille, qui orbem Christianum errore liberaret, quem ve idem David Origanus digito monstraret, *ornatissimum & doctissimum virum Dominum SETHVM CALVISIVM*, qui non modo magistri sui emendationis Fastorum rationem inire noluit, sed, vt libro quarto cap. 8. aperiemus, eandem suo calculo censuit ablitterandam: imo nullum omnino ante se attulisse quicquam, luculentissimis verbis affirmat, quod ad eum scopum, quo tendimus, collimet, videlicet vt turba & confusiones in Imperio Romano, quas *Calendaria & dierum & festorum prescriptione diuersa & discrepantia Iulianum & Gregorianum gignant, tollantur*. Quare aliorū Calendaria speciali quodam capite examinat ac reicit, & se solum esse existimat, vt cap. precedenti audiuius, qui hanc rem ad asciam edolauerit, & fundamentis ipsis eruerit, demonstrationibus solidis illustrauerit, explicauerit, ita vt iam nemo præter solum Caluissum audiendus videatur.

Verum

Verum re bene considerata dubium oritur nequaquam dissimulandum, an si Summus Pontifex antiquaro Calendario Gregoriano, Caluissianum obseruandum ediceret, illud Pontificum aduersarii suscepturi essent, nobis que tandem ab istis Calendariopæis quietis esse liceret? Hoc certum mihi videtur innumeros mox affuturos, qui & Caluissianam formam infinitorum criminum damnarent, atque ad vsum Ecclesiæ incommodissimum proclamarent: & alias in medium producerent, quas stylo ab aliis hætenus vsurpato, elegantissimas iactarent, emendatissimas, tutissimas, parabilissimas, quæ omni prorsus labe careant, quæque nec peccent, nec peccare possint: atque adeo nec dum finis controueriarum esset. Deinde non eodem modo, quo ante, exclamaturi essent verbi præcones Calendarium hoc, etsi Caluissianum, suscipi tamen non posse, eo quod à Pontifice Maximo approbatum atque promulgatum esset. Præuideo quidem Caluissium à magna gloria inuitatum, eiusdemque stimulis incitatum ad promouendum Pseudocalendariū suum, & nomen suum ad posteros transmittendum, liberius responsurum illos alios, quod nugæ dumtaxat afferant, pacemque nugis suis perturbent, nequaquam audiendos esse; se vero quod Reipublicæ consulat commoditati, totis etiam vt dicitur vlnis amplectendum atque excipendum esse. At nos qui Caluissii consilia ex scriptis eius expiscati sumus, & plane penetrauius, hoc potius responsū damus, Caluissium nullo modo audiendum esse, vel saltem rem eo vsque differendam, quæ vsque secula illa nunquam futura adueniant, ad quæ ipse excurrere non dubitauit, vt Calendarium Gregorianum innocentissimum purissimumque, calumniis suis fœdissimis commacularet. Si larua homini detrahatur, facile apparebit eum alium esse quam se esse simulat, non eum videlicet qui pacem suadeat; sed qui antiqua iurgia foueat, & nouarum discordiarum semina spargat: qui Calendario Gregoriano vere Ecclesiastico, cuius natura in cyclis consistit & in calculo vulgari, tabulas substituat pleniluniorum Astronomicas: qui multa licet fingat & plurima conetur, nihil tamen adferat, ob quod idem Calendarium, iam multis in regnis introductum & approbatum, vituperari multoque minus abrogari vel debeat vel possit: qui nihil denique omnino obtendat rationi consentaneū, ob quod à reliquis Christiani orbis incolis non recipiatur. Nam si ex præteritis aliquid conicere in futurum de rebus similibus licet, dubitari non potest semper futuros fuisse qui in Calendarium insurgerent, quodcunque & qualecunque etiam sanctissimum, quale Caluissius exiltimat esse suum, à Pontifice promulgatum esset; imo si Gregorianum Caluissiano simile fuisset, omnes omnium querelas atque lamenta ne illud quidem totum, quod sub luna inane est, excipere potuisset. Concilia ipsa, Patres ipsi, ipsiq; Pontifices se se Pontificibus opposuissent: Denique Mæstlini, Scaligeri, Germani, cumque Caluissii Origani, quorum munus est constitutionibus quibuscunq; ferè summorum Pontificum contradicere, nunquam officio suo defuissent.

Nequaquam rē fore quietas etiam si calendarium Caluissianum recipere-tur.

CAPVT SEPTIMVM

Nihil magis facere ad vniōnem ac concordiam omnium ordinum, in ratione temporum, quam consensionem in vnum idemque Calendarium, idque Gregorianum.

Inconsulratum
Caluissii de ca-
lendarii muta-
tione consilium

SVperest vt hoc postremo huius Libri capite diligentius enucleemus, illud Caluissii seu remedium, seu consilium quod turbis ac confusionibus tollendis vnicum superesse arbitratur, ideoque prorsus necessarium videlicet vt Calendarium eiusmodi excogitetur, quod quam proximè ad Gregorianum accedat, & tamen diuersum sit, & deinde, quod melius & expeditius sit, & nunquam vel contra methodi leges vel contra Canones Ecclesia peccet, & tertio quod à Gregoriano non dissentiat, nisi quando Gregoriani contra Canones Pascha peragunt, quod si fiet, Gregoriani defectus sui Calendarii magis agnoscent, & quotannis fere à nostris, qui ephemerides præscribunt de iis admonebuntur, & fortassis demum ad nos plane accedent & nostrum sequentur. Dignum prorsus Setho Caluissio consilium, dignissimumque quod primo quouis tempore executioni mandetur, si nostro hoc seculo secula aurea videre velimus: Verum ego si non penitus cæcutio non nisi ferrea prævideo. Video Caluissium si nihil minus quàm pacè procurare voluisset, consilium nullum nouis perturbationibus excitandis accommodatius dare potuisse. Neque tamen negarim inter tot verba quædam esse, quæ pacis aliquid primo intuitu expetere videantur, præsertim illa quæ statim in principio ponuntur, dum nimium iis quorum interest communi concordie providere consulitur, vt eiusmodi Calendarium excogitetur quod quam proximè ad Gregorianum accedat. sed meo iudicio melius sic; quod quam maxime ad Gregorianum accedat: vel sic omnium optime; quod idem cum Gregoriano existat. Ita enim quod attinet ad finem qui hic prætenditur, non aliquid pacis aut quod paci proximum sit constitueretur; sed pax ipsa Christianæ Reipublicæ plenissima, quam hætenus perturbauit Calendariorum varietas, restitueretur. Sed quia mutare textum non licet, maneat sane illud quod positum est, quam proximè vt si fieri non potest quin duo sint Calendaria, saltem eiusmodi sint, quæ sibi porrexisse dexterarum videantur; quamuis adhuc oculis toruis se mutuo aspiciant; Minus enim mali est aliquid pacis esse, quam nihil: nisi fortassis illud aliquid pacis huiusmodi sit, quod paci plenissimè penitus aduersetur: sic enim bellum anteponi paci posset, & hostis apertus amico illi præferri, qui simulatione sua vna cum armis etiam edia deponere non sinat. Interea dum adhuc vetus Calendarium apud quosdam spirat, semper sperare licet fore aliquando, vt prorsus expiret, illoque malo quod intus serpendo incrudescit, magis magisque indies tandem in se ipso contabescat: At illud quod Gregoriano quidè simillimum, vere autè Gregorianum nō esset, ipsammet pacis etiam memoriam facile aboleuerit.

Diuerſitatem
calendariorum
aucturā potius,
quam imminu-
turam esse dis-
cordias, ex ipsis
ostenditur Cal-
uissii calendaris

2. Ergo non suspicari non possum Caluissiano isti consilio latentis aliquid subesse veneni, id quod etiam suis ipse rebus non satis bene consulens incautus prodit, dum verbis illis, eiusmodi excogitetur Calendarium quod quam proximè ad Gregorianum accedat, addit, & tamen diuersum sit. Hoc est, vt clarius dicatur quod res est, quod inire fœdera nesciat, quod veteres inimicitias non sopiat, nouas excitet,

citet, atque alias post alias opinionum sententiarumque diuersitates apportet: vt vt ipse machinationibus suis *Scopum* alium simulatè præfigat, scilicet vt *turba & confusiones in Imperio Romano quas Calendaria & dierum & festorum præscriptione diuersa & discrepantia, Iulianum & Gregorianum gignunt, tollantur*: id quod tunc demum rectè fiet quando vno superstite Gregoriano, quod iam legitime introductum est vna cum Iuliano & reliquis iam pridem proscriptis etiam Caluissiana Pseudocalendaria vltra Garamantes & Indos amandabuntur. Quæ cum duo sint, & hæc illa ipsa quæ Caluissius excogitauit, quæue à protestantibus loco Gregoriani offerenda putauit, de vtroque nunc quæstio habenda esset, considerandumq; num *Scopum* propositum attingant, sed satis erit alterum examinasse, quod Gregoriano similis est; eo enim excluso, reliquum quod apertas inimicitias celare non potest, ne quid durius experiatur, ne comparebit quidem. Ergo ad PseudoGregorianū, neq; enim habeo quo ipsum nomine aptius appellem, cōuertamus. Hoc si habitū tantū exteriorē attendas, & festa quædā cōtempleris certis dieb. aff. xalitterasq; Do minicales singulis dieb. ascribēdas, Gregorianum fortassis putabis, nō Caluissianū; tandē enim volēs nolens Tetracosieterdū ordinē Lillianamq; eximendorum dierū methodum admittere coactus est, vt aliquam saltem amicitiam cum Pontificiis vir Pontificiis infensissimus iniret. Verum hæc ei veste quā à Lilio mutuo accepit detracta, nihil omnino in pseudocalendario inuenies quod omni ex parte cum Gregoriano conueniat, Festorum mobilium computus prorsus alius est, & quamuis festa immobilia Gregoriana eaque cyclica, cum Caluissianis non tam popularibus, quam Astronomicis, idcirco frequentius consentiant, quod ad motus medios, quos rigorosissime ab Ecclesia custodiendos esse Caluissius falso, & sine ratione contendit, quam proximè accedant, aliquoties tamen cyclorum natura ita postulante contingat, est necesse vt in diuersa abeant, pacemque saltem verbis à Caluissio tantopere desideratam, interrumpant; atque ita interrumpant, vt quatuor vel etiam quinque hebdomadarum hiatus, dissimulare discordias nullo modo queat. Deinde terminorum paschaliū differentia, quasi perpetua foret; in lunationum numero, ordine, & quantitate quotidiana contentio; in ætate lunæ quæ singulis diebus pronunciantur in Martyrologio, maxima dissonantia; disputatio de præstantia cycli solaris illius & nostri sæpius renouaretur; Cyclus lunæ & longa illa pulcherrimaque epactarum series, qua Gregorianum exornatum est, quæreretur semper in Calendario Caluissiano & nunquam inueniretur. Et præter hæc multa alia in eodem à Catholicis iure desiderarentur, quæ veræ paci officiant.

Sed hæc fortassis alicui minoris momenti videbuntur, quam vt eandem pacem impedire debeant: Illa vero grauiora sunt quam vt dissimulari possint, tum quod hoc ipsum Caluissianum Calendarium PseudoGregorianum Calendario alteri quod eidem Caluissio sanctissimum est, sæpius repugnet; ita vt se mutuo ipsamet erroris conuincant, condemnentque: tum maxime quod vtrumque falsissimis principiis nitantur, & Canonibus superstruantur, non quos Concilia sanctique Patres sanxere, sed quos ipse corrumpere atque pervertere non dubitauit, vt aliis sibi imponeret, & falsos aliquos errores pro veris Calendario nostro vere Ecclesiastico obiecisse videretur. Quod si illud alterum Gregoriano & Ecclesiastico vere in omnibus contrarium admitteretur, multo adhuc maior sequeretur & manifestior oriretur discrepantia, cum & numera-

sione

Caluissius pro
simplici calen-
dario introdu-
cit triplex.

tione dierum, & non solum in mobilibus, sed etiam in festis immobilibus saepe saepius ab inuicem esset discedendum. Denique siue hæc siue illa Calendarii forma contra morem Ecclesiæ admitteretur, retinendum ipsis præterea esset vetus Iulianum Calendarium *vt teste Caluissio ex eo ad hanc anni tropici formam descenderetur* quod nequaquam in Calendario Gregoriano, vt ipse falso asserit, necesse est, atque adeo pro vno Calendario triplex in Imperium introduceretur: quod vtrum sit, vt speciosè prætexitur, turbas sedare, Concordiamque inducere; an vero discordias excitare, iudicium aliorum esto. Quid cum iam in hoc vtroque fere conueniamus Calendarium vetus vitiosum esse, & nihilominus quotidie disceptetur: quid non futurum esset quando duo Calendaria discrepantia simul regnarent, quorum vtrumque iustum legitimum atque vere Ecclesiasticum affirmaretur suamque sententiam quælibet pars mordicus defenderet? Hoc nequaquam esset disceptationes obrundere, sed acuerè: Imo ad hoc ipsum suos inuitat Caluissius: Etenim cum in Calendario Gregoriano, & in quolibet vere Ecclesiastico Calendario, in quo præter dies solidos nihil in computum assumitur; epactæ horis ac horariis minutis semper non respondeant, hoc ipse errores vocat qui et si *Pascha non mutant præbunt tamen*, inquit, *occasionem hisce qui quot annis Calendaria & Ephemerides vsui politico præscribunt, vt frequentissime de hisce Calendarii Gregoriani erroribus admonitiones & diatribas suas instituunt.* Ergo vel ipso Caluissio teste frequentissime & quotannis fere disceptationes atque rixæ de Calendario instituuntur. Neque enim Calendarii Gregoriani defensores interim tacebunt aut hîscere non audebunt: sed neque illud quod additur *Vnde procul dubio futurum est, vt tandem qui Gregorianum sequuntur, tantorum errorum & admonitionum eos tadeat, & rationem venandi paschata per epactas abiciant, & nobiscum in paschate ad medium motum lune definiendo consentiant, vnquam verum erit, eo quod tandem aliquando à Gregorio XIII. Maximo atque Optimo Pontifice tale Calendarium obtinuerint, cuius illos nullo vnquam tempore pœnitebit.*

Conditiones à
Caluissio pro ca-
lendario requi-
sitas, ipsius calen-
darii nequa-
quam inesse, at-
que adeo mini-
me recipienda.

3. Addit deinde Caluissius Calendario illi, quod vna cum Gregoriano regnare posse putat, hanc aliâ conditionem, *quod melius & expeditius sit, & NVNQVAM, vel contra Methodi leges, vel contra Canones Ecclesiæ peccet*: ex qua conditione necessario sequitur, formam illam pseudocalendarii quæ propius accedit ad Gregorianum, nequaquam illam esse, quæ suadente illo à Protestantibus debeat approbari. Nam tetracosiieteridem multipliciter peccare *contra methodi leges* asserit ipse, eamque rationem esse *iniquam, monstrosam, inaequalem, informem* comminiscitur: Et nisi Anno 1664. vndecimus dies eximatur, siue quod idem est eo anno non intercaletur, quod in tetracosiieteride & Calendario Gregoriano adhuc per annos 36. differetur, ita vociferatur, *hoc toto temporis spatio æquinoctium aliquando non solum à vicesimo Martii discedet sed & penitus in diem decimamnonam Martii perueniet, atque ita à termino suo multo longius quam par est, abibit, & MVLTORVM ERRORVM causa esse poterit.* Ergo Formula Calendarii noui quam seorsim edidit Caluissius cum conditiones ab ipso requisitas minime habeat, & multorum errorum causa esse possit, vel ipso iudice nequaquam illud vnicum ac necessarium remedium esse potest, quod *confusiones & incommoda, quibus multa in Germania provincia afficiuntur tollat.*

Pro vnicò denique illo remedio calendarium Caluissius requirit tertio, quod à Gregoriano non dissentiat, nisi quando Gregoriani contra canones pascha peragunt. Vbi
Caluissius

Caluifius feiscitandus foret, atque ab eo intelligendum quis nam Canon habeat, si eodem anno duo paschata fiant, alterum in Martio, alterum vero in Aprili, vtrumque illico legitimum atque Canonibus consentiens esse. Nam ipse de vtroque pseudocalendario plenis buccis gloriatur, quod paschata semper ad Canones Ecclesiæ exhibeant; atque ita gloriatur, vt sui aliquando obliuiscatur, & in altero pascha præscribat celebrandum in Martio, in altero idem reiciat vsque in Aprilem, vt Lib. 4. Cap. 12. demonstrabimus. Quando ergo Calendarium Gregorianum in paschate cum altero conuenit, & consequenter ab altero discrepat, quod nam pascha tunc obliuiosus iste Canonista contra Canones esse dicet? Quomodo verum erit id q. de vtroque Calendario iactat quod à Gregoriano non dissentiat, nisi quando Gregoriani contra Canones pascha peragunt? Aut enim Gregoriani non agunt contra Canones; sed Caluifiani: aut duo paschata legitima eodem anno simul stabunt. En vt Caluifius orbem Christianum errore liberauerit!

Eximia pseudo-
calendariorum
Caluifii priuile-
gia.

4. Neutrum ergo ex propositis à Caluifio pseudocalendariis, vel ipso Caluifio iudice, quicquam ad rem facit, cum conditionibus ab ipso propositis vtrumque careat: illud enim quod tanti æstimat, quodque tanto molimine omnibus obirudere conatus est, quia in festis immobilibus cum Gregoriano semper conueniat, & tamen diuersum sit, ipsiusmet calculo damnatur, vt paulo ante in hoc examine vidimus: alterum vero quod ad periodos 128. annorum dies eximit, cum nimium à Gregoriano etiam in festis immobilibus abeat, aut vt moderatius cum Caluifio loquar, cum aliquomodo discrepet à Calendario Gregoriano, & ad tollendas confusiones, quæ ex diuersis Calendariis in Romano Imperio oriuntur, parum faciat, multo minus probari potest. Ergo vt disputationem hanc concludamus, cum omnes fere qui ante Caluifium fuerunt Calendariorum fabricatores alter alterius opus damnauerit, vt capite præcedenti ostensum est; & hi omnes simul à Caluifio, eo quod ipsi soli reseruatum sit Orbem Christianum errore liberare superentur; is vero in binis suis Calendariis se ipsum condemnat, vt iam ex conditionibus ab ipso pro vnico remedio propositis probauimus, alia profecto via, vel ipsis Calendarii oppugnantoribus suadentibus, ad tollendas confusiones ineunda erit.

5. Est autem hæc via adeo manifesta, vt ad eam clarius omnibus patefaciendam etiam ipsis obrectatoribus liceat vt i ductoribus; talis nimirum qui & æquis & iniquis commodum præbet ad tollendas confusiones & difficultates aditum: Quod vt in manifestum fiat opera vtamur Dauidis Origani, hominis alias sibi vt Lib. sequenti videbimus, parum constantis, aliquando tamen & ipsi veritas excidit, quare iuxta illud philosophorum dictum: veritatem à quocunque tandem profecta sit, amandam esse & complectendam, eam & nos in ipso quando reperitur amemus & amplectamur: is ergo in epistola ad Reges, & Romani Imperii Principes Elencho Caluifiano præfixa sic habet: Nam cum diuersitas Calendariorum apud Christianos, festis anniuersariis in Ecclesia receptis legitime celebrandis, & actionibus ac negotiis in Rebus publicis per totam Germaniam & vicina regna certo tempore peragendis, varias difficultates obiciat, quibus homines plebei grauiter offendantur, & peregrinantes, mercaturam exercentes, vicinique, dissentientibus Calendariis vtentes, valde turbantur; historiis denique in temporum circumstantia, quæ lucem singularem historie

In vnum idem-
que Christianis
esse conspiran-
dum calendarii
rationib. ac ver-
bis Origani o-
stenditur.

ascendit, officiat & aduersetur; vt etiam GENTES à Christiana religione aliena, non sine macula & ignominia quadam NOSTRA, id ipsum nobis obiciant; NEMO profecto est, qui si rem accuratiori lance secum pensitet, non animaduertat, Ecclesia & Respublica Christiana nihil honorificentius, nihil dignius, nihil conducibilius vtiliusque esse, quam si in anni numeratione & festorum, ad præscripta primitiue Ecclesie celebratione, aliisque ad politicas temporis obseruationes spectantibus vnanimiter consentiat: Hoc est, in vno eodemque Calendario conueniat. En viam ad omnes confusiones, incommoda, damna, ac scandala tollenda expeditissimam, ab aduersariis quidem ipsis demonstratam, sed nondum initam, non quod causam iustam vllam habeant, cuream ingredi nolint, sed quod voluntatem obstinatam perseuerandi in malo proposito, constantiam esse, vel contra propriam conscientiam, putent.

Caluissius & Origanus.

Mæstlinus.

6. Spem nullam esse Calendarium Gregorianum in hoc rerum statu abrogatum iri ipsimet, quibus id displicet, fatentur, & nos, qui de eius perfectione certi sumus, id ipsum plane asserimus. Deinde quis nesciat negotium hoc de quo disceptatur in scrupulis Astronomicis consistere, iisque incertis, ita vt nec Pontifex ipse ob rem quæ in ambiguo est, & cuius certitudo exacta haberi non poterit, Calendarium suum improbare, aut nouos sumptus ad aliud fabricandum decernere debeat: præsertim quod etiam omnes sani ac prudentes Mathematici vltro consiteantur, hasce subtilitates Astronomicas, in rei veritate nihil conducere ad annum politicum. Item quod Nec Patres concilii Niceni quicquam de his subtilitatibus monuerint. Denique etiam si aliqui defectus in Calendario Gregoriano essent, tamen se ex doctrina de libertate Christiana scire profitentur, hosce & alios rituum defectus patienter esse tolerandos, neque se indem plane teneri, aut conscientias iisdem esse obligandas.

Nihil esse quod receptionem calen. Gregoriani nō suadeat, nihil quod eam dissuadeat.

7. Cum igitur in præcedentibus clarissime demonstratum sit, nullam prorsus afferri causam cur Calendarium Gregorianum auersari Acatholici debeant: Nihil etiam hactenus quod magis ad rem faciat quam Calendarium Gregorianum allatum sit; & omnes vltro consiteantur in vnam esse conspirandum temporum rationem, quid amplius obesse poterit, quod eiusdem Calendarii Gregoriani receptionem iure dissuadeat, aut impediatur? Imo quid afferri poterit quod illam non suadeat, ac persuadeat? Eam suadent damna atque incommoda hactenus enumerata, quæ ex diuersitate Calendariorum oriuntur: quæque recepto Calendario Gregoriano euanescent. Eandem suadet, vitæ communis, ac Imperii conseruatio: cum enim omnes, vt cum Caluissio loquar, sint membra Imperii, ex quibus vnum corpus, Imperium scilicet Romanum constituitur, æquissimum est vt pauca reliqua membra capiti ac potioribus & pluribus membris se se conforment, & quod Imperatores, Reges & Principes simul approbarent, ipsi quoque qui reliqui sunt approbent, rationemque hanc Magni illius Constantinii laudent, qua fretus in se sumpserat reliquis persuadendi prouinciam, vt eandem omnes quam Patres Niceni proposuerant sequerentur Festorum rationem; quia nimirum potior Christiani orbis pars, eam iam approbasset, atque acceptasset. Hanc suadet præterea necessitas, quodcunque enim diuersum à Gregoriano Calendarium ab ipsis recipiatur, eo ipso quod diuersum sit, turbationibus nouis nouam subministrabit materiam. Hanc suadet ipsum Gregorianum Calendarium ad leges Ecclesiasticas ac politicas institutum, & ipsa iam experientia comprobatum. Hanc suadent superiorum temporum exempla

pla clarissima; non enim prius pax Ecclesiæ, quantum attinet ad temporum ac festorum rationem, reddita est, quam omnes in vnam eandemq; conspirassent Calendarii seu festorum formam. Hanc demum Calendarii Gregoriani receptionem suadet ipsa humana ratio, quæ quibus eam dissuadeat, nihil quod consistere possit inuenit.

8. Quæ cum ita sint compello iam vos, quotquot pacem, concordiam, veritatem amatis, omnes autem amare debetis, qui & homines & Christiani estis, siue pro Imperio aliis præsideatis, siue imperantibus pareatis, siue Rempubli-
cam tractetis, siue à publicis rebus remotam vitam agatis communi concordia priuata commoda post habenda sunt; dissensiones, rixæ, inimiciæ, paci publicæ condonentur; pertinacia, cauilli, ac dissentendi libido studio veritatis subiiciatur; prauæ affectiones, inuidiæ, odia, Philantiæ recedant. nec erit cur Calendarium Gregorianum vbique non placeat, non probetur, non recipiatur. tantummodo facessant obrectatores; vt strepant, vt murmurent, non audiantur; vt edant codices, & condant volumina, contemnantur; eorum argumentationes, captiunculae, conuitia, calumniæ, iactantiæ, mendacia negligantur: si non erunt quibus se venditent cessabunt tandem cælo bellum inferre, Ofores boni communis, inimici veritatis. Et si enim non defuerunt vnquam qui aliorum benefacta maledictis incesserent, quique mendaciis veritatem opprimere conarentur: semper tamen constantia iniurias superauit, & veritas fraudibus eminuit. Quod de Calendario reformato tandem aliquando futurum spes est. Vincet constantia pertinaciam, & æquitas causæ de iniquitate hominum triumphabit. Nam quæ ob Calendarii emendationem à maleuolis excitata, ac sæpius repetita est, contra Pontificem Gregorium XIII. contradictio, eadem olim contra Patres Concilii Niceni, imo & multo ante contra ipsum C. Iulium Cæsarem mota fuit, & sicut impugnata veritas tunc oblocutionibus restitit constantissime, ita nunc eadem calumniis, felicissimè repugnabit. Placet hoc ipsum concludere non propriis sed alterius cuiusdam verbis, sic tamen vt quod ille de C. Iulio Cæsare dictatore dicit, id de Summo Pontifice Gregorio XIII. de Imperatore Rudolpho II. cæterisque Regibus ac Principibus, quorum autoritate consensu & approbatione fuit correctum, promulgatum, atque receptum Calendarium nouum, nos dictum intelligamus; & quod ille obrectatoribus Cæsaris affingit, nos oblocutoribus Gregorii, & Gregoriani Calendarii accommodemus. Sic ergo Iosephus Scaliger insignis Calendarii Gregoriani insectator, Lib. 4. de emendat. temporum. *Hoc beneficium (emendationis Calendarii à Iulio Cæsare factæ) quamuis à posteritate audivissime arreptum est, tamen tantum abest, vt statim vulgo acceptum sit, vt etiam palam correctori anni obrectaretur.* Est enim genus hominum, quibus inuitis bene fit, & quos seruare idem est atque occidere: qui illo dicto aures bonorum verberant τὸ καλὸν εὖ κείμενον ὁ κακὸς τρέφει. Neque enim defuerunt, vti iam diximus, qui illud incomparabilis viri diuini factum reprehenderent. Inter quos M. Tullius Cicero (Scaliger, Origanus, Caluissius) homo potius virtutum Cæsaris (Calendarii Gregoriani) obrectator, quam vitiorum castigator, cum anno primo Iuliano quidam diceret, cras lyra orietur: ex edicto, inquit, orietur: tanquam coactus illam ordinationem non solum acciperet, sed audiret. Et paulo post: hoc etiam animaduvertere licet ex quadam Epistola Lib. X V I. Ita ne?

Breuis ad sincere-
iores pacis bo-
nique cōmunis
amatores adhor-
tatio.

Nonis Iuliis? quicquam ne turpius, quam Bruto, Nonis Iuliis? sed Cicero, Pompeius
Nonas veteris anni ineptissimi amasset, qui Iulias anni castigati auersatur. At nos frua-
mur tanto beneficio Caesaris, atque Pontificis, etiam inuitis omnibus
Pompeianis, Origanistis, Caluisianis: illos enim nihil quod
ad rem faciat attulisse iam iam sigillatim mani-
festum faciemus.



REFV-

53
REFVTATIONIS
ELENCHI CALVISIANI
LIBER SECVNDVS,

Quo

PRIOR PARS PRIMI LIBRI, QVAE
præcipue ea, quæ ad Solis motum spectant, in Ca-
lendario Gregoriano tractat, refutatur.

Cum

DIGRESSIONE DE ASTRONOMIA SCA-
ligeriana, eiusdemq; Diatriba de Aequinoctio-
rum anticipatione.

CAPVT PRIMVM.

Epistola Davidis Origani discutitur.



Ecce Sethus Caluilius, quod solent plerique scriptorum, ut in primo veluti aditu suorum operum à laudato quopiam viro laudationem, siue carmine siue epistola conscriptam affigant, qua sibi ab alieno splendore primum quasi lumen mutuuntur. nimirum aliunde accensa face præluceant lectori tantisper necesse est, quo ad ei proprio fulgore iam splendeant lucidi illi ipsi, non tantum illuminati. Ergo Elenchum suum ne plane obscurum emitteret Caluilius, qui ut in Chronologia aliquid conatus fuisset, certe inter Mathematicos auditus adhuc non fuerat. Dauidé Origanum Mathematicum Frâcofurti professorem amicum suū ex omnibus vnum idoneum existimauit, cuius ab epistola commendatitia primam suo libro commendationem compararet. Id vero vtrum imprudentius fecerit an infelicius, nō facile dixerim. Cum enim Origanus non multos ante annos Ephemerides suas editurus in vulgus, quo eas vanales vbique faceret, in eodem simul volumine ipsis commentarios suos in Gregorianum Calendarium adiunxisset; cuius obsecro prudentiæ fuit hoc à commentatore commendationem expectare eius Elenchi, in quo idem Calendariū tot ac tantis criminibus acculatur? Sed quanta cōstantia in Origano, si vnde auctoritatem suis cōmentationib. & Ephemeridib. expetierat, id in amici gratiā vno epistolio, aggredieretur improbare? Et tamen minime puduit siue Caluilius talia exposcere, siue Origanum concedere; adeo præcipientes ruunt hæretici, cum vel minima se præbet occasio, qua vel certo suo cum dedecore Papæ, ut optabat istorum antesignanus Lutherus, possint incommodare.

Caluili impu-
dētia & Origa-
ni inconstātia.

G 3

Quan-

Causa refuta-
tionis epistolæ
Origani.

Falsa Origani
assertio Princi-
pum ac Rerum
publ. cōsensum
in correctione
Calendarii ex-
ploratum non
esse.

Omniū Princi-
pum, saltem Ca-
tholicorū con-
sensum obten-
tum esse.

Quamquam igitur hæc liminaris epistola tanto præiudicio inconstantia au-
toris ipsius satis confutata videri potest; tamē ne quid omittam refellere, quod
Calendario Gregoriano apud imperitos vnquam officiat, tibi Origane, ante-
quam amico tuo copiosius satisfacio, breuiter respondebo; non enim libet ad
omnia, sicut neq; ad tuam Præfationem contra Christmannum, quæ vt nihil ad
nos, ita parum ad Caluisti Elenchum pertinet; qui si tibi interea dum tecū pau-
cis ago velit assistere, per me licet.

2. Et principio quidem cum aperte affirmas, Gregorium XIII. non explo-
rasse, multo minus impetrasse consensum omnium Principum Christianorum,
ne quid durius dicam, falsissime asseris, idque coram tot testibus, quot homines
sunt, qui vel tempore reformati Calendarii vixerunt, vel opuscula Clauii & a-
liorum pro ipso euulgata legerunt. Anno Domini 1577. hoc est, quinto ante
correctum Calendarium, missum fuit ab ipso Gregorio XIII. Pontifice Ma-
ximo ad Reges, Principesque Christianos, & celeberrimas quasque Academi-
as, *Compendium nonæ rationis restituendi Calendarium, vt adhibitis peritioribus Mathe-
maticis, illud aut sua sententia comprobarent, aut si quid deesse videretur, id omne absolue-
rent, atque perpolirent, simul vt si quis modus aptior alicubi repertus foret, eo communicato il-
lum potius ipse Pontifex sequeretur.* id enim his plane verbis asseritur initio huius
Compendii, ad cuius calcem, post adhortationem ad Mathematicos omnes, vt
in eam curam restituendi Calendarii vnanimi consensu incumbant, & re dili-
genter considerata, aut ea, quæ à Lilio proponuntur, probare, aut si quid illis re-
ctius nouerint, candide impertiri, & cum Pontifice communicare velint, hæc a-
lia expressa verba legantur: *Expectabantur itaque Principum, vestraque doctorum ho-
minum sententia, & quæ ratio maiori horum parti aptior, conuenientiorque visa fuerit, eam
quasi totius Christiani orbis consensum Summus ipse Pontifex probabit, atque sequeretur.* Hæc
tu legeras, & legi vulgo noras ab omnibus, & tamen cæcus ac surdus esse volui-
sti, adeo vt alloquens Principes ipsos Christianos, negaris consensum ipsorum
fuisse exploratum, exploratum autem nemo nec impetratum, potiorum saltem,
poteras negare, nisi frontem penitus perfricuisles. Nam Pontifex ipse in Bulla
Calendario suo præfixa; *Novam, inquit, hanc restituendi Calendarij rationem exiguo
volumine comprehensam ad Christianos Principes celebrioresque Vniuersitates, paucos ante
annos misimus, vt res, quæ omnium communis est, communi etiam omnium consilio perfee-
retur: illi cum, quæ maxime optabamus, concordēs respondissent, eorum nos omnium consen-
sione adducti, viros ad Calendarij emendationem adhibuimus, in alma vrbe harum rerum
peritissimos, quos longe ante ex primariis Christiani orbis nationibus delegeramus.* His con-
sonant ea, quæ refert Clauius in Explicat. Calendarii cap. 3. *Responsa, inquit, Impe-
ratoris, omnium Regum, Principum, Rerumque publicarum & præcipuarum Vniuersitatum
ad Summum Pontificem iam allata fuerant.*

Hæc cum ita sint manifesta, quid est aliud ipsis Principibus affirmare, con-
sensum ipsorum non fuisse à Pontifice exploratum, quam, non dico eorum ab-
uti humanitate, sed maiestatem contemnere, sapientiam irridere, prudentiæ il-
ludere? Maiora aude Origane, & dic te digniorem, cui credatur quam Pontifi-
cem: scilicet id obtinebis, vt vel vnus è tuis affeclis, qui non sit dementissimus,
opinetur Gregorium Pontificem in publicis edictis tanto se obstrinxisse men-
dacio, cuius ab vnoquoque palam argui potuisset. Vel iniurato credas licet, in-
famia quæ ex mandacio nascitur, maior est, & hominibus horribilior, quam vt tu
videaris

videaris æstimare, nam falsa falsis addere non dubitas, dum cum amara irritio-
ne pronuncias, Pontificem *sub indignatione Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum obtrudere* Principibus Calendarium præsumpsisse; cum tamen
ex ipsa Bulla, quæ integra & recens extat, manifestum sit, Pontificem non indi-
gnationem aut minas, sed obsecrationem potius, & perhumanam adhortatio-
nem interposuisse, vt à Principibus omnibus Calendarium, vt par erat, admit-
teretur.

Aliud Origani
commentum.

3. Addis deinde, & quam minuere debueras culpam magis aggrauas, vociferando, Calendarium non reformatum, sed deformatum esse, vt plus vulnorum quam
Scæua apud Cæsarem clypeus tela præferat, & pluribus sordibus obsolescat, quam si etatem in
Camerina Palude iacuisse. Cōiecerunt quidem hæretici plura tela in Gregorianum
Calendarium, vt vulnera imponerent: nec per eos stetit, quin confoderent, aut
discerperent; tanta cum rabie impetum in ipsum fecerunt. Sed stetit illud infra-
ctum, integrum, illæsum, sustinuit hostium impetus, imbelles eorum ictus retu-
dit, & quo vehementiores fuerunt eorum impressiones, eo illustrius constan-
tem eius doctrinam viresque manifestarunt: & hoc est, quod istis dolet, qui
quando mordere non possunt, latrare non desinunt. Nam quod ais ipsum esse
sordibus obsoletum: à qua die, obsecro, istas sordes contraxit? antequam enim
illud tuis, Origane, commentariis attingeres mundum erat ac purum, nec cre-
dimus abs te homine eleganterem sordidam fuisse puris manibus contrectatā,
nisi forte ideo sumpstisti in manus vt sordes detergeres: at qui factum est, vt qui
purgaturus accesseras, in totis tuis commentariis vel minimam eius labeculam
non solum non exterferis, sed ne leuiter quidem indicaueris? An potius cum o-
mnis omnino maculæ expers esset, tuis cōmentationibus fuit cōtaminatum?
Hæ profecto sunt illæ sordes, quæ Calendario nostro adhæserunt, hæc est illa fæ-
culenta palus, in qua ipsum iacuisse caussaris. Quocirca excute volumen tuum,
abscinde tuos istos commentarios, à tuis Ephemeridibus separa Calendarium
Gregorianum, & suo iam nitore restitutum.

Calendarium de-
formatum non
esse, vt Origa-
nus falso asserit
nisi fortassis id
ab ipso in Ephe-
meridibus fa-
ctum sit.

At possem, inquis, probare Calendarium Gregorianum esse deformatum, nisi
eius errores passim à doctissimis viris, omniumque maxime in hoc Elencho demonstrati es-
sent, omnibusque innotuissent. Et infra ais, eos pueris septuennibus notos esse, & toti mundo
patescitos, idemque sapius inculcas in Præfatione contra Christmannum. Nos ve-
ro in refutatione huius Elenchi recipimus demonstraturos, imo libro præcedē-
ti id iam ex parte demonstrauius, Calendario Gregoriano, vt Calendarium
Ecclesiasticum est, errores nullos inesse, nec ab vilo vnquam fuisse demonstra-
tos.

4. Præterea ais, grauiorib. de causis & iustiori zelo à Principibus Christianis humil-
lime contendere & precari Astronomos, Chronologos, & Historicos, &c. vt seposito & exar-
tato Calendario Gregoriano, alterutrum ex duobus nouis hoc Elencho propositis approbēt,
& in vsum publicum traducant? Tune vt hoc audeas nomine omnium? Quinam
quæso te, sunt isti omnes Astronomi, Chronologi, Historici? Origanus, inquis,
& Caluissius. Quid præter vos duos, non sunt alii Astronomi, Chronologi, Hi-
storici? Vosne soli Astronomiæ operam dedistis? Vos soli hanc scientiam didici-
stis? Quid? Si ne estis quidem Astronomi? tantum abest, vt eius scientiæ vim ac
pondus soli sustineatis. Nam quam diu hoc petitis, quod humiliter contenditis,
ac precamini, vt alterutrum è Caluissianis Calendariis approbetur, cum Calen-
darja

Falso affirmari
ab Origano, A-
stronomos,
Chronologos,
& Historicos
petere, vt abro-
gato Calenda-
rio Gregoriano
Caluissianū ap-
probetur.

daria non sint, non estis Astronomi, & quid ad Calendarium requiratur nescitis. At veri Astronomi neque hoc petunt, neque vobiscum sua studia communicarunt, multo vero minus id petunt Chronologi aut Historici, quibus cura est transacta tempora, aut res gestas posteritati commendare; non Calendaria noua condere, aut condita reformare. Quid ergo tibi in mentem venit tam temere pronunciare, vt affirmares omnes id petere, qui vix vnum fortassis es allocutus, & ipse sibi Caluissius ab æmulis timet, eosque refutare conatur? & nobis audes opponere, à Pontifice consensum omnium non fuisse exploratum, qui adeo audacter personam omnium sine vllius consensu suscepisti.

Origani in Pō-
nifices maleuo-
lencia.

5. Pergis deinde vltcrius, & post commendatam concordiam: quam vos soli profcinditis, vbi docuisti, quæ tuæ in hoc Elencho fuerint partes, vt nimirum post diligentissimum eius examen siue considerationem, illum vehemēter probares, & publici iuris faceres, consilium auctoris ita explicas, vt tuam erga Pontifices malevolentiam non obscure prodas, quos ais *studio opum mundanarum niti, & nescio quos saluatores & mediatores nobis monstrare, & meritum Christi eleuare.* Quam calumniam idcirco non refello, quia eam Principes, qui vere Christiani atque Catholici sunt, maxime execrantur: Illi vero Principes, quibus vos vestris fraudibus imponitis, talem esse facile intelligent, si ea, quæ aduersum vos passim scribuntur ab auctoribus Catholicis, solo studio indagandæ veritatis legere, aut audire voluerint.

Alia etiam quædam his similia, eo quod ad Calendarium non spectent, libens prætereo; quod autē Calendarium Iulianum, in regnis ac ditionibus suis in immoto vsu potius retinuerunt, quam vt ad instantiam Pontificis nouum admitterent, vide ne tuo etiam calculo condemnaueris in tua Præfatione, vbi seruantes illud Iulianum Calendarium asseris, à præscripto Dei & quibusdam canonibus primitiua Ecclesia in nonnullis annis multum discedere. Sed ego te epistolamve tuam amplius non moror Origane, ad Caluissium amicum tuum tibi que in oppugnando Calendario non dissimilem iam me conuerto.

CAPVT SECVNDVM.

Caluissiani Elenchi prima tria capita examinantur; terminumque Paschalem, ac plenilunium medium à primis eorundem terminorum institutoribus pro eodem, vt vult Caluissius, nequaquam acceptum esse.

Refutationis
Caluissiani Elenchi
modus.

CVM tuus Caluissi Elenchus verius τὸ ἐλεγχὸς σὺς, sit ἐυέλγχι & absque examine, ad examen tamen en vocandus videatur, quo tua in eo peruersa consilia, vel à te ipso dispiciantur, ita rem tecum geram, vt tua premens vestigia singula capita percurram, & in iis, quæ confutanda videbuntur, confutem; notanda, notem; & quæ minus ad rem faciunt, vel sunt extra omnem controuersiam, præteream: idque prisca ac vera germana fide faciam: quod si me interdum videris vehementius commoueri, aut verbis iocari tuis, quam alias deceret eam vitæ rationem, quam profiteor, id omne tibi potius quam mihi tribuendum putabis, id conabor, vt tuis te coloribus depingam, laruaque detra-

ita talem te qualis es, iis exhibeam, quibus hactenus fucis tuis imposuisse videbare.

Primum igitur Caput in quo tibi conuenit cum Clauio *de Calendario Iuliano*, quod diuturnitate temporis vitium fecerit, tacitus omitto, sicut & à te omitti poterat, quod à Clauio iam pridem fuerat demonstratum. Duo tamen sunt, quæ hic te amice monitum volo: Primum est, nō fuisse è re tua, aut hominis prudētis meminisse Pontificum Romanorum, quorum curæ in Republ. bene instituta commissum esset Calendarium, quod etiam Iulius Cæsar non vt Imperator, sed vt Pontifex Maximus reformauit, cum tu idem, vt libro 1. cap. 1. & 2. vidimus, vt temere, ita falso asseras in Ecclesia & Republica Christiana munus esse Imperatoris, non summi sacrorum Antistitis, corrigere sacrum & Ecclesiasticum Calendarium. Alterum est facere te etiam minus prudenter, cum Iulium Cæsarem encomio & tuo & Scaligeriano commendas, tum quia id facis eo in capite, in quo illud ipsum Calendarium, quod ipse Cæsar instituit, vt vitiosum condénas, tum, quia quicquid Cæsari conuenit veræ laudis, id totum & multo plus Pontifici debetur Gregorio Decimotertio, qui Calendarium longe melius & ad multa plura secula quam Cæsar restituit, & quem tu adeo persequeris. Verum imprudens ego sum, qui prudentiam in Caluissio requiro, maiora, & multo plura sunt in hoc homine errata, quam vt hæc leuia conspectari oporteat; cum præsertim paratam habeat excusationem, sibi curæ minime esse quid apte ad rem vel contra rem dicat, dummodo contra Calendarium Gregorianum, Romanum Pontificem, & contra Catholicos dicat.

De primo capite Elenchi.

Plus laudis deberi Pontifici Gregorio XIII. de correcto Calendario, quam Iulio Cæsari.

2. Secundum item caput onitti debuit, cum non nisi ostentationem contineat doctrinæ de trigonis igneo, terreo, aëreo, & aqueo, ineptamque *De emendatione Calendarii Iuliani tempore trigoni ignei facta* disputationem, quæ nihil omnino pertinet ad Gregoriani Calendarii reprehensionem; minus vero confert ad Caluissianum Pseudocalendarium, quod author cuperet intrudendum. Verum hoc est solemne omnibus inanis gloriæ sectatoribus, vt scientiam ostendent loco alieno, quam tradere nesciunt suo. Ne tamen Caluissiani iudicii censuram in hoc etiam capite omnino prætereamus: aduertat Lector de sententia Caluissii, tunc primum institutum fuisse Calendarium cum dictum fuit: *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, &c.* biduo nimirum antequam crearetur Adamus, qui scilicet cum non adhuc esset, hoc quod præcipiebatur, audiuit. Ex hoc enim præcepto, inquit Caluissius, anni aliquam formam instituit, & tempora ita deducere ac numerare cepit, quam postea temporis ratione, vna cum artibus inuentis Sethus eius filius, teste Iosepho, duabus columnis inscripsit, & ad posterum propagauit. Et hoc fortassis est quod etiam Caluissius noster Calendariorum sit Architectus, nam idem ipse Caluissius & Sethus est: Et sane si hæc Talmudistarum quispiam auditu perciperet, fortassis subdubitaret in hunc Sethum Abelis animam remigrasse, quam impie credunt in Sethum Adami filium primo, tum ex Setho in Moysen commigrasse. Nam & noster Sethus veluti alter Moyses scientiarum, vt ipsi videtur, plenus est. Verum non est Caluissi, quod hoc de nomine gloriaris. Nam esto aliqua ex hoc præcepto colligi possit Calendarii ratio, tu vero tuam nulla ratione inde collegisti, qui in eam intrudis horas, horarumq; fragmenta; illa autem proponat non nisi dies, & annos, quæ quia illic non inuenisti, etiam dies omisisti. Qua enim alia de causa, quæso, scripturam mutilas? illa

De secundo capite Elenchi.

Varidica Caluissii de primo Calendario sententia.

Mutilatio scripturæ.

H

habet

habet, & sint in signa & tempora, & dies, & annos: tua vero, & sint in signa & tempora, & annos: sed non est mirum, ita enim soletis sacras tractare scripturas.

Reliqua vero, quæ hoc capite addis, siue vera siue falsa sint, minus etiam ad rem præsentem faciunt, quam superiora. Illud autem, quod de Carolo Magno asseris, memineris id explicari contra quam cuperes: ut enim Carolus Magnus, sic eum consequentes Imperatores Romani, imperium à Pontifice Romano se se accepisse, inficias non eunt.

Detertio Elenchi capite.

Caluisti de fine mundi prædictio.

3. De causis mutati Calendarii tertium instituis caput, quasi vero easdem primo non retuleris: ex ipse enim quæ sunt errorum causæ, etiam sunt emendationis siue mutationis. Illæ videlicet, quæ tam æquinoctium, quam quartamdecimam lunam de suis turbarunt sedibus: nisi hoc interesse velis, quod ibi ne æquinoctium aliquando in Februarium, atque alios hybernos menses transferatur, limite præscripseris incertum, si seculorum ratio hoc ferret, hic vero ex inspectione trigoni ignei factus audacior, vatem agere præsumpseris, deque die, etiam ipsis ignoto Angelis, sine omni cunctatione enunciaueris, affore videlicet longe ante annos mille & quadringentos. An vero, inquis, propter hanc æquinoctii anticipationem, nostro tempore dies decem, ex Calendario eiiciendi sint, & æquinoctium in vicesimum primum diem Martii retrahendum, cum certum sit, idem æquinoctium ex decimo Martii, ubi iam in Calendario Iuliano hæret, vix in mille & quadringentis annis ad primum Martii peruenturum, & NEMO ambigat finem huius mundi iam instare, & LONGE CITIVS quam ut æquinoctium primum Martii attingat, futurum, Theologis & Politicis iudicandum relinquo. Argumentum hoc an sit Scisfelianum nec ne, tu videris: certum est totum in eo te esse, ut in hac de Calendarii disputatione, quod nimirum videri possit, diem hunc præforibus esse persuadeas. Quod ad primam causam (æquinoctii anticipationem, &c.) attinet, ais lib. 1. cap. 8. non videtur illa magni momenti, cum omnes pii diem mundi extremum præforibus esse existiment. Et quid dico de mille & quadringentis annis; quid de eo quod præforibus sit, cum propediem dies ille, ita prædicente Pseudopropheta Caluistio adfuturus sit? Interim tamen, inquit lib. 2. cap. 7. verendum non est, ne æquinoctium hoc modo ad pristinum locum reductum, nimium ab eo, vel in trium millium annorum spacio abeat, id enim ne fiat, vel extremus mundi finis PROPEDIEM instans impedimento erit. Quid aliud rusticis suis Scisfelius dicere poterat? nisi quod ipse videtur id ex sua Regula coßæ, siue Algebra, Caluistus vero ex trigono igneo eliciisse, atque probasse. Quid amabo te Caluisti tam sollicitè cautum vis, ne ii, qui Gregoriani sequuntur anni rationem, post proxime venturos mille sexcentos annos (eo usque enim dum epactas æquandi rationem tu aliter instituis, & corrigere te eam putas cum Gregorianis ad vnguem conuenis, & postea quam sæpiissime) ne epactæ iis locis quibus à Reformatoribus destinati sunt hæreant, aut à tuis vno die differant, si Calendario tunc nullo opus erit, eo quod extremus mundi dies omnibus Calendariis finem impositurus sit? Cur ad colligenda erronea Paschata epactasque ultra trecentena millia annorum usque excures? Nonne insanis?

Calendarium Gregor. quid de fine mundi sentiat. Præfat. cont. Christman.

Quod si iuxta illud tuum stulti dum fugiunt vitia in contraria currunt, ex eo, quod mundo terminum certum, ut tu, non præscribamus, inferre velis; quemadmodum iniuriose de nobis infert tuus Origanus, nos nouissimum non credere diem, tu, qui in contraria currere didicisti, tibi ipsi responde: De eo igitur, quod sua scientia diuina omnipotentia reseruauit, ne simus solliciti, sed interim id in mundo agamus, quod

quod Deus nos agere voluit. Nos diem illum nec propediem instare, nec non instare pronunciamus: certo eum adfuturum credimus; quando, nescimus. In Calendario quæ mutationi obnoxia non sunt, perpetua enunciamus; temporaria ea, quæ vna cum tempore variantur: solliciti de posteris quantum sufficit, humanaque suadet ratio, curas superfluas illis, si qui erunt, relinquentes.

Itaque quantum videre possum, hanc causam mutati Calendarii ex anticipatione æquinoctiorum desumptam nunc approbas, nunc reprobas: nunc eius modi est, ut emendatio Calendarii Iuliani necessaria fuisse videatur; nunc non videtur illa magni momenti: bifrons nempe Mercurius, ad vtrumvis paratus, Calendarii correctionem modo necessariam, modo superfluum proclamas.

4. At quid audio de terminis siue quartisdecimis Paschalibus? *Termini Paschales*, inquis, quibus plenilunia Paschalia indicabantur, à conditoribus cycli Paschalis ita constituti fuerunt, ut cum plenilunio in vnum eundemque diem inciderent. Egrege deciperis, aut potius alios decipere vis Caluisi, Institutores terminorum Paschalium & cycli Paschalis siue enneadecaeterici, Patres nimirum Nicenos, per illos terminos indicare voluisse plenilunia, & non potius lunas decimasquartas. Qua de re cum infra sis sæpius monendus, hoc loco te tantummodo ad scholam tui remitam Magistri magni illius Iosephi Scaligeri.

Audi igitur præceptorem tuum definientem terminum Paschalem, qui licet etiam tecum sentire videatur, Terminum Paschalem, decimamquartam lunam, & plenilunium esse idem, temporibus tamen quibus conditus, vel si maius, confirmatus & coordinatus est cyclus Paschalis enneadecaetericus, contra veritatem manifestam, homo alioquin audacissimus, id usu venisse asserere, ausus non est: audi inquam, magistri tui definitionem, & qui plura ex illo didicisti, disce etiã quid sit terminus Paschalis, sic enim habet: *Terminus Paschalis, est quarta decima luna mensis Paschalis Christiani sæculo Constantini Magni.* Explicans vero hanc definitionem, reddit rationem quare addiderit, *sæculo Constantini*, nimirum propter decimamquartam lunam, inquit, quæ sæculo illo erat verè decimaquarta: tempore autem Dionysii Exigui propter *δεκάτης τετάρτης* *συνωμολογίας*, non iam decimaquarta, sed decimaquinta facta, hoc est plenilunium. Et in explicatione definitionis quintæ, aperte idem fatetur. Imo concludi atque deduci ex assertionibus illius euidenter potest; terminum Paschalem decimaquartæ lunæ, non plenilunio, siue quintædecimæ in perpetuum fuisse additum à Patribus Nicenis. In additionibus enim post Prolegomena positis sic habet: *Nam tunc*, temporibus videlicet Concilii Niceni, *δεκάτης τετάρτης συνωμολογίας* ignorabatur, & nouilunia eadem antea fuisse, & fore homines illius sæculi sibi persuaferant.

Denique idem ipse tuus magister hoc nostro tempore, terminum Paschalem pro decimaquarta, non autem pro decimaquinta luna, aut plenilunio accipit: in eadem enim eiusdem definitionis quintæ explicatione sic habet: *Quare sæculo Patrum Nicenorum primo anno cycli terminus Paschalis* (quem infra definitione decimatertia vocat verè *XIV.*) *erat in V. Aprilis. Hodie in Kalen. Aprilis deprehenditur, à quinto autem ad primum Aprilis dies sunt quatuor, totidem scilicet, quot ipsi- mer eodem in loco tribuit anticipationi solari, & tu tuo, ut videbimus, approbas calculo. Ergo si Patrum Nicenorum tempore terminus Paschalis verè fuit XIV. luna, etiam tempore Scaligeri, habita nimirum ratione quatrduanæ anticipati- onis, quartadecima luna erit.*

Caluissi incon-
stantia.

Caluissi senten-
tia de terminis
Paschalibus.

Terminum Pa-
schalem non fu-
isse plenilunium
edocetur Calui-
sius à præce-
ptore suo Sca-
ligeri.

Canon I sag.
lib. 1. & 3.

I nunc Caluifi, & rectius à magistro disce quid conditores cycli per terminum Paschalem intellexerint, plenilunium ne an decimam quartam. Neque enim magnus ille Scaliger turpe putat si *elementarius senex* mittatur in ludum & elementa doceat. *Sed esto*, inquit, *quamquam turpis res est, tamen quia ita volunt, & eorum studiis obfistere non possum, senex mittatur in ludum, & elementa doceat.* Nec etiam mirum erit si ex iusto dolore acrius te exceperit, cum ei libro studueris, in quo non solum omnia ab ipso tali artificio elaborata sunt, *ut etiam tirunculis ea discere labor nullus sit*; sed etiam laudibus te in cœlum vsque extulerit: tu vero tam parû profeceris, & Magistri prædicationem tam facile eluseris.

*Idem probatur
ex Paulo Mit-
selburgensi.*

Quod si hic non placet Magister, audi Episcopum Forosemproniensem minime plagosum, is enim quam plurimis in locis suæ Paulinæ expresse te docebit, aureum numerum adscriptum esse diebus illis Calendarii, quibus temporibus Nicenis, in cœlo secundum medium motum, coniunctio consuebat luminarium, lege, si placet, cap. 2. libri 3. primæ partis, ibi enim exempla digito tibi monstrabit, ex quibus, nisi plumbeus omnino sis, tunc temporis Paschales terminos nequaquam in eisdem cum pleniluniis dies incidisse; sed hæc illis posteriora fuisse, discere poteris.

*Idem ex tabu-
lis plenilunio-
rum Caluiffi
ostenditur.*

Sin autem nec iste tibi satisfacit Magister, qui forte præter te magistrum agnoscis neminem; *non enim est cuiusvis*, ais, te ipsum saltem audi, & ex tuis tabulis pleniluniorum Paschalium, quarum methodus tibi ita vehementer arridet, tibi que in illis adeo perplaces, ut quemadmodum vnicus es Magister, ita vnicum putas esse opus, siue nouilunia siue plenilunia, pro seculo Niceno collige: vel certe tabellam hanc ex tuis in tui aliorumque gratiam à nobis elaboratam inspicere: sic enim vel nolens rei veritatem addisces.

Prima columna illius continet annos Christi 38. secunda cyclum lunæ siue aureos numeros: tertia eorundem aureorum numerorum nouilunia, siue sedes eorum ut nouiluniorum indices sunt in Calendario: quarta nouilunia media cœlestia: quinta terminos Paschales, siue lunas quartasdecimas: sexta denique ac vltima, ipsa plenilunia media comprehenduntur.

Anni

Anni Chri- sti.	Cyclus Luna.	Sedes aur numeros, in calend.	Nouilunia Pa- schalia.			Termini Pascha- les.	Nouilunia Pa- schalia.		
			Dies	Hor.	Mi.		Dies	Hor.	Mi.
323	1	23 Mar	23 M	18	41	5 Apr	7 A	13	3
324	2	12 Mar	12 M	3	30	25 Mar	26 M	21	52
325	3	31 Mar	31 M	1	2	13 Apr	14 A	19	24
326	4	20 Mar	20 M	9	51	2 Apr	4 A	4	13
327	5	9 Mar	9 M	18	40	22 Mar	24 M	13	2
328	6	28 Mar	27 M	16	12	10 Apr	11 A	10	34
329	7	17 Mar	17 M	1	1	30 Mar	31 M	19	23
330	8	5 Apr	4 A	22	33	18 Apr	19 A	16	55
331	9	25 Mar	25 M	7	22	7 Apr	9 A	1	44
332	10	14 Mar	13 M	16	11	27 Mar	28 M	10	33
333	11	2 Apr	1 A	13	43	15 Apr	16 A	8	5
334	12	12 Mar	21 M	22	32	4 Apr	5 A	16	54
335	13	11 Mar	11 M	7	21	24 Mar	26 M	1	43
336	24	30 Mar	29 M	4	53	12 Apr	12 A	23	15
337	15	19 Mar	18 M	13	42	1 Apr	2 A	8	4
338	16	8 Mar	7 M	22	31	21 Mar	22 M	16	53
339	17	27 Mar	26 M	20	3	9 Apr	10 A	14	25
340	18	16 Mar	15 M	4	52	29 Mar	29 M	23	14
341	19	4 Apr	3 A	2	24	17 Apr	17 A	20	46
342	1	23 Mar	23 M	11	13	5 Apr	7 A	5	35
343	2	12 Mar	12 M	20	2	25 Mar	27 M	14	24
344	3	31 Mar	30 M	17	34	13 Apr	14 A	11	56
345	4	20 Mar	20 M	2	23	2 Apr	3 A	20	45
346	5	9 Mar	9 M	11	12	22 Mar	23 M	5	34
347	6	28 Mar	28 M	8	44	10 Apr	12 A	3	6
348	7	17 Mar	16 M	17	33	30 Mar	31 M	11	55
349	8	5 Apr	4 A	15	5	18 Apr	19 A	9	27
350	9	25 Mar	24 M	23	54	7 Apr	8 A	18	16
351	10	14 Mar	14 M	8	43	27 Mar	29 M	3	5
352	11	2 Apr	1 A	6	15	15 Apr	16 A	0	37
353	12	22 Mar	21 M	15	4	4 Apr	5 A	9	26
354	13	11 Mar	10 M	23	53	24 Mar	25 M	18	15
355	14	30 Mar	29 M	21	25	12 Apr	13 A	15	47
356	15	19 Mar	18 M	6	14	1 Apr	2 A	0	36
357	16	8 Mar	7 M	15	3	21 Mar	22 M	9	25
358	17	27 Mar	26 M	12	35	9 Apr	10 A	6	57
359	18	16 Mar	15 M	21	34	29 Mar	30 M	15	46
360	19	4 Apr	2 A	18	57	17 Apr	17 A	13	18

Tabula conti-
nens nouilunia
& plenilunia
paschalia tem-
porum Concilii
Nicensi.

Porro in tota hac tabula, quatuor solum annos reperies, in quibus terminus paschalis cum plenilunio iisdem concurrunt diebus: annis videlicet, 336, 340, 341, 360. & quidem si pleniluniis annorum 336, & 340, paucissima adicias horaria minuta, efficies ut ea terminum paschalem die sequantur solido. At plenilunia quæ terminos suos paschales correspondentes sequantur biduo integro, inuenies vere triplo plura. attende quid fiat hisce decem annis. 323, 326, 327, 331, 335, 342, 343, 346, 347, 351. Nouilunia vero omnia, si vnicum quod anno 360. committitur, demas, cum suis indicibus siue aureis numeris, aut in eundem diem incidunt, aut eos proximè præcedunt: atque adeo ex tua regula, quam Cap. 16. Lib. 1. præscribis, de epactis nouiluniorum indicibus, quarum hic vices gerunt aurei numeri, quartæ decimæ omnes omnino, illo vnico excepto anno, plenilunia sua præcedent aut die solido, aut etiam biduo. Si denique diem auspicemur Alfonso morum à meridie præcedente, nullum omnino plenilunium cum termino paschali eundem Mensis diem obtinebit.

Ex quatrduana lunæ anticipatione colligi terminum paschalem non ad plenilunium indicandum constitutum esse.

5. An non ergo tibi Caluisi satis demonstratum est, propositionem illam tuam *Termini paschales quibus plenilunia paschalia indicabantur à conditoribus Cycli paschalis ita constituti fuerunt, ut cum plenilunio in vnam eundemque diem inciderent, esse falsissimam, & vel tuis ipsis calculis contrariam.* Satis ut opinor, id demonstratum est; sed illi fortassis nondum penitus satisfactum, qui te eas in angustias deducum videt, vnde exire non possis nisi alterutrum fatearis, aut terminos paschales Concilii temporibus vere quartasdecimas lunas denotasse, non autem plenilunia: aut plenilunia ab eo tempore non quatridduum, ut affirmas, sed minus, terminos paschales anticipasse. Nam qua ratione anticipatio illa recte inueniatur, sic ipse doces: *Cum vero à tempore Concilii Niceni effluerint anni 1300. fere, quatuor diebus terminos paschales plenilunia posteriores esse, cum 312. anni (quibus vnus anticipatur dies) in annis 1300. quater habeantur, manifestum est:* Itaque ex tua sententia, accedente etiam veritate calculi, termini paschales quatuor diebus posteriores sunt ea lunæ ætate, ad quam indicandam à Patribus Nicenis siue autoribus Cycli instituti sunt. Ergo si ea lunæ ætas est plenilunium, ut tu vis, siue quintadecima, non autem quartadecima, siue dies ante plenilunium, plenilunia hodierna à terminis paschalibus solido distabunt quatridduo: sed hoc ex proprio tuo calculo falsum est: Ergo termini paschales nequaquam tunc plenilunia indicabant.

Annus

Tabula pleniluniorum vnus cycli nostrorū temporum, à Caluifio propofita.

Anni Cברי- לי.	Cyclos Lunæ.	Termin. Paschal.	Plenilun. Pasch.			Antici- pat. Lu. Dies.
			Dies	Hor.	Min.	
1596	1	5 Apr	2 A	17	25	3
1597	2	25 Mar	23 M	2	14	2
1598	3	13 Apr	12 M	10	53	-
1599	4	2 Apr	31 M	8	25	2
1600	5	22 Mar	19 M	17	14	3
1601	6	10 Apr	7 A	14	47	3
1602	7	30 Mar	27 M	23	35	3
1603	8	18 Apr	17 M	8	24	--
1604	9	7 Apr	4 A	5	57	3
1605	10	27 Mar	24 M	14	45	3
1606	11	15 Apr	13 M	23	34	-
1607	12	4 Apr	1 A	21	6	3
1608	13	24 Mar	21 M	5	55	3
1609	14	12 Apr	9 A	3	28	3
1610	15	1 Apr	29 M	12	16	3
1611	16	21 Mar	18 M	21	5	3
1612	17	9 Apr	5 A	18	38	4
1613	18	29 Mar	26 M	3	26	3
1614	19	17 Apr	15 M	12	15	--

Nostine Caluifi hanc tabulam? Nonne hæc ipsa est illa quam hoc Cap. 3. propofuisti, nisi quod in hac dies paschatum omiserimus? Ita est: calculus tuus est; tua tabula. Cum ergo à conditoribus Cycli siue Patribus Nicenis iidem termini iisdem, quibus tu eos adscribis, diebus affixi fuerint, vt suo loco manifestum faciemus, in tota hac tabella vnicum tantum reperies annum nimirum 1612. qui anticipationem lunarum præbeat quatruidi, si termini paschales statuatur Patribus indicasse plenilunia; plures autem qui bidui tantum. Exempli causa, anno 1597. terminus in die 25. Martii hæret; plenilunium vero die 23. eiusdem Mensis commissum est. Sic anno 1599. terminus domicilium suum in die 2. Aprilis fixit, at plenilunium ab eo discessit, non per quatruidium, sed per biduum tantum: quemadmodum etiam anno 1597. dies 25. Martii, à 23. non quatruiduo, sed biduo distat. Pari ratione neque in reliquis annis interuallum quatuor dierum comperies. quæ vt planius appareant terminis annorum 1598, 1603, 1606, & 1614, quibus tu aliena attribuisti plenilunia, sua hac in tabella illis restituimus.

Anni

Anni Chri- sti.	Cyclus Luna.	Termin. Paschal.	Plenilun. Pasch.			Antici- pat. Lu. Dies
			Dies	Hor.	Mi.	
1598	3	13 Apr	10 A	23	37	3
1603	8	18 Apr	15 A	21	8	3
1606	11	15 Apr	12 A	12	18	3
1614	19	17 Apr	14 A	0	59	3

Verum neque ex hac tabella dierum quatuor spacium inter paschales terminos colliges. Adiunximus etiam in vltima vtriusque tabula columna, ipsammet in diebus integris, vt fieri solet, anticipationem lunarem, quo miuus differentiam illam quærendo, vir occupatissimus, tempus perdas.

Caluissius con-
iectus in angus-
tias.

Quo igitur nunc te vertes Caluissi? effugere sane non poteris, quin Syssiphiū in te tuum relabatur saxum. Taces? nescio qui perturbatus consistas. quid affirmas, quid negas? præuerit ne sedes suas luna à Patrum Nicenorum tempore ad nos vsque quatrinduo? Hoc ais, an non? Affirmas? At tabula tua id negat. Negas? at calculus tuus id affirmat, cum 312. anni, in annis 1300 quater habeantur. Quid æstuas? quid hæres? aliquid excogita. Miror quod luna adeo Calendarium perturbet, tibi que tantum negotii facessat: hac angustia, hocque labore luna facile te subleuare potuisset, nisi tanta oscitantia esset, tantaque tarditate, vt à Concilio Niceno huc vsque biduo vel triduo tantum præuerterit terminos paschales. Fortassis aberrat à via, aut est in diuersorio. cito admone ipsam reliqui itineris, & vt suum perficiat quatrinduum, aut certe accersiro lepidum tuum Nicolaum morionem, vt cum horologii agat moderatore: nam nisi istos terminos paschales die solido in consequentia currere curauerit, (de luna enim nulla spes affulget) quatrinduum nunquam numerabis. Nonne te pudet, Caluissi, tam stulta opinionis, vt credas atque exclames, terminos Paschales Patrum Nicenorum tempore cum plenilunio vnum eundemque diem incidisse? Quid stolidius cogitari potest?

Aliter probatur
propositum.

Tu te ipsum prodis miser, ex illis enim quæ infra Cap. 19. adfers, clarissime deducitur, terminos paschales Concilii Niceni tempore, plenilunium anteuertisse: nam de tempore in quo discrepantia aliqua circa celebrationem paschatis, referente Gregorio Turonensi, accidit, anno videlicet Christi aut 594, aut 590. (non autem 588, vt tu vna cum tuo Scaligero aberras vt suo loco palam faciemus) sic habes: Paulo post tamen sequentibus annis, cum terminus paschalis tum temporis rard plenilunium anteuertisset: Sed plerumque cum plenilunio in eundem diem incideret, &c. Ergo cum eo tempore anticipatio lunæ in Calendario quasi vnius diei facta sit, eo quod ferè 300. anni effluerint, de Concilii Niceni tempore recte dicetur, quod terminus paschalis tum temporis rard quartamdecimam, siue diem ante plenilunium, anteuertisset: Sed plerumque cum quarta decima in eundem diem incideret. Hæc enim demonstratiue deducuntur. Plura sunt alia loca ex quibus idem probare liceret, quæ, ne longiores simus, lubentes præterimus.

Nullum man-
ere Caluissio effu-
gium.

Hæc ergo sunt quibus video te vndique inclusum, cum non tam à me, quam à te ipso constrictus tenearis, vt non habeas vnde, vel quo euadas. Vnicum esset effugium

effugium, si assereres anticipationem lunæ quam tabula exhibet, trecentis circiter annis post Concilium Nicenum sumpsisse exordium, & eo tempore vixisse conditores cycli paschalis, qui, ut ais, ita constituerunt terminos paschales, ut cum plenilunio in vnum eundemque diem inciderent. Verum hanc tu etiam tibi præclufisti euadendi viam, cum mox de iisdem conditoribus cycli addidisti: Cum vero statuerent primum plenilunium paschale id esse, quod in vicesimum primum Martii in æquinoctiū ipsum caderet, primum etiam terminum paschalem, vel potius citimum, huic diei 21. Martii affixerunt. Cum vero iam æquinoctium ab illo die in anteriora vltra decem dies recesserit, & in diem decimam Martii peruenerit; & vero terminus citimus adhuc in 21. die Martii hæreat, &c. Hic Caluifi nimis aperte significas conditores cycli paschalis illum eo tempore disposuisse, à quo si computes æquinoctii anticipationem ad nos vsque, vltra decem dies inuenies: at à tempore, quod 300 annis Concilio Niceno posterius est, vix dies octo anticipationem illam attigisse comperies. Concedas ergo vel inuitus necesse est, illos vixisse tempore eiusdem Concilii Niceni; atque per tuam etiam tabulam termini paschales ita constituti sunt, ut in eundem diem, non cum plenilunio, sed cum quartadecima luna plerumque inciderent, & ideo te misere hallucinatum, & tibi pugnantia loquutum fuisse.

Hic tandem oculos, si quos habes Caluifi veritati aperi, & vide, quanto consultius fecisses, si à Clauio ductus, cum Clauio confessus esses, quartadecimam lunam, quam in mense paschali terminum paschalem vocamus, à prima sui institutione indicasse verè quartadecimam lunam, & non decimam quintam, siue plenilunium. vere enim dictum est, veritatem oppugnari posse, expugnari non posse.

Recte sanè ac conuenienter Clauius, ut solet, etiam num retinuit quartadecimæ lunæ nomen atque appellationem; neque illud cum sciolis quibusdam commutare cum plenilunio voluit. Nam si spectemus tempora quæ reformationem Calendarii à Gregorio institutam præcesserunt, nomen illud quartadecimæ perpetuo aut retinendum, aut mutandum fuit: retinendum, ob institutionem Patrum: mutandum, ob mutationem rei significatæ, ita ut primo quartadecima luna dici debuerit, tum facta vnius diei anticipatione, plenilunium siue quintadecima, mox sexta decima, deinde decima septima, &c. ut vel hinc pateat quam absurdum sit hoc tempore in Calendario Iuliano, terminum vocari à Sciolis plenilunium, cum potius decima octaua, vel decimanona luna dicenda sit. Sed placet quibusdam nec Patrum seruare instituta, nec rei sequi veritatem. Itaque nomen sibi à Patribus inditum apud Clauium terminus paschalis recte retinuit. Si vero oculos conuertamus ad correctionem anni Gregorianam, atque ad tempora futura, non minus concinne quam consequenter terminum paschalem indigitarunt quartadecimam lunam, tum propter consuetudinem Patrum atque Concilii Niceni statuta, quæ transgredi nefas esse duxerunt; tum propter rei cum nomine similitudinem, quæ semper quo ad eius fieri poterat, obseruata est: Nam etiam si ad plura respexerint Reformatores, & ut epacta nouiluniorum index, nouilunium medium sequatur potius, quam aut præcedat, aut cum ipso conueniat, idque iustas ob causas: Terminus tamen paschalis plerumque, quantum nimirum epactarum dispositio & cyclorum ratio permittit, quartadecimam lunam sibi vendicat.

Cum Clauius nomine quartadecimæ lunæ terminos paschales appellatos voluerit.

Verum ut hæc quæ diximus ad oculum tibi pateant Caluifi, reperio enim te, sanè præter opinionem, eum, quem tu Clauium esse voluisti, nec dum obtinuisti, hoc est, *natura hebetiorem*, pro Calendario tuo Iuliano hanc sequentem inspicere tabellam, ex tua itidem deductam. Tertia eius columna (binæ enim priores me declaratore opus non habent) nouilunia paschalia continet, quibus singulis addidimus dies tredecim, ut conficeremus quartasdecimas medias, quas sequens exhibet columna; cui adiecta est quinta ut anticipationem lunæ numeret, collata nimirum cum sexta quæ terminos ostendit paschales, omnia ex suo à media nocte præscripto; adiunximus denique septimam & octauam, ut quartadecimæ lunæque anticipatio ex sententia illorum constarent, qui diem à meridie diei præcedentis ordiuntur.

Tabula Nouiluniorum ex Galeniana deducta.

Anni Chri- sti.	Cyclus Luna.	Nouilunia Pa- scha. Dies Hor. Mi.	Quarta decima Luna.	Antici- pat. Lu- na.	Termi- ni Pa- schales.	Quarta decima Luna.	Antici- pat. Lu- na.
1596	1	18 M 23 3	31 M	5	5 A	1 A	4
1597	2	8 M 7 52	21 M	4	25 M	21 M	4
1598	3	27 M 5 15	9 A	4	13 A	9 A	4
1599	4	16 M 14 3	29 M	4	2 A	30 M	3
1600	5	4 M 22 52	17 M	5	22 M	18 M	4
1601	6	23 M 20 25	5 A	5	10 A	6 A	4
1602	7	13 M 5 13	26 M	4	30 M	26 M	4
1603	8	1 A 24 6	14 A	4	18 A	14 A	4
1604	9	20 M 11 35	2 A	5	7 A	2 A	5
1605	10	9 M 20 23	22 M	5	27 M	23 M	4
1606	11	28 M 17 56	10 A	5	15 A	11 A	4
1607	12	18 M 244	31 M	4	4 A	31 M	4
1608	13	6 M 11 33	19 M	5	24 M	19 M	5
1609	14	25 M 9 6	7 A	5	12 A	7 A	5
1610	15	14 M 17 54	27 M	5	1 A	28 M	4
1611	16	4 M 243	17 M	4	21 M	17 M	4
1612	17	22 M 0 16	4 A	5	9 A	4 A	5
1613	1	11 M 9 4	24 M	5	29 M	24 M	5
1614	19	30 M 6 37	12 A	5	17 A	12 A	5

Atque hac ratione demum, Caluifi, tuum poteris colligere, quod superius tam anxie quæsieras, anticipationis lunaris quatrimum: si nimirum quatuordecim significare quatuordecim, ut maiores nostri solebant, non autem quindecim affirmares. Quod si mauis diem plenilunium proxime præcedentem pro quartadecima media accipere facile ex tabula paulo ante proposita eandem quatruidi colliges anticipationem; imo rectius cum sæpius 4, quam 5, inuenturus sis, pro plenilunio vero non nisi triduum, ut diximus. Quare vel solæ hæc tabulæ, si ingenium tuum non suggeret aliud, ad meliorem te frugem reducere & ter-

& terminum paschalem à Conditoribus cycli paschalis, Concilii Niceni temporibus, non ad plenilunium, sed ad quartam decimam lunam indicandam constitutum esse, edocere potest. Et quam putas lector tibi in reliquis quæ adhuc dicturus es fidem adhibebit, si omnem initio amisisti? Ecquid à te sperandum est in negotio Calendarii, examinis, iudicii, consilii aut correctionis, qui antequam rem attingas, in tanta te, quantas vidimus, coniciis absurditates.

Caluissium suū decoquere si dem.

6. Iam vero quod addis de differentia inter Cyclum lunarem, & vnde viginti annos Iulianos, eam videlicet efficere, vt plenilunium à terminis in loco plenilunii (in loco quartæ decimæ Caluissii) fixis, spatium annorum 312. cum dimidio integro die in anteriora abeat, verissime quidem est à te dictum: sed nescio vtrum veritate cogente, sciens & volens in hoc à Scaligero Magistro tuo defeceris, & cum Clauio, quem vix discipuli loco habes, te coniunxeris; an vero imprudens & inuitus in veritatem, quam oppugnans, incurreris. An non legisti quæ & quanta in Clauium Scaliger, q. idem, q. tu nunc, asseruisset, verborum portenta euomuerit. Audi Magistrum discipule, & qui ab eo veritatē non potuisti, modestiam disce singularem, si potes. In libro enim quē Isagogicos Chronologiæ Canones inscripsit, quem de calumniarum in Clauium esse voluit Cornucopiam, cum in eius Prolegomenis dixisset, illud velle asserere, quod tu asseruisti, lunam nimirum annis 312. cum dimidio vnum anticipare diem, esse infantiam, absurditatem, ignorantiam: Quod quis sine risu excipere non possit: mox addidit: cui vel tironi, ne dum Mathematico, tanta absurditas excidit? Ne in Merlini quidem horribilibus portentis vllum tam nouum, tam inusitatum, reperimus. Et paulo post: si igitur vt diximus, illud maxima imperitia argumentum est, in 312. annis, id est, in Cyclis XVI. & annis præterea VII. *ᾧ ἐν ἑνὶ πρὸς πρὸς* putare fieri, multo maioris stuporis est in annis 312. cum dimidio illam contingere. Et infra: Vnde vero vir acutissimus collegerit in annis 312. cum dimidio *ᾧ ἐν ἑνὶ πρὸς πρὸς* vnus diei fieri libenter ab eo didicerim. Oportet cum vt alia astrologia, ita alia logistica vti, quæ cæteris ignota sit. Et pergit dicendo id esse ineptum, puerile & *ἰδιωτικόν*, &c. Neque satis illi fuit hæc in Prolegomenis ad nauseam vsque euomuisse, nisi alias eiusdem libri partes, imo & alios libros eodem luto conspersisset. id quod fecit passim & ibi maxime vbi sic loquitur; imperitissime censuit Clauius, quippe, qui magno ludibrio se se traduxit, quum illam præcessionem annis CCCXII. determinat, hoc est à primo anni Cycli ad IX: quo nihil ineptius, & iocul trius potuit excidere homini Mathematico.

Quam male à Scaligero acceptus fuerit Clauius qui idem de anticipatio- ne lunæ quod Caluissius affirmavit.

Hæc tu nimirum & his similia bone discipule in Magistro legisti, & dissimulasti, neque cum ab eo discederes tibi refutandum putasti; & tamen tibi aptius quam Clauio eius conuicia conueniebant, qui Magistrum talia debacchantem deserebas. Saltem docuisses doctorem discipulus, id quod ille volebat; vnde collegeris in annis 312 cum dimidio anticipationem vnus diei fieri, vt intelligeret Clauium non vt Astrologia, aut Logistica ignota. Verum quod tu facere omisisti, hic ego non facio, vt Scaligeri maledicta refellam, quoniam id & satisfactum est à Clauio, & non ad nos pertinet, qui Clauium non contra Scaligerum, sed contra Caluissium propugnandum suscepi. Hæc autem Scaligeri conuicia ex occasione verborum Caluissii eo consilio recitavi, & alia infra recitabo, vt lector intelligat, non esse admodum mirandum, si Caluissius Scaligeri discipulus ex tali Magistro præter immodestiam & ignorantiam nihil didicerit. Vere enim in disciplinis Mathematicis imperitissimum fuisse Scaligerum testantur cum

Quare Iosephi Scaligeri in hac Refutatione sæpius mentio fiat.

In calendario
veteri pascha le-
gitimum non
nisi casu cele-
brari, ex Caluissi
sententia.

plura eius opera tum potissimum eius Cyclometrica, & ea, quam infra exami-
nabimus, de æquinoctiorum anticipatione Diatriba.

7. Verum redeamus ad tuum Elenchum Caluissi, atq; ad reliquum tertii ca-
pituli, ubi ostendis Calendarium Iulianum siue vetus, nullum amplius pascha rite
præscribere; ita ut si quando pascha celebretur suo tempore, id non Calenda-
rio, sed casui potius adscribendum sit. id quod per tuam annorum 19. tabellam,
cuius partem supra exhibuimus, ipse probas: quinque enim nominas annos in
quibus Pascha in ultimam mensis paschalis hebdomadam contra Canones reiectum est, &
quatuor alios, quorum paschata ex mense paschali penitus reiecta sunt, & in mensem
secundum translata: In reliquis vero decem annis ob litteram Dominicalem non
datus fuit peccato locus, inquis, idque casu sic accidisse manifestum est. Concedimus per-
facile, quod & tu tuasponte fateris, vos qui adeo pertinaciter Calendarium
Gregorianum reiecitis & utimini Iuliano, paschata multa contra Canones cele-
brare, & si quod agatis legitimum, id non Calendario vestro, cuius cycli peccan-
do iam pridem modum intra quem consistere deberet cyclorum ratio excessisse-
runt, sed casui potius, siue fortunæ esse tribuendum.

Quæ porro est ista peruiacacia, malle errare, aut non nisi fortuito bene agere,
quam cum bene sentientibus consentire? cur, malum, si vestra confessione aber-
ratis à vero, iis irascimini, qui ne contra decreta Ecclesiæ in cultu diuino pecca-
rent, errata correxerunt? Verum quicquid obstrepatis infelices, quicquid
ringamini, quicquid repugnetis, nunquam nos Catholicos poenitebit veritatis,
aut debiti erga Ecclesiam obsequii. Fruemur hoc bono, quod Gregorianæ cor-
rectioni acceptum referimus, ut iuxta sancita Patrum Pascha non casu, sed certa
methodo, ac constanter suo tempore celebremus.

CAPVT TERTIVM.

*Plures Caluissii errores, commissi in recensendis canonibus
Paschalibus, aperiuntur.*

Capite quarto quod De Canonibus paschalibus inscripsit Caluissius, regulas siue
Canones de paschate recte celebrando hoc ordine, hisceq; proponit verbis

Canones Pa-
schales Caluissi.

I. Ne pascha alio quouis die in Hebdomade celebretur, quam die Dominico, siue feria pri-
ma, quam diem solis appellamus.

II. Ne pascha cum Iudæis celebretur. siue ut clarius dicam & verba Canonis retineam, ne
Christiani cum Iudæis interfectoribus Christi in paschate celebrando concurrant.

III. Ne pascha in duodecimo Mense ante æquinoctium vernum celebretur. Duodecimus
Mensis autem is habebatur, cuius plenilunium diem vicesimum primum Martii, ubi æquino-
ctium fiebat, precedebat.

IV. Ne pascha cum quartadecimanis hereticis ante plenilunium agatur.

V. Ne pascha in ultimam mensis lunaris hebdomadam reiiciatur, in dominicam scilicet,
qua vicesimum primum diem mensis lunaris sequitur.

VI. Ne pascha in mensem secundum siue in mensem impurorum reiiciatur. Mensis au-
tem secundus anni Ecclesiastici est, cuius plenilunium sequitur diem decimum nonum Aprilis.

Libenter à te Caluissi didicerim, vnde hos Canones hauseris. In nullis omnino
actis

actis vilius Cōciliū, vel hoc ordine, vel hisce verbis, vel etiam hoc sensu omnes leguntur: quod signum est, eos non aliunde, quam ex ludo Caluissiano recenter cusos prodire. Et tamen pro regulis siue canonibus primitiue Ecclesiæ vendicare eos nō erubescis: Mirabilem autem agis legislatorē, præcepta ac leges omnes propositionibus negatiuis edicendo. Nonne nō modo nō peccabit contra tuos canones is, qui nullum omnino Pascha celebravit, sed & bonum opus videbitur perpetrasse: siquidem nō faciendo prohibita, bene agere dicimur? Saltem, si res licita est Pascha celebrare, cum omnia edicta sint negatiua, omni tempore licitū erit Pascha peragere, quod hisce non expresse comprehenditur præceptis: alias sufficientia nequaquam erunt. Sed videamus quædam speciatim, vix enim nos aliter nouus intelliget canonista.

2. Ne autem multa nimis percontando nimium homini molesti simus, trāseant in primis ea, quæ primo & quinto canone afferūtur. Secundus etiā & quartus eadem de causa alium in locum reiciatur, tertiū dūtaxat & sextum, qui reliqui sunt, hoc loco breuiter expendamus. In tertio igitur prohibitionem vltimi mensis quem male definit, etiam inscite refert. *Cautum, ait, ne Pascha in duodecimo mense ante æquinoctium vernum celebretur*: quasi vero Pascha in tertio decimo, (is enim duodecimus non est) rite celebrari possit! Vbi est Doctor optime acumen tuum, quo abiit logistices peritia? Omnis ne annus lunaris duodecim tantum tibi clauditur mensibus? Vbi manet annus embolimæus? Quid si quis celebraret Pascha in mense, embolimo, siue tertio decimo: nunquid is Pascha perageret in duodecimo mense? Minime gentium. Et tamen celebraret contra decreta Patrum. En vt rursum inter sacrum & saxum stas, & summam tuam prodis aut malitiā, aut ignorantiam! In ipso, vt aiunt, offendis limine, atq; in ipsis erras primis principis. Si dixisses, ne in vltimo mense, duodecimum & tertium decimum, quorū modo hic, modo ille anno finem imponit, inclusisses. Sed non est mirum in tuis esse talpa caciorem, qui in alienis lynce vis esse perspicacior.

Vltimum mensem anni lunaris inscite Caluissius definit duodecimum.

Ex hoc autem quasi principe errore, in numero siue determinatione vltimi mensis alii pullulant non minus crassi. Et primo quidem sequitur, septies posse spacio vnde viginti annorum, hoc est, in quolibet cyclo lunari Pascha celebrari in vltimo anni lunaris mense, concedente id, contra Patrum placita, canonista Caluissio: celebraretur enim non in duodecimo, sed post duodecimum, nimirū in tertio decimo anni embolimæi mense.

Aburdū inde consequens primum.

Sequitur secundo, posse duo Paschata celebrari in eodem anno lunari, & consequenter in alio sequenti anno nullum: nam in quouis anno embolimæo vnum Pascha fieri posset in primo mense, alterum in tertio decimo; atq; adeo anno proxime sequenti nullum: nisi fortassis mox primo sequenti mense post tertium decimum, aliud quis mallet addere Pascha: nam neque hoc prohibet canones Caluissiani. Hac autem similiter septies in vno cyclo lunari occurrere possunt, quæ omnia decretis Patrum è diametro aduersantur.

Aburdum secundum.

Habemus hinc tertio, Pascha fieri posse à Christianis mense fere integro ante Iudæos & Quartadecimanos, in anno videlicet embolimæo ac mense vltimo: Iudæi autem & Quartadecimani celebrant in mense primo. Neque hoc vetat Caluissius canonibus suis: nō enim prohibet ne ante Iudæos aut Quartadecimanos Pascha faciamus; sed solū ne cum illis concurramus. An non tibi videtur lector, Caluissius noster egregius Calendariorum artifex, & iuris peritus?

Aburdum tertium.

Obiectioni occurratur.

Purgabit fortassis se de hac imperitia Caluissius, seseque more Iudeorum de mense duodecimo locutum esse, quibus duo menses in anno embolimæo eodē appellantur nomine. At redeat tibi in memoriam Caluissius te loqui constituisse, aut saltem prætexisse, ex mente eorum, quibus nihil cum Christi interfecto-ribus commune est. Deinde Iudæi dicebant: Adar primus, Adar secundus, quod non est duodecimus, & duodecimus: & magna stultitia esset in re nostra dicere duodecimus primus, duodecimus secundus: Item Adar primus, Adar secundus, reliquis vndecim mensibus adiuncti, tredecim, non duodecim menses tantū constituit: nisi forte in sua Arithmetica quemadmodum quatuordecim sunt quindecim; ita etiam duodecim sint tredecim; id autē an verum fierique possit, tuis relinquo disputandum discipulis.

Alia excusatio refellitur.

Neque te excusat, quod addideris in Canone *ante æquinoctium*; hoc enim superfluum omnino, & ex inscitia tua additum est; cum duodecimus mensis non possit non esse ante æquinoctium à quo sequens determinatur annus: etsi fieri possit ut aliqua duodecimi mensis pars apta non præcederet æquinoctium, in ea per te licebit Pascha celebrare, atque adeo etiam in duodecimo mense: id enim sequitur ex tuo acutissimo illo addito *ante æquinoctium*.

Aliud effugiū præcluditur.

Quod si dicas te in definitione duodecimi mensis comprehendisse etiam tertium decimum eo quod adiūxeris illum esse duodecimum, cuius plenilunium die 21. Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat, magis te intricabis. Nō enim vides, bone vir, hac ratione non solum tertium decimum mensem, sed & reliquos te includere, quorum plenilunia æquinoctium præcedunt, vndecimum nimirum, decimum, nonum, &c. & sic omnis mensis tibi dicitur duodecimus, nouo & inaudito exemplo, absque vndecimo, decimo, &c.

Quo pacto alii vltimū mensem vocent duodecimum.

Vocauit vltimum mensem S. Ambrosius in sua de Paschate recte celebrando pulcherrima epistola, duodecimum; sed non vniuersim, aut in definitione, ut tu; sed nō quando annus cōplectebatur plures quam duodecim menses; sed nō quando non erat vltimus. Denique, in futurum, inquit, Iudæi duodecimo, non primo mense celebraturi sunt Pascha, hoc est 13. Kalend. April. &c. sed is annus erat, Christi 387. currens Iudaicus 4148 siue 4147. completus, qui non erat embolimæus, sed duodecim tantum constabat mensibus.

Deinde idem S. Ambrosius hoc loco non locutus videtur de mense lunari, sed solari Ægyptiorum, accipit enim mensem solarem, qui Pharmuti dicitur pro primo mente: & primus, inquit, incipit sexto Calendas Aprilis, & finitur septimo Calendas Maii, qui est, ut paulo post subiicit, trigesimus, hoc est vltimus, dies Pharmuti mensis. Confer te Caluissius ad Logicorum aliquem qui te, qua ratione recta diuisio, descriptio, & definitio instituenda sit, edoceat: sunt deinde etiam alii, qui aliquando duodecimo ac vltimo mense pro eodem vsi sunt: at non, ut tu facis, in definitione, aut in regula generali siue Canone: quæ ut necessaria omnia includere, ita aliena ac superflua excludere debent: aliis enim in locis aut ex subiecta materia aut ex præcedentibus, vel consequentibus, aliisve circumstantiis, auctorum sensus percipitur, atque lis dirimitur.

Vltimus mensis contra mentem ac decreta Patrum à Caluissio definitur.

3. Sed satis non fuit Caluissio errare in definitione mensis vltimi, verum ausus est eundem etiam determinare non ex Patrum Nicenorum sententia, sed ex suo cerebro, cum dicit eum mensem habitum pro vltimo mense, cuius plenilunium diem vicesimum Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat; hoc enim est falsissimum,

num, si præcise, vt de definitionibus fieri solet, loqui velimus, & non nisi Caluissii commentum. Vltimus enim anni lunaris mensis definitus ac determinatus fuit ab iisdem Concilii Niceni Patribus, tunc quando ipsi termini Paschales constituti fuere, tunc nimirum vt ipse fateris, quando æquinoctium fiebat 21. Martii: sed tunc terminus Paschalis non ad plenilunium indicandum, neque eo loco fixus fuit, vbi plenilunium fiebat, vt capite præcedenti satis probauimus; Ergo falsum est vltimum mensem esse illum, cuius plenilunium vicesimum primum Martii præcedebat: sed etiam eum, & quidem proprie, & ex lege dicta, is cuius luna quartadecima eundem diem 21. Martii proximè præcedebat; siue deinde eius plenilunium in diem vicesimum primum Martii incideret, siue illum præcederet.

Et hic est secundus tuus primarius error, contra ipsa principia commissus. Ex quo, quemadmodum ex superiore, sua deduci possunt consecutaria: licebit enim impune Pascha celebrare in vltimo mense, quotiescunque quartadecima præcedit diem 21. Martii, plenilunium vero siue quintadecima luna cum eodem die conuenit: quod in decretis Patrum non reperitur.

Aburdum inde deductum primum.

Sequitur deinde idem qui supra error, de duobus in eodem anno lunari Ecclesiastico Paschatis, &c. sed nondum finis.

Aburdum secundum.

4. Tertius enim principalis error à Caluissio committitur in definitione mensis secundi, in qua asseruerat, mensem secundum eum esse, cuius plenilunium sequitur diem decimum nonum Aprilis. Biceps hoc monstrum est, caudam post se trahens non minus monstrosam, quam ipsum est monstrum. Hæc cine Caluissi de primitiua, dicis, Ecclesia, venerandisque Concilii Niceni Patribus? Patribus Nicenis secundus dicebatur mensis, cuius quartadecima luna, non cuius plenilunium sequebatur diem decimum octauum, non decimum nonum Aprilis. Quam bellum erat, Caluissi, confiteri potius nescire te, quod nescias; quam ignorationem adeo crassam verbis tam perspicuis effutire.

Secundi mensis atq; vltimi termini Paschalis falsa Caluissi determinatio.

Nonne supra à Magistro tuo didicisti, homines seculi Constantini Magni nihil de præcessionem lunari sciuisse, id quod neque tu negas in tuo pessimo Elencho, vt patet ex iis, quæ asfers in initio capitis sequentis: Patresque eo constituisse terminos Paschales loco, quo eos in perpetuum fixos vt credebant, ita volebant? Constituerunt autem, vel te ipso teste, citimum quidem in die vicesimo primo Martii: primum etiam, inquis, terminum Paschalem vel potius citimum huic diei 21. Martii affixerunt: vltimum vero eos decimum octauo Aprilis attribuisse tu ipse similiter fateris, cum tui ac canonum tuorum oblitus infra cap. 26. ais: nullum terminum Paschalem in die 19. Aprilis, quo quartadecima epacta, in die 6. Aprilis fixa, pertingit figere potuerunt. Ergo clarissime asseris, nullum terminum Paschalem in die 19. Aprilis non solum non fuisse, sed neque vllum eo tempore, & per consequens ex opinione Patrum nunquam ibi esse potuisse. Vbi ergo erat vltimus terminus: non in die 20. Aprilis: alias limites terminorum nimium fuissent dilatati: non in die 17. ne iisdem limites, qui commode dilatari poterant, in angustias cōstringerentur. Ergo necessario vltimus terminus Paschalis in die decimum octauo Aprilis constitutus erat. Cum igitur termini extremi, te ipso iudice, hoc se habeant modo, qua fronte, qua confidentia, qua religione hoc loco asserere audes, Patres voluisse eum esse mensem secundum, cuius plenilunium, quod tibi siue ex inciticia, siue ex temeritate terminus dicitur, sequitur diem decimum nonum Aprilis: ac

Probatur quartadecimā in 19. Aprilis ex mente Patrum spectare non ad primum, sed ad secundum mensem.

fin

Obiectioni occurratur.

Purgabit fortassis se de hac imperitia Caluissius, seseque more Iudeorum de mense duodecimo locutum esse, quibus duo menses in anno embolima^o eodē appellantur nomine. At redeat tibi in memoriam Caluisi te loqui constituisse, aut saltem prætexisse, ex mente eorum, quibus nihil cum Christi interfectoris commune est. Deinde Iudæi dicebant: Adar primus, Adar secundus, quod non est duodecimus, & duodecimus: & magna stultitia esset in re nostra dicere duodecimus primus, duodecimus secundus: Item Adar primus, Adar secundus, reliquis vndecim mensibus adiuncti, tredecim, non duodecim menses tantū constituit: nisi forte in sua Arithmetica quemadmodum quatuordecim sunt quindecim; ita etiam duodecim sint tredecim; id autē an verum fierique possit, tuis relinquo disputandum discipulis.

Alia excusatio refellitur.

Neque te excusat, quod addideris in Canone *ante æquinoctium*; hoc enim superfluum omnino, & ex inscitia tua additum est; cum duodecimus mensis non possit non esse ante æquinoctium à quo sequens determinatur annus: etsi fieri possit ut aliqua duodecimi mensis pars apta non præcederet æquinoctium, in ea per te licebit Pascha celebrare, atque adeo etiam in duodecimo mense: id enim sequitur ex tuo acutissimo illo addito *ante æquinoctium*.

Aliud effugiū præcluditur.

Quod si dicas te in definitione duodecimi mensis comprehendisse etiam tertium decimum eo quod adiūxeris illum esse duodecimum; *cuius plenilunium diē 21. Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat*, magis te intricabis. Nō enim vides, bone vir, hac ratione non solum tertium decimum mensem, sed & reliquos te includere, quorum plenilunia æquinoctium præcedunt, vndecimum nimirum, decimum, nonum, &c. & sic omnis mensis tibi dicetur duodecimus, nouo & inaudito exemplo, absque vndecimo, decimo, &c.

Quo pacto alii vltimū mensem vocent duodecimum.

Vocauit vltimum mensem S. Ambrosius in sua de Paschate recte celebrando pulcherrima epistola, duodecimum; sed non vniuersim, aut in definitione, ut tu; sed nō quando annus cōplectebatur plures quam duodecim menses; sed nō quando non erat vltimus. Denig, *in futurum*, inquit, *Iudæi duodecimo, non primo mense celebraturi sunt Pascha, hoc est 13. Calend. April. &c.* sed is annus erat, Christi 387. currens Iudaicus 4148 siue 4147. completus, qui non erat embolimaus, sed duodecim tantum constabat mensibus.

Deinde idem S. Ambrosius hoc loco non locutus videtur de mense lunari, sed solari Ægyptiorum, accipit enim mensem solarem, qui Pharmuti dicitur pro primo mense: *Et primus*, inquit, *incipit sexto Calendas Aprilis, & finitur septimo Calendas Maii, qui est, ut paulo post subiicit, trigessimus*, hoc est vltimus, *dies Pharmuti mensis*. Confer te Caluisi ad Logicorum aliquem qui te, qua ratione recta diuisio, descriptio, & definitio instituenda sit, edoceat: sunt deinde etiam alii, qui aliquando duodecimo ac vltimo mense pro eodem vsi sunt: at non, ut tu facis, in definitione, aut in regula generali siue Canone: quæ ut necessaria omnia includere, ita aliena ac superflua excludere debent: aliis enim in locis aut ex subiecta materia aut ex præcedentibus, vel consequentibus, aliisve circumstantiis, auctorum sensus percipitur, atque lis dirimitur.

Vltimus mensis contra mentem ac decreta Patrum à Caluissio definitur.

3. Sed satis non fuit Caluissio errare in definitione mensis vltimi, verum ausus est eundem etiam determinare non ex Patrum Nicenorum sententia, sed ex suo cerebro, cum dicit eum mensem habitum pro vltimo mense, *cuius plenilunium diem vicesimum Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat*; hoc enim est falsissimum,

num, si præcise, vt de definitionibus fieri solet, loqui velimus, & non nisi Caluissii commentum. Vltimus enim anni lunaris mensis definitus ac determinatus fuit ab iisdem Concilii Niceni Patribus, tunc quando ipsi termini Paschales constituti fuere, tunc nimirum vt ipse fateris, quando æquinoctium fiebat 21. Martii: sed tunc terminus Paschalis non ad plenilunium indicandum, neque eo loco fixus fuit, vbi plenilunium fiebat, vt capite præcedenti satis probauimus; Ergo falsum est vltimum mensem esse illum, cuius plenilunium vicesimumprimum Martii præcedebat: sed etiam eum, & quidem proprie, & ex lege dicta, is cuius luna quartadecima eundem diem 21. Martii proxime præcedebat; siue deinde eius plenilunium in diem vicesimumprimum Martii incideret, siue illum præcederet.

Et hic est secundus tuus primarius error, contra ipsa principia commissus. Ex quo, quemadmodum ex superiore, sua deduci possunt consuetudines: licebit enim impune Pascha celebrare in vltimo mense, quotiescunque quartadecima præcedit diem 21. Martii, plenilunium vero siue quintadecima luna cum eodem die conuenit: quod in decretis Patrum non reperitur.

Sequitur deinde idem qui supra error, de duobus in eodem anno lunari Ecclesiastico Paschatis, &c. sed nondum finis.

4. Tertius enim principalis error à Caluissio committitur in definitione mensis secundi, in qua asseruerat, mensem secundum eum esse, cuius plenilunium sequitur diem decimumnonum Aprilis. Biceps hoc monstrum est, caudam post se trahens non minus monstrosam, quam ipsum est monstrum. Hæcine Caluissi de primitiua, dicis, Ecclesia, venerandisque Concilii Niceni Patribus? Patribus Nicenis secundus dicebatur mensis, cuius quartadecima luna, non cuius plenilunium sequebatur diem decimumoctauum, non decimumnonum Aprilis. Quam bellum erat, Caluissi, confiteri potius nescire te, quod nescias; quam ignorationem adeo crassam verbis tam perspicuis effutire.

Nonne supra à Magistro tuo didicisti, homines seculi Constantini Magni nihil de præcessionem lunari sciuisse, id quod neque tu negas in tuo pessimo Elencho, vt patet ex iis, quæ asfers in initio capitis sequentis: Patresque eo constituisse terminos Paschales loco, quo eos in perpetuum fixos vt credebant, ita volebant: Constituerunt autem, vel te ipso teste, citimum quidem in die vicesimo primo Martii: primum etiam, inquis, terminum Paschalem vel potius citimum huic diei 21. Martii affixerunt: vltimum vero eos decimumoctauo Aprilis attribuisse tu ipse similiter fateris, cum tui ac canonum tuorum oblitus infra cap. 26. ais: nullum terminum Paschalem in die 19. Aprilis, quo quartadecima epacta, in die 6. Aprilis fixa, pertingit figere potuerunt. Ergo clarissime asseris, nullum terminum Paschalem in die 19. Aprilis non solum non fuisse, sed neque vllum eo tempore, & per consequens ex opinione Patrum nunquam ibi esse potuisse. Vbi ergo erat vltimus terminus non in die 20. Aprilis: alias limites terminorum nimirum fuissent dilatati: non in die 17. ne iisdem limites, qui commode dilatari poterant, in angustias constringerentur. Ergo necessario vltimus terminus Paschalis in die decimumoctauo Aprilis constitutus erat. Cum igitur termini extremi, te ipso iudice, hoc se habeant modo, qua fronte, qua confidentia, qua religione hoc loco asserere audes, Patres voluisse eum esse mensem secundum, cuius plenilunium, quod tibi siue ex incertitia, siue ex temeritate terminus dicitur, sequitur diem decimumnonum Aprilis: ac

Aburdum inde deductum primum.

Aburdum secundum.

Secundi mensis atque vltimi termini Paschalis falsa Caluissii determinatio.

Probatum quartadecimam in 19. Aprilis ex mente Patrum spectare non ad primum, sed ad secundum mensem.

fin

si in eodem die 19. ultimus fuerit fixus terminus? quasi is mensis cuius plenilunium in diem 19. Aprilis incidit, primus, non autem secundus esset. Nonne aureus numerus 16. affixus erat diei 8. Martii, & rursus idem numerus diei 6. Aprilis (si id nescis disce ex Origano) & quod sequitur eorum quartadecima, quæ plenilunia falso tibi dicuntur, in 21. Martii, & 19. Aprilis incidunt? Sed quartadecima siue terminus Paschalis in 21. Martii est primi mensis: ergo illa quartadecima, quæ in 19. Aprilis cadit, & non solum illa ut tu falso asseris qui eundem diem sequitur, est secundi mensis: nisi duas quartadecimas putes consistere posse in eodem mense: aut certe quemadmodum duodecimus & tertiusdecimus mensis, tibi sunt duodecimus & duodecimus; ita primus & secundus, sint tibi primus & primus: res ingenio Caluissiano dignissima. An non pudebat te sanctis illis Patribus, quorum auctoritatem omnis semper suspexit posteritas; nec despicit nisi vestra nouitas, tam turpiter imponere, perque ora traducere vulgi.

Ab absurdum primum, quod ex dictis deducitur.

His duobus capitibus plenilunii videlicet, & deciminoni Aprilis à Caluissio effictis, & pro quartadecima luna & decimo octauo Aprilis substitutis, plenius perspectis, atque resectis, nunc absurditatibus inuolutam caudam euoluamus. Sequitur enim hinc primo, fieri posse Pascha contra decreta Patrum, in mense secundo, siue impurorum, quotiescunque quartadecima sequitur 18. Aprilis, nec tamen plenilunium decimum nonum diem excedit, quod non raro contingere potest.

Ab absurdum secundum.

Quo priuilegio Caluissiano si quis vtatur, illudq; coniungat cum primo, quod ex secundo eius capitali errato Num. 3. deduximus, is secundo secure, quicquid Patres sanxerint, duo Paschata eodem anno celebrabit; alterum in secundo mense, alterum in ultimo qui ex allata sequela duodecimus etiam esse potest: quod si pro primo mense aliud Pascha adiuxeris, habebis tria Paschata in vno eodemque anno lunari.

Ab absurdum tertium.

Si vero tertium illud Pascha omiseris, nihilominus nos tertium dabimus cōsecrarium, sequitur enim duo paschata, ita dispēsante Caluissio, decem tantummodo differre mensium intervallo: tot enim si secundum à duodecimo subtraxeris remanent menses.

Ab absurdum quartum.

Commode igitur quartum addemus corollarium, videlicet duo quædam alia Paschata remoueri ab inuicem spacio tredecim mensium: tot enim eodē numerationis modo inter duodecimum mensem anni embolimæi & secundum sequentem colligemus. Reliqua absurda lubens prætereō.

Consecrarium generale primum è canonibus Caluissianis deductum.

5. Non tamen prætereunda sunt alia magis generalia consecraria, quæ ex canonibus Caluissianis consequuntur, quorum primum est, Pascha celebrari licite posse quouis anni lunaris mēse, primo videlicet, tertio, quarto, quinto, &c. exceptis duobus, secundo & duodecimo, his enim solis festum illud (quamuis non semper) ut audiuius, à Caluissio interdicatur.

Consecrarium secundum.

Secundū est, Pascha peragi posse in ipso termino Paschali, qui Caluissio plenilunium est: hoc enim nullo suorum canonum vetat canonista Caluissius, modo vitetur ne cum Iudæis & quartadecimanis conueniatur.

Consecrarium tertium.

Tertio sequitur toties esse peccatum in Ecclesia, quoties in celebratione Paschatis ab hac Caluissii norma Lesbia deflexum est, præsertim postquā innocentissimi canones isti, nouaq; hæc Calendaria, quæ neq; peccant, neq; peccare possunt, mundo innotuere, quibus tamen, ut huc vsque exacte conspeximus, nihil prodiit nocentius, monstrosius nihil,

6. Si

6. Si breue ac sincerum regulatum ac canonum Paschalium compendium audire vis, lege Rabanum Maurum Archiepiscopum Moguntinum, is tibi lib. 2. de institutione Cleric. cap. 39. cum B. Isidoro Hispalensi id verbis hisce tradet. *Initium primi mensis obseruandum est, ab octauo Iduum Martiarum, vsq; in Nonarum Aprilium diem. quartadecima vero luna Pascha à duodecimo Calendas Aprilis vsque in decimum quartum Calendas Maii querenda est. Porro dies Pascha Dominica ab vndecimo Calendas Aprilis, vsque in septimum Calendas Maii: & hoc à luna quintadecima vsque ad vigesimam primam. Eadem prorsus & totidem fere verbis leguntur apud venerabilem Bedam de temp. rat. cap. 50. Et ne putes ipsum oblitum esse æquinoctii, addit Rabanus, Nunquam ergo contingere potest, vt luna quartadecima primi mensis ante vernale æquinoctium, quod sit duodecimo Calendas Aprilis eueniat. Hæc si apud Orthodoxos legere atque intelligere Caluisi voluisses, nouis condendis canonibus, iisdemq; pessimis, omnino superedidisses, neque te ridendum vulgo exposuisses.*

Rabani canonum Paschaliū compendium.

7. Cetera, quæ hic suis Caluisius canonibus addit, cum parum ad rem faciunt, parumque interfit, siue erret, vt solet, siue non erret, silentio præteriri possunt. Hoc solum monendum putauimus, ne cui Caluisius fucum faciat, cum ait de Dionysio Exiguo Abbate Romano: *Ab hoc Dionysio termini etiam Paschales in cyclo lunari præscripti sunt, post quos Dominica proxima quæ sequeretur, solennis Paschati celebrando haberetur. Id enim nisi recte explicetur verum non est. Præscripti sunt enim termini Paschales, & Calendario Alexandrino inscripti à Patribus Nicenis, siue iussu eorum ab Alexandrinis vno eodemque tempore: vt vel ex iis, quæ capite præcedenti disputauimus constare potest: iidem porro termini cum reliquis indicibus lunaribus ab hoc Dionysio iussu Romani Pontificis in Calendarium Romanum translati sunt, & tandem ipsum Calendarium ad mentem illorum Patrum ordinatum. Cycli vero ipse lunaris, ex quo suum ortum habent termini, vt clare colligitur ex S. Ambrosio, teste omni exceptione maiore, constitutus vel ordinatus, atque in vsum Ecclesiæ reuocatus à Patrib. Nicenis est. Sic enim de illis habet D. Ambrosius lib. 10. epist. 83. loco supra lib. 1. cap. 2. Num. 5. Qui conuenientes, &c. decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncuparunt. Ad exemplum igitur hoc Dionysius Abbas ordinauit & inscripsit Calendario Romano terminos Paschales, & nequaquam de nouo aut diuerso modo eos præscripsit, quam à Concilio Niceno ordinatum erat, vt pluribus ostendit Paulus Mittelburgenfis in sua Paulina, Stoslerinus, & alii. Sed de his plura infra.*

Terminos Paschales auctori rate PP. Nicenorum Calendario inscriptos. & ex Alexandrino à Dionysio Exiguo in Romanum translato esse.

CAPVT QVARTVM.

Examinantur ea, quæ de mutato Calendario, mutationisque Auctioribus capite quinto dicuntur.

Eorum, quæ capite quinto à Caluasio decantantur, summa hæc ferme est: Pontifex Gregorius decimustertius non primus fuit, qui de emendando Calendario Iuliano cogitationem suscepit: sed ante ducentos vel etiã trecentos annos hæc res fuit agitata. Quod vero mox addit, ante mille fere annos commissos fuisse huiusmodi errores quosdam, quales hodie plures in Calendario Iuliano animaduertuntur, si de erroribus absolute, &

K qui

Subtemeraria
Caluiffi de ex-
ratis Calenda-
rii veteris opi-
nio.

qui in Calendario Ecclesiastico vere errores dici debeant, loquitur, hæc eius assertio nimis videtur temeraria; non modo, quia tunc forma anni à Patribus recognita nemini pro vitiosa habita fuerit, sed etiam, quia differentia aut quantitas anticipationis, maxime in luna, si communem spectemus Ecclesiæ consuetudinem, tanta non fuerit, quæ Paschata erronea progenuisse dici debuerit. Sed audiamus quid Caluiffius hac de re subiiciat.

Est autem initio, inquit, & propter exiguam differentiam, & propter intermortuum temporis literas, nec agniti sunt, nec etiam in literas relati; propterea quod homines illorum temporum non audent credere, aliquid peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesia semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata essent. Equidem fidelissimum hic Scaligeri discipulum agnosco, fidelior in describendis verbis magistri sui est, quam sacræ Scripturæ: nam ab illo quod, nec syllabam omisisset; sed prout habentur lib. 4. de emend. temporum pag. 306. edit. secunda, ita in suum transtulit Elenchum, aucta tantummodo vnico &.

Singularis Cal-
uiffi audacia.

Sed ô homines illius sæculi timidos! O audaciorem cunctis Caluiffium, qui multa credere audet contra ea, quæ ab Ecclesia semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata sunt. Maçte virtute, ingenio, & audacia Caluiffi. Tu te virum præbes: Tibi hæc laus merito debetur, & quam libenter tibi tribuo. hoc audes, quod olim ausi sunt audentque omnes sectarii, dum credere non dubitant peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesia semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata sunt. Non ita sancti Patres & Doctores Ecclesiæ, qui omnia sua Ecclesiæ, aduersus non præualituras inferiorum portas, (ex promissione Christi didicerunt,) submiserunt iudicio.

Patres Nicen-
es, quæ in Ca-
lendario consti-
tuerant, nõ cre-
denda, sed ob-
seruanda pro-
posuisse.

2. Neque vero Patres illi sanctissimi, quæ de Paschatis celebratione sanxerunt credenda, vt articulum fidei infallibilia proposuerunt: sed tempora, quibus sanctissima illa festiuitas vnanimiter eodem die perageretur, constituerunt. Contra quas constitutiones si quis temere faceret, dubium non est, quin peccaret; non autem hoc modo constituendo peccarunt ipsi, vt audax tu credere audes; qui auctoritatem Ecclesiæ contemnis, eamque non audis, & propterea maximo te implicas peccato, & merito mihi es sicut ethnicus & publicanus.

Egrege sane hac de re, & ad nostrum explicandum propositum aptissime sanctus Athanasius libro de Synodis, in quo cum ageret de Niceno symbolo sic habet: *Nec consulem, nec diem, nec mensem addiderunt, sed in negotio Pascha non abhorruerunt ab huiusmodi appendice; ibi enim placuit vt adderetur VISVM EST, vt omnes obtemperarent. De fide vero non scripserunt visum est, sed, AD ISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & statim ipsa confessio credendi adiuncta est: vt ostenderent eam non esse nouam sententiam, sed Apostolicam: & quæ scripserunt, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta.* Hæc S. Athanasius. Nihilominus tamen heretici habiti sunt, qui huic visum est, vt tu in canonibus tuis fecisti, contradiceret, aut pertinaciter non obedirent, quod clare testatur exemplum hæreticorū Quartadecimanorum.

Accedit quod Patres Niceni etiam si fortassis non putarunt tantam fore lunæ solisque in Calendario præcessionem, non tamen ad credendum proposuerunt, cyclum, quem construxerant lunæ non aberraturum vnquam ab vndeuigintiannis Iulianis; aut æquinoctium perpetuo fore in Calendario Iuliano 21. die Martii. Sed cyclum illum ac diem seruandum ab omnibus in Paschatis celebratione edixerunt. Qui cyclus ac dies, postquam à proposito aberrare cœpit,

erro-

errorem constituit opinionis, quo homines putarunt se moraliter proxime post quartamdecimam lunam ac æquinoctium vernum Pascha celebrare, vt fieri cōfueuerat proxime post tempora Concilii Niceni: postquam igitur cycli illi, maxime vero solaris in Calendario notabiliter præter opinionem Patrum vagari inuenti sunt: iure merito & scriptores eadere Ecclesiæ admonere Antistites, & tandem ab ipso summo Antistite Gregorio XIII. summa cum omnium bonorum approbatione emendati ac reformati sunt.

3. His ita præmissis, Caluissius gradum ad auctores, qui de cyclorum erroribus monuerunt, facit; nominat autem Nicephorum, Gregoram, Isaacum, Argyrum, Sacroboscum, ac reliquos, quos supra libro 1. cap. 2. Num. 6. ex hoc Caluissii loco retulimus. Cur autem Paulum Episcopum Forosempromiensem in numero anonymorum esse maluerit, causam conicere non possum: nisi fortassis, quia eum & negligit Scaliger magister Caluissii, & quia ipse vtrique in multis aduersatur. Sed in hisce non immoror, sius illis per me, quo valere possunt, maneatur valor.

Scriptores qui de erratis Calendarij veteris monuerunt, à Caluissio enumerantur.

Lubet autem hac occasione ex te Caluissi quærere, qua ratione fieri potuerit, vt allati à te scriptores, aliquid de *μετεωρολογία* monuerint, cum ante magistratum tuum Scaligerum nemo hominum de *μετεωρολογία* quicquam sciuerit: eius enim rei inscitiam non solum Clauio, ad quem solum calumniandum natus videbatur, sed & aliis se multo doctioribus, obicit: patet hoc manifeste ex supra allatis, ex Canonibus Isagogici: ubi hæc inter alia retulimus: *μετεωρολογος autem, καὶ μετεωρολογος rationem nullam eum habere, excusauerit earum rerum ignorantio, quas ante nos nemo aduerterat, quamquam simus quidam Mathematicus, &c.* Tu qui solus & vnicus vestigiis doctrinæ Scaligerianæ insistere illi visus es, atq; adeo arcanorum illius consiliorum particeps es, hoc nobis, obsecro, ediffere mysterium: hoc enim est quod ex te quæsitum volumus.

Caluissio proponitur quæstioncula.

Aliud quoque est, de quo te in primo libro iam admonuimus, scriptores videlicet à te adductos, si veritatem discere voluisses, sat clare te docere potuisse, ad quem munus spectet Calendarii corrigendi: id enim omnes magistratui Ecclesiastico, Pontifici nimirum Romano, atque Conciliis deferunt: tu vero horum osor, Imperatori potius aut politicis obtrudendum suades. Sed vt in plerisque, ita etiam in hoc concertare mauis, quam ingenue id, quod omnes fatentur, fateri.

Scriptores enumeratos reformationem Calendarii tribuere magistratui Ecclesiastico.

Sed & quæ de Pontifice Gregorio decimotertio eiusque Calendarii emendatione in fine huius capitis adfers, prætereo. Abunde namque constat, nullam ea in re intercessisse negligentiam, quo Reipubl. Christianæ consuleretur. Pontificem nullis pepercisse sumptibus: vsum esse Astronomis celeberrimis: omnes magno animo vicisse ac superasse difficultates: rem diu ante esse agitatam: omnibus prius propositam, omniumque rogatas sententias.

Quæ correctio nem Calendarii præcesserint.

Verum de his alibi satis iam diximus, & plura infra addentur.

*Rationes, quibus nonnulli Caluifium ab oppugnando Calendario
Gregoriano dehortati prudenter sunt, perpenduntur.*

Rationes de-
hortatorum
quas recenset
Caluifius.

Sed nec dum ad intima penetrauimus; adhuc enim durât Caluifii præludia. capite sexto hanc tractare instituit quæstionem: *An operæ precium sit Calendariū Gregorianum examinare, eius errores monstrare, & commodiorem eius rationem inire vel- le.* vno verbo, actum agere? Tuos, Caluifi, vt experieris, non Calendarii Gregor- iani, ostendes errores, quos an operæ precii esset examinare, merito quis quæ- rere posset. Verum vt homo astutus consilium suum, factumque tegat temera- rium, scribendique corradat materiam, quorundam amicorum, qui ipsum, vt puto dehortati sunt, eludere hic sibi proponit rationes: quæ, si illi credimus, hæ- fere sunt. Prima, Instare extremum diem mundi. Secunda: *Calendarium Gregoria- num à statibus reformatum (deformatum) religionis repudiatum esse, & nunquam futurum, vt ab iis recipiatur.* Tertia; non esse spem villam abrogandi Calendarii Gregoriani iam introducti. Quarta; à præstantissimis artificibus illud conditum esse. Quinta & vltima: Negotium hoc parum attinere ad Seruum Caluifium Ludimagistrū, siue hominem in puluere scholastico desudantem.

Et sane quod spectat ad hoc amicorum consilium generatim, quo hominē, ne oleum operamque perderet, imo & conditionis ac officii admonitum vole- bant, quicumque tandem illi fuerunt, qui id dederunt, prudenter profecto illos fecisse, & optime consuluisse ac suasisse Caluifio, negari non potest: & si persua- sissent, dubium non est, quin è re Caluifii maxime fuisset: prudentum enim se- quendo consilia, & ipse prudentum ac peritorum numero adscribi potuisset: sed homine imperito nunquam quicquam iniustius, qui nisi quod ipse facit, ni- hil rectum putat.

De prima ra-
tione.

2. Ita prorsus Caluifius, qui aliquando quidem hac ratione, quam primo loco enumerat, vt cap. 2. Num. 3. vidimus, tanquam argumento solidissimo pro se v- titur, vt dierum exemptorum eximendorumq; pulcherrimam methodum de- struat atque reiiciat: hoc vero loco eo quod aduertit alterius esse inuentum, non suum, eandem rationem verbis eleuat, & Stifeltanum hoc argumentum esse di- cit. In Saxonia, narrat ex Hanardo Gamerio Tilmannus Bredenbachius collat. sacrarum libro septimo ca. 3 2. V Vittebergæ vicinus pagus nomine Holtzdorpf situs est, in quo pago Stifelius Euangelicus concionator populo docendo præ- fectus, sibi, suisque rusticis persuasit, tertio Octobris die, horam circiter decimā extremum iudicii diem futurum; idque ex supputatione quadratorum nu- merorum, tanquam ex diuina Spiritus sancti parefactione, serio confirma- uit. Rustici & ciues plerique omnes per vniuersam Saxoniam & Misniam, aruis & agris incultis relictis, negotiis orio posthabitis, curæ præferentes so- cordiam, omnia sua bona decoquebant, dies, noctesque pergræcabantur, certo confidentes (quemadmodum prædixerat Stifelius) tertio Octobris die eiusdem anni, qui erat à Christo nato millesimus quingentesimus trigessimus tertius, mundum perituum, & extremum iudicii diem aduenturum. Cum au- tem prædictus dies adesset, Stifelius suggestum occupans hortatur suos rusticos, & bone

& bono iubet esse animo: tempus instare, quo, prout quisque vestitus aderat, cum ocreis simul, & peronibus omnes in cælum auferrentur. At vero hora prædicti iudicii iam diu transacta, adeo ut rusticis de vaticinio desperantibus, ipse quoque dubitaret; forte procellosa tempestas orta fuit, quam cum Stifelius audiuiſſet, de nouo suos rusticos est hortatus; 'turbinem enim exorientem initium dare futuri iudicii. Sed paulo post tempestate sedata, cum rustici cælum serenum esse conspicerent, irati Stifelium è sublimi cathedra deturbatum, manibus, & pedibus acriter constrictis, in curru positum V Vittembergam traxerunt, ubi ipsum coram iudice de illata iniuria grauiter accusarunt, aliquod sibi emolumentum pro omnibus pecoribus, frugibus, & frumentis absumptis sperantes. Sed frustra illum accusarunt rustici; nam à rusticis vindicatum, è vinculis redemptum Stifelium Lutherus veteri ecclesiæ iterum præfecit. Hæc vera an falsa sint meam non interpono. Satis est Caluſium nunc pro se, nunc contra se *Stifelianis* pugnare argumentis: diem hunc propediem modo instare, longe ante 400. annos affore; modo, cum momentum hoc Deus sibi reſeruauerit, res huius mundi curari iubet ac si venturum nunquam eſſet. Vnde mox subiungit, se ideo Astronomus cum sit Astronomiæ non valedicturum; cui ut etiam commendationis aliquid vel à primis illis temporum initiis quæ creationem hominis præceſſerunt compararet, eam primo statim Geneſeos in capite à Deo hominibus commendatam verbis hiſce ampliſſimis prædicat *Astronomicum hoc studium, ſcrutari orbes caeleſtes, nouiſſe corporum caeleſtium magnitudines, interualla, curſus, progreſſiones, inſtitutiones: Scire & computare poſſe Solis & Lunæ labores & errores, ut veteres loquebantur, dirigere & deſignare poſſe tempora, annos & meſes, ſtudium pium eſt, reipub. vtile, & ſtatim in primo capite ſacrorum bibliorum nobis à DEO ipſo commendatum.*

Ex his autem quam putas Caluſius partem melius tenuerit? omnium ut arbitror optime *ſcrutari nouit orbes atque computare Solis & Lunæ errores*; Nam quoties eorum motus tabulis, Ephemeridibus, ſiue Calendariis ipſius non reſpondent id non tabulis, non Calendario quod ſecundum ipſum *plane non non peccat, nec peccare poteſt*, ſed ſoli Lunæque, qui via aberrarunt, adſcribendum eſt; quantus vero ſit ille error, mox ipſe ſuis tabulis, & calculo monſtrabit. Mirum tamen videri non debet ſi de palma cum Ptolomæo, Copernico, Braheo, &c. Caluſius certer, qui huic ſtudio ſedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur, cum uſus ſit Magiſtro ſummo Aſtronomo Magno videlicet Scaligero, qui antiquis Geometris & Aſtronomis, non ſolum æquiparandus, ſed & longe antepoſendus eſt, ſi ipſi de ſe ipſo teſtimonium reddenti, credamus: Ideo conſidenti *verecundia pronunciamus*, inquit, & in ipſius quoque rei inuentione longo interuallo eos à nobis vincit, qui quemadmodum Caluſius Clauium; ita ipſe Archimedes, Ptolomæum, alioſque in ludum atque officinam edolandos euocat. qui ſicuti in Geometricis ſolus fuit qui abſtruſiſſima quæque, & in quibus inueniendis tam antiquitas, quam noſtra ætas, fruſtra laborauit, vnus ipſe eruit: ita in Aſtronomicis, Principem ſe ipſum fecit: nam quod antea male illi ſucceſſerat, cum Archimedes erraſſe, & ut verbis eius utar, *non regnum in Geometria, ſed tyrannidem exerciſſe; demonſtratiue erraſſe: abſurdiſſima non pauca eius errata deprehendiſſe ſe*: &c. palam aſſerere non dubitauerit: reprehendendo poſtea Ptolomæum, Copernicum alioſque Aſtronomos; damnum reſarcire, famamque vindicare ſuam ſe poſſe ratus, eadem infelicitate in eos debacchatus eſt. Sed ut non deſueris

Cur Caluſius
pro magno A-
ſtronomo ha-
bendus ſit.

Cyclom. epiſt.
dedic.

Geometria sui Romani, Clauii, & alii ita non deerunt qui Astronomiam ab istis rupicibus, si modo operæ precium esse videatur, vindicent.

De secunda ratione.

3. Ex secunda ratione manifeste patet quosdam non parum timere sibi, dum aliis timent, ne Calendarium Gregorianum ab omnibus Principibus recipiatur, & propterea potius in vitioso veteri persistendum esse, admonent: ex quorum numero non postremi sunt Caluissius cum Patrono suo Origano; hic enim ait, hoc omnes optamus & speramus; ille vero magis suæ quam cōmuni rei intentus, specioso sumpto prætextu, quod dissensionibus in Calendario aliquando finis imponendus sit, suum Principibus obtrudere conatur calendarium; atque adeo dissensionum finem fore existimat, si suum Pseudocalendarium admittatur: Sed rectius existimaret, si id tunc demum reuera futurum prædiceret, quando illi qui adhuc à Gregoriano dissentiunt odia concepta ponerent, & potiore orbis partem sequendo, naturæ ipsius instinctui obsequerentur, ac pro vitioso quod agnoscunt Calendario Iuliano, nostrum integerrimum susciperent; quod ut apud Catholicos omnes sopiuit controuersias, & diuturnis querelis tandem finem imposuit, ita Catholicos inter & Acatolicos quæ adhuc supersunt in celebratione festorum dissidia penitus extingueret, si vel pacis nomine, nulla Gregorii facta mentione, à Protestantibus obseruandum etiam suis imponeretur.

De tertia ratione.

Cur Calendarium Gregorianum abrogari non possit.

Monuere tertio loco Caluissium amici Catholicos nunquam à forma anni Gregoriani discessuros, idque rectissimè; eius enim rei & fundamentum est & ratio. Nam præterquam quod summis omnium votis à tot annis correctio Calendarii agitata, ac postulata fuerit, summaque diligentia deinde ac felicitate peracta, atque adeo sanæ mentis non sit, illam respuere, multoque minus acceptam iam & usu comprobata repudiare: fuit etiam & est auctoritas Ecclesiæ Catholicæ eiusque Summi capitis Pontificis Max. quam nemo defugit, nisi qui fuerit à Numinis auctoritate fugitiuus: estque consensus nationum plurimarum, & Imperatoris, capitis Imperii Ecclesiæque Catholicæ defensoris (quæ vnica politicis istis sufficere deberet) nec non Regum, ac Principum Calendarium Gregorianum approbantium, amplectentium, ac firmiter in eo persistentium, constantia: Fuit denique & est ipsius Calendarii bonitas, facilitas, & quantum sufficit, atque in hoc negotio requiritur præcisio ac perpetuitas, &c. quæ omnia frustra hactenus ab aduersariis oppugnata sunt. Non latent te ista, Caluissi, eaque licet obscure coneris, extinguere tamen non vales. Vnde enim tibi constat Calendarium Gregorianum adeo radices egisse, ut spes nulla concipi possit, illud sede sua deiectum iri? nili quia nulla prorsus subest causa propter quâ aboleri, aliudque substitui debeat. Tuum est, Caluissi, commentum, quod ais nobis pro emendato Calendario mendosissimum obtrusum esse, tua fictio, qua talia effutiendo dissensiones fones, tuosque admones, neurbationibus contractuum, negotiorumque ciuiliū, & dissimilitudine etiam ceremoniarum Ecclesiasticarum in celebrandis diuerso tempore festiuitatibus & aliarum rerum, ex diuersis Calendariis originem trahentium, permoueantur ad hoc Calendarium Gregorianum recipiendum, etiam si hoc ipso iuxta Origanum à præscripto diuino multum discedendum sit. Astus & fucus tuus est, quibus pessimum Calendarium tuum ut legitimam emendati temporis rationem venditas; sed nos pœnitere tanti non emimus.

De quarta ratione.

5. Sequitur quarta ratio, quæ est, in correctione Calendarii Pontificem usum esse

esse exercitatisimis Astronomis, & quod supra monuimus, ab eo illorum nihil quæ ad correctionem necessaria aut vtilia esse poterant, præmissum esse. Quæ sanè ratio cuiuslibet, nisi amens aut odio plenus sit, satis esse deberet, à calumniis & criminationib. abstinendi; & siquid, quod tamen nondum ostensum est, humanitus erratum esset, excusandi potius quam accusandi præbere materiam: imo summis laudibus quod homini ethnico non denegauit Caluissius, vt supra cap. 2. de Iulio Cæsare eiusque Calendario (quod tamen ipse Caluissius vitiosum proclamat) audiuius, extollendi. At quia hominum Christianorum, imo totius populi Christiani Summorum capitum Pontificis Maximi, & Imperatoris, Regum & Principum, auctoritate, opera, consilio, consensu, approbationeque Calendarium Iulianum correctum, seu potius eidem aliud longe perfectius à Gregorio XIII, vel hoc etiam nomine verè magno, substitutum est; hoc tam præclarum opus visum est Caluissio homini, vt vel hinc apparet, Christianis, Christianæque paci insensissimum, non solum non laude dignum, vt Cæsaris idololatæ, quo æternam sibi laudem promeruerit, cui reliqua Caluissi & Scaligeri iudicio quacunque præclare vnquam egit, nequaquam sunt conferenda: Sed tale quo vniuersa ferè Europa turbata est: quod toti Europæ, & omnibus doctis pudori sit; & ludibriū debeat omnibus gentibus: Calendarium mendosissimum, vitiosissimum, absurdum, monstruosum, erroribus vbique refertissimum: in formis methodus: Summa sentina ac colluies omnium errorum.

Caluissius propter correctionem calendarii ethnico laudas Christianos vero vituperat.

Sed vt in pluribus ita etiam in hoc genitum ostendit sui Magistri, qui licet ineptissima Caledaria & anni referat rationes gentium plurimarum, in nullam tamen tantum inuehitur, quantum in Calendarii Gregoriani formam: cui tamen, si tam politica, quam Ecclesiastica, tam popularem, quam Astronomicam spectes rationem, par nullum, quod ipsimet, nolint velint, fateri debent, attulit: quid fecisset, si vel vni celsisset.

Caluissium imitatorem agere Scaligeri.

Putasne Caluissi, tuo te Elencho aliquid attulisse, quod Mathematicos tum totius orbis, omnes enim publico admoniti erant scripto, fugerit, illisque in mentem nunquam venerit: de quo non monuerint; quin multa potius velut minus vtilia minusque necessaria, vtiliter sanè ac necessario praderentque prætermiserint? An existimas quod id, quod tibi tuique similibus nunc videtur melius & aptius, hoc etiam tunc illis viris doctissimis tanquam aliquid melius, & aptius placuisse, aut placere debuisset? Aut denique etiam si reuera aliquid melius in aliquo, aut tu, aut alius adhuc afferret, an non hoc propter maiorem concordiam sententiarum, grauesque alias rationes, tam in politicis quam Ecclesiasticis omitti tunc poterat, aut debuerat?

Reformatores multa reieciisse, quæ aduersarii nunc vt noua inuenta proferrunt.

Ego sane penitus persuasum habeo, viros illos grauisimos, multa exiis, quæ, si pura spectanda fuissent artis præcepta, mutare potuissent, multò grauiores ob causas immutata reliquisse. Scilicet in animo habebant condere Calendarium potius Christianum cum ad vsum Ecclesiæ, iuxta propria illius festa, & Patrum, quæ tanta consensione constituta erant, decreta; tum ad commodum populare iuxta placita Principum Christianorum, quorum sententias exploratas habuerant, accommodatum: quam demonstrationes Mathematicas, aut tabulas Astronomicas obtrudere ad quædam horaria scrupula (vt nunc faciunt scioli quidam ac nugatores) vel ad nescio quam, quæ ab omnibus secernatur tam Ecclesiasticis, quam vulgarib. regulis, mentis seu ideam seu Chymeram directas.

Consilia

Obiectioni occurratur.

Purgabit fortassis se de hac imperitia Caluissius, seseque more Iudeorum de mense duodecimo locutum esse, quibus duo menses in anno embolima o eodē appellantur nomine. At redeat tibi in memoriam Caluissi te loqui constituisse, aut saltem prætexisse, ex mente eorum, quibus nihil cum Christi intersectorib. commune est. Deinde Iudæi dicebant: Adar primus, Adar secundus, quod non est duodecimus, & duodecimus: & magna stultitia esset in re nostra dicere duodecimus primus, duodecimus secundus: Item Adar primus, Adar secundus, reliquis vndecim mensibus adiuncti, tredecim, non duodecim menses tantū constituit: nisi forte in sua Arithmetica quemadmodum quatuordecim sunt quindecim; ita etiam duodecim sint tredecim; id autē an verum fierique possit, tuis relinquo disputandum discipulis.

Alia excusatio refellitur.

Neque te excusat, quod addideris in Canone *ante æquinoctium*; hoc enim superfluum omnino, & ex inscitia tua additum est; cum duodecimus mensis non possit non esse ante æquinoctium à quo sequens determinatur annus: etsi fieri possit ut aliqua duodecimi mensis pars apta non præcederet æquinoctium, in ea per te licebit Pascha celebrare, atque adeo etiam in duodecimo mense: id enim sequitur ex tuo acutissimo illo addito *ante æquinoctium*.

Aliud effugium præcluditur.

Quod si dicas te in definitione duodecimi mensis comprehendisse etiam tertium decimum eo quod adiuxeris illum esse duodecimum, cuius plenilunium diē 21. Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat, magis te intricabis. Nō enim vides, bone vir, hac ratione non solum tertium decimum mensem, sed & reliquos te includere, quorum plenilunia æquinoctium præcedunt, vndecimum nimirum, decimum, nonum, &c. & sic omnis mensis tibi dicetur duodecimus, nouo & inaudito exemplo, absque vndecimo, decimo, &c.

Quo pacto alii vltimū mensem vocent duodecimum.

Vocauit vltimum mensem S. Ambrosius in sua de Paschate recte celebrando pulcherrima epistola, duodecimum; sed non vniuersim, aut in definitione, ut tu; sed nō quando annus cōplectebatur plures quam duodecim menses; sed nō quando non erat vltimus. Deniq; in futurum, inquit, Iudei duodecimo, non primo mense celebraturi sunt Pascha, hoc est 13. Kalend. April. &c. sed is annus erat, Christi 387. currens Iudaicus 4148. siue 4147. completus, qui non erat embolimaus, sed duodecim tantum constabat mensibus.

Deinde idem S. Ambrosius hoc loco non locutus videtur de mense lunari, sed solari Ægyptiorum, accipit enim mensem solarem, qui Pharmuti dicitur pro primo mense: & primus, inquit, incipit sexto Calendas Aprilis, & finitur septimo Calendas Maii, qui est, ut paulo post subiicit, trigessimus, hoc est vltimus, dies Pharmutii mensis. Confer te Caluissi ad Logicorum aliquem qui te, qua ratione recta diuisio, descriptio, & definitio instituenda sit, edoceat: sunt deinde etiam alii, qui aliquando duodecimo ac vltimo mense pro eodem vsi sunt: at non, ut tu facis, in definitione, aut in regula generali siue Canone: quæ ut necessaria omnia includere, ita aliena ac superflua excludere debent: aliis enim in locis aut ex subiecta materia aut ex præcedentibus, vel consequentibus, aliisve circumstantiis, auctorum sensus percipitur, atque lis dirimitur.

Vltimus mensis contra mentem ac decreta Patrum à Caluissio definitur.

3. Sed satis non fuit Caluissio errare in definitione mensis vltimi, verum ausus est eundem etiam determinare non ex Patrum Nicenorum sententia, sed ex suo cerebro, cum dicit eum mensem habitum pro vltimo mense, cuius plenilunium diem vicesimum Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat; hoc enim est falsissimum,

num, li præcie, vt de definitionibus neri tolet, loqui uelimus, & non nū Calu-
fii commentum. Vltimus enim anni lunaris mensis definitus ac determina-
tus fuit ab iisdem Concilii Niceni Patribus, tunc quando ipsi termini Paschales
constituti fuere, tunc nimirum vt ipse fateris, quando æquinoctium fiebat 21.
Martii: sed tunc terminus Paschalis non ad plenilunium indicandum, neque eo
loco fixus fuit, ubi plenilunium fiebat, vt capite præcedenti satis probauimus;
Ergo falsum est vltimum mensem esse illum, cuius plenilunium *viceſimumprimum*
Martii præcedebat: sed etiam eum, & quidem proprie, & ex lege dicta, is cuius lu-
na quartadecima eundem diem 21. Martii proxime præcedebat; siue deinde e-
ius plenilunium in diem *viceſimumprimum* Martii incideret, siue illum præce-
deret.

Et hic est secundus tuus primarius error, contra ipsa principia commissus.
Ex quo, quemadmodum ex superiore, sua deduci possunt consectaria: licebit e-
nim impune Pascha celebrare in vltimo mense, quotiescunque quartadecima
præcedit diem 21. Martii, plenilunium vero siue quintadecima luna cum eodem
die conuenit: quod in decretis Patrum non reperitur.

Abſurdum in-
de deductum
primum.

Sequitur deinde idem qui supra error, de duobus in eodem anno lunari Ec-
clesiastico Paschatis, &c. sed nondum finis.

Abſurdum ſe-
cundum.

4. Tertius enim principalis error à Caluſio cōmittitur in definitione men-
sis secundi, in qua aſſeruerat, mensem secundum eum esse, cuius plenilunium ſequi-
tur diem *decimūnonum* Aprilis. Biceps hoc monstrum est, caudam poſt ſe trahens
non minus monſtroſam, quam ipſum eſt monſtrum. Hæcine Caluſi de *primi-
tina*, dicis, *Eccleſia*, venerandis que Concilii Niceni Patribus? Patribus Nicenis ſe-
cundus dicebatur mensis, cuius quartadecima luna, non cuius plenilunium ſequē-
batur diem *decimūoctauum*, non *decimūnonum* Aprilis. Quam bellum erat,
Caluſi, conſiteri potius neſcire te, quod neſcias; quam ignorationem adeo craſ-
ſam verbis tam perſpicuis effutire.

Secundi menſis
atq; vltimi ter-
mini Paſchalis
faſſa Caluſi
determinatio.

Nonne ſupra à Magiſtro tuo didiciſti, homines ſæculi Conſtantini Magni ni-
hil de præceſſione lunari ſciuiſſe, id quod neque tu negas in tuo peſſimo Elen-
cho, vt patet ex iis, quæ aſſers in initio capitis ſequentis: Patresque eo conſtitu-
iſſe terminos Paſchales loco, quo eos in perpetuum fixos vt credebant, ita vole-
bant? Conſtituerunt autem, vel te ipſo teſte, citimum quidem in die viceſimo
primo Martii: *primum etiam*, inquis, *terminum Paſchalem vel potius citimum huic diei*
21. Martii aſſixerunt: vltimum vero eos *decimūoctauo* Aprilis attribuiſſe tu ipſe
ſimiliter fateris, cum tui ac canonum tuorum oblitus infra cap. 26. ais: *nullum*
terminum Paſchale in die 19. Aprilis, quo quartadecima epacta, in die 6. Aprilis fixa, pertin-
git figere potuerunt. Ergo clariſſime aſſeris, nullum terminum Paſchalem in die 19.
Aprilis non ſolum non fuiſſe, ſed neque vllum eo tempore, & per conſequens
ex opinione Patrum nunquam ibi eſſe potuiſſe. Vbi ergo erat vltimus termi-
nus non in die 20. Aprilis; alias limites terminorum nimium fuiſſent dilatati: nō
in die 17. ne iidem limites, qui commode dilatari poterant, in anguſtias cōſtrin-
gerentur. Ergo neceſſario vltimus terminus Paſchalis in die *decimūoctauo* A-
prilis conſtitutus erat. Cum igitur termini extremi, te ipſo iudice, hoc ſe habeāt
modo, qua fronte, qua confidentia, qua religione hoc loco aſſerere audes, Pa-
tres voluiſſe eum eſſe mensem ſecundum, cuius plenilunium, quod tibi ſiue ex in-
ſcitia, ſiue ex temeritate terminus dicitur, ſequitur diem *decimūnonum* Aprilis: ac
ſi in

Probatum quæ-
tamdecimā in
19. Aprilis ex
mente Patrum
ſpectare non ad
primum, ſed ad
ſecundum mē-
ſem.

si in eodem die 19. ultimus fuerit fixus terminus? quasi is mensis cuius plenilunium in diem 19. Aprilis incidit, primus, non autem secundus esset. Nonne aureus numerus 16. affixus erat diei 8. Martii, & rursus idem numerus diei 6. Aprilis (si id nescis disce ex Origano) & quod sequitur eorum quartadecima, quæ plenilunia falso tibi dicuntur, in 21. Martii, & 19. Aprilis incidunt? Sed quartadecima siue terminus Paschalis in 21. Martii est primi mensis: ergo illa quartadecima, quæ in 19. Aprilis cadit, & non solum illa ut tu falso asseris qui eundem diem sequitur, est secundi mensis: nisi duas quartadecimas putes consistere posse in eodem mense: aut certe quemadmodum duodecimus & tertiusdecimus mensis, tibi sunt duodecimus & duodecimus; ita primus & secundus, sint tibi primus & primus: res ingenio Caluifiano dignissima. An non pudebat te sanctis illis Patribus, quorum auctoritatem omnis semper suspexit posteritas; nec despicit nisi vestra nouitas, tam turpiter imponere, perque ora traducere vulgi.

Absurdum primum, quod ex dictis deducitur.

His duobus capitibus plenilunii videlicet, & decimoini Aprilis à Caluifio effictis, & pro quartadecima luna & decimo octauo Aprilis substitutis, plenius perspectis, atque resectis, nunc absurditatibus inuolutam caudam euoluamus. Sequitur enim hinc primo, fieri posse Pascha contra decreta Patrum, in mense secundo, siue impurorum, quotiescunque quartadecima sequitur 18. Aprilis, nec tamen plenilunium decimum nonum diem excedit, quod non raro contingere potest.

Absurdum secundum.

Quo priuilegio Caluifiano si quis vtatur, illudq; coniungat cum primo, quod ex secundo eius capitali errato Num. 3. deduximus, is secundo secure, quicquid Patres sanxerint, duo Paschata eodem anno celebrabit; alterum in secundo mense, alterum in ultimo qui ex allata sequela duodecimus etiam esse potest: quod si pro primo mense aliud Pascha adiuxeris, habebis tria Paschata in vno eodemque anno lunari.

Absurdum tertium.

Si vero tertium illud Pascha omiseris, nihilominus nos tertium dabimus cōsestarium, sequitur enim duo paschata, ita dispēfante Caluifio, decem tantummodo differre mensium intervallo: tot enim si secundum à duodecimo subtraxeris remanent menses.

Absurdum quartum.

Commode igitur quartum addemus corollarium, videlicet duo quædam alia Paschata remoueri ab inuicem spacio tredecim mensium: tot enim eodē numerationis modo inter duodecimum mensem anni embolimæ & secundum sequentem colligemus. Reliqua absurda lubens prætereo.

Consestarium generale primum è canonibus Caluifianis deductum.

5. Non tamen prætereunda sunt alia magis generalia consestaria, quæ ex canonibus Caluifianis consequuntur, quorum primum est, Pascha celebrari licite posse quouis anni lunaris mēse, primo videlicet, tertio, quarto, quinto, &c. exceptis duobus, secundo & duodecimo, his enim solis festum illud (quamuis non semper) ut audiuius, à Caluifio interdicatur.

Consestarium secundum.

Secundū est, Pascha peragi posse in ipso termino Paschali, qui Caluifio plenilunium est: hoc enim nullo suorum canonum vetat canonista Caluifius, modo vitetur ne cum Iudæis & quartadecimanis conueniatur.

Consestarium tertium.

Tertio sequitur toties esse peccatum in Ecclesia, quoties in celebratione Paschatis ab hac Caluifii norma Lesbia deflexum est, præsertim postquā innocentissimi canones isti, nouaq; hæc Calendaria, quæ neq; peccant, neq; peccare possunt, mundo innotuere, quibus tamen, ut huc vsque exacte conspeximus, nihil prodiit nocentius, monstrosius nihil,

6. Si

6. Sibreue ac sincerum regularum ac canonum Paschalium compendium audire vis, lege Rabanum Maurum Archiepiscopum Moguntinum, is tibi lib. 2. de institutione Cleric. cap. 39. cum B. Isidoro Hispalensi id verbis hisce tradet. *Initium primi mensis obseruandum est, ab octauo Iduum Martiarum, vsq; in Nonarum Aprilium diem. quartadecima vero luna Pasche à duodecimo Calendas Aprilis vsque in decimum-quartum Calendas Maii querenda est. Porro dies Pasche Dominica ab vndecimo Calendas Aprilis, vsque in septimum Calendas Maii: & hoc à luna quintadecima vsque ad vigesimam primam. Eadem prorsus & totidem fere verbis leguntur apud venerabilem Bedam de temp. rat. cap. 50. Et ne putes ipsum oblitum esse æquinoctii, addit Rabanus, Nunquam ergo contingere potest, vt luna quartadecima primi mensis ante vernale æquinoctium, quod sit duodecimo Calendas Aprilis eueniat. Hæc si apud Orthodoxos legere atque intelligere Caluisi voluisses, nouis condendis canonibus, iisdemq; pessimis, omnino superedisisses, neque te ridendum vulgo exposuisses.*

7. Cætera, quæ hic suis Caluisi canonibus addit, cum parum ad rem faciunt, parumque interfit, siue erret, vt solet, siue non erret, silentio præteriri possunt. Hoc solum monendum putauimus, ne cui Caluisi fucum faciat, cum ait de Dionysio Exiguo Abbate Romano: *Ab hoc Dionysio termini etiam Paschales in cyclo lunari præscripti sunt, post quos Dominica proxima quæ sequeretur, sollemnis Paschati celebrando haberetur. Id enim nili recte explicetur verum non est. Præscripti sunt enim termini Paschales, & Calendario Alexandrino inscripti à Patribus Nicenis, siue iussu eorum ab Alexandrinis vno eodemque tempore: vt vel ex iis, quæ capite præcedenti disputauimus constare potest: iidem porro termini cum reliquis indicibus lunaribus ab hoc Dionysio iussu Romani Pontificis in Calendarium Romanum translati sunt, & tandem ipsum Calendarium ad mentem illorum Patrum ordinatum. Cycli vero ipse lunaris, ex quo suum ortum habent termini, vt clare colligitur ex S. Ambrosio, teste omni exceptione maiore, constitutus vel ordinatus, atque in vsum Ecclesiæ reuocatus à Patribus Nicenis est. Sic enim de illis habet D. Ambrosius lib. 10. epist. 83. loco supra lib. 1. cap. 2. Num. 5. Qui conuenientes, &c. decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncuparunt. Ad exemplum igitur hoc Dionysius Abbas ordinauit & inscripsit Calendario Romano terminos Paschales, & nequaquam de nouo aut diuerso modo eos præscripsit, quam à Concilio Niceno ordinatum erat, vt pluribus ostendit Paulus Mittelburgensis in sua Paulina, Stofferinus, & alii. Sed de his plura infra.*

Terminos Paschales auctori-
tate PP. Nicenorum Calendario inscriptos. & ex Alexandrino à Dionysio Exiguo in Romanum translatos esse.

CAPVT QVARTVM.

Examinantur ea, quæ de mutato Calendario, mutationisque Auctoribus capite quinto dicuntur.

Eorum, quæ capite quinto à Caluisio decantantur, summa hæc ferme est: Pontifex Gregorius decimustertius non primus fuit, qui de emendando Calendario Iuliano cogitationem suscepit: sed ante ducentos vel etiã trecentos annos hæc res fuit agitata. Quod vero mox addit, ante mille fere annos commissos fuisse huiusmodi errores quosdam, quales hodie plures in Calendario Iuliano animaduertuntur, si de erroribus absolute, &

K

qui

Subtemeraria
Caluiffi de er-
ratis Calenda-
rii veteris opi-
nio.

qui in Calendario Ecclesiastico vere errores dici debeant, loquitur, hæc eius assertio nimis videtur temeraria; non modo, quia tunc forma anni à Patribus recognita nemini pro vitiosa habita fuerit, sed etiam, quia differentia aut quantitas anticipationis, maxime in luna, si communem spectemus Ecclesiæ consuetudinem, tanta non fuerit, quæ Paschata erronea progenuisse dici debuerit. Sed audiamus quid Caluiffius hac de re subiiciat.

Esse autem initio, inquit, & propter exiguam differentiam, & propter intermortuam temporis literas, nec agniti sunt, nec etiam in literas relati; propterea quod homines illorum temporum non auderent credere, aliquid peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesiâ semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata essent. Equidem fidelissimum hic Scaligeri discipulum agnosco, fidelior in describendis verbis magistri sui est, quam sacræ Scripturæ; nam ab illo quod, nec syllabam omisisset; sed prout habentur lib. 4. de emend. temporum pag. 306. edit. secundæ, ita in suum transtulit Elenchum, aucta tantummodo vnico &.

Singularis Cal-
uiffi audacia.

Sed ô homines illius sæculi timidos! O audaciorem cunctis Caluiffium, qui multa credere audet contra ea, quæ ab Ecclesiâ semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata sunt. Maie virtute, ingenio, & audacia Caluiffi. Tu te virum præbes: Tibi hæc laus merito debetur, & quam libenter tibi tribuo. hoc audes, quod olim ausi sunt audentque omnes sectarii, dum credere non dubitant peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesiâ semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata sunt. Non ita sancti Patres & Doctores Ecclesiæ, qui omnia sua Ecclesiæ, aduersus non præualituras inferiorum portas, (ex promissione Christi didicerunt,) submiserunt iudicio.

Patres Nicænos
ea, quæ in Ca-
lendario consti-
tuerant, non cre-
denda, sed ob-
seruanda pro-
posuisse.

2. Neque vero Patres illi sanctissimi, quæ de Paschatis celebratione sanxerunt credenda, ut articulum fidei infallibilia proposuerunt: sed tempora, quibus sanctissima illa festiuitas vnanimiter eodem die perageretur, constituerunt. Contra quas constitutiones si quis temere faceret, dubium non est, quin peccaret; non autem hoc modo constituendo peccarunt ipsi, ut audax tu credere audes; qui auctoritatem Ecclesiæ contemnis, eamque non audis, & propterea maximo te implicas peccato, & merito mihi es sicut ethnicus & publicanus.

Egregie sane hac de re, & ad nostrum explicandum propositum aptissime sanctus Athanasius libro de Synodis, in quo cum ageret de Niceno symbolo sic habet: *Nec consulem, nec diem, nec mensem addiderunt, sed in negotio Pascha non abhorruerunt ab huiusmodi appendice; ibi enim placuit ut adderetur VISVM EST, ut omnes obtemperarent: De fide vero non scripserunt visum est, sed, AD ISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & statim ipsa confessio credendi adiuncta est: ut ostenderent, eam non esse nouam sententiam, sed Apostolicam: & quæ scripserunt, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta.* Hæc S. Athanasius. Nihilominus tamen hæretici habiti sunt, qui huic visum est, ut tu in canonibus tuis fecisti, contradiceret, aut pertinaciter non obedirent, quod clare testatur exemplum hæreticorum Quartadecimanorum.

Accedit quod Patres Niceni etiam si fortassis non putarint tantam fore lunæ solisque in Calendario præcessionem, non tamen ad credendum proposuerunt, cyclum, quem construxerant lunæ non aberraturum vnquam ab vnde viginti annis Iulianis; aut æquinoctium perpetuo fore in Calendario Iuliano 21. die Martii. Sed cyclum illum ac diem seruandum ab omnibus in Paschatis celebratione eduxerunt, Qui cyclus ac dies, postquam à proposito aberrare cepit, cir-

errorem constituit opinionis, quo homines putarunt se moraliter proxime post quartamdecimam lunam ac æquinoctium vernum Pascha celebrare, vt fieri consueuerat proxime post tempora Concilii Niceni: postquam igitur cycli illi, maxime vero solaris in Calendario notabiliter præter opinionem Patrum vagari inuenti sunt: iure merito & scriptores ea de re Ecclesiæ admonuere Antistites, & tandem ab ipso summo Antistite Gregorio XII. summa cum omnium bonorum approbatione emendati ac reformati sunt.

3. His ita præmissis, Caluissius gradum ad auctores, qui de cyclorum erroribus monuerunt, facit; nominat autem Nicephorum, Gregoram, Isaacum, Argyrum, Sacroboscum, ac reliquos, quos supra libro 1. cap. 2. Num. 6. ex hoc Caluissii loco retulimus. Cur autem Paulum Episcopum Forosempromiensem in numero anonymorum esse maluerit, causam coniecere non possum: nisi fortassis, quia eum & negligit Scaliger magister Caluissii, & quia ipse vtrique in multis aduersatur. Sed in hiis non immoror, sius illis per me, quo valere possunt, maneat valor.

Scriptores qui de erratis Calendarii veteris monuerunt, à Caluissio enumerantur.

Lubet autem hac occasione ex te Caluissi quærere, qua ratione fieri potuerit, vt allati à te scriptores aliquid de *μετεωρίων* monuerint, cum ante magistratum tuum Scaligerum nemo hominum de *μετεωρίων* quicquam sciuerit: eius enim rei inscitiam non solum Clauio, ad quem solum calumniandum natus videbatur, sed & aliis se multo doctioribus obicit: patet hoc manifeste ex supra allatis, ex Canonibus Isagogici. bi hæc inter alia retulimus: *μετεωρίων* autem, & *μετεωρίων* rationem nullam eum habere, excusauerit earum rerum ignorantio, quas ante nos nemo aduerterat. quamquam finitus quidam Mathematicus, &c. Tu qui solus & vnicus vestigiis doctrinæ Scaligerianæ insistere illi visus es, atq; adeo arcanorum illius consiliorum particeps es, hoc nobis, obsecro, ediffere mysterium: hoc enim est quod ex te quæsitum volumus.

Caluissio proponitur quæstionem.

Aliud quoque est, de quo te in primo libro iam admonuimus, scriptores videlicet à te adductos, si veritatem discere voluisses, sat clare te docere potuisse, ad quem munus spectet Calendarii corrigendi: id enim omnes magistratui Ecclesiastico, Pontifici nimirum Romano, atque Conciliis deferunt: tu vero horum os, Imperatori potius aut politicis obtrudendum suades. Sed vt in plerisque, ita etiam in hoc concertare mauis, quam ingenue id, quod omnes fatentur, fateri.

Scriptores enumeratos reformationem Calendarii tribuere magistratui Ecclesiastico.

Sed & quæ de Pontifice Gregorio decimotertio eiusque Calendarii emendatione in fine huius capituli adfers, prætereo. Abundè namque constat, nullam ea in re intercessisse negligentiam, quo Reipubl. Christianæ consuleretur. Pontificem nullis pepercisse sumptibus: vsum esse Astronomis celeberrimis: omnes magno animo vicisse ac superasse difficultates: rem diu ante esse agitam: omnibus prius propositam, omniumque rogatas sententias.

Que correctio nem Calendarii præcesserint.

Verum de his alibi satis iam diximus, & plura infra addentur.

*Rationes, quibus nonnulli Caluissium ab oppugnando Calendario
Gregoriano dehortati prudenter sunt, perpenduntur.*

Rationes de-
hortatorum
quas recenset
Caluissius.

Sed nec dum ad intima penetrauimus; adhuc enim durât Caluissii præludia. capite sexto hanc tractare instituit quæstionem: *An operæ precium sit Calendariū Gregorianum examinare, eius errores monstrare, & commodiorem eius rationem inire vel- le. vno verbo, actum agere? Tuos, Caluissi, vt experieris, non Calendarii Grego- riani, ostendes errores, quos an operæ precium esset examinare; merito quis quæ- rere posset. Verum vt homo astutus consilium suum, factumque tegat temera- rium, scribendique corradat materiam, quorundam amicorum, qui ipsum, vt puto dehortati sunt, eludere hic sibi proponit rationes: quæ, si illi credimus, hæ- fere sunt. Prima, Instare extremum diem mundi. Secunda: *Calendarium Gregoria- num à statibus reformatæ (deformatæ) religionis repudiatum esse, & nunquam futurum, vt ab eis recipiatur.* Tertia; non esse spem vllam abrogandi Calendarii Gregoriani iam introducti. Quarta; à præstantissimis artificibus illud conditum esse. Quinta & vltima: Negotium hoc parum attinere ad Sethum Caluissium Ludimagistrū, siue hominem in puluere scholastico desudantem.*

Et sane quod spectat ad hoc amicorum consilium generatim, quo hominē, ne oleum operamque perderet, imo & conditionis ac officii admonitum vole- bant, quicumque tandem illi fuerunt, qui id dederunt, prudenter profecto illos fecisse, & optime consuluisse ac suasisse Caluissio, negari non potest: & si persua- sissent, dubium non est, quin è re Caluissii maxime fuisset: prudentum enim se- quendo consilia, & ipse prudentum ac peritorum numero adscribi potuisset: sed homine imperito nunquam quicquam iniustius, qui nisi quod ipse facit, ni- hil rectum putat.

De prima ra-
tione.

2. Ita prorsus Caluissius, qui aliquando quidem hac ratione, quam primo loco enumerat, vt cap. 2. Num. 3. vidimus, tanquam argumento solidissimo pro se v- titur, vt dierum exemptorum eximendorumq; pulcherrimam methodum de- struat atque reiiciat: hoc vero loco eo quod aduertit alterius esse inuentum, non suum, eandem rationem verbis eleuat, & Stifelianum hoc argumentum esse di- cit. In Saxonia, narrat ex Hanardo Gameraio Tilmannus Bredenbachius collat. sacrarum libro septimo ca. 3 2. V Vitteberge vicinus pagus nomine Holtzdorpf situs est, in quo pago Stifelius Euangelicus concionator populo docendo præ- fectus, sibi, suisque rusticis persuasit, tertio Octobris die, horam circiter decimā extremum iudicii diem futurum; idque ex supputatione quadratorum nu- merorum, tanquam ex diuina Spiritus sancti patefactione, serio confirma- uit. Rustici & ciues plerique omnes per vniuersam Saxoniam & Misniam, aruis & agris incultis relictis, negotiis otio posthabitis, curæ præferentes so- cordiam, omnia sua bona decoquebant, dies, noctesque pergræcabantur, certo confidentes (quemadmodum prædixerat Stifelius) tertio Octobris die eiusdem anni, qui erat à Christo nato millesimus quingentesimus trigesimus tertius, mundum periturum, & extremum iudicii diem aduenturum. Cum au- tem prædictus dies adesset, Stifelius suggestum occupans hortatur suos rusticos, & bono

& bono iubet esse animo: tempus initare, quo, prout quisque vestitus aderat, cum ocreis simul, & peronibus omnes in cælum auferrentur. At vero hora prædicti iudicii iam diu transacta, adeo ut rusticis de vaticinio desperantibus, ipse quoque dubitaret; forte procellosa tempestas orta fuit, quam cum Stifelius audiisset, de nouo suos rusticos est hortatus; turbinem enim exorientem initium dare futuri iudicii. Sed paulo post tempestate sedata, cum rustici cælum serenum esse conspicerent, irati Stifelium è sublimi cathedra deturbatum, manibus, & pedibus acriter constrictis, in curru positum V Vittembergam traxerunt, ubi ipsum coram iudice de illata iniuria grauiter accusarunt, aliquod sibi emolumentum pro omnibus pecoribus, frugibus, & frumentis absumptis sperantes. Sed frustra illum accusarunt rustici; nam à rusticis vindicatum, è vinculis redemptum Stifelium Lutherus veteri ecclesiæ iterum præfecit. Hæc vera an falsa sint meam non interpono. Satis est Caluesium nunc pro se, nunc contra se *Stifelianis* pugnare argumentis: diem hunc propediem modo instare, longe ante 400. annos affore; modo, cum momentum hoc Deus sibi reseruauerit, res huius mundi curari iubet ac si venturum nunquam esset. Vnde mox subiungit, se ideo Astronomus cum sit Astronomiæ non valedicturum; cui ut etiam commendationis aliquid vel à primis illis temporum initiis quæ creationem hominis præcesserunt compararet, eam primo statim Geneseos in capite à Deo hominibus commendatam verbis hisce amplissimis prædicat *Astronomicum hoc studium, scrutari orbes caelestes, nouisse corporum caelestium magnitudines, interualla, cursus, progressiones, institutiones: Scire & computare posse Solis & Lunæ labores & errores, ut veteres loquebantur, dirigere & definire posse tempora, annos & menses, studium pium est, reipub. utile, & statim in primo capite sacrorum bibliorum nobis à DEO ipso commendatum.*

Ex his autem quam putas Caluissius partem melius tenuerit? omnium ut arbitror optime scrutari nouit orbes atque computare Solis & Lunæ errores; Nam quoties eorum motus tabulis, Ephemeridibus, siue Calendariis ipsius non respondent id non tabulis, non Calendario quod secundum ipsum plane non non peccat, nec peccare potest, sed soli Lunæque, qui via aberrarunt, adscribendum est; quantus vero sit ille error, mox ipse suis tabulis, & calculo monstrabit. Mirum tamen videri non debet si de palma cum Ptolomæo, Copernico, Braheo, &c. Caluissius ceteris, qui huic studio sedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur, cum vsus sit Magistro summo Astronomo Magno videlicet Scaligero, qui antiquis Geometris & Astronomis, non solum æquiparandus, sed & longe antepositus est, si ipsi de se ipso testimonium reddenti, credamus: Ideo confidenti verecundia pronunciamus, inquit, & in ipsius quoque rei inuentione longo intervallo eos à nobis vincit, qui quemadmodum Caluissius Clauium; ita ipse Archimedes, Ptolomæus, aliosque in ludum atque officinam edolandos euocat. qui sicuti in Geometricis solus fuit qui abstrusissima quæque, & in quibus inueniendis tam antiquitas, quam nostra ætas, frustra laborauit, vnus ipse eruit: ita in Astronomicis, Principem se ipsum fecit: nam quod antea male illi successerat, cum Archimedes errasse, & ut verbis eius utar, non regnum in Geometria, sed tyrannidem exercuisse; demonstratiue errasse: absurdissima non pauca eius errata deprehendisse se: &c. palam asserere non dubitauerit: reprehendendo postea Ptolomæum, Copernicum aliosque Astronomos; damnum refarcire, famamque vindicare suam se posse ratus, eadem infelicitate in eos debacchatus est. Sed ut non defuerunt

Cur Caluissius pro magno Astronomo habendus sit.

Cyclom. epist. dedic.

K ;

Geometria

In calendario
veteri pascha le-
gitimum non
nisi casu cele-
brari, ex Caluissii
sententia.

plura eius opera tum potissimum eius Cyclometrica, & ea, quam infra exami-
nabimus, de æquinoctiorum anticipatione Diatriba.

7. Verum redeamus ad tuum Elenchum Caluissi, atq; ad reliquum tertii ca-
pituli, ubi ostendis Calendarium Iulianum siue vetus, nullum amplius pascha rite
præscribere; ita ut si quando pascha celebraretur suo tempore, id non Calenda-
rio, sed casui potius adscribendum sit. id quod per tuam annorum 19. tabellam,
cuius partem supra exhibuimus, ipse probas: quinque enim nominas annos in
quibus Pascha in ultimam mensis paschalis hebdomadam contra Canones reiectum est, &
quatuor alios, quorum paschata ex mense paschali penitus reiecta sunt, & in mensem
secundum translata: In reliquis vero decem annis oblitteram Dominicalem non
datus fuit peccato locus, inquis, idque casu sic accidisse manifestum est. Concedimus per-
facile, quod & tu tua sponte fateris, vos qui adeo pertinaciter Calendarium
Gregorianum reiicitis & utimini Iuliano, paschata multa contra Canones cele-
brare, & si quod agatis legitimum, id non Calendario vestro, cuius cycli peccan-
do iam pridem modum intra quem consistere deberet cyclorum ratio excessisse-
runt, sed casui potius, siue fortunæ esse tribuendum.

Quæ porro est ista peruicacia, malle errare, aut non nisi fortuito bene agere,
quam cum bene sentientibus consentire? cur, malum, si vestra confessione aber-
ratis à vero, iis irascimini, qui ne contra decreta Ecclesiæ in cultu diuino peccan-
rent, errata correxerunt? Verum quicquid obstrepatis infelices, quicquid
ringamini, quicquid repugnetis, nunquam nos Catholicos pœnitebit veritatis,
aut debiti erga Ecclesiam obsequii. Fruemur hoc bono, quod Gregorianæ cor-
rectioni acceptum referimus, ut iuxta sancita Patrum Pascha non casu, sed certa
methodo, ac constanter suo tempore celebremus.

CAPVT TERTIVM.

*Plures Caluissii errores, commissi in recensendis canonibus
Paschalibus, aperiuntur.*

Capite quarto quod De Canonibus paschalibus inscripsit Caluissius, regulas siue
Canones de paschate recte celebrando hoc ordine, hisceq; proponit verbis

Canones Pa-
schales Caluissii.

I. Ne pascha alio quouis die in Hebdomade celebretur, quam die Dominico, siue feria pri-
ma, quam diem solis appellamus.

II. Ne pascha cum Iudeis celebretur. siue ut clarius dicam & verba Canonis retineam, ne
Christiani cum Iudeis interfectoribus Christi in paschate celebrando concurrant.

III. Ne pascha in duodecimo Mense ante æquinoctium vernum celebretur. Duodecimus
Mensis autem is habebatur, cuius plenilunium diem vicesimum primum Martii, ubi æquino-
ctium fiebat, precedebat.

IV. Ne pascha cum quartadecimanis hereticis ante plenilunium agatur.

V. Ne pascha in ultimam mensis lunaris hebdomadam reiciatur, in dominicam scilicet,
qua vicesimum primum diem mensis lunaris sequitur.

VI. Ne pascha in mensem secundum siue in mensem impurorum reiciatur. Mensis au-
tem secundus anni Ecclesiastici est, cuius plenilunium sequitur diem decimum nonum Aprilis.

Libenter à te Caluissi didicerim, unde hos Canones hausseris. In nullis omnino
actis

actis vllius Cōcilii, vel hoc ordine, vel hisce verbis, vel etiam hoc sensu omnes leguntur: quod signum est, eos non aliunde, quam ex ludo Caluifiano recenter cusos prodire. Et tamen pro regulis siue canonibus primitiua Ecclesiæ vendicare eos nō erubescis: Mirabilem autem agis legislatorē, præcepta ac leges omnes propositionibus negatiuis edicendo. Nonne nō modo nō peccabit contra tuos canones is, qui nullum omnino Pascha celebravit, sed & bonum opus videbitur perpetrasse: siquidem nō faciendo prohibita, bene agere dicimur? Saltem, si res licita est Pascha celebrare, cum omnia edicta sint negatiua, omni tempore licitū erit Pascha peragere, quod hisce non expresse comprehenditur præceptis: alias sufficientia nequaquam erunt. Sed videamus quædam speciatim, vix enim nos aliter nouus intelliget canonista.

2. Ne autem multa nimis percontando nimium homini molesti simus, trāseant in primis ea, quæ primo & quinto canone afferuntur. Secundus etiā & quartus eadem de causā alium in locum reiciatur, tertiū dūtaxat & sextum, qui reliqui sunt, hoc loco breuiter expendamus. In tertio igitur prohibitionem vltimi mensis quem male definit, etiam in scire refert. *Cautum, ait, ne Pascha in duodecimo mense ante æquinoctium vernum celebretur*: quasi vero Pascha in tertio decimo, (is enim duodecimus non est) rite celebrari possit! Vbi est Doctor optime acumen tuum, quo abiit logistices peritia? Omnis ne annus lunaris duodecim tantum tibi clauditur mensibus? Vbi manet annus embolimæus? Quid si quis celebraret Pascha in mēse, embolimo, siue tertio decimo: nunquid is Pascha perageret in duodecimo mense? Minime gentium. Et tamen celebraret contra decreta Patrum. En vt rursus inter sacrum & saxum stas, & summam tuam prodis aut malitiā, aut ignorantiam! In ipso, vt aiunt, offendis limine, atq; in ipsis erras primis principis. Si dixisses, ne in vltimo mense, duodecimum & tertium decimum, quorū modo hic, modo ille anno finem imponit, inclusisses. Sed non est mirum in tuis te esse talpa cæciorem, qui in alienis lynce vis esse perspicacior.

Vltimum mensem anni lunaris in scire Caluifius definit duodecimum.

Ex hoc autem quasi principe errore, in numero siue determinatione vltimi mensis alii pullulant non minus crassi. Et primo quidem sequitur, septies posse spacio vnde viginti annorum, hoc est, in quolibet cyclo lunari Pascha celebrari in vltimo anni lunaris mense, concedente id, contra Patrum placita, canonista Caluifio: celebraretur enim non in duodecimo, sed post duodecimum, nimirū in tertio decimo anni embolimæi mense.

Aburdū inde consequens primum.

Sequitur secundo, posse duo Paschata celebrari in eodem anno lunari, & consequenter in alio sequenti anno nullum: nam in quouis anno embolimæo vnum Pascha fieri posset in primo mēse, alterum in tertio decimo; atq; adeo anno proxime sequenti nullum: nisi fortassis mox primo sequenti mense post tertium decimum, aliud quis mallet addere Pascha: nam neque hoc prohibet canones Caluifiani. Hac autem similiter septies in vno cyclo lunari occurrere possunt, quæ omnia decretis Patrum ē diametro aduersantur.

Aburdum secundum.

Habemus hinc tertio, Pascha fieri posse à Christianis mense fere integro ante Iudæos & Quartadecimanos, in anno videlicet embolimæo ac mense vltimo: Iudæi autem & Quartadecimani celebrant in mense primo. Neque hoc vetat Caluifius canonibus suis: nō enim prohibet ne ante Iudæos aut Quartadecimanos Pascha faciamus; sed solū ne cum illis concurramus. An non tibi videtur leſtor, Caluifius noster egregius Calendariorum artifex, & iuris peritus?

Aburdum tertium.

In calendario
veteri pascha le-
gitimum non
nisi casu cele-
brari, ex Caluissii
sententia.

plura eius opera tum potissimum eius Cyclometrica, & ea, quam infra exami-
nabimus, de æquinoctiorum anticipatione Diatriba.

7. Verum redeamus ad tuum Elenchum Caluissi, atq; ad reliquum tertii ca-
pituli, ubi ostendis Calendarium Iulianum siue vetus, nullum amplius pascha rite
præscribere; ita ut si quando pascha celebretur suo tempore, id non Calenda-
rio, sed casui potius adscribendum sit. id quod per tuam annorum 19. tabellam,
cuius partem supra exhibuimus, ipse probas: quinque enim nomina annos in
quibus Pascha in ultimam mensis paschalis hebdomadam contra Canones reiectum est, &
quatuor alios, quorum paschata ex mense paschalipenitus reiecta sunt, & in mensem
secundum translata: In reliquis vero decem annis oblitteram Dominicalem non
datum fuit peccato locus, inquis, idque casu sic accidisse manifestum est. Concedimus per-
facile, quod & tu tuas sponte fateris, vos qui adeo pertinaciter Calendarium
Gregorianum reiicitis & utimini Iuliano, paschata multa contra Canones cele-
brare, & si quod agatis legitimum, id non Calendario vestro, cuius cycli peccan-
do iam pridem modum intra quem consistere deberet cyclorum ratio excessere-
runt, sed casui potius, siue fortunæ esse tribuendum.

Quæ porro est ista peruiacacia, malle errare, aut non nisi fortuito bene agere,
quam cum bene sentientibus consentire? cur, malum, si vestra confessione aber-
ratis à vero, iis irascimini, qui ne contra decreta Ecclesiæ in cultu diuino pecca-
rent, errata correxerunt? Verum quicquid obstrepatis infelices, quicquid
ringamini, quicquid repugnetis, nunquam nos Catholicos poenitebit veritatis,
aut debiti erga Ecclesiam obsequii. Fruemur hoc bono, quod Gregorianæ cor-
rectioni acceptum referimus, ut iuxta sancita Patrum Pascha non casu, sed certa
methodo, ac constanter suo tempore celebremus.

CAPVT TERTIVM.

*Plures Caluissii errores, commissi in recensendis canonibus
Paschalibus, aperiuntur.*

Capite quarto quod De Canonibus paschalibus inscripsit Caluissius, regulas siue
Canones de paschate recte celebrando hoc ordine, hisceq; proponit verbis

Canones Pa-
schales Caluissii.

I. Ne pascha alio quouis die in Hebdomade celebretur, quam die Dominico, siue feria pri-
ma, quam diem solis appellamus.

II. Ne pascha cum Iudeis celebretur. siue ut clarius dicam & verba Canonis retineam, ne
Christiani cum Iudeis intersectoribus Christi in paschate celebrando concurrant.

III. Ne pascha in duodecimo Mense ante æquinoctium vernum celebretur. Duodecimus
Mensis autem is habebatur, cuius plenilunium diem viceimum primum Martii, ubi æquino-
ctium fiebat, precedebat.

IV. Ne pascha cum quartadecimanis hæreticis ante plenilunium agatur.

V. Ne pascha in ultimam mensis lunaris hebdomadem reiciatur, in dominicam scilicet,
quæ viceimum primum diem mensis lunaris sequitur.

VI. Ne pascha in mensem secundum siue in mensem impurorum reiciatur. Mensis au-
tem secundus anni Ecclesiastici est, cuius plenilunium sequitur diem decimum nonum Aprilis.

Libenter à te Caluissi didicerim, unde hos Canones hauseris. In nullis omnino
actis

actis vllius Cōciliū, vel hoc ordine, vel hisce verbis, vel etiam hoc sensu omnes leguntur: quod signum est, eos non aliunde, quam ex ludo Caluissiano recenter cufos prodire. Et tamen pro regulis siue canonibus primitiua Ecclesiæ vendicare eos nō erubescis: Mirabilem autem agis legislatorē, præcepta ac leges omnes propositionibus negatiuis edicendo. Nonne nō modo nō peccabit contra tuos canones is, qui nullum omnino Pascha celebravit, sed & bonum opus videbitur perpetrasse: siquidem nō faciendo prohibita, bene agere dicimur? Saltem, si res licita est Pascha celebrare, cum omnia edicta sint negatiua, omni tempore licitū erit Pascha peragere, quod hisce non expresse comprehenditur præceptis: alias sufficientia nequaquam erunt. Sed videamus quædam speciatim, vix enim nos aliter nouus intelligit canonista.

2. Ne autem multa nimis percontando nimium homini molesti simus, trāseant in primis ea, quæ primo & quinto canone afferuntur. Secundus etiā & quartus eadem de causa alium in locum reiciatur; tertium dūtaxat & sextum, qui reliqui sunt, hoc loco breuiter expendamus. In tertio igitur prohibitionem vltimi mensis quem male definit, etiam in scite refert. *Cantum, ait, ne Pascha in duodecimo mense ante æquinoctium vernum celebretur*: quasi vero Pascha in tertio decimo, (is enim duodecimus non est) rite celebrari possit? Vbi est Doctor optime acumen tuum, quo abiit logistices peritia? Omnis ne annus lunaris duodecim tantum tibi clauditur mensibus? Vbi manet annus embolimus? Quid si quis celebraret Pascha in mēse, embolimo, siue tertio decimo: nunquid is Pascha perageret in duodecimo mense? Minime gentium. Et tamen celebraret contra decreta Patrum. En vt rursus inter sacrum & saxum stas, & summam tuam prodis aut malitiā, aut ignorantiam? In ipso, vt aiunt, offendis limine, atq; in ipsis erras primis principis. Si dixisses, ne in vltimo mense, duodecimum & tertium decimum, quorū modo hic, modo ille anno finem imponit, inclusisses. Sed non est mirum in tuis te esse talpa caciorem, qui in alienis lynce vis esse perspicacior.

Ex hoc autem quasi principe errore, in numero siue determinatione vltimi mensis alii pullulant non minus crassi. Et primo quidem sequitur, septies posse spacio vnde viginti annorum, hoc est, in quolibet cyclo lunari Pascha celebrari in vltimo anni lunaris mense, concedente id, contra Patrum placita, canonista Caluissio: celebraretur enim non in duodecimo, sed post duodecimum, nimirum in tertio decimo anni embolimi mense.

Sequitur secundo, posse duo Paschata celebrari in eodem anno lunari, & consequenter in alio sequenti anno nullum: nam in quouis anno embolimo vnum Pascha fieri posset in primo mēse, alterum in tertio decimo; atq; adeo anno proxime sequenti nullum: nisi fortassis mox primo sequenti mense post tertium decimum, aliud quis mallet addere Pascha: nam neque hoc prohibet canones Caluissiani. Hæc autem similiter septies in vno cyclo lunari occurrere possunt, quæ omnia decretis Patrum è diametro aduersantur.

Habemus hinc tertio, Pascha fieri posse à Christianis mense fere integro ante Iudæos & Quartadecimanos, in anno videlicet embolimo ac mense vltimo: Iudæi autem & Quartadecimani celebrant in mense primo. Neque hoc vetat Caluissius canonibus suis: nō enim prohibet ne ante Iudæos aut Quartadecimanos Pascha faciamus; sed solū ne cum illis concurramus. An non tibi videtur lector, Caluissius noster egregius Calendariorum artifex, & iuris peritus?

Vltimum mensem anni lunaris in scite Caluissius definit duodecimum.

Absurdū inde consequens primum.

Absurdum secundum.

Absurdum tertium.

Obiectioni occurratur.

Purgabit fortassis se de hac imperitia Caluissius, seseque more Iudeorum de mense duodecimo locutum esse, quibus duo menses in anno embolimæ eo eodē appellantur nomine. At redeat tibi in memoriam Caluissi te loqui constituisse, aut saltem prætexisse, ex mente eorum, quibus nihil cum Christi interfecto commune est. Deinde Iudæi dicebant: Adar primus, Adar secundus, quod non est duodecimus, & duodecimus: & magna stultitia esset in re nostra dicere duodecimus primus, duodecimus secundus: Item Adar primus, Adar secundus, reliquis vndecim mensibus adiuncti, tredecim, non duodecim menses tantū constituit: nisi forte in sua Arithmetica quemadmodum quatuordecim sunt quindecim; ita etiam duodecim sint tredecim; id autē an verum fierique possit, tuis relinquo disputandum discipulis.

Alia excusatio refellitur.

Neque te excusat, quod addideris in Canone *ante æquinoctium*; hoc enim superfluum omnino, & ex inscitia tua additum est; cum duodecimus mensis non possit non esse ante æquinoctium à quo sequens determinatur annus: etsi fieri possit ut aliqua duodecimi mensis pars apta non præcederet æquinoctium, in ea per te licebit Pascha celebrare, atque adeo etiam in duodecimo mense: id enim sequitur ex tuo acutissimo illo addito *ante æquinoctium*.

Aliud effugiū præcluditur.

Quod si dicas te in definitione duodecimi mensis comprehendisse etiam tertium decimum eo quod adiuxeris illum esse duodecimum, cuius plenilunium diē 21. Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat, magis te intricabis. Nō enim vides, bone vir, hac ratione non solum tertium decimum mensem, sed & reliquos te includere, quorum plenilunia æquinoctium præcedunt, vndecimum nimirum, decimum, nonum, &c. & sic omnis mensis tibi dicetur duodecimus, nouo & inaudito exemplo, absque vndecimo, decimo, &c.

Quo pacto alii vltimū mensem vocent duodecimum.

Vocauit vltimum mensem S. Ambrosius in sua de Paschate recte celebrando pulcherrima epistola, duodecimum; sed non vniuersim, aut in definitione, ut tu; sed nō quando annus cōplectebatur plures quam duodecim menses; sed nō quando non erat vltimus. Deniq, in futurum, inquit, Iudæi duodecimo, non primo mense celebraturi sunt Pascha, hoc est 13. Kalend. April. &c. sed is annus erat, Christi 387. currens Iudaicus 4148 siue 4147. completus, qui non erat embolimæus, sed duodecim tantum constabat mensibus.

Deinde idem S. Ambrosius hoc loco non locutus videtur de mense lunari, sed solari Ægyptiorum, accipit enim mensem solarem, qui Pharmuti dicitur pro primo mense: & primus, inquit, incipit sexto Calendas Aprilis, & finitur septimo Calendas Maii, qui est, ut paulo post subiicit, trigessimus, hoc est vltimus, dies Pharmutii mensis. Confer te Caluissi ad Logicorum aliquem qui te, qua ratione recta diuisio, descriptio, & definitio instituenda sit, edoceat: sunt deinde etiam alii, qui aliquando duodecimo ac vltimo mense pro eodem vsi sunt: at non, ut tu facis, in definitione, aut in regula generali siue Canone: quæ ut necessaria omnia includere, ita aliena ac superflua excludere debent: aliis enim in locis aut ex subiecta materia aut ex præcedentibus, vel consequentibus, aliisve circumstantiis, auctorum sensus percipitur, atque lis dirimitur.

Vltimus mensis contra mentem ac decreta Patrum à Caluissio definitur.

3. Sed satis non fuit Caluissio errare in definitione mensis vltimi, verum ausus est eundem etiam determinare non ex Patrum Nicenorum sententia, sed ex suo cerebro, cum dicit eum mensem habitum pro vltimo mense, cuius plenilunium diem vicesimum Martii, ubi æquinoctium fiebat, præcedebat: hoc enim est falsissimum,

num, si præcise, vt de definitionibus fieri solet, loqui velimus, & non nisi Caluissii commentum. Vltimus enim anni lunaris mensis definitus ac determinatus fuit ab iisdem Concilii Niceni Patribus, tunc quando ipsi termini Paschales constituti fuere, tunc nimirum vt ipse fateris, quando æquinoctium fiebat 21. Martii: sed tunc terminus Paschalis non ad plenilunium indicandum, neque eo loco fixus fuit, vbi plenilunium fiebat, vt capite præcedenti satis probauimus; Ergo falsum est vltimum mensem esse illum, cuius plenilunium vicesimumprimum Martii præcedebat: sed etiam eum, & quidem proprie, & ex lege dicta, is cuius luna quartadecima eundem diem 21. Martii proxime præcedebat; siue deinde eius plenilunium in diem vicesimumprimum Martii incideret, siue illum præcederet.

Et hic est secundus tuus primarius error, contra ipsa principia commissus. Ex quo, quemadmodum ex superiore, sua deduci possunt consecutaria: licebit enim impune Pascha celebrare in vltimo mense, quotiescunque quartadecima præcedit diem 21. Martii, plenilunium vero siue quintadecima luna cum eodem die conuenit: quod in decretis Patrum non reperitur.

Ab absurdum inde deductum primum.

Sequitur deinde idem qui supra error, de duobus in eodem anno lunari Ecclesiastico Paschatis, &c. sed nondum finis.

Ab absurdum secundum.

4. Tertius enim principalis error à Caluissio committitur in definitione mensis secundi, in qua asseruerat, mensem secundum eum esse, cuius plenilunium sequitur diem decimumnonum Aprilis. Biceps hoc monstrum est, caudam post se trahens non minus monstrosam, quam ipsum est monstrum. Hæccine Caluissi depræiuncta, dicis, Ecclesia, venerandisque Concilii Niceni Patribus? Patribus Nicenis secundus dicebatur mensis, cuius quartadecima luna, non cuius plenilunium sequebatur diem decimumoctauum, non decimumnonum Aprilis. Quam bellum erat, Caluiss, confiteri potius nescire te, quod nescias; quam ignoracionem adeo crassam verbis tam perspicuis effutire.

Secundi mensis atque vltimi termini Paschalis falsa Caluissii determinatio.

Nonne supra à Magistro tuo didicisti, homines seculi Constantini Magni nihil de præcessione lunari sciuisse, id quod neque tu negas in tuo pessimo Elencho, vt patet ex iis, quæ asfers in initio capitis sequentis: Patresque eo constituisse terminos Paschales loco, quo eos in perpetuum fixos vt credebant, ita volebant? Constituerunt autem, vel te ipso teste, citimum quidem in die vicesimo primo Martii: primum etiam, inquis, terminum Paschalem vel potius citimum huic diei 21. Martii affixerunt: vltimum vero eos decimumoctauo Aprilis attribuisse tu ipse similiter fateris, cum tui ac canonum tuorum oblitus infra cap. 26. ais: nullum terminum Paschalem in die 19. Aprilis, quo quartadecima epacta, in die 6. Aprilis fixa, pertingit figere potuerunt. Ergo clarissime asseris, nullum terminum Paschalem in die 19. Aprilis non solum non fuisse, sed neque vllum eo tempore, & per consequens ex opinione Patrum nunquam ibi esse potuisse. Vbi ergo erat vltimus terminus non in die 20. Aprilis: alias limites terminorum nimium fuissent dilatati: non in die 17. ne iidem limites, qui commode dilatari poterant, in angustias constringerentur. Ergo necessario vltimus terminus Paschalis in die decimumoctauo Aprilis constitutus erat. Cum igitur termini extremi, te ipso iudice, hoc se habeant modo, qua fronte, qua confidentia, qua religione hoc loco asserere audes, Patres voluisse eum esse mensem secundum, cuius plenilunium, quod tibi siue ex incertitia, siue ex temeritate terminus dicitur, sequitur diem decimumnonum Aprilis: ac

Probatur quartadecima in 19. Aprilis ex mente Patrum spectare non ad primum, sed ad secundum mensem.

fin

si in eodem die 19. ultimus fuerit fixus terminus? quasi is mensis cuius plenilunium in diem 19. Aprilis incidit, primus, non autem secundus esset. Nonne aureus numerus 16. affixus erat diei 8. Martii, & rursus idem numerus diei 6. Aprilis (si id nescis discere ex Origano) & quod sequitur eorum quartadecima, quæ plenilunia falso tibi dicuntur, in 21. Martii, & 19. Aprilis incidunt? Sed quartadecima siue terminus Paschalis in 21. Martii est primi mensis: ergo illa quartadecima, quæ in 19. Aprilis cadit, & non solum illa ut tu falso asseris qui eundem diem sequitur, est secundi mensis: nisi duas quartadecimas putes consistere posse in eodem mense: aut certe quemadmodum duodecimus & tertiusdecimus mensis, tibi sunt duodecimus & duodecimus; ita primus & secundus, sint tibi primus & primus: res ingenio Caluifiano dignissima. An non pudebat te sanctis illis Patribus, quorum auctoritatem omnis semper suspexit posteritas; nec despicit nisi vestra nouitas, tam turpiter imponere, perque ora traducere vulgi.

Absurdum primum, quod ex dictis deducitur.

His duobus capitibus plenilunii videlicet, & decimino Aprilis à Caluifio effictis, & pro quartadecima luna & decimo octauo Aprilis substitutis, plenius perspectis, atque resectis, nunc absurditatibus inuolutam caudam euoluamus. Sequitur enim hinc primo, fieri posse Pascha contra decreta Patrum, in mense secundo, siue impurorum, quotiescunque quartadecima sequitur 18. Aprilis, nec tamen plenilunium decimum nonum diem excedit, quod non raro contingere potest.

Absurdum secundum.

Quo priuilegio Caluifiano si quis utatur, illudq; coniungat cum primo, quod ex secundo eius capitali errato Num. 3. deduximus, is secundo secure, quicquid Patres sanxerint, duo Paschata eodem anno celebrabit; alterum in secundo mense, alterum in ultimo qui ex allata sequela duodecimus etiam esse potest: quod si pro primo mense aliud Pascha adiuxeris, habebis tria Paschata in vno eodemque anno lunari.

Absurdum tertium.

Si vero tertium illud Pascha omiseris, nihilominus nos tertium dabimus cōsecrarium, sequitur enim duo paschata, ita dispēsante Caluifio, decem tantummodo differre mensium intervallo: tot enim si secundum à duodecimo subtraheris remanent menses.

Absurdum quartum.

Commode igitur quartum addemus corollarium, videlicet duo quædam alia Paschata remoueri ab inuicem spacio tredecim mensium: tot enim eodē numerationis modo inter duodecimum mensem anni embolimæ & secundum sequentem colligemus. Reliqua absurda lubens prætereo.

Consecrarium generale primum è canonibus Caluifianis deductum.

5. Non tamen prætereunda sunt alia magis generalia consecraria, quæ ex canonibus Caluifianis consequuntur, quorum primum est, Pascha celebrari licite posse quouis anni lunaris mēse, primo videlicet, tertio, quarto, quinto, &c. exceptis duobus, secundo & duodecimo, his enim solis festum illud (quamuis non semper) ut audiuius, à Caluifio interdicatur.

Consecrarium secundum.

Secundum est, Pascha peragi posse in ipso termino Paschali, qui Caluifio plenilunium est: hoc enim nullo suorum canonum vetat canonista Caluifius, modo vitetur ne cum Iudæis & quartadecimanis conueniatur.

Consecrarium tertium.

Tertio sequitur toties esse peccatum in Ecclesia, quoties in celebratione Paschatis ab hac Caluifii norma Lesbia deflexum est, præsertim postquā innocentissimi canones isti, nouaq; hæc Calendaria, quæ neq; peccant, neq; peccare possunt, mundo innotuere, quibus tamen, ut huc vsque exacte conspeximus, nihil prodiit nocentius, monstrosius nihil,

6. Si

6. Si breue ac sincerum regulatum ac canonum Paschalium compendium audire vis, lege Rabanum Maurum Archiepiscopum Moguntinum, is tibi lib. 2. de institutione Cleric. cap. 39. cum B. Isidoro Hispalensi id verbis hisce traderet. *Initium primi mensis obseruandum est, ab octauo Iduum Martiarum, vsq; in Nonarum Aprilium diem. quartadecima vero luna Pascha à duodecimo Calendas Aprilis vsque in decimum-quartum Calendas Maii querenda est. Porro dies Pascha Dominica ab vndecimo Calendas Aprilis, vsque in septimum Calendas Maii: & hoc à luna quintadecima vsque ad vigesimam primam. Eadem prorsus & totidem fere verbis leguntur apud venerabilem Bedam de temp. rat. cap. 50. Et ne putes ipsum oblitum esse æquinoctiū, addit Rabanus, Nunquam ergo contingere potest, vt luna quartadecima primi mensis ante vernale æquinoctium, quod fit duodecimo Calendas Aprilis eueniat. Hæc si apud Orthodoxos legere atque intelligere Caluisti voluisses, nouis condendis canonibus, iisdemq; pessimis, omnino superedidisses, neque teridendum vulgo exposuisses.*

Rabani canonum Paschaliū compendium.

7. Cætera, quæ hic suis Caluisti canonibus addit, cum parum ad rem faciunt, parumque interfit, siue erret, vt solet, siue non erret, silentio præteriri possunt. Hoc solum monendum putauimus, ne cui Caluisti fucum faciat, cum ait de Dionysio Exiguo Abbate Romano: *Ab hoc Dionysio termini etiam Paschales in cyclo lunari præscripti sunt, post quos Dominica proxima quæ sequeretur, solennis Paschati celebrando haberetur. Id enim nisi recte explicetur verum non est. Præscripti sunt enim termini Paschales, & Calendario Alexandrino inscripti à Patribus Nicenis, siue iussu eorum ab Alexandrinis vno eodemque tempore: vt vel ex iis, quæ capite præcedenti disputauimus constare potest: iidem porro termini cum reliquis indicibus lunaribus ab hoc Dionysio iussu Romani Pontificis in Calendarium Romanum translati sunt, & tandem ipsum Calendarium ad mentem illorum Patrum ordinatum. Cycli vero ipse lunaris, ex quo suum ortum habent termini, vt clare colligitur ex S. Ambrosio, teste omni exceptione maiore, constitutus vel ordinatus, atque in vsum Ecclesiæ reuocatus à Patribus Nicenis est. Sic enim de illis habet D. Ambrosius lib. 10. epist. 83. loco supra lib. 1. cap. 2. Num. 5. Qui conuenientes, &c. decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncuparunt. Ad exemplum igitur hoc Dionysius Abbas ordinauit & inscripsit Calendario Romano terminos Paschales, & nequaquam de nouo aut diuerso modo eos præscripsit, quam à Concilio Niceno ordinatum erat, vt pluribus ostendit Paulus Mittelburgenensis in sua Paulina, Stoslerinus, & alii. Sed de his plura infra.*

Terminos Paschales auctori rate PP. Nicenorum Calendario inscriptos. & ex Alexandrino à Dionysio Exiguo in Romanum translato esse.

CAPVT QVARTVM.

Examinanturea, quæ de mutato Calendario, mutationisque Auctoris capite quinto dicuntur.

Eorum, quæ capite quinto à Caluistio decantantur, summa hæc ferme est: Pontifex Gregorius decimustertius non primus fuit, qui de emendando Calendario Iuliano cogitationem suscepit: sed ante ducentos vel etiā trecentos annos hæc res fuit agitata. Quod vero mox addit, ante mille fere annos commissos fuisse huiusmodi errores quosdam, quales hodie plures in Calendario Iuliano animaduertuntur, si de erroribus absolute, &

K

qui

Subtemeraria
Caluissii de ex-
ratis Calenda-
rii veteris opi-
nio.

qui in Calendario Ecclesiastico vere errores dici debeant, loquitur, hæc eius assertio nimis videtur temeraria; non modo, quia tunc forma anni à Patribus recognita nemini pro vitiosa habita fuerit, sed etiam, quia differentia aut quantitas anticipationis, maxime in luna, si communem spectemus Ecclesiæ consuetudinem, tanta non fuerit, quæ Paschata erronea progenuisse dici debuerit. Sed audiamus quid Caluissius hac de re subiiciat.

Esse autem initio, inquit, & propter exiguum differentiam, & propter intermortuum temporis literas, nec agniti sunt, nec etiam in literas relati, propterea quod homines illorum temporum non auderent credere, aliquid peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesia semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata essent. Equidem fidelissimum hic Scaligeri discipulum agnosco, fidelior in describendis verbis magistri sui est, quam sacræ Scripturæ: nam ab illo quod, nec syllabam omisisset; sed prout habentur lib. 4. de emend. temporum pag. 306. edit. secundæ, ita in suum transtulit Elenchum, aucta tantummodo vnico &.

Singularis Cal-
uissii audacia.

Sed ô homines illius sæculi timidos! O audaciorem cunctis Caluissium, qui multa credere audet contra ea, quæ ab Ecclesia semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata sunt. *Macte virtute, ingenio, & audacia Caluissi.* Tu te virum præbes: Tibi hæc laus merito debetur, & quam libenter tibi tribuo. hoc audes, quod olim ausi sunt audentque omnes sectarii, dum credere non dubitant peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesia semel recepta, & vsu longinqui temporis confirmata sunt. Non ita sancti Patres & Doctores Ecclesiæ, qui omnia sua Ecclesiæ, aduersus non præualituras inferorum portas, (ex promissione Christi didicerunt,) submiserunt iudicio.

Patres Nicenenses, quæ in Calendario constituerant, non credenda, sed obseruanda proposuisse.

2. Neque vero Patres illi sanctissimi, quæ de Pascharis celebratione sanxerunt credenda, vt articulum fidei infallibilia proposuerunt: sed tempora, quibus sanctissima illa festiuitas vnanimiter eodem die perageretur, constituerunt. Contra quas constitutiones si quis temere faceret, dubium non est, quin peccaret; non autem hoc modo constituendo peccarunt ipsi, vt audax tu credere audes; qui auctoritatem Ecclesiæ contemnis, eamque non audis, & propterea maximo te implicas peccato, & merito mihi es sicut ethnicus & publicanus.

Egregie sane hac de re, & ad nostrum explicandum propositum aptissime sanctus Athanasius libro de Synodis, in quo cum ageret de Niceno symbolo sic habet: *Nec consulem, nec diem, nec mensem addiderunt, sed in negotio Pascha non abhorruerunt ab huiusmodi appendice; ibi enim placuit vt adderetur VISVM EST, vt omnes obtemperarent: De fide vero non scripserunt visum est, sed, AD ISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & statim ipsa confessio credendi adiuncta est: vt ostenderent, eam non esse nouam sententiam, sed Apostolicam: & quæ scripsissent, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta.* Hæc S. Athanasius. Nihilominus tamen hæretici habiti sunt, qui huic visum est, vt tu in canonibus tuis fecisti, contradiceret, aut pertinaciter non obedirent, quod clare testatur exemplum hæreticorum Quartadecimanorum.

Accedit quod Patres Niceni etiam si fortassis non putarunt tantam fore lunæ folisque in Calendario præcessionem, non tamen ad credendum proposuerunt, cyclum, quem construxerant lunæ non aberraturum vnquam ab vndeuingintiannis Iulianis; aut æquinoctium perpetuo fore in Calendario Iuliano 21. die Martii: Sed cyclum illum ac diem seruandum ab omnibus in Pascharis celebratione eduxerunt, Qui cyclus ac dies, postquam à proposito aberrare cœpit, erro-

errorem constituit opinionis, quo homines putarunt se moraliter proxime post quartamdecimam lunam ac æquinoctium vernum Pascha celebrare, vt fieri cõsueuerat proxime post tempora Concilii Niceni: postquam igitur cycli illi, maxime vero solaris in Calendario notabiliter præter opinionem Patrum vagari inuenti sunt: iure merito & scriptores ea de re Ecclesiæ admonuere Antistites, & tandem ab ipso summo Antistite Gregorio XII. I. summa cum omnium bonorum approbatione emendati ac reformati sunt.

3. His ita præmissis, Caluissius gradum ad auctores, qui de cyclorum erroribus monuerunt, facit; nominat autem Nicephorum, Gregoram, Isaacum, Argyrum, Sacroboscum, ac reliquos, quos supra libro 1. cap. 2. Num. 6. ex hoc Caluissii loco retulimus. Cur autem Paulum Episcopum Forosemproniensem in numero anonymorum esse maluerit, causam coniecere non possum: nisi fortassis, quia eum & negligit Scaliger magister Caluissii, & quia ipse vtrique in multis aduersatur. Sed in hisce non immoror, sius illis per me, quo valere possunt, maneat valor.

Scriptores qui de erratis Calendarii veteris monuerunt, à Caluissio enumerantur.

Lubet autem hac occasione ex te Caluissi quærere, qua ratione fieri potuerit, vt allati à te scriptores, aliquid de *μετεωρολογίαι* monuerint, cum ante magistratum tuum Scaligerum nemo hominum de *μετεωρολογίαι* quicquam sciuerit: eius enim rei incertiam non solum Clauio, ad quem solum calumniandum natus videbatur, sed & aliis se multo doctioribus obicit: patet hoc manifeste ex supra allatis, ex Canonibus Isagogici: ubi hæc inter alia retulimus: *μετεωρολογίαις autem, καὶ μετεωρολογίαις rationem nullam eum habere, excusauerit earum rerum ignorantia, quas ante nos nemo aduerterat: quamquam sintus quidam Mathematicus, &c.* Tu qui solus & vnicus vestigiis doctrinæ Scaligerianæ insistere illi visus es, atq; adeo arcanorum illius consiliorum particeps es, hoc nobis, obsecro, edisserere mysterium: hoc enim est quod ex te quæritum volumus.

Caluissio proponitur quæstionem.

Aliud quoque est, de quo te in primo libro iam admonuimus, scriptores videlicet à te adductos, si veritatem discere voluisses, sat clare te docere potuisse, ad quem munus spectet Calendarii corrigendi: id enim omnes magistratui Ecclesiastico, Pontifici nimirum Romano, atque Conciliis deferunt: tu vero horum osor, Imperatori potius aut politicis obtrudendum suades. Sed vt in plerisque, ita etiam in hoc concertare mauis, quam ingenue id, quod omnes fatentur, fateri.

Scriptores enumeratos reformationem Calendarii tribuere magistratui Ecclesiastico,

Sed & quæ de Pontifice Gregorio decimotertio eiusque Calendarii emendatione in fine huius capituli adfers, prætereo. Abunde namque constat, nullam ea in re intercessisse negligentiam, quo Reipubl. Christianæ consuleretur. Pontificem nullis pepercisse sumptibus: usum esse Astronomis celeberrimis: omnes magno animo vicisse ac superasse difficultates: rem diu ante esse agitatam: omnibus prius propositam, omniumque rogatas sententias.

Quæ correctio-nem Calendarii præcesserint.

Verum de his alibi satis iam diximus, & plura infra addentur.

*Rationes, quibus nonnulli Caluifium ab oppugnando Calendario
Gregoriano dehortati prudenter sunt, perpendunt ut.*

Rationes de-
hortatorum
quas recenset
Caluifius.

Sed nec dum ad intima penetrauimus; adhuc enim durât Caluifii præludia. capite sexto hanc tractare instituit quæstionem: *An operæ precium sit Calendariū Gregorianum examinare, eius errores monstrare, & commodiorem eius rationem inire vel- la.* vno verbo, actum agere? Tuos, Caluifi, vt experieris, non Calendarii Gregor- iani, ostendes errores, quos an operæ precii esset examinare, merito quis quæ- rere posset. Verum vt homo astutus consilium suum, factumque tegat temera- rium, scribendique corradat materiam, quorundam amicorum, qui ipsum, vt puto dehortati sunt, eludere hic sibi proponit rationes: quæ, si illi credimus, hæ- fere sunt. Prima, Instare extremum diem mundi. Secunda: *Calendarium Gregoria- num à statibus reformatæ (deformatæ) religionis repudiatum esse, & nunquam futurum, vt ab eis recipiatur.* Tertia; non esse spem vllam abrogandi Calendarii Gregoriani iam introducti. Quarta; à præstantissimis artificibus illud conditum esse. Quinta & vltima: Negotium hoc parum attinere ad Sethum Caluifium Ludimagistrū, siue hominem in puluere scholastico desudantem.

Et sane quod spectat ad hoc amicorum consilium generatim, quo hominē, ne oleum operamque perderet, imo & conditionis ac officii admonitum vole- bant, quicunque tandem illi fuerunt, qui id dederunt, prudenter profecto illos fecisse, & optime consuluisse ac suasisse Caluifio, negari non potest: & si persua- sissent, dubium non est, quin è re Caluifii maxime fuisset: prudentum enim se- quendo consilia, & ipse prudentum ac peritorum numero adscribi potuisset: sed homine imperito nunquam quicquam iniustius, qui nisi quod ipse facit, ni- hil rectum putat.

De prima ra-
tione.

2. Ita prorsus Caluifius, qui aliquando quidem hac ratione, quam primo loco enumerat, vt cap. 2. Num. 3. vidimus, tanquam argumento solidissimo pro se v- titur, vt dierum exemptorum eximendorumq; pulcherrimam methodum de- struat atque reiiciat: hoc vero loco eo quod aduertit alterius esse inuentum, non suum, eandem rationem verbis eleuat, & Stifelianum hoc argumentum esse di- cit. In Saxonia, narrat ex Hanardo Gameraio Tilmannus Bredenbachius collat. sacrarum libro septimo ca. 3 2. V Vittebergę vicinus pagus nomine Holtzdorpf situs est, in quo pago Stifelius Euangelicus concionator populo docendo præ- fectus, sibi, suisque rusticis persuasit, tertio Octobris die, horam circiter decimā extremum iudicii diem futurum; idque ex supputatione quadratorum nu- merorum, tanquam ex diuina Spiritus sancti patefactione, serio confirma- uit. Rustici & ciues plerique omnes per vniuersam Saxoniam & Misniam, aruis & agris incultis relictis, negotiis orio posthabitis, curæ præferentes so- cordiam, omnia sua bona decoquebant, dies, noctesque pergræcabantur, certo confidentes (quemadmodum prædixerat Stifelius) tertio Octobris die eiusdem anni, qui erat à Christo nato millesimus quingentesimus trigessimus tertius, mundum periturum, & extremum iudicii diem aduenturum. Cum au- tem prædictus dies adesset, Stifelius suggestum occupans hortatur suos rusticos, & bone

& bono iubet esse animo: tempus instare, quo, prout quisque vestitus aderat, cum ocreis simul, & peronibus omnes in cælum auferrentur. At vero hora prædicti iudicii iam diu transacta, adeo ut rusticis de vaticinio desperantibus, ipse quoque dubitaret; forte procellosa tempestas orta fuit, quam cum Stifelius audiuiſſet, de nouo suos rusticos est hortatus; turbinem enim exorientem initium dare futuri iudicii. Sed paulo post tempestate sedata, cum rustici cælum serenum esse conspicerent, irati Stifelium è sublimi cathedra deturbatum, manibus, & pedibus acriter constrictis, in curru positum V Vittembergam traxerunt, ubi ipsum coram iudice de illata iniuria grauiter accusarunt, aliquod sibi emolumentum pro omnibus pecoribus, frugibus, & frumentis absumptis sperantes. Sed frustra illum accusarunt rustici; nam à rusticis vindicatum, è vinculis redemptum Stifelum Lutherus veteri ecclesiæ iterum præfecit. Hæc vera an falsa sint meam non interpono. Satis est Caluſium nunc pro se, nunc contra se *Stifelianis* pugnare argumentis: diem hunc propediem modo instare, longe ante 400. annos affore; modo, cum momentum hoc Deus sibi reſeruauerit, res huius mundi curari iubet ac si venturum nunquam eſſet. Vnde mox subiungit, se ideo Astronomus cum sit Astronomiæ non valedicturum; cui ut etiam commendationis aliquid vel à primis illis temporum initiis quæ creationem hominis præceſſerunt compararet, eam primo statim Geneseos in capite à Deo hominibus commendatam verbis hiſce ampliſſimis prædicat *Astronomicum hoc studium, scrutari orbes celeſtes, nouiſſe corporum celeſtium magnitudines, interualla, curſus, progreſſiones, inſtitutiones: Scire & computare poſſe Solis & Lunæ labores & errores, ut veteres loquebantur, dirigere & deſignare poſſe tempora, annos & meſes, ſtudium pium eſt, reipub. vtile, & ſtatim in primo capite ſacrorum bibliorum nobis à DEO ipſo commendatum.*

Ex his autem quam putas Caluſius partem melius tenuerit? omnium ut arbitror optime *scrutari nouit orbes atque computare Solis & Lunæ errores*; Nam quoties eorum motus tabulis, Ephemeridibus, ſive Calendariis ipſius non reſpondent id non tabulis, non Calendario quod ſecundum ipſum *plane non non peccat, nec peccare poteſt, ſed ſoli Lunæque, qui via aberrarunt, adſcribendum eſt*; quantus vero ſit ille error, mox ipſe ſuis tabulis, & calculo monſtrabit. Mirum tamen videri non debet ſi de palma cum Ptolomæo, Copernico, Braheo, &c. Caluſius ceter, *qui huic ſtudio ſedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur, cum uſus ſit Magiſtro ſummo Aſtronomo Magno videlicet Scaligero, qui antiquis Geometris & Aſtronomis, non ſolum æquiparandus, ſed & longe antepoſendus eſt, ſi ipſi de ſe ipſo teſtimonium reddenti, credamus: Ideo conſidenti verecundia pronunciamus, inquit, & in ipſius quoque rei inuentione longo interuallo eos à nobis vinci, qui quemadmodum Caluſius Clauium; ita ipſe Archimedes, Ptolomæum, aliosque in ludum atque officinam edolandos euocat. qui ſicuti in Geometricis ſolus fuit qui abſtruſiſſima quæque, & in quibus inueniendis tam antiquitas, quam noſtra ætas, fruſtra laborauit, vnus ipſe eruit: ita in Aſtronomicis, Principem ſe ipſum fecit: nam quod antea male illi ſucceſſerat, cum Archimedes erraſſe, & ut verbis eius utar, non regnum in Geometria, ſed tyrannidem exerciſſe; demonſtratiue erraſſe: abſurdiſſima non pauca eius errata deprehendiſſe ſe: &c. palam aſſerere non dubitauerit: reprehendendo poſtea Ptolomæum, Copernicum aliosque Aſtronomos; damnum reſarcire, famamque vindicare ſuam ſe poſſe ratus, eadem infelicitate in eos debacchatus eſt. Sed ut non deſuerunt*

Cur Caluſius
pro magno A-
ſtronomo ha-
bendus ſit.

Cyclom. epiſt.
dedic.

Geometriae sui Romani, Clauii, & alii ita non deerunt qui Astronomiam ab istis rupicibus, si modo operæ precium esse videatur, vindicent.

De secunda ratione.

3. Ex secunda ratione manifeste patet quosdam non parum timere sibi, dum aliis timent, ne Calendarium Gregorianum ab omnibus Principibus recipiatur, & propterea potius in vitioso veteri persistendum esse, admonent: ex quorum numero non postremi sunt Caluissius cum Patrono suo Origano; hic enim ait, hoc omnes optamus & speramus; ille vero magis suæ quam cōmuni rei intentus, specioso sumpto prætextu, quod dissensionibus in Calendario aliquando finis imponendus sit, suum Principibus obtrudere conatur calendarium; atque adeo dissensionum finem fore existimat, si suum Pseudocalendarium admittatur: Sed rectius existimaret, si id tunc demum reuera futurum prædiceret, quando illi qui adhuc à Gregoriano dissentiunt odia concepta ponerent, & potiore orbis partem sequendo, naturæ ipsius instinctui obsequerentur, ac pro vitioso quod agnoscunt Calendario Iuliano, nostrum integerrimum susciperent; quod ut apud Catholicos omnes sopiuit controuersias, & diuturnis querelis tandem finem imposuit, ita Catholicos inter & Acatolicos quæ adhuc supersunt in celebratione festorum dissidia penitus extingueret, si vel pacis nomine, nulla Gregorii facta mentione, à Protestantibus obseruandum etiam suis imponeretur.

De tertia ratione.

Cur Calendarium Gregorianum abrogari non possit.

Monuere tertio loco Caluissium amici Catholicos nunquam à forma anni Gregoriani discessuros, idque rectissimè; eius enim rei & fundamentum est & ratio. Nam præterquam quod summis omnium votis à tot annis correctio Calendarii agitata, ac postulata fuerit, summaque diligentia deinde ac felicitate peracta, atque adeo sanæ mentis non sit, illam respuere, multoque minus acceptatam iam & usu comprobata repudiare: fuit etiam & est auctoritas Ecclesiæ Catholicæ eiusque Summi capitis Pontificis Max. quam nemo defugit, nisi qui fuerit à Numinis auctoritate fugitiuus: estque consensus nationum plurimarum, & Imperatoris, capitis Imperii Ecclesiæque Catholicæ defensoris (quæ vnica politicis istis sufficere deberet) nec non Regum, ac Principum Calendarium Gregorianum approbantium, amplectentium, ac firmiter in eo persistentium, constantia: Fuit denique & est ipsius Calendarii bonitas, facilitas, & quantum sufficit, atque in hoc negotio requiritur præcisio ac perpetuitas, &c. quæ omnia frustra hætenus ab aduersariis oppugnata sunt. Non latent te ista, Caluissi, ea que licet obscurare coneris, extinguere tamen non vales. Vnde enim tibi constat Calendarium Gregorianum adeo radices egisse, ut spes nulla concipi possit, illud sede sua deiectum iri? nisi quia nulla prorsus subest causa propter quā aboleri, aliudque substitui debeat. Tuum est, Caluissi, commentum, quod ais nobis pro emendato Calendario mendosissimum obtrusum esse, tua fictio, qua talia effutendo dissensiones fones, tuosque admones, neurbationibus contractuum, negotiorumque ciuiliū, & dissimilitudine etiam ceremoniarum Ecclesiasticarum in celebrandis diuerso tempore festiuitatibus & aliarum rerum, ex diuersis Calendariis originem trahentium, permoneantur ad hoc Calendarium Gregorianum recipiendum, etiam si hoc ipso iuxta Origanum à præscripto diuino multum discedendum sit. Astus & fucus tuus est, quibus pessimum Calendarium tuum ut legitimam emendati temporis rationem venditas; sed nos pœnitere tanti non emimus.

De quarta ratione.

5. Sequitur quarta ratio, quæ est, in correctione Calendarii Pontificem usum esse

esse exercitatissimis Astronomis, & quod supra monuimus, ab eo illorum nihil quæ ad correctionem necessaria aut vtilia esse poterant, prætermisum esse. Quæ sanè ratio cuiuslibet, nisi amens aut odio plenus sit, satis esse deberet, à calumniis & criminationibus abstinendi; & siquid, quod tamen nondum ostensum est, humanitus erratum esset, excusandi potius quam accusandi præbere materiam: imo summis laudibus quod homini ethnico non denegauit Caluissius, vt supra cap. 2. de Iulio Cæsare eiusque Calendario (quod tamen ipse Caluissius vitiosum proclamat) audiuius, extollendi. At quia hominum Christianorum, imo totius populi Christiani Summorum capitum Pontificis Maximi, & Imperatoris, Regum & Principum, auctoritate, opera, consilio, consensu, approbationeque Calendarium Iulianum correctum, seu potius eidem aliud longe perfectius à Gregorio XIII, vel hoc etiam nomine verè magno, substitutum est; hoc tam præclarum opus visum est Caluissio homini, vt vel hinc apparet, Christianis, Christianæque paci insensissimum, non solum non laude dignum, vt Cæsaris idololatæ, quo æternam sibi laudem promeruerit, cui reliqua Caluissii & Scaligeri iudicio quacunque præclare vnquam egit, nequaquam sunt conferenda: Sed tale quo vniuersa ferè Europa turbata est: quod toti Europa, & omnibus doctis pudori sit; & ludibriū debeat omnibus gentibus: Calendarium mendosissimum, vitiosissimum, absurdum, monstruosum, erroribus vbique refertissimum: in formis methodus: Summa sentina ac colluuis omnium errorum.

Caluissius propter correctionem calendarii ethnico laudat Christianos vero vituperat.

Sed vt in pluribus ita etiam in hoc genium ostendit sui Magistri, qui licet ineptissima Caledaria & anni referat rationes gentium plurimarum, in nullam tamen tantum inuehitur, quantum in Calendarii Gregoriani formam: cui tamen, si tam politica, quam Ecclesiastica, tam popularem, quam Astronomicam spectes rationem, par nullum, quod ipsimet, nolint velint, fateri debent, attulit: quid fecisset, si vel vni celsisset.

Caluissium imitatorem agere Scaligeri.

Putasne Caluissii, tuo te Elencho aliquid attulisse, quod Mathematicos tum totius orbis, omnes enim publico admoniti erant scripto, fugerit, illisque in mentem nunquam venerit: de quo non monuerint; quin multa potius velut minus vtilia minusque necessaria, vtiliter sanè ac necessario praderetque prætermiserint? An existimas quod id, quod tibi tuique similibus nunc videtur melius & aptius, hoc etiam tunc illis viris doctissimis tanquam aliquid melius, & aptius placuisse, aut placere debuisset? Aut denique etiam si reuera aliquid melius in aliquo, aut tu, aut alius adhuc afferret, an non hoc propter maiorem concordiam sententiarum, grauesque alias rationes, tam in politicis quam Ecclesiasticis omitti tunc poterat, aut debuerat?

Reformatores multa reiecit, quæ aduersarii nunc vt noua inuenta profuerunt.

Ego sane penitus persuasum habeo, viros illos grauisimos, multa ex iis, quæ, si pura spectanda fuissent artis præcepta, mutare potuissent, multò grauiores ob causas immutata reliquisse. Scilicet in animo habebant condere Calendarium potius Christianum cum ad vsum Ecclesiæ, iuxta propria illius festa, & Patrum, quæ tanta consensione constituta erant, decreta; tum ad commodum populari iuxta placita Principum Christianorum, quorum sententias exploratas habuerant, accommodatum: quam demonstrationes Mathematicas, aut tabulas Astronomicas obtrudere ad quædam horaria scriptula (vt nunc faciunt scioli quidam ac nugatores) vel ad nescio quam, quæ ab omnibus secernatur tam Ecclesiasticis, quam vulgaribus, regulis, mentis seu ideæ seu Chymeram directas.

Consilia

si in eodem die 19. ultimus fuerit fixus terminus? quasi is mensis cuius plenilunium in diem 19. Aprilis incidit, primus, non autem secundus esset. Nonne aureus numerus 16. affixus erat diei 8. Martii, & rursus idem numerus diei 6. Aprilis (si id nescis disce ex Origano) & quod sequitur eorum quartadecimæ, quæ plenilunia falso tibi dicuntur, in 21. Martii, & 19. Aprilis incidunt? Sed quartadecima siue terminus Paschalis in 21. Martii est primi mensis: ergo illa quartadecima, quæ in 19. Aprilis cadit, & non solum illa ut tu falso asseris qui eundem diem sequitur, est secundi mensis: nisi duas quartadecimas putes consistere posse in eodem mense: aut certe quemadmodum duodecimus & tertiusdecimus mensis, tibi sunt duodecimus & duodecimus; ita primus & secundus, sint tibi primus & primus: res ingenio Caluifiano dignissima. An non pudebat te sanctis illis Patribus, quorum auctoritatem omnis semper suspexit posteritas; nec despicit nisi vestra nouitas, tam turpiter imponere, perque ora traducere vulgi.

Absurdum primum, quod ex dictis deducitur.

His duobus capitibus plenilunii videlicet, & deciminoni Aprilis à Caluifio effictis, & pro quartadecima luna & decimo octauo Aprilis substitutis, plenius perspectis, atque resectis, nunc absurditatibus inuolutam caudam euoluamus. Sequitur enim hinc primo, fieri posse Pascha contra decreta Patrum, in mense secundo, siue impurorum, quotiescunque quartadecima sequitur 18. Aprilis, nec tamen plenilunium decimum nonum diem excedit, quod non raro contingere potest.

Absurdum secundum.

Quo priuilegio Caluifiano si quis vtatur, illudq; coniungat cum primo, quod ex secundo eius capitali errato Num. 3. deduximus, is secundo secure, quicquid Patres sanxerint, duo Paschata eodem anno celebrabit; alterum in secundo mense, alterum in ultimo qui ex allata sequela duodecimus etiam esse potest: quod si pro primo mense aliud Pascha adiuxeris, habebis tria Paschata in vno eodemque anno lunari.

Absurdū tertium.

Si vero tertium illud Pascha omiseris, nihilominus nos tertium dabimus cōsecrarium, sequitur enim duo paschata, ita dispēsante Caluifio, decem tātummodo differre mensium intervallo: tot enim si secundum à duodecimo subtraxeris remanent menses.

Absurdū quartum.

Commode igitur quartum addemus corollarium, videlicet duo quædam alia Paschata remoueri ab inuicem spacio tredecim mensium: tot enim eodē numerationis modo inter duodecimum mensem anni embolimæi & secundum sequentem colligemus. Reliqua absurda lubens prætereo.

Consecrarium generale primum è canonib. Caluifianis deductum.

5. Non tamen prætereunda sunt alia magis generalia consecraria, quæ ex canonibus Caluifianis consequuntur, quorum primum est, Pascha celebrari licite posse quouis anni lunaris mēse, primo videlicet, tertio, quarto, quinto, &c. exceptis duobus, secundo & duodecimo, his enim solis festum illud (quamuis non semper) ut audiuius, à Caluifio interdicatur.

Consecrarium secundum.

Secundū est, Pascha peragi posse in ipso termino Paschali, qui Caluifio plenilunium est: hoc enim nullo suorum canonum vetat canonista Caluifius, modo vitetur ne cum Iudæis & quartadecimanis conueniatur.

Consecrarium tertium.

Tertio sequitur toties esse peccatum in Ecclesia, quoties in celebratione Paschatis ab hac Caluifii norma Lesbia deflexum est, præsertim postquā innocentissimi canones isti, nouaq; hæc Calendaria, quæ neq; peccant, neq; peccare possunt, mundo innotuere, quibus tamen, ut huc vsque exacte conspeximus, nihil prodiit nocentius, monstrosius nihil,

6. Si

6. Si breue ac sincerum regulatum ac canonum Paschaliū compendium audire vis, lege Rabanum Maurum Archiepiscopum Moguntinum, is tibi lib. 2. de institutione Cleric. cap. 39. cum B. Isidoro Hispalensi id verbis hisce tradet. *Initium primi mensis obseruandum est, ab octauo Iduum Martiarum, vsq; in Nonarum Aprilium diem. quartadecima vero luna Pasche à duodecimo Calendas Aprilis vsque in decimum- quartum Calendas Maii querenda est. Porro dies Pasche Dominica ab vndecimo Calendas Aprilis, vsque in septimum Calendas Maii: & hoc à luna quintadecima vsque ad vigesimam primam. Eadem prorsus & totidem fere verbis leguntur apud venerabilem Bedam de temp. rat. cap. 50. Et ne putes ipsum oblitum esse æquinoctii, addit Rabanus, Nunquam ergo contingere potest, vt luna quartadecima primi mensis ante vernale æquinoctium, quod fit duodecimo Calendas Aprilis eueniat. Hæc si apud Orthodoxos legere atque intelligere Caluiss voluisses, nouis condendis canonibus, iisdemq; pessimis, omnino superfedisses, neque te ridendum vulgo exposuisses.*

Rabani canonum Paschaliū compendium.

7. Cætera, quæ hic suis Caluissius canonibus addit, cum parum ad rem faciunt, parumque intersit, siue erret, vt solet, siue non erret, silentio præteriri possunt. Hoc solum monendum putauimus, ne cui Caluissius fucum faciat, cum ait de Dionysio Exiguo Abbate Romano: *Ab hoc Dionysio termini etiam Paschales in cyclo lunari præscripti sunt, post quos Dominica proxima quæ sequeretur, solennis Paschati celebrando haberetur.* Id enim nisi recte explicetur verum non est. Præscripti sunt enim termini Paschales, & Calendario Alexandrino inscripti à Patribus Nicenis, siue iussu eorum ab Alexandrinis vno eodemque tempore: vt vel ex iis, quæ capite præcedenti disputauimus constare potest: iidem porro termini cum reliquis indicibus lunaribus ab hoc Dionysio iussu Romani Pontificis in Calendarium Romanum translati sunt, & tandem ipsum Calendarium ad mentem illorum Patrum ordinatum. Cyclus vero ipse lunaris, ex quo suum ortum habent termini, vt clare colligitur ex S. Ambrosio, teste omni exceptione maiore, constitutus vel ordinatus, atque in vsum Ecclesiæ reuocatus à Patrib. Nicenis est. Sic enim de illis habet D. Ambrosius lib. 10. epist. 83. loco supra lib. 1. cap. 2. Num. 5. *Qui conuenientes, &c. decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecaeterida nuncuparunt.* Ad exemplum igitur hoc Dionysius Abbas ordinauit & inscripsit Calendario Romano terminos Paschales, & nequaquam de nouo aut diuerso modo eos præscripsit, quam à Concilio Niceno ordinatum erat, vt pluribus ostendit Paulus Mittelburgensis in sua Paulina, Stoflerinus, & alii. Sed de his plura infra.

Terminos Paschales auctori-
tate PP. Nicenorum Calendario inscriptos. & ex Alexandrino à Dionysio Exiguo in Romanum translatos esse.

CAPVT QVARTVM.

Examinantur ea, quæ de mutato Calendario, mutationisque Auctoribus capite quinto dicuntur.

Eorum, quæ capite quinto à Caluissio decantantur, summa hæc ferme est: Pontifex Gregorius decimustertius non primus fuit, qui de emendando Calendario Iuliano cogitationem suscepit: sed ante ducentos vel etiã trecentos annos hæc res fuit agitata. Quod vero mox addit, ante mille fere annos commissos fuisse huiusmodi errores quosdam, quales hodie plures in Calendario Iuliano animaduertuntur, si de erroribus absolute, &

K

qui

Subtemeraria
Caluiffi de er-
ratis Calenda-
rii veteris opi-
nio.

qui in Calendario Ecclesiastico vere errores dici debeant, loquitur, hæc eius assertio nimis videtur temeraria; non modo, quia tunc forma anni à Patribus recognita nemini pro vitiosa habita fuerit, sed etiam, quia differentia aut quantitas anticipationis, maxime in luna, si communem spectemus Ecclesiæ consuetudinem, tanta non fuerit, quæ Paschata erronea progenuisse dici debuerit. Sed audiamus quid Caluiffius hac de re subiiciat.

Esse autem initio, inquit, & propter exiguam differentiam, & propter intermortuatum temporis literas, nec agniti sunt, nec etiam in literis relati, propterea quod homines illorum temporum non audent credere, aliquid peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesiâ semel receptæ, & vsu longinqui temporis confirmatæ essent. Equidem fidelissimum hic Scaligeri discipulum agnosco, fidelior in describendis verbis magistri sui est, quam sacre Scripturæ: nam ab illo quod, nec syllabam omisisset; sed prout habentur lib. 4. de emend. temporum pag. 306. edit. secundæ, ita in suum transtulit Elenchum, aucta tantummodo vnico &.

Singularis Cal-
uiffi audacia.

Sed ô homines illius sæculi timidos! O audaciorem cunctis Caluiffium, qui multa credere audet contra ea, quæ ab Ecclesiâ semel receptæ, & vsu longinqui temporis confirmatæ sunt. Maſte virtute, ingenio, & audacia Caluiffi. Tu te virum præbes: Tibi hæc laus merito debetur, & quam libenter tibi tribuo. hoc audes, quod olim aui sunt audentque omnes sectarii, dum credere non dubitant peccatum esse in illis, quæ ab Ecclesiâ semel receptæ, & vsu longinqui temporis confirmatæ sunt. Non ita sancti Patres & Doctores Ecclesiæ, qui omnia sua Ecclesiæ, aduersus non præualituras inferiorum portas, (ex promissione Christi didicerunt,) submiserunt iudicio.

Patres Nicenſes
ea, quæ in Cal-
endario consti-
tuerant, nõ cre-
denda, sed ob-
seruanda pro-
posuisse.

2. Neque vero Patres illi sanctissimi, quæ de Paschatis celebratione sanxerunt credenda, vt articulum fidei infallibilia proposuerunt: sed tempora, quibus sanctissima illa festiuitas vnanimiter eodem die perageretur, constituerunt. Contra quas constitutiones si quis temere faceret, dubium non est, quin peccaret; non autem hoc modo constituendo peccarunt ipsi, vt audax tu credere audes; qui auctoritatem Ecclesiæ contemnis, eamque non audis, & propterea maximo te implicas peccato, & merito mihi es sicut ethnicus & publicanus.

Egregie sane hac de re, & ad nostrum explicandum propositum aptissime sanctus Athanasius libro de Synodis, in quo cum ageret de Niceno symbolo sic habet: *Nec consulem, nec diem, nec mensem addiderunt, sed in negotio Pascha non abhorruerunt ab huiusmodi appendice; sibi enim placuit vt adderetur VISVM EST, vt omnes obtemperarent: De fide vero non scripserunt visum est, sed, AD ISTVM MODVM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA: & statim ipsa confessio credendi adiuncta est: vt ostenderent, eam non esse nouam sententiam, sed Apostolicam: & quæ scripserunt, non esse sua inuenta, sed Apostolorum documenta.* Hæc S. Athanasius. Nihilominus tamen hæretici habiti sunt, qui huic visum est, vt tu in canonibus tuis fecisti, contradiceret, aut pertinaciter non obedirent, quod clare testatur exemplum hæreticorum Quartadecimanorum.

Accedit quod Patres Niceni etiam si fortassis non putarunt tantam fore lunæ solisque in Calendario præcessionem, non tamen ad credendum proposuerunt, cyclum, quem construxerant lunæ non aberraturum vnquam ab vndevingtiannis Iulianis; aut æquinoctium perpetuo fore in Calendario Iuliano 21. die Martii. Sed cyclum illum ac diem seruandum ab omnibus in Paschatis celebratione edixerunt, Qui cyclus ac dies, postquam à proposito aberrare cœpit,

erre-

errorem constituit opinionis, quo homines putarunt se moraliter proxime post quartamdecimam lunam ac æquinoctium vernum Pascha celebrare, vt fieri cōsueuerat proxime post tempora Concilii Niceni: postquam igitur cycli illi, maxime vero solaris in Calendario notabiliter præter opinionem Patrum vagari inuenti sunt: iure merito & scriptores eade re Ecclesiæ admonuere Antistites, & tandem ab ipso summo Antistite Gregorio XII. summa cum omnium bonorum approbatione emendati ac reformati sunt.

3. His ita præmissis, Caluissius gradum ad auctores, qui de cyclorum erroribus monuerunt, facit; nominat autem Nicephorum, Gregoram, Isaacum, Argyrum, Sacroboscum, ac reliquos, quos supra libro 1. cap. 2. Num. 6. ex hoc Caluissii loco retulimus. Cur autem Paulum Episcopum Forosempronensem in numero anonymorum esse maluerit, causam coniecere non possum: nisi fortassis, quia eum & negligit Scaliger magister Caluissii, & quia ipse vtrique in multis aduersatur. Sed in hisce non immoror, sius illis per me, quo valere possunt, maneat valor.

Scriptores qui de erratis Calendarij veteris monuerunt, à Caluissio enumerantur.

Lubet autem hac occasione ex te Caluissi quærere, qua ratione fieri potuerit, vt allati à te scriptores aliquid de *ἡμετέριον* monuerint, cum ante magistratum tuum Scaligerum nemo hominum de *ἡμετέριον* quicquam sciuerit: eius enim rei incertiam non solum Clauio, ad quem solum calumniandum natus videbatur, sed & aliis se multo doctiorib. obiicit: patet hoc manifeste ex supra allatis, ex Canonibus Isagogicis. ubi hæc inter alia retulimus: *ἡμετέριον ὅτιον* autem, *καὶ ἡμετέριον ὅτιον* rationem nullam eum habere, excusauerit earum rerum ignoratio, quas ante nos nemo aduerterat, quamquam finis quidam Mathematicus, &c. Tu qui solus & vnicus vestigiis doctrinæ Scaligerianæ insistere illi visus es, atq; adeo arcanorum illius consiliorum particeps es, hoc nobis, obsecro, ediffere mysterium: hoc enim est quod ex te quæsitum volumus.

Caluissio proponitur quæstioncula.

Aliud quoq; est, de quo te in primo libro iam admonuimus, scriptores videlicet à te adductos, si veritatem discere voluisses, sat clare te docere potuisse, ad quem munus spectet Calendarii corrigendi: id enim omnes magistratui Ecclesiastico, Pontifici nimirum Romano, atque Conciliis deferunt: tu vero horum osor, Imperatori potius aut politicis obtrudendum suades. Sed vt in plerisque, ita etiam in hoc concertare mauis, quam ingenue id, quod omnes fatentur, fateri.

Scriptores enumeratos reformationem Calendarii tribuere magistratui Ecclesiastico.

Sed & quæ de Pontifice Gregorio decimotertio eiusque Calendarii emendatione in fine huius capitis adfers, prætereo. Abunde namque constat, nullam ea in re intercessisse negligentiam, quo Reipubl. Christianæ consuleretur. Pontificem nullis pepercisse sumptibus: vsum esse Astronomis celeberrimis: omnes magno animo vicisse ac superasse difficultates: rem diu ante esse agitatam: omnibus prius propositam, omniumque rogatas sententias.

Quæ correctio nem Calendarii præcesserint.

Verum de his alibi satis iam diximus, & plura infra addentur.

*Rationes, quibus nonnulli Caluifium ab oppugnando Calendario
Gregoriano dehortati prudenter sunt, perpendunt ut.*

Rationes de-
hortatorum
quas recenset
Caluifius.

Sed nec dum ad intima penetrauimus; adhuc enim durât Caluifii præludia. capite sexto hanc tractare instituit quæstionem: *An operæ precium sit Calendariū Gregorianum examinare, eius errores monstrare, & commodiorem eius rationem inire vel- le.* vno verbo, actum agere? Tuos, Caluifi, vt experieris, non Calendarii Gregor- iani, ostendes errores, quos an operæ precii esset examinare, merito quis quæ- rere posset. Verum vt homo astutus consilium suum, factumque tegat temera- rium, scribendique corradat materiam, quorundam amicorum, qui ipsum, vt puto dehortati sunt, eludere hic sibi proponit rationes: quæ, si illi credimus, hæ- fere sunt. Prima, Instare extremum diem mundi. Secunda: *Calendarium Gregoria- num à statibus reformatæ (deformatæ) religionis repudiatum esse, & nunquam futurum, vt ab iis recipiatur.* Tertia; non esse spem vllam abrogandi Calendarii Gregoriani iam introducti. Quarta; à præstantissimis artificibus illud conditum esse. Quinta & vltima: Negotium hoc parum attinere ad Sethum Caluifium Ludimagistrū, siue hominem in puluere scholastico desudantem.

Et sane quod spectat ad hoc amicorum consilium generatim, quo hominē, ne oleum operamque perderet, imo & conditionis ac officii admonitum vole- bant, quicunque tandem illi fuerunt, qui id dederunt, prudenter profecto illos fecisse, & optime consuluisse ac suasisse Caluifio, negari non potest: & si persua- sissent, dubium non est, quin è re Caluifii maxime fuisset: prudentum enim se- quendo consilia, & ipse prudentum ac peritorum numero adscribi potuisset: sed homine imperito nunquam quicquam iniustius, qui nisi quod ipse facit, ni- hil rectum putat.

De prima ra-
tione.

2. Ita prorsus Caluifius, qui aliquando quidem hac ratione, quam primo loco enumerat, vt cap. 2. Num. 3. vidimus, tanquam argumento solidissimo pro se v- titur, vt dierum exemptorum eximendorumq; pulcherrimam methodum de- struat atque reiiciat: hoc vero loco eo quod aduertit alterius esse inuentum, non suum, eandem rationem verbis eleuat, & Stifelianum hoc argumentum esse di- cit. In Saxonia, narrat ex Hanardo Gamerio Tilmannus Bredenbachius collat. sacrarum libro septimo ca. 3 2. V Vittebergæ vicinus pagus nomine Holtzdorpf situs est, in quo pago Stifelius Euangelicus concionator populo docendo præ- fectus, sibi, suisque rusticis persuasit, tertio Octobris die, horam circiter decimā extremum iudicii diem futurum; idque ex supputatione quadratorum nu- merorum, tanquam ex diuina Spiritus sancti patefactione, serio confirma- uit. Rustici & ciues plerique omnes per vniuersam Saxoniam & Misniam, aruis & agris incultis relictis, negotiis orio posthabitis, curæ præferentes so- cordiam, omnia sua bona decoquebant, dies, noctesque pergræcabantur, certo confidentes (quemadmodum prædixerat Stifelius) tertio Octobris die eiusdem anni, qui erat à Christo nato millesimus quingentesimus trigessimus tertius, mundum periturum, & extremum iudicii diem aduenturum. Cum au- tem prædictus dies adesset, Stifelius suggestum occupans hortatur suos rusticos, & bone

& bono iubet esse animo: tempus instare, quo, prout quisque vestitus aderat, cum ocreis simul, & peronibus omnes in cælum auferrentur. At vero hora prædicti iudicii iam diu transacta, adeo ut rusticis de vaticinio desperantibus, ipse quoque dubitaret; forte procellosa tempestas orta fuit, quam cum Stifelius audiuiſſet, de nouo suos rusticos est hortatus; turbinem enim exorientem initium dare futuri iudicii. Sed paulo post tempestate sedatâ, cū rustici cælum serenum esse conspicerent, irati Stifelium è sublimi cathedra deturbatum, manibus, & pedibus acriter constrictis, in curru positum V Vittembergam traxerunt, ubi ipsum coram iudice de illatâ iniuria grauiter accusarunt, aliquod sibi emolumentum pro omnibus pecoribus, frugibus, & frumentis absumptis sperantes. Sed frustra illum accusarunt rustici; nam à rusticis vindicatum, è vinculis redemptum Stifelium Lutherus veteri ecclesiæ iterum præfecit. Hæc vera an falsa sint meam non interpono. Satis est Caluissium nunc pro se, nunc contra se *Stifelianis* pugnare argumentis: diem hunc propediem modo instare, longe ante 400. annos affore; modo, cum momentum hoc Deus sibi reseruauerit, res huius mundi curari iubet ac si venturum nunquam esset. Vnde mox subiungit, se ideo Astronomus cum sit Astronomiæ non valedicturum; cui ut etiam commendationis aliquid vel à primis illis temporum initiis quæ creationem hominis præcesserunt compararet, eam primo statim Geneseos in capite à Deo hominibus commendatam verbis hisce amplissimis prædicat *Astronomicum hoc studium, scrutari orbes celestes, nouisse corporum celestium magnitudines, interualla, cursus, progressiones, institutiones: Scire & computare posse Solis & Lunæ labores & errores, ut veteres loquebantur, dirigere & definire posse tempora, annos & menses, studium pium est, reipub. utile, & statim in primo capite sacrorum bibliorum nobis à DEO ipso commendatum.*

Ex his autem quam putas Caluissius partem melius tenuerit? omnium ut arbitror optime *scrutari nouit orbes atque computare Solis & Lunæ errores*; Nam quoties eorum motus tabulis, Ephemeridibus, siue Calendariis ipsius non respondent id non tabulis, non Calendario quod secundum ipsum *plane non non peccat, nec peccare potest*, sed soli Lunæque, qui viâ aberrarunt, adscribendum est; quantus vero sit ille error, mox ipse suis tabulis, & calculo monstrabit. Mirum tamen videri non debet si de palma cum Ptolomæo, Copernico, Brahæo, &c. Caluissius cerret, *qui huic studio sedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur*, cum vsus sit Magistro summo Astronomo *Magno* videlicet Scaligero, qui antiquis Geometris & Astronomis, non solum æquiparandus, sed & longe anteposendus est, si ipsi de se ipso testimonium reddenti, credamus: *Ideo confidenti verecundia pronunciamus, inquit, & in ipsius quoque rei inuentione longo interuallo eos à nobis vinci*, qui quemadmodum Caluissius Clauium; ita ipse Archimedem, Ptolomæum, aliosque in ludum atque officinam edolandos euocat. qui sicuti in Geometricis solus fuit qui abstrusissima quæque, & in quibus inueniendis tam antiquitas, quam nostra ætas, frustra laborauit, vnus ipse eruit: ita in Astronomicis, Principem se ipsum fecit: nam quod antea male illi successerat, cum Archimodem errasse, & ut verbis eius utar, *non regnum in Geometria, sed tyrannidem exercuisse; demonstratiue errasse: absurdissima non pauca eius errata deprehendisse se: &c. palam asserere non dubitauerit: reprehendendo postea Ptolomæum, Copernicum aliosque Astronomos; damnum refarcire, famamque vindicare suam se posse ratus, eadem infelicitate in eos debacchatus est.* Sed ut non defuerunt

Cur Caluissius
pro magno A-
stronomo ha-
bendus sit.

Cyclom. epist.
dedic.

Geometriae sui Romani, Clauui, & alii ita non deerunt qui Astronomiam ab istis rupicibus, si modo operæ precium esse videatur, vindicent.

De secunda ratione.

3. Ex secunda ratione manifeste patet quosdam non parum timere sibi, dum alii timent, ne Calendarium Gregorianum ab omnibus Principibus recipiatur, & propterea potius in vitioso veteri persistendum esse, admonent: ex quorum numero non postremi sunt Caluissius cum Patrono suo Origano; hic enim ait, hoc omnes optamus & speramus; ille vero magis suæ quam cōmuni rei intentus, specioso sumpto prætextu, quod dissensionibus in Calendario aliquando finis imponendus sit, suum Principibus obtrudere conatur calendarium; atque adeo dissensionum finem fore existimat, si suum Pseudocalendarium admittatur: Sed rectius existimaret, si id tunc demum reuera futurum prædiceret, quando illi qui adhuc à Gregoriano dissentiunt odia concepta ponerent, & potio rem orbis partem sequendo, naturæ ipsius instinctui obsequerentur, ac pro vitioso quod agnoscunt Calendario Iuliano, nostrum integerrimum susciperent; quod ut apud Catholicos omnes sopiuit controuersias, & diuturnis querelis tandem finem imposuit, ita Catholicos inter & A catholicos quæ adhuc supersunt in celebratione festorum dissidia penitus extingueret, si vel pacis nomine, nulla Gregorii facta mentione, à Protestantibus obseruandum etiam suis imponeretur.

De tertia ratione.
Cur Calendarium Gregorianum abrogari non possit.

Monuere tertio loco Caluissium amici Catholicos nunquam à forma anni Gregoriani discessuros, idque rectissimè; eius enim rei & fundamentum est & ratio. Nam præterquam quod summis omnium votis à tot annis correctio Calendarii agitata, ac postulata fuerit, summaque diligentia deinde ac felicitate peracta, atque adeo sanæ mentis non sit, illam respuere, multoque minus acceptatam iam & usu comprobata repudiare: fuit etiam & est auctoritas Ecclesiæ Catholicæ eiusque Summi capitis Pontificis Max. quam nemo defugit, nisi qui fuerit à Numinis auctoritate fugitiuus: estque consensus nationum plurimarum, & Imperatoris, capitis Imperii Ecclesiæque Catholicæ defensoris (quæ vnica politicis istis sufficere deberet) nec non Regum, ac Principum Calendarium Gregorianum approbantium, amplectentium, ac firmiter in eo persistentium, constantia: Fuit denique & est ipsius Calendarii bonitas, facilitas, & quantum sufficit, atque in hoc negotio requiritur præcisio ac perpetuitas, &c. quæ omnia frustra hætenus ab aduersariis oppugnata sunt. Non latent te ista, Caluissi, ea que licet obscurare coneris, extinguere ramen non vales. Vnde enim tibi constat Calendarium Gregorianum adeo radices egisse, ut spes nulla concipi possit, illud sede sua deiectum iri? nisi quia nulla prorsus subest causa propter quā aboleri, aliudque substitui debeat. Tuum est, Caluissi, commentum, quod ais nobis pro emendato Calendario mendosissimum obtrusum esse, tua fictio, qua talia effutendo dissensiones fones, tuosque admones, neurbationibus contractuum, negotiorumque ciuiliū, & dissimilitudine etiam ceremoniarum Ecclesiasticarum in celebrandis diuerso tempore festiuitatibus & aliarum rerum, ex diuersis Calendariis originem trahentium, permoneantur ad hoc Calendarium Gregorianum recipiendum, etiam si hoc ipso iuxta Origanum à præscripto diuino multum discedendum sit. Astus & fucus tuus est, quibus pessimum Calendarium tuum ut legitimam emendati temporis rationem venditas; sed nos pœnitere tanti non emimus.

De quarta ratione.

5. Sequitur quarta ratio, quæ est, in correctione Calendarii Pontificem usum esse

esse exercitatisimis Astronomis, & quod supra monuimus, ab eo illorum nihil quæ ad correctionem necessaria aut vtilia esse poterant, prætermisum esse. Quæ sanè ratio cuiuslibet, nisi amens aut odio plenus sit, satis esse deberet, à calumniis & criminationib. abstinendi; & siquid, quod tamen nondum ostensum est, humanitus erratum esset, excusandi potius quam accusandi præbere materiam: imo summis laudibus quod homini ethnico non denegauit Caluissius, vt supra cap. 2. de Iulio Cæsare eiusque Calendario (quod tamen ipse Caluissius vitiosum proclamat) audiuius, extollendi. At quia hominum Christianorum, imo totius populi Christiani Summorum capitum Pontificis Maximi, & Imperatoris, Regum & Principum, auctoritate, opera, consilio, consensu, approbationeque Calendarium Iulianum correctum, seu potius eidem aliud longe perfectius à Gregorio XIII, vel hoc etiam nomine verè magno, substitutum est; hoc tam præclarum opus visum est Caluissio homini, vt vel hinc apparet, Christianis, Christianæque paci insensissimo, non solum non laude dignum, vt Cæsaris idololatræ, quo æternam sibi laudem promeruerit, cui reliqua Caluissii & Scaligeri iudicio quacunque præclare vnquam egit, nequaquam sunt conferenda: Sed tale quo vniuersa ferè Europa turbata est: quod toti Europæ, & omnibus doctis pudori sit; & ludibriū debeat omnibus gentibus: Calendarium mendosissimum, vitiosissimum, absurdum, monstruosum, erroribus vbique refertissimum: in formis methodus: Summa sentina ac colluies omnium errorum.

Caluissius propter correctionem calendarii ethnico laudat Christianos vero vituperat.

Sed vt in pluribus ita etiam in hoc genium ostendit sui Magistri, qui licet ineptissima Caledaria & anni referat rationes gentium plurimarum, in nullam tamen tantum inuehitur, quantum in Calendarii Gregoriani formam: cui tamen, si tam politica, quam Ecclesiastica, tam popularem, quam Astronomicam spectes rationem, par nullum, quod ipsimet, nolint velint, fateri debent, attulit: quid fecisset, si vel vni celsisset.

Caluissium imitatore agere Scaligeri.

Putas ne Caluissi, tuo te Elencho aliquid attulisse, quod Mathematicos tum totius orbis, omnes enim publico admoniti erant scripto, fugerit, illisque in mentem nunquam venerit: de quo non monuerint; quin multa potius veluti minus vtilia minusque necessaria, vtiliter sanè ac necessario praderenterque prætermiserint? An existimas quod id, quod tibi tuique similibus nunc videtur melius & aptius, hoc etiam tunc illis viris doctissimis tanquam aliquid melius, & aptius placuisse, aut placere debuisse? Aut denique etiam si reuera aliquid melius in aliquo, aut tu, aut alius adhuc afferret, an non hoc propter maiorem concordiam sententiarum, grauesque alias rationes, tam in politicis quam Ecclesiasticis omitti tunc poterat, aut debuerat?

Reformatores multa reieciſſe, quæ aduersarii nunc vt noua inuenta proferrunt.

Ego sane penitus persuasum habeo, viros illos grauissimos, multa ex iis, quæ, si pura spectanda fuissent artis præcepta, mutare potuissent, multo grauiores ob causas immutata reliquiſſe. Scilicet in animo habebant condere Calendarium potius Christianum cum ad vsum Ecclesiæ, iuxta propria illius festa, & Patrum, quæ tanta consensione constituta erant, decreta; tum ad commodum populare iuxta placita Principum Christianorum, quorum sententias exploratas habuerant, accommodatum: quam demonstrationes Mathematicas, aut tabulas Astronomicas obtrudere ad quædam horaria scrupula (vt nunc faciunt scioli quidam ac nugatores) vel ad nescio quam, quæ ab omnibus secernatur tam Ecclesiasticis, quam vulgarib. regulis, mentis seu ideam seu Chymeram directas.

Consilia

Consilia legantur ac scripta, quæ, dum correctio tractaretur Calendarii, passim edita sunt, & facile apparebit quam plurima Reformatoribus proposita fuisse, quæ ab ipsis maturo consilio reiecta sunt, quæ nunc à Calendarii Gregoriani oppugnantoribus, tanquam noua & Reformatoribus nunquam animaduersa, serius atque importunius afferuntur. Quid si anni principium, quod Astronomi nonnulli, iuxta illud Ouidii Fastorum

Bruma noui prima est, veterisque nouissima Solis;

Principium capiunt Phæbus, & annus idem:

à solstitio hyberno inchoatum volunt, ad primum reductum fuisset Ianuarii diem, quo vulgo annum incipimus: & deinde consequenter mensium dies ita ordinati, ut menses anni, & signa cælestia, non solum eadem interualla, sed & eadem principia, eosdemque obtinerent fines, ita ut Sol mortalibus & primam mensis afferret lucem, & primum signi cælestis correspondentis ipse ingrederetur gradum? nonne res videri poterat non solum rei Astronomicæ, & ad Solis lunæque reciprocos complexus, reciproce numerandos, sed etiam rebus quibusdam ciuilibus utilis & accommodata?

Lib. I. cap. 8.

Sed quid ad hoc Caluissius? absque dubio id, quod de aliis quæ magis obuia sunt dicere solet, nimirum de hoc Pontifici, cum eius mentionem prorsus nullam faciat, ne cogitasse quidem videntur: quæ enim ipse nescit, cum se omnia scire reputat, etiam alios omnes nescire existimat. Sed hæc fortassis non diceres, Caluissi, si Ioannis Baptiste Benedicti de Calendarii correctione legissem sententiam, publicatam quadriennio ante peractam correctionem, anno videlicet 1578. cui alias aliorum sexcentas annumerare possemus, si opus foret: sed hanc sufficit insinuas.

Pontificem in correctione calendarii plurimum attendisse ad voluntatem Principum.

Explic. cal. cap. 24. Num. 12.

Cur autem hæc & plura alia omiserunt? plures sunt rationes, & aliquas iam supra tetigimus: sed sufficiat Caluissio nostro: ITA VISVM ESSE, summis orbis capitibus: atque hoc verum esse ex ipsis Pontificis Maximi licet colligere verbis: Nam cum aliquando de hoc negotio agens Gregorius XIII, Clauio, quem interdum priuatim alloqui consuevit, quid fieri vellet indicaret; Regum ac Principum se se satisfacere velle sententiis, ostendit: *Equidem memini*, inquit Clauius, *Gregorium iterum atque iterum mihi inculcasse, ut in Calendario quam minima fieret immutatio: atque hoc aiebat esse mentem Regum, aliorumque Principum.* Sufficiat inquam Caluissio ita Pontifici, Imperatori, Regibus ac principibus visum esse.

Caluissium quæ plurima attribuit soli Clauio.

Quod igitur hisce omnibus visum est, Caluissius noster & Origanus ut Clauium calumniandi materiam conflarent, soli Clauio, qui instar omnium est, cum coniuratis suis sociis, acutissimis illis & vaserrimis Iesuitis, attribuit. Cur autem, Caluissi, Clauii proprium esse vis, quod Clauio vides esse commune cum plurimis? an quia plures inter se consentientes laceffere solus non audes? an vnum è numero seducis, ut olim Romanus Horatius Albanum in tergeminorum pugna? quo Clauio prostrato peruertas deinde cæteros? quid si diuelli non possunt? quid si facto agmine cohærent? quid si ne dimoueri quidem loco possunt, qui Pontificis immobili auctoritate nituntur? Omnesque simul in vnam Romanæ sententiæ concordiam mirifice & sanctè conspirant, se sequi tibi & tui similibus ut decet iustitiæ, veritatisque propugnatores libenter opponunt. Vnus quidem huc usque Clauius fuit, qui ad Calendarii clauum sedit, ipsumque tot inter tempe-

tempestates, quas subinde excitastis, semper imperterritus rexit direxitque: At vero imposterum postquam tot tantisque clarus victoriis vita celsit & iuri suo, tot habebit Gregorianum Calendarium Clauios, quot vir laudatissimus sui studiorumque suorum amantissimos post se reliquit, relinquentque alumni alumnos: mihi crede, Caluifi, citius deerunt Calendario Caluifii, quam Clauii: quanquam quid opus est tot Clauis, cum falsitari perquam familiare sit, vt etiam nemine impellente se se ipsam, ruinis suas inter ruinas sepe liat.

Sed nondum penitus obrutus ruderibus suis Caluifius est, adhuc audet, & aliquid submurmurat. *Non despero tamen. subdit, multa, & eiusmodi in Calendario hoc errata ostendi posse, quae plane nullam defensionem admittant, & in haec cogitationes ipse Clauius me adduxit ingentibus suis voluminibus, quae de hoc Calendario conscripsit. Ad bonam enim causam, quod in prouerbio dicitur, vel tria verba satis sunt; ad malam nec multa librorum millia sufficiunt.* tribus his verbis, si prouerbum hoc tuum recte intelligo, ira nos vndique, Caluifi, conclusisti, vt viam omnem euadendi nobis praeculseris. Si defensionem pro Calendario suscipimus, volumina crescunt, accedunt verbis verba, viresque nouas acquirunt prouerbia quibus tandem penitus obruamur: Si vero Calendarium iam toties à pluribus oppugnatum, & non tam verbis quam conuiciis à plerisque dilaceratum, indefensum relinquimus, actum de ipso est, & spolia cedant Triumpho Caluifiano est necesse. Sed meliora verba, quaeso, Caluifi, & pauciora, & si adeo prouerbia placent, ad rem aptiora. Non est quod Clauium calumniaris & ingentibus eius voluminibus tam audacter insultes, si quid enim in mole peccatum est, non Clauio sed vobis est imputandum, quorum ignorantia paucis doceri non potest. Calendarium nostrum idemque ex se maximum & Gregorio XIII. Pontifice tum Maximo tum optimo, deque Christiana Republica imprimis bene merito, dignissimum, cuius laudibus rite decantandis, ne multa quidem librorum millia sufficiunt, si opus ipsum spectes, vt aliquando promulgatum est, profecto tantillum inuenies, vt vno quasi pugno Clauio docente decurri per vnus tantum manus digitorum articulos, breuissimo temporis spatio totum queat, nihilque proinde sit quod in tanta breuitate, tantaque verborum paucitate, maiora quis semitarum compendia requirat. In prouerbiis vero tuis nemo est qui non iure plus aliquid neruorum, atque ingenii desideret, nisi forte omnes ingenio adeo pingui praediti sint, vt ex huiusmodi prouerbiis natam impactamque Calendario, librisque Clauianis calumniam, in religionem sacrasque literas deriuari non intelligant: quas dum magnis operosisque defendunt operibus viri doctissimi integerrimique, non nisi malam causam agere conuincuntur: optimam vero illi, qui dum diuina omnia humanaque peruertunt, qua vociferando, qua scribendo clamoribus, ac libris mundum, Remque publicam Christianam erroribus complent.

Sed quid nam id est quod in tam bona causa adhuc secum luctari Caluifius ac variis conscientiae stimulis agitari videatur: nam modo difficile sibi putat esse inuenire errores in Calendario Gregoriano, modo animos recipit, & facillimum ducit. Si quis laborem & industriam adhibere velit, & difficultatem illam interpreter, inquit, non quod errores Calendario non insint, sed quod cum magno labore in examinandis tot annis (post extremum iudicii diem venientibus)prehendantur.

Ioculare Caluifii ad oppugnandum calendarium morium.

Aliud Caluifii a quo ridiculum motium.

tur. Imo hæc ipsa difficultas tantum abest vt me *ab incepto*, ait, *deteruerit*, vt potius simulam addiderit, plus studii & laboris in iis erroribus venandis ponendi, vt qui sciam magnis laboribus non exiguam etiam gloriam propositam. Deinde prosequitur Interim tamen vereor, si errores hosce ob oculos posuero, ne hi mutati sententia industriam meam element, & à quouis alio hoc præstari potuisse clamitent. En vt timida simul & audax ambitio? Certe apud Caluissium etiam laboriosa est, quippe qui ex magno labore non exiguam gloriam expectat, iuxta illud suum: *Magno labori magna gloria debetur*. Quod si ita est; habeo quod iure gratuler Ptolomæo quod Heraclidis sophistæ inscriptionem *αὐτὸς ἐγχαίμων* abiectione literæ *π* inscribi voluerit *αὐτὸς ἐγχαίμων*, etsi enim tunc ratio illi non defuerit facienda, quod fecit, ob hoc tamen Caluissii vniuersalisissimum axioma nunquam haberet quam maximam, ex ea enim se qui videtur, vt labori maximo, atque adeo animali maxime laborioso gloria omnium maxima debeatur. Quamuis vix crediderim, vt gloriam hanc, quam iam dudum labori suo Caluissius destinauit, Ptolomæico huic baiulo concedere velit.

Caluissii symbo-
lum.

De quinta ra-
tione.

Caluissius pru-
denter admo-
netur conditionis
sue.

Friuola Calui-
ssii de temerita-
te & incitua
purgatio.

Se ab aliquot
annis in hæc
materia exerci-
tatum prædicat

Alios hæc sit
ad pugnam.
Lib. I. cap. 7.

6. Quinta & vltima restat ratio, qua siue amici siue æmuli Caluissii ab oppugnatione Calendarii Gregoriani abstergere hominem amicum conati sunt, nimirum rem parum spectare ad Musicum siue Ludimagistrum Lipsiensem, eumque huic oneri ferendo esse imparem, vt vt alioquin laboriosus existat, quibus ipse in hunc modum occurrit. 1. *Mihi turpe non duco in puluere scholastico desudare*; atque vtinam in tuo puluere mansisses, teque in causas Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, non immiscuisses; aut certe abstinuisses donec excusso puluere honestè comparere potuisses. 2. *tempus quod ex solitis laboribus superest, id vt in publicum vsum conferre possim, laboro*. Publicus vsus varius est, Caluissi, nosti: Si publicam intellexisses ac prætendisses vtilitatem, hunc librum non scripsisses; nisi fortè per publicum vsum, publicam intelligas perniciem, 3. *Sin minus præstitero quam fortassis par est, spero me in huiusmodi vita statu excusatum iri*. Tantum abest vt hoc te excuset, vt potius legitima accusandi ratio sit: cum ipse vitæ status, ac conditio officii tui te admoneat: Sutor nimirum non vltra crepidam, vt habet prouerbum. Non puluis scholasticus, sed puluis vanæ gloriæ te obcecauit. 4. *De se, quid agant ipsi viderint, hoc scio non multum gloria ipsos ex hoc impediendi me conatu reportaturos*. Totus immerusus in gloria est, miles gloriosus nil nisi gloriam cogitat. Isti qui sunt de quibus loqueris, nescio; hoc scio, plus veræ gloriæ prudenti sita admonitione, non solum reportaturos, sed reportasse iam, quam tu toto tuo libro vnuquam reportabis, plus enim valet prudens consilium, quam temerarium factum. 5. *Interim tamen in hac re, quam in manibus habemus, tradenda, me non rudem, sed satis esse exercitatum ab aliquot annis esse affirmo*. Non qui seipsum commendat Caluissi, &c. & putas ne te magnum aliquid præstitisse? Si adiutus tot auxiliis, lucubrationibus videlicet aliorum hac de re editis, post tot annorum exercitium; à scopo tamen tantum adhuc aberras? quid sperandum de te erat his omnibus destituto? Credenda autem sunt quæ tu affirmas; quia affirmas. 6. *Quod si affirmanti fidem habere noluerint, vel me erroris conuincant, vel alias mecum congregiantur, solertem me dabo*. Nonne in te tuum illud quadrat Audin' Caluissium tanquam vastum aliquem ex cohortibus incircumcisorum Geliadum Clauio & Omnibus qui se se huic Elencho opponere audent, insultantem, & prouocantem omnes, vt secum congregiantur, nullis omnino positis conditionibus? At quæso quid respon-

det is

debis tuis siue æmulis siue amicis, cum ante prælum etiam errorum iam conuictus sis? Tu qui vulneratus iam inter cadauera extremum quasi halitum spiras, tantæ adhuc es audaciæ, vt omnes prouoces?

Dicas mihi quæso, Caluifi, si tantus es, quantum tu te reputas, atque summa quæque ad te pertinere existimas, cur non quando Gregorius XIII. omnium de negotio Calendarii rogauit sententias, tuam tunc etiam aperuisti? iam enim homo inter homines eras qui quinquagesimum nonum nunc agis annum. Tunc, Caluifi, tunc erat tempus scribendi, admonendi, corrigendi, &c. tunc licebat improbare, si quid haberes: nunc extraordinarius & intempestiuus es: & sero, imo importune baccharis: ac verum prouerbum facis, actum agis. Sed tunc Clauii aliorumque ex quibus tua corraderes, nondum extabant; unde disceres, quæ peruerteres, quæ corrumperes, nondum habebas triginta & plurimum annorum exercitium, nondum præcellerat; Canones paschales nondum condideras; Calendarium nouum absurdissimum, infestumque ac nefastum, quod Calendario verè Ecclesiastico, facili ac populari supponeres, nondum confeceras. Saltem cū extra ordinē non vocatus accedas non extra chorū saltares: & serus aliquo bono compensares moram. Nam etsiam si bona aliqua quæ adfers, videri possent, in quibusdam enim quamuis paucissima illa sint, non male nugari videris, & propterea si tempestiue adfuisses, & libenter auditis, & humaniter habitus fuisses: ea tamen nunc eo ipso quia Ibyci equo similia, & eo magis, quo plura accedunt, ridicula sunt, & inutilia, absurda ac noxia omnia illa tua, & te nihil est leuius, qui cæca nominis cupiditate raptus, & nomen quod appetis non assequeris, & id quod habes amittis.

Intempestiua
calendarii op-
pugnatio.

CAPVT SEXTVM.

*Caluissum oppugnationi suæ friuolam, & à veritate alienam
prætexere causam.*

Caluissus explosis amicorum siue æmulatorum rationibus, quibus, si prudens fuisset, merito acquiescere debuerat, ne statim initio nimis iactabundum se semilitem exhibeat, quasi sui oblitus, quod omnes vt secum congregiantur euocauerit, hic signa mutat, neque vt ante ipse prouocat alios, sed se se prouocatum atque lacesitum ad oppugnandum Calendarium Gregorianum accedere simulat, aliaque de quibus nemo hominum vnquam cogitarat effingit: Interim tamen se eum esse, & quidem solum, quo debellato ac perempto vno, pax tandem ac quies Calendario Gregoriano speranda sit; quo superstite nullam vnquam futuram non obscure indicat. Non est autem, Caluifi, quod de te tam altè sentias: Si enim Mathematici, si Astronomi, (si quidem in re Calendarii tales habendi) si ipse litteratorum Princeps (vt se ipsum reputabat Scaliger) pugnando contra Gregorium nihil effecerunt; putas ne tuo te cantu omnes Sirenarum instar, somno oppressos trucidare ac demergere posse? Non tam suauiter cantas, vt somnum inducas; neque etiam ita clamoribus tuis territas, vt in fugam compellas.

Recenset itaque Clauium in Calendario Gregoriano propria admittere confessione, quatuor errorum genera; quos tamen Clauius absolutè errores vocari

cari nequaquam vult; neq; reuera in re Calendarii errores absolute vllomodo dici possunt, cum reuera nulli sint, neq; in vlllo Calendario, quod Calendarium & non potius tabula sit Astronomica, vitari possint, vt partim precedenti libro explicauimus, partim ex infra dicendis colligetur, & vel ex ipsis Caluissii assertionibus probabitur: propterea adiunxit Clavius hæc verba: *Si erratum dicendum est quod non temerè, sed necessario admitti interdum debet*, eosque si errores dicantur vult esse solos in Calendario, & si qui alii sint *ad hos reuocare licere*. Sunt autem hi quatuor. 1. *Æquinoctium à 21. Martio huc illucque aliquantum deflectere*. 2. *Cyclum aliquando pascha exhibere ante plenilunium medium*, atq; adeo debito citius. 3. *Nonnunquam id fieri tardius*, eo quod epacta Nouilunium plusculum sequatur, & pascha in vltimâ coniiciat mensis hebdomadam. 4. *Cyclum interdum pascha ex primo mense extrudere, & in secundum aut vltimum intrudere: hebdomadam ac mensem intelligendo, non secundum cyclum, secundum quem omnia se recte habent; sed secundum lunæ medium motum*.

Quatuor defectus qui in nullo calendario Ecclesiastico vitari possunt.

Clavius solum prouocauit Mæstlinum.

2. Subiungit deinde Clavius omnes omnino ad oppugnandum Calendarium Gregorianum Goliadica prouocare prouocatione; quod falsissimum est: prouocatione enim sua, non omnes, non Caluissium, non alium; sed Mæstlinum prouocat: nō temerariè, vt miles noster gloriosus, sine omni cōditione; sed positis conditionibus: quas cū seruandas promittat oppugnator Caluissius, eas totidē, quot illas & Clavius & Caluissius refert verbis, hic descriptas volumus, vt lectori appareat, qua fide à Caluissio seruata sint. Sic enim alloquitur Mæstlinum Clavius: *Si Calendarium Gregorianum denuo oppugnare vis, atque euertere, demonstrandum tibi erit, aut in eo alios errores præter quatuor nuper numeratos reperiri: Cum quatuor illi deuitari nequeant, aut frequentius in eos Ecclesiam incurrere, in nouo Calendario, quam in veteri: aut certe si neutrum illorum consequi valeas, vt plane per suum habeo, consiciendum abs te erit Calendarium quod omni prorsus careat labe, dummodo in eo annus civilis (quod caput est) vsurpetur, & cycli ab Ecclesia vsurati adhibeantur, quod ad Calendas Græcas te facturum speramus. Forti igitur animo sis, & ad tam præclarum facinus audendum manus admoue. Hic Rhodus, hic Salus*.

Quid hic obstreperit Caluissius? ad lectorem mira exclamatione conuertitur, Clavius incircumcisum vocat Goliadum; eundem proculdubio circumcisum vocaturus, si nomen illi Sethi fuisset. Deinde pro sua dicendi ac fingēdi libertate, fingit, vt diximus, Clavius non solum Mæstlinum, sed omnes omnino verbis illis prouocasse, quod rursus dico falsissimum esse: Nullum enim hominem in mundo tam stultum ac temerarium esse putabat, qui vt Tantalicæ mensa frueretur deliciis, lapidi pendenti caput submitteret: quare littori, vt habet prouerbum, loqui noluit: allocutus est eum quem iam ineptum, ac temerarium expertus erat.

Inuentus miles gloriosus est, qui, quam Mæstlinus prudenter declinauit, cum Clauio iniret pugnam.

3. Inuentus tamen plane præter opinionem Clauii, miles gloriosus est, qui vltro conditiones exposcat, acceptet, omnes prouocet. *Putas ne*, inquit Caluissius, *aliquem futurum qui hisce conditionibus eum Clauio adeo confidenti prouocatore congrredi ausit?* Iam responsum est. *perge. Vix credo putabis, non videtur enim hæc confidentia de nibilo concepta*. Recte dubitas: nam & ego adduci vix possum vt hoc de aliquo putem, cui vel scintilla prudentiæ insit, vt aut conditiones positas acceptare, aut de Calendario nunquam viui futuro, disputationem aggredi audeat. ea enim quæ maxime reprehendis in Gregoriano Calendario, non nisi post mundi finē, quem tu ad 3000. confidenter longe ante 1400. affuturum pronuncias occurrere possunt.

possunt. Audet nihilominus cum Clauio congrredi Caluifius, spondetque & animum sibi ipsi facit ad pugnam, ait enim: *At ego iubeo te bonum animum habere, canes qui proteruius latrant, timidiore esse solent.* EGO (Sethus Caluifius) *congregiar cum ipso magna spe victoria.* Quid autem si cœlum ruat? *Ego congregiar cum ipso magna spe victoria.* Nam animum mihi addit ipse Clauius, qui in explicatione Calendarii, cum alia omnia ex apologia sua repetat, hanc tamen prouocationem omittit, & *cristas remittere incipit*: diuina fuit: nam ecce vt

Vnde Caluifium
animum sum-
pserit.

Pauidus refugit, more gallinacei

Cum victus alas ille summittit suas!

Quid hoc nugarum est Caluifii? vis ne vt Clauius prouocationem Mæstlini ponat eo in libro, in quo Mæstlinū dignum non iudicauit, qui, vel semel nominaretur? vel hinc discere ea prouocatione præter Mæstlinum prouocatū fuisse neminem. Sane si aliunde tibi nō additur animus, cito exanimis cades. Sed nihil magis Caluifium nostrum animat, quam cum sibi Clauium videre videt circa epactarum æquationem subdubitantem. Verum quid inde refocillationis haurire possit, inferius experietur; ergo ad alia. *Et tertio quod caput est, quod longe compendiosorem, & expeditiorem methodum inueniendi plenilunia Paschalia, ex quibus vitia epactarum facillime deprehendi possunt, excogitauit, quo subsidio nixus, in hæc à Clauio condiciones dictas forti animo descendam.* Apparet sane, nisi tu ipse tibi adderes animum, præter te fore neminem, à quo quicquam sperare posses. Nō aliorum subsidia, sed tua te saluabunt inuenta & excogitata, iuxta illud: Sapientissimus est, cui quod opus sit ipsi, venit in mentem. Vt video tabulæ Clauianæ & Vietæ nullæ sunt, & nisi Caluifiana nata esset, ob tabularum inopiam mundus periisset. Sed hæc videbimus postea: & præsertim vtrum præstiteris, quæ hic promittis, in seruandis conditionibus: maxime vero aueo videre Calendarii tui formam, quæ cyclos vsitatos ab Ecclesia adhibet, & *qua omni prorsus labe caret, quaque plane, non peccat, nec peccare potest.*

4. Ego enim de tam sancto ac innocenti Calendario tuo vehementer dubito; & valde vereor, ne ipsæ tabulæ tuæ, quibus vt valido niteris subsidio, peccata illius sint detecturæ: nec me admodum mouent quæ sequuntur. *Hæc si confidentius à me quispiam dici putabit, is si non tam ad verba, quorum ferè rudis sum, quam ad rationes & demonstrationes, quas allaturus sum, diligentius attendere voluerit, spero experietur, me nihil alienum à veritate protulisse, &c.* Nam etsi verisimile sit, si omnes tui essent similes, omnes idem tecum conclusuros; quia tamen non omnibus, vt tibi, gloriæ cupiditas libertatem ademit, non decrunt qui verum à falso discernere queant; & aliud quam velis concludant. Miseret me quidem tui, atq; verborum inopiæ tuæ; sed postquam ex te didici, te illis versari in locis, vbi nonnunquam verbera perstrepunt, vix puto verba tibi deesse posse. Tu ne rudis verborum eris, qui in hac re quam in manibus habemus tradenda non rudem, sed satis exercitatū te affirmas? Tandem quod simulas te lacepsitum in pugnam descēdere, verissime simulas; tantum enim abest vt à quoquam prouocatus sis, vt potius nemo vnquam eorum, qui Calendarium Gregorianum sequuntur, hac in re de te cogitauerit: quieto igitur tibi esse in puluere tuo scholastico licuisset, nisi non vocatus ad consilium accessisses. Vis autem vno tibi verbo aperiam à quo lacepsitus sis: Video enim te huc vsq; plurima inquisiuisse, & nih' quod rationi consentaneum sit inuenisse. Paucis accipe; non à Clauio cristas remittēte prouocatus es;

Vana Caluifii
promissa.

Non à Clauio,
sed à vana gloria
Caluifium
prouocatū esse.

non à Calendario Gregoriano ob lubricitatem epactarum celsitante; non deniq; ab illo eorū, quos hoc capite commemoras: hæc enim omnia simulata sunt & ficta, quibus viri prudentes ad subeundos labores non excitantur: sed id quod te exagitat, tua est illa, Caluiss, magnæ gloriæ cupido, quam præcedenti capite dissimulare non potuisti. Ea est, quæ te non solum ad scribendum, sed etiam ad suadendum impulit, atque utinam non etiam ad ultimum usque interitum aliquando impellat. Sed iam postquam satis & plus quam volebamus, tecum prælufimus, quod Deus bene vertat, ad rem accedamus, & quas contra Calendariū adfers rationes ac demonstrationes, suis ponderibus expendamus.

CAPVT SEPTIMVM.

*De Aequinoctii ad diem vicesimum primum Martii reductione.
cui frustra Caluissius obnititur.*

DVo sunt, quæ in Calendario correcto principem obtinent locum, æquinoctiorum restitutio, & terminorum Paschaliū collocatio: vtrumque calumniandi Caluissius suscepit prouinciam. De æquinoctio igitur & inde pendentibus, proxime quinq; sequentibus, tractat capitibus, octauo nempe, nono, decimo, vndecimo, & duodecimo: reliqua in reliquo primi libri prosequitur. Quam gnauiter autem suo fungatur officio, hoc est, quod nunc experiri instituiamus. Ergo in capite octauo, quod, *Cur æquinoctium ad diem vicesimum primum Martii reductum sit*, inscriptum voluit, quamuis sibi eam reductionem parum probari ostendat; tamen cum simul aduerteret eandem vituperare velle, ethnici potius, quàm Christiani hominis fore, quando aperte ex sua disputat sententia, vtcunque à grauioribus abstinuit calumniis. Sed audiamus ipsum Caluissium. *Et primum quidem nō immerito quaritur*, inquit, *cum Calendarium Iulianum non solum in Europa, sed & in Asia, Græcia, & Aegypto quodammodo in usu sit, vbi Pontificis Romani exigua, aut nulla potius auctoritas est, an, vt Paschata suis sedibus, quibus à Concilio Niceno definita fuerant, restitui possent, necessarium fuerit Calendarium hoc politicum in tropicum mutare, & exemptione siue reiectione decem dierum non solum orbem terrarum, sed & tempora rerum gestarum, motuum celestium computationem, & ciuilia negotia omnia perturbare? Ad hanc quaestionem durior quod timebat minime expectato responso, sibi ipsimet respondere, suamque tanquam esset aliorum pronunciare videtur sententiam. Quidam putant, &c.*

Nobis tamen placet, antequam tuum Caluissi audiamus responsum, quaestionis penitus intelligere sensum: quædam enim non recte percipimus. Quid quaeso tibi negotii cum Asia, Græcia & Aegypto est? Vis ne Pontificem Maximum ad corrigendum Calendarium in consilium debuisse adhibere Turcas, Barbaros, vel etiam Schismaticos, atque pro illis, & non potius pro Christianis Catholicæque Ecclesiæ filiis, vbiq; tandem illi terrarum habitent, condere siue emendare tempora est ne ista vis verborum? sane ita sonare videntur; illi enim plerique sunt qui regiones prædictas inhabitant, & apud quos Pontificis Romani exigua, aut nulla potius auctoritas est. Proh sanctam ac priscam fidem, vis ne potius fuisse habendam rationem Mahumetanorum, Iudæorum, aut etiam Schismaticorum populorum, quam Ecclesiæ Christi? Si hoc desideras, vide ne non parum Christianus sis. Sane talia te velle infra quando lunam loco deicere cogitas,

Caluissius pleris
facere videtur
gētiles & schif-
maticos, quam
Patres Niceni
Concillii & Ca-
tholicos.

tas, satis aperte indicas: Conquereris enim in Calendario Gregoriano Catholicos, id quod vel inde à Patrib. Nicenis in Ecclesia ortum habet, contra omnes gentes annum lunarem incipere à mense cauo. Quid quæso, aliud deest vobis, quam, vt quemadmodum olim Schmidelinus vester libro suo Concordiæ, cui nō paruus numerus Ministrorum, Prædicantium, Musicorum, &c. subscripserat, schismatico Patriarchæ supplex fuit; ita Caluissius librum Cōcordiæ Calendariorum conficiat, qui ab Imperatore Turcarum pro sua puriori Ecclesia approbetur.

Secundo ex Caluissio quæro, cur conqueratur *Calendarium hoc politicum*, (sic enim vocat Calendarium Iulianum à Patrib. Nicenis in Ecclesiasticum redactū) *in tropicum mutatum esse?* Nam non magis Ecclesiasticum est, siue politicum Calendarium Iulianum, quam est Gregorianum; neq; hoc magis tropicum, quam illud. Calendarium tropicum esset id, in quo custodiretur annus tropicus, qui præter dies integros horas etiam continet, horarumq; fragmenta, & per te, qui annum hunc æqualem semper pronuncias, consistit in vno eodemq; indiuisibili: quæ non inueniuntur in Calendario Gregor. quod annum seruat equabile nunc dierum 365. nunc vero 366. non aliter atq; Iulianum; hoc solum excepto, quod vt propius ad verum siue tropicum accedat, æquationē illam, quæ quarto quoq; anno instituitur, in determinatis centuriis omittat. Sed propius accedere ad tropicum, non est esse tropicum, alias simia esset homo, quæ cæteris animalib. propius accedit ad hominem: annum tropicum præfixit sibi vt scopum, eodē modo quo Iulianum, cuius auctores non solum prope accessisse, sed rem etiam attigisse fortassis se existimabant.

Calendarium Gregor. non est tropicū, sicut neq; Iulianum est.

2. Iam vero quæstionis propositæ dubiis crassioribus perspectis, responsum Caluissii, quod ex sententia aliorum pronunciare audet, audiamus, quod sic se habet: *Quidam putant, nullam causam tantam prætendi posse, cur fieri debuerit, cum Paschata ad sententiam Concilii Niceni obseruato æquinoctio, quocumq; etiam die mēsis id accidat, recte agi, & epactæ etiam ordine iusto institui possint quemadmodum eius rei exempla 19. annorum supra cap. 3. exhibuimus.* Atq; hoc quorundam putare, imo & tuum ampucandum est; leuius quippe est, quam vt conueniat eidem diutius immorari: grauius id est quod sequitur. *Deinde celebratio Paschatis, ceremonia Ecclesiastica est, quæ politias non immutat, sed quæ sequitur rationem temporis politici*, hic enim ne bonus quidē Iudeus, vel ethnicus es, qui sat scio non auderent quod audes, humana videl. antepondere diuinis, Ecclesiastica politicis; quasi vero ex politicis Ecclesiastica ordinanda sint, & non potius contra illa ex his dirigenda. An non vt quævis politia recte ordinetur, prius diuina & ecclesiastica constituenda sunt, & ex his humana & politica deducēda? Fac in aliqua ciuitate politice constitutū esse, primis duabus feriis secundis in mense Martio, expedire causas criminales, sumere supplicia, &c. ergo per te ne immutetur politia, fieri ea debebunt feria secūda Paschatis, aut Pascha in alienum transferendum tempus, si Pascha, quod per te fieri potest & debet, eo tēpore occurrat. Dicere enim non potes in talib. constitutionib. politicis subaudiri illud, nisi aliquod occurrat festū: nā sic edictū politicū sequeretur ceremoniam ecclesiasticam; & tu tibi ipsi aduersarieris. Profecto huius erroris tui, vel ipse vitæ tuæ status te arguit, qui ecclesiasticum cantum tuū, non ad ludum dirigis; sed potius quando desudādum tibi in puluere scholastico sit, colligis ex otio ecclesiastico. Quis hic superum atq; hominum non imploraret fidem, cum Caluissius qui Christianus audire vult, ea quæ Christi sunt politicis postponere videt,

Responsum siue Caluissii siue aliorū ad propositum quæsitū.

Politica dirigenda esse ad ecclesiastica, nō autem contra.

Profe-

Vanū Caluiffi
de Paschate A-
postolorū pri-
scorumque Pa-
trum vaticiniū.

Lib. I. cap. 5.

Apostolos mu-
tasse vna cum
Ecclesiasticis
politica.

Rectius æqui-
noctiū per die-
rum sublationē
suo loco restitu-
tum, quam ter-
minos Pascha-
les translatos
esse.

In correptione
Calendarii Ori-
entaliū fuit ha-
bitatio.

Prosequitur deinde confirmare & explicare absurda sua, alienum mutua-
tus vultum Caluiffius, nimirum hanc rationem celebrandi Paschata secutos esse
Apostolos, Patresque Nicenos, de quibus conicere non dubitat, eos suum Pa-
scha directuros fuisse ad quemuis anni diem, in quo tunc vernum fuisset inuen-
tū æquinoctium. Sed quis tam obesa naris est, quem Caluiffi variū vaticiniū tuū
clam esse queat. Nam Patres illi aut existimabant annum Iulianum cum cœlesti
conuenire, aut non existimabant? Si illud, quod tu supra indubitanter asseuera-
sti, cum dixeras errores siue præcessionis illas tam lunæ quam æquinoctii tunc
temporis, vel si mauis, etiam postea, vt argumentum à fortiori militet, nec agni-
tos esse, nec etiam in literas relatos, quid ergo mirum Paschata eos constituisse
celebranda tempore debito, id est, proxime post æquinoctium stabile, quod illis
tam in cœlo quam in Calendario idem erat. Si vero error anni cognitus illis fuit,
vnde scis, præsertim si magnus fuisset, & talis, qualem nos agnouimus, eos poti-
us errore alere voluisse, quam per exemptionem aliquot dierum eum ex an-
no tollere, & æquinoctium ad conuenientem locum restituere, restitutumque
ibi retinere? Hæc vani hominis somnia sunt, non vaticinia prudentis.

Hæc ipsa Patrum Apostolorumque recordatio ad sanam te reducere men-
tem debuisset, ne quas vocas politias, ceremoniis Ecclesiasticis præferres: ipsi e-
nim non solum Pascha die solis, siue feria prima faciendum præceperant; sed &
loco Sabbathi, per totum anni curriculum eundem diem ceremoniis Ecclesia-
sticis rebusque diuinis consecrarunt; ita vt quæ politica ante diebus solis siue fe-
riis primis fieri à populo consueuerant, illa immutarentur, & in alium transfer-
rentur diem. An non tibi videtur hæc constitutio Ecclesiastica primis Christia-
nis immutasse politiam? Sed politicus noster præter politica quædam, & politi-
oris Ecclesiæ cantum, politice decantatum, nec scit, nec curat aliud.

Esto deinde Concilio Constantiensi inter alias opiniones corrigendi Ca-
lendarium, etiam propositam esse hanc, quæ terminos Paschales non dies mu-
tatos voluerit: proposita est; non recepta; non in vsum traducta; non sententiis
omnium approbata: adde, quod tunc minor etiam deuiatio æquinoctii fue-
rit: proposita eadem ratio etiam Gregorio decimotertio fuit, sed reiecta: imo
ipse Clauius eius fuit sententiæ, vt nullum ex anno diem eiectum voluerit,
modo quam deseruerat æquinoctium stationem sponte sua proxime repeti-
turum fuisset. Sic enim ait capit. septimo Explicationis: *Ego quidem cum aliis vi-
ris doctissimis iuxta ac grauissimis permultis, in ea semper fui sententia, vt existimarem,
æquinoctium ab Ecclesia non debuisse corrigi, atq; adeo eam id correctionem non fuisse, quam-
quam ad diem vndecimum vsque Martii excurreret, si inibi cursum inhibuisset, & spon-
te sua, nulla adhibita æquatione ad diem vigesimum primum regredi cepisset* Verum cum
experientia didicissent Reformatores, illud fugitiui instar castra signaque dese-
ruisse, nullamque spem esse reditus, nisi post exactum annum circulum, iu-
re suo prudentique consilio vfi, id denuo in ordinem redegerunt, & ne
tam facile simile quid in posterum tentare auderet, compedes illi iniece-
runt.

3. Audito Caluiffiano responso, nostram eadem de re breuiter aperiemus
sententiam. Quod enim ad alios extra Europam, aut longe disitos Christia-
nos populos (Mahumetanorum enim, & idololatrarum nullam omnino in
corrigeno Calendario habendam fuisse rationem, quicquid dicat Patronus
eorum

eorum Caluissius, libere pronunciamus) attinet, præsertim Orientales, maxime fuit illorum habita ratio, imo hoc ipsum vnum ex motiuis fuit cur decem dies perempti, & ad vigesimam primam Martii æquinoctium reductum sit. Audiamus de hoc ipsum Clauium. Huc accedit, inquit, quod cum omnes Ecclesie Orientales, quæ numerosæ sunt, & quarum ratio maxime habenda erat, canonem de Pascha celebrando in Concilio Niceno confirmatum religiosissime custodiant, non potuit verum æquinoctium maiore omnium Ecclesiarum commodo ad aliam diem reuocari, quam ad diem vigesimam primam Martii, vbi tempore Concilii Niceni reperiatur. Hac enim ratione decretum de celebratione Pasche à Patribus in eo Concilio sancitum permansit intactum prorsus atque illæsum. Eorum igitur est, si membra Ecclesiæ Catholice sunt, cum reliquis membris, maxime vero cum capite conspirare. De Calendario vero tropico & politico iam respondimus. Calumnia porro tua est, reiectione decem dierum orbem terrarum, tempora rerum gestarum, motuum celestium computationem, & ciuilia negotia omnia perturbata esse; nec alia opus habet refutatione. Causas vero executionis, non solum Clauius, sed & alii cum ipso, quos prius legere debuisses, antequam huic te negotio, quod ad te non pertinebat, immisceres, satis luculenter describunt, ad quos lectorem ablego. Placet tamen audire hoc loco viri cuiusdam doctissimi responsum, quod eis dedit, qui æquinoctium ad diem vndecimam Martii relinquendum, & eo terminos Paschales transferendos consuluerant, quod ita se habet: Nam præterquam, quod multa inde sequerentur absurda, necesse fuisset antiquos mutasse terminos Paschales, quos minime mutandos esse censemus: emendatio enim Calendarii ita facienda est, vt quo ad eius fieri potest, nihil de antiquis ritibus immutetur: alioquin non emendatio, sed noui ritus esset introductio.

Ca. 3. Explicat

Calumnia Caluissiana

Docti cuiusdam viri de Calendarii reiectione sententia.

Causas expunctionis 10. dierum recenset Caluissius.

4. Detracta deinde larua Caluissius, ipse quid fieri velit manifeste indicat, & primum quidem se rationes, propter quas decem dies perempti sint, in duo collectas capita ex mente Pontificis recensere ait. Primum illi est: Ne festa tam mobilia quam immobilia suis sedibus plane emoueantur, &c. Diem enim Natiuitatis Christi, qui olim circa brumam celebrabatur, venturum ad æquinoctium verum, &c. Secundum sic efformat: Deinde, vt Calendarium hoc breuiario Romano responderet, ne multi sumptus in describendis & aliter ordinandis Missalibus, vt vocant, in quibus ratio ceremoniarum Ecclesiasticarum continetur, essent in singulis Ecclesiis faciendi. Sed quid ad hoc Caluissius in more suo, antequam ea intelligat, omnia cōfutat: ita feliciter semper cadunt Caluissii taxilli, Pontificis nec semel quidē. Primā causam fortissimo iuxta, & acutissimo confodit argumēto, sed Stufeliano, supra à nobis cap. secundo relato, nimirum: Quod ad primam causam attinet, non videtur illa magni momenti, cum omnes p̄i diem mundi extremum præ foribus esse existiment, &c. quod argumentum ipse iam multo ante expugnauerat; sed hoc Muscis licet nunc vocem alius attollere, nunc deprimere. Secundam vero causam, vnico eoque leuissimo, imo nullo perimit vulnere, dicens: ea quidem ad nos non videtur pertinere (qui fortassis more Caluinistico Breuiaria, Missalia, &c. combussistis omnia, nec nouis opus habetis) cum eiusmodi sumptibus in Ecclesiis nostris, vbi omnia populari fere lingua peraguntur, opus non sit. Quid politico cum ecclesiasticis? Dubium non est, paucos vos in res ecclesiasticas facere sumptus, qui factos ab aliis consumitis; pro Ecclesia vestra sufficiunt scan̄a, cathedra, mensa, mappa, lanx & poculum; cantare scitis memoriter illud vestrum toties decantatum, *Erhalt uns Herr bey deinem Wort* / Bibliis Lutheranis, quæ Lesbiz normæ instar ad omnia tempora sese

M

accom-



Supellex Ecclesiæ Lutheranae

accommodat, iam estis instructi: imo vicariam horum operam ipsimet Ecclesiæ parietes aliquando præstant. Nec plura video vobis opus esse; hæc enim aliquando Augustæ Vindelicorum, vnde vestra famosa confessio, in vestris synagogis conspeximus.

Causa Caluissii.

Ne tamen Caluissium tam parum versatum in ceremoniis ecclesiasticis, aut etiam tam irreligiosum versus cultum diuinum aliquis esse existimet, ipse solus potissimam causam, propter quam decem dies ex anno exempti sunt, excogitauit, & inuenit primus: audiamus ipsammet ipsius Ecclesiasticam simul ac Theologicam ratiocinationem. *Subest tamen aliquid, inquit, cuius in primis ratio habenda est, vt omnia scilicet fiant, secundum præceptum Pauli, ordine & decenter, ne ordo Euangeliorum Dominicalium, vti in nostris etiam Ecclesiis assueuimus, quique vix absque scandalo mutari potest, perturbetur.* O hominem religiosissimum, sanctissimumque! Sollicitus est ne ordo perturbetur Euangeliorum Dominicalium apud suos, nimirum

Quæ sit Caluissianorum erga res sacras & ecclesiasticas obsequantia.

apud eos, qui Ecclesiastica perturbant omnia; & quod supra omnes est cere-
monias & ordines, iuge sustulerunt sacrificium, festa cultumque; sanctorum ab-
leuerunt, defunctos fideles suffragiis spoliarent; Ecclesias priuarunt clero & sa-
cerdotibus, easque multis in locis ornamentis & altaribus exuerunt; vasa & ve-
stes sacras profanarunt; imagines perfregerunt & eiecerunt: In summa, sacra
profanis, celum terra miscuerunt. En crocodyli lachrimas! Sollicitus inquam
est pius ac Religiosus cantor Caluissius, ne ordinem perturbent Euangeliorum ii,
qui ipsum sacramentum Ordinis perturbauerunt; ne illi, qui tota Quadragesi-
ma carnes vorant vetitas, in Septuagesima cantent Alleluia; hæc enim scandalo-
sa sunt; illa minime. Quam diligens traditionum & sanctionum Avorum nostro-
rum obseruator est Caluissius, & Caluissiani! *Quam solliciti sunt de culice colando, cum
interim integros camelos deglutiunt.* Quid dico de Caluissianis, solus & vnicus est Cal-
uissius, qui plus omnibus videt, plus etiam quam ipsi Pontificii. Nam postquam
quædam de perturbatione festorum, & exilio Epiphaniæ docuisset, & turbatio-
nis huius exemplum attulisset; nimirum nisi decem dies sublati essent, futurum
fuisse post terminorum Paschaliū ad æquinoctiū vernum transpositionem, vt anno
1606. *Euangelium de puero Iesu docente in templo. Item de nuptiis in Cana Galilææ exclusum fuis-
set, &c. paulo post subiūgit: Atque hæc est potissima causa exemptionis 10. dierum ex Calendario,
de qua tamen Pontificii, cum eius mentione prorsus nullā faciant, ne cogitasse quidē videntur.*

**Cantoris Philo-
sophia.**

Audistine lector acutissimam vasserimi Logici ratiocinationem? quæ fue-
rit potissima elisionis decem dierum causa i dicat; eos tamen per quos elisio fa-
cta est, de ea ne cogitasse quidem affirmat. Quasi vero esse deus qui à libera caus-
sa procedit, ab hac non cogitante producat, aut possit quis sponte operari pro-
pter id, quod ipsi non venit in mentem. Si vere, Caluissi, opinaris Pontificios eius
exemptionis auctores de ea non cogitasse; saltem dices à te assignari causam,
non quæ est, sed quæ esse potuit potissima exemptionis decem dierum, si de ea
Pontificios eius exemptionis auctores non cogitasse opinaris. Quanquam ista
opinatione falsus es: non enim verum est auctores reformationis Calendarii
non cogitasse de hac, quam tu asseris, potissima causa exemptionis decem die-
rum è Calendario.

§. Dices, si Pontificii de ea cogitarunt, cur illius nullam fecerunt mentio-
nem? Primum, tu ne omnia, quæ de Calendario cogitasti, in hunc tuum transu-
listi Elenchum? hoc si facere voluisses, quantus liber futurus fuisset; in mole in-
quam

quam quantus; nam in doctrina nullus, vel exiguus esset: scis enim quam multa falsa, futilia, ridicula, ac si vera, solida ac seria essent hic inuolueris, vnde coniectare possumus plurima etiam vera, quæ mente agitaueris, à te fuisse reiecta: tacitos animi tui sensus testor, & intimas appello cogitationes tuas. Quin etiam multa ex his, quæ temere dixisti, omisisses, si suis depingēda fuissent coloribus: sed cur id non fecisti? decrepitum iam Clauium sciebas, vel etiam tunc mortuum credebas, nullum inueniri, qui nugas tuas, quas pro abstrusa venditas doctrina, enolūere aut refellere velit vel possit: & sane si tui aliqua esset habita ratio, opinio in illo te tua fortassis non decepisset; nemo enim sanus propter te vel calamum mouere voluisset. Deinde, vt ad rem redeamus, saltem in mentem tibi, Caluifi, venisset, Pontificios legisse atq; cogitasse ea, quæ aliilongo iam tempore ante de Calendarii correctione ediderant, atque adeo causæ illius siue rationis, quam vt inuentum tuum iactare videris, non potuisse ignaros fuisse. Nonne Paulus Mittelburgensis, vt ex pluribus vnum adferam, in compendio correctionis Calendarii expresse posteros suos hac de re admonet, cum dicit: *Quod si posterius per nouam correctionem Calendarii cauere voluerint, ne Septuagesima vnquam in festo Epiphania, vel ante contingat, facile poterunt providere, pratermittendo aliquos bissextilis, vel auferendo aliquos dies ab anno, vel fingendo æquinoctium in die aliquo certo, &c.* Putas ne Pontificios ista cæcis legisse oculis? Cur non rectius inspexisti Astrologetrigonum igneum? Quod si fecisses, apparuisset fortassis tibi compendium Calendarii Gregoriani ad Principes missum, quod te certiore fecisset, Pontificios & ista legisse, & hac de re cogitasse; cum enim de æquinoctii volubilitate sermo illis esset, hæc subiunxerunt. *Quod quantam perturbationem rebus omnibus, sed ecclesiasticis maxime sit allaturum, & multi ante hac scripserunt, &c.*

Pontificios de illa causâ exemptionis dierum cogitasse, testantur ab iis lecta scripta lōge ante correctionem edita.

Idem testatur Compendium Calend. Greg.

Sed quid ad præterita aut futura contemplanda ablegamus illum, qui nec præsentia videt. Nimirum antiquum illud, Caluifi, & germanum Astrologorum tenes: qui cœlestia suspectans, non videas quod tibi ante pedes iacet: nonne ipse Clauius de hac festorum perturbatione, antequam de sumptibus verbum vllum faceret, te admonuit: ipsiusmet Clauii adscribam verba, ne meis ab illius sensu abire videar. Nam si æquinoctium, inquit, circa diem vndecimum Martij relictum esset. &c. oportuisset Ecclesiam immutare omnes terminos Paschales auctoritate Concilij Nueni constitutos, omniaque Breuiaria ac Missalia renouare; cum omnia hæc ita sint digesta atque ordinata, ac si æquinoctium vernum die vigesima prima Martii perpetuo contingeret: quæres quantam perturbationem allatura fuerit fidelibus, si vidissent Pascha, & alia festa mobilia aliis diebus nunc, quam olim ab antiquis Patribus celebrari, nemo est, qui dubitet. Sed perturbationem festorum sequitur perturbatio Euangeliorum: quam cum inruisset Caluifi consecutionem, oblitus eorum, quæ in Breuariis ac Missalibus comprehenduntur, magnum quiddā se reperisse putabat; non quod pueri in faba.

Idem testatur ipse Clauius.

Explicat. cap. 3.

Nec solus ex Pontificiis fuit Clauius, qui hac de re cogitauit, fuerunt & alii, qui non solum mente id agitarunt, sed & ipso tempore correctionis, typis mandarunt. Afferam vnum & alterum, quo clarius exercitatisimi Caluifi appareat mendacium, Pontificios huius rei nullam prorsus fecisse mentionem, atq; adeo videri posse de illa ne cogitasse quidem.

Guidus Vbaldus ē Marchionibus Montis, vir vt nobilissimus ita & doctissimus, in suo, quod anno 1580. de eccles. Calen. restitutione edidit opusculo, inter

Idem testatur Guid. Vbaldus Marchio.

alia hæc habet: Erit quidem primo considerandum, an æquinoctii sedes firmanda sit, nempe die vndecimo Martii, aut transferenda. &c. Si prior modus admittatur, quamvis ob æquinoctii positionem maxima statim sese offert facilitas, siquidem non essent tunc auferendi, neque dies decem, &c. quia tamen sæpe contingeret, vt Pascha celebrandum foret tum infra vndecimum & vicesimum primum diem Martii; quod certe iam antea nunquam contigisset, &c. quoties vero hoc eveniret, toties Dominica Septuagesima infra octavam Epiphania occurreret: idcirco huiusmodi determinatio prorsus mihi omittenda videtur: ne diuinorum officiorum quotidiana celebratio, qua in Ecclesia maximi est momenti, confundatur.

Idem testatur
Moletius.

Iosephus Moletius libro primo de correctione Calendarii, eodem anno edito, cap. decimoquinto, & contra Caluissianos, qui Paschata ad æquinoctiū Iulianum siue vagum directa volebant, & contra ipsum Caluissium, qui eum vt Pontificium ignorantæ arguit, sic disputat: Si relinqueretur æquinoctium mobile, vt nunc fuit aliquando festum Natiuitatis coincideret cum festo Paschatis; nam æquinoctium verum aliquando perueniet ad mensem Decembrem, & per consequens hebdomada sancta coincideret cum hebdomada Natiuitatis, & ita festa stabilia confunderentur cum mobilibus, & vnum esset alteri impedimento. Nam festa colenda proponuntur suis temporibus propriis, vt præter mysterium, quod in se retinent, sint etiam in memoria illius rei, qua eo die gesta est.

Idem testatur
Alex. Picolomini.

Alexander Picolomineus Archiepiscopus Patrensis in libello de eodem argumento, anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo publicato, cum suam sententiam aperuisset de stabiliendo & reducendo æquinoctio ad diem vigesimam quintam Martii, inter alias rationes, quibus eam probabilem reddit, hanc recenset: Huc accedit, quod tunc nunquam eveniret, nullam Dominicam post diem octauum Epiphania occurrere ante Septuagesimam, sicut nunc quandoque evenit, ita quod diuinum officium Dominica post octavam prima, in qua Euangelium de Nuptiis legitur, in quo miraculum continetur, quod in eadem die Epiphania cõtingit, omitti necesse sit, vt Septuagesimæ ratio habeatur, &c. En Caluissii, Pontificem Pontificium Euangeliorum te multo tenaciorem! nam vt Euangelium hoc de Nuptiis firmiter retineret; æquinoctium vltius motum voluit, & non solum decem, sed quatuordecim dies eximendos censuit. Sed iste erit absque dubio tibi vnus, qui de hac re necogitauit quidem. Audiamus adhuc vnum, & quidem Hispanū ac Religiosum, vt omnium hominum ordines mendacem te esse probent.

Idem Ioan. Salon.

Ioannes Salon Valentinus Franciscanus anno 1576. de eadem anni emendatione scriptum breue edidit, in quo inter cætera de affigendo æquinoctio diei decimæ Martii, hæc leguntur. Hac via profecto multum mihi arrideret, quod facilis sit, & paruam notitiam absque confusione inueberet mundo, verum tamen sunt quedam, quæ eam prorsus obtrudere videntur, nempe quod Septuagesima quandoque infra octavam Epiphania accideret: & quod nullum tunc officium Dominicale posset poni post Epiphaniā, quod videtur inconueniens.

Idem habet
Francolinus.

Marcellus denique Francolinus rogatus dicere suam de restitutione anni sententiam: eam Tractatui suo de tempore horarum canonicarum inseruit, edidit Romæ anno 1581. in quo inter reliqua cap. 80. sic habet: Dixi non esse figendū (æquinoctium) in decima die Martii, quia eo modo posset contingere, quod Septuagesima eveniret in prima die post Epiphaniā, quod esset magnum inconueniens, si festum illud celeberrimum non haberet totam octavam solemnem cum iucunditate vocis Alleluia, aut si Domi-

si Dominica Disputationis Iesu Christi duodennus in templo & Dominica Nuptiarum in Ca-
na Galilææ factarum locum suum post Epiphaniæ festum admitterent.

Videntur ne tibi, Caluisti, Pontificii isti auctores cogitasse, aut mentionem fe-
cisse, de tua quam tanquam rem absurdissimam, & ab omni Pontificiorum co-
gitatione alienam, inuenisse putabas, exemptionis decem dierum causa? Vi-
dentur ne tibi locuti de perturbatione Euangeliorum: de Euangelio Nuptia-
rum & conuersionis aquæ in vinum, à cuius recordatione spiritus tui mirum in
modum refici videntur? Videntur ne tibi in mente habuisse Septuagesimam,
Sexagesimam, textus Euangeliorum, & Epistolarum, Antiphonas, Responso-
ria &c. En victoriæ tuæ egregium initium! Dimidium facti qui bene cœpit ha-
ber. Nam fortassis hi omnes cum hæc scribebant, nihil scribebant, dormientes
scribebant, alia cogitabant. tuo enim omnes metiris pede; & cum ipse quod
scribas, nescias; idem de aliis iudicas: Quam facile enim ex tuis quæ nomine
Pontificis attulisti, ea quæ auctores citati expressè dixerant deducere potuisses,
nisi te natura hebetiorem sinxisset! Nonne vis inter alias causas quæ Pontificem ad
delendos decem dies commouerint, etiam fuisse istam *vt Calendarium hoc breuiar-*
io Romano responderet? nonne hæc sunt tuæ verba? Et nonne illud Breuiarium
Euangelia eo ordine, quo tu vis, ponit? An non vult Epiphania Septuagesimam
præcedat, &c. Misticus es, Antiphonas, & Responsorialia citas & cantas, & hæc
ignoras? Et parum hoc esset, nisi alios etiam huius ignorantie falso reos faceres.
Inertem valde, non autem, *vt vltro promissisti, solertem te das:* & sponsonis
tuæ fidem in ipso fallis limite.

Caluistius nam-
ra hebetior.

CAPVT OCTAVVM.

*Caluistium falso incusare calendarium Gregorianum, quod ad
præterita tempora deduci methodice
non possit.*

INstituit Caluistius Capite nono inquirere, *Qua ratione dies decem ex Calendario
exempti sint,* vt hanc idem Calendarium calumniandi ansam arripiat, ac si illud
præteritis non respondeat temporibus, aut saltem ad tempora Concilii Niceni,
ad quæ conformatum dicitur methodicè deduci nequaquam possit. Quod
dum planum conatur facere, à gentibus rursus suum capit exordium; nullam
videlicet fuisse gentem indicans, quæ aliquam temporis rationem instituerit,
qua non eius specimen in tempore elapso dederit, & mox subiiciens ait: *Sola hæc Grego-*
riana temporis ratio nulla proponit exemplum præteriti temporis: sed tantum proficitur, se
in futurum tempora rectè deducere posse. En vt paulatim Christianis atque Catholi-
cis gentes præfert! paulatim, inquam, ne nimis impudens ipso initio videri
possit; non enim negat expressè exemplum dari non posse annorum præterito-
rum, sed tantum de facto non dari asserit.

Deinde ad suas iterum gentes conuersus idem fieri posse *de æqualibus Nabon-*
assaræis, Aegyptiis, Armeniorum, Iezdegirdica & aliorum, quod de Calendario Iuliano
fieri dicit, *quod ab initio mundi tempora non tantum ad nos vsque: sed etiam in futurum*
aptissime metitur, &c. Idemque ne amicorum oblitus dici possit, quo ad nume-

M 3

rationem

rationem tam in antecedentia, quam in consequentia tempora, *Græcos, Iudeos, & Turcas* facere posse confirmat. Acrius vero in Gregorianos inuectus, *Sola hæc*, subiicit, *Gregoriana ratio ad tempus Concilii Niceni, ad quod tamen id formatum esse plenis buccis proclamatur, regredi non potest*: quod non solum à Caluissio probatur, sed, ut ipse iactat, *demonstratur*; demonstratione nimirum potissima, per causam tanto artificio industræque ingenii, à se capite superiore recenter excogitatam.

Demonstratio
Caluissiana.

Demonstratio talis est: *Calendarium Gregoriani hypothesis & regula perpetua hæc est, ut in quadringentis annis tres dies ex Calendario perimantur*: Sed hæc regula seruata dies decem perimi non poterant, si æquinoctium ad tempus Concilii Niceni reduci debuerat: vel si perimi poterant, id vi, non lege, aut methodo factum est. Ergo. &c. Probatur Minor: Ab anno 325. quando illud Concilium actum fuit, vsque ad annum correctionis Calendarii 1582. transierunt tantum tres tetracosieteterides & pauci præterea anni, hæc est in vna Summa anni 1257. in quauis tetracosieteteride perimuntur tres dies. Ergo in tribus perimuntur nouem: anni 57. reliqui in computationem non admittuntur, cum centuriam non compleant. Reformatores autem Calendarii decem dies abiecerunt, ergo decimum diem non lege aut methodo, sed vi & iniuria peremerunt, unde factum, ut ipsorum Calendarium à tempore Niceni Concilii ad nos vsque deduci non possit.

Quam facile de
monstratio Cal-
uissiana in nihilū
recidat.

En demonstrationem Caluissianam ferream, vel potius chalybeam! Sed videamus quæso an non chalybs iste luteus sit, eius nimirum materiei ex qua cætera constant opera Caluissiana. Quid si diceremus Reformatores pluris fecisse vitios quam mortuos; tempora futura quam præterita; atque adeo plus his quam illis prouidisse? Quid si diceremus cum, ut ipsemet fateretur Caluissius, ultra duodecim centurias supersint anni adhuc 57, eos, iure optimo more videlicet omnium Astronomorum qui semper reliquum quod dimidium superat pro integro assumunt, accepisse pro centuria integra; maxime quod ad illos 57. accedant 40. illi anni, quibus nonnulli reformatores, ut patet in Compendio Calendarii ad Principes misso decem dies eximendos suaserunt; eos enim eo vsq; respexisse clarum est. Omnino sufficiunt hæc ut demonstrationem Caluissii male fundatam funditus evertant eumque cum suis Iudæis & Turcis ad extremos vsque Indos & Garamantes ablegent.

Calendarium
etiam præterita
tempora apte
exhibere debe-
re; idque per-
facile fieri in
Gregoriano.

2. Verum quia is vna cum suis potioribus *Astronomis* ut audiemus, annum so-
lare sibi perpetuo æqualem pronunciat: imo Clauius cum Reformatorebus
talem ad quem æquinoctia in futurum dirigantur medium scilicet siue æquabi-
lem Alphonsinum, nulla videtur esse ratio, cur non talis etiam in præteritum in
Calendario sit exigendus; ita ut ostendi debeat æquationem quæ conuenit
annis consequentibus, conuenire etiam antecedentibus. Quare obiectio Cal-
uissii, si verum esset quod de regressu in Calendario Gregoriano impossibili dice-
re videtur, non esset omnino abs re, & ad arguendam Gregorianæ rationis im-
perfectionem non parui momenti. Missis igitur tam dictis, quam aliis quæ ad re-
futandum in Calendario regressum adferri adhuc possent, Caluissio qui de hoc
importunissimè exoptulat, satisfaciemus, & gressus cancrinos non Caluissianos,
sed legitimos imitabimur; regrediemur & progrediemur, ordine, methodo,
ac lege, imo si placuerit ad ipsum mundi initium, eiusq; finem saltabimus, quod
difficile non erit, cum is, vaticinante Caluissio præforibus iam sit.

Nullius autem fore id negotii, vel ipse nobis indicat Caluissius; etenim si Iu-
lianum Calendarium quod adeo exorbitat, ipsi tamen ab initio mundi tempora non
stantim

tantum ad nos vsque: sed etiam in futurum aprissime metitur: Syzygias lunares, Eclipses & alia Phænomena ab historicis & Astronomis annotata: vel ad minutum hora, quo facta esse scribuntur ostendit; an non & illud Calendarium, quod multis parasangis hoc superat, ante & retro tempora apte deuehet? Ergo ab hypothefi Gregoriana nelatum quidem pilum deflecentes, id quod Caluissius ex inscitia non poterat, vel quod magis crediderim, ex malitia videre noluerat, clarissimum efficiemus, & ferream eius demonstrationem in luteam transmutabimus,

Est autem lex Gregoriana vt præter communem intercalandi rationem tres anni centenarii continui ortum à Christo nato ducentis, intercalationis expertes sint, & quartus quisque diem admittat bissextum: id quod Reformatores instituerunt ea methodo, vt tres illi centenarii bissextum excluderent, qui, si numerum centeniarum à Christi Natiuitate numeratarum spectemus, quaternarii exactam numerationem excludunt. is vero eundem bissextum admitteret, qui illam admittit numerationem: ingressi videlicet eandem eamque elegantissimam atque expeditissimam in annis centenariis intercalandi viam, sunt, qua Iulius Cæsar in expansis siue non centenariis illos præcesserat. Quoniam autem Caluissius, quæ ipsius videtur esse astutia, non tam vrget regressum ad initium omnium temporum, quam ad Concilii Niceni tempus, ac si tantum à Calendario Gregoriano exigere nec vellet nec posset, vt fraudem eius detegamus, primum ad Concilii Niceni tempora, tum ad ipsum rerum initium Calendarium Gregorianum extendemus.

Clarissimum autem est cum asseritur æquinoctium ad tempus esse reductum Concilii Niceni, nequaquam tale tempus intelligi, quod momenta sua in vnum cogat punctum, aut ipsum præcisè numero Christi annum quo id Concilium celebratum est: sed tale à Reformatore tempus accipi, quod vt communis in hisce rebus fert ratio loquendi, & latitudinem ac indeterminationem admittat: & definitionem suam ac determinationem ab ipso reducendi æquandique methodo accipiat. Quæ duo perfacile probantur.

Et primum quidem manifestè colligitur ex ipso Conditorum Calendarii loquendi modo, quo semper vtuntur indefinito, nimirum *Concilii tempore: Concilii temporibus: ad illa tempora, &c.* Neque memini me legisse, cum illis de ipso anno Concilii sermo est, quin particulam aliquam indeterminationis, vel ipsi æquinoctii sedi, vel diebus exemptis adderent, vt *circa, ferme, & similes* quibus propositum nostrum colligere liceat. Sic ipse Gregorius Pontifex in Bulla eandem addidit. *Curauimus inquit non solum æquinoctium vernum in pristinam sedem, à qua iam à Concilio Niceno decem CIRCITER diebus recessit, restituendum &c.* Compendium vero cum de ipsis decem diebus eximendis mentionem facit, non de anno Concilii sed de tempore tanquam indefinito loquitur, *decem illos (dies inquit) qui à tempore Niceni Concilii excreuerunt, &c.* Et isto indeterminato loquendi modo Reformatores vsi sunt, non tantum propter instabilitatem cui æquinoctium in Calendario subiectum est propter quinque horas ac minuta reliqua, quibus annus celestis, annum communem siue civilem dierum 365. excedit, atque adeo in quibusvis quatuor annis continuis locum in calendario mutat: Sed etiam propterea quod ex ipsis quadrienniis, siue lustris Iulianis certum expresse non determinarunt, ad quod æquinoctium exactè reductum diceretur; tantum abest vt ad ipsum præcisè Concilii annum sese alligare voluerint, aut æquinoctium

Methodus cal.
Gregoriana in
æquatione solis

Vt accipiendū
sit Concilii Ni-
ceni tempus.

Id quoad redu-
ctionem æqui-
noctii à Refor-
matoribus ac-
cipi indefinitū.

ad annum Christi 325, atque certam horam ac horarium scrupulum exactè, ut calumniantur aduersarii, reductum esse affirmauerint: id quod à nobis nullo probatur negotio ex ipsis rationibus quas Clavius adducit, capite tertio explicat, cur æquinoctium ad 21. Martii reductum sit. Nam postquam hisce verbis: *Plerique demum prudentiori consilio restituendum (æquinoctium) contendebant ad diem vigesimam primam Martii, ubi Nicani Concilii tempore serè deprehendebatur*, ostendisset opinionem reducendi ad vigesimam primam Martii præualuisse: mox rationes subiungit, & in vltima earum manifestè ostendit, tempus illud non esse accipiendum pro ipso anno tantum, quo Concilium coactum fuit. *Postremo*, ait, *quoniam cum maior pars Martyrum, Doctorum, Confessorum, ac Virginum, quorum solennitates grata memoria pie veneratur Ecclesie, circa tempora Nicani Concilii floruerit; Martyrum quidem paulo ante sub Decio & Diocletiano crudelissimis Ecclesie Dei persecutoribus; confessorum vero ipso Concilii tempore, vel paulo post, &c. non potuit æquinoctium ad magis conueniens tempus reuocari, quam ad Concilii Nicani tempora, &c. clarius dici ad propositum nostrum confirmandum poterat nihil.*

Idem tempus
determinari à
propria æquati-
onis ratione.

Secundum quod est tempus illud inde terminatum ipso reductionis & æquationis modo terminari, notumque fieri, eadem qua primum ostenditur facilitate: Cum enim modus ac via illa non nisi per annos centesimos progrediatur, quos solos Reformatores ad æquationem adhibent, non nisi per centesimos ut dies numeremus exemptiles, aut progredi, aut regredi fas est. Quare cum quaeritur quis annus sit, qui dum regrediendum ad Concilium Nicenum sit tanquam regressus terminus statuatur; quis cæcus non tangit illum alium esse non posse, quam annum centesimum, & ex centesimis illum, qui anno Concilii proximior sit? ita ratio, ita ars, ita experientia in similibus decet. Constituendus igitur terminus ad quem regredi debemus, alius non est quam centenarius tertius siue annus Christi 300. longè enim propior is anno Concilii est quam annus 400. eodemque ratiocinio pro termino vnde regressus incipiendus est, annus reperitur 1600, & de hoc Caluissius parum laborabit. Alterum vero terminum præcedere debere Concilii Niceni annum, non solum ratio centuriarum & æquandi methodus postulat; sed & ipsum tempus & locus ad quem æquinoctium reductum est. Concilium enim illud prudentius, quod teste Clauio in reformatione præualuit, suavit æquinoctium reducendum ad vigesimam primam diem Martii, hoc est, ad tempus illud in quo æquinoctium die vigesima prima Martii committebatur, quod erat, aiebant ipsi, Niceni Concilii tempus serè. Sic legitur in compendio *Restituto itaque verno æquinoctio in eum locum ex quo deciderat, nimirum in vigesimam primam Martii: At ipse fatetur Caluissius Concilii Niceni anno æquinoctium iam à vigesima prima die Martii decessisse, & propius fuisse diei vigesimo quam vigesimo primo. Patres Concilii Niceni inquit Lib. 2. cap. 9. etiam si scirent æquinoctium fieri serè vigesimo Martii & vigesimam primam diem vix attingere, &c.* Ergo præcedentibus annis fuit in vigesimo primo Martii, constatque nobis nostrum propositum, & Caluissio nostro nihil prorsus manere, quo falsam suam teneatur assertionem, vel, ut verius dicam, criminationem.

Caluissius sapiens
in ludum, ut ad
asciam edole-
tur, inuitandus.

3. Age igitur Caluissius qui veritus non es Clauium virum doctissimum, iuxta ac integerrimum, pueri ac trunci instar in ludum euocare, rursus in ludum reuerrere: opus etenim habes ut sapius inuiteris; non quidem ut doceas, sed ut discas; legem videlicet ac methodum Gregorianam, & tandem saltem decem numerare

numerare scias. Nam quatuor numerare docuimus te supra Cap. 3, de anticipatione quatruidua: distinguere duodecim à tredecim didicisti, uti confido, Cap. 4. quatuordecim demum non esse 15. partim iam edoctus es, partim infra plenius edocendus. *Vin' igitur, Caluifi, te mihi in disciplinam dare, promitto me fideliter demonstraturum, quare ratione decem dies ex Calendario Iuliano methodo & constanti hypothese Gregoriana eiici possint, ut tam nostris quam Concilii temporibus Æquinoctium vel in ipsa die vigesima prima Martii, vel prope hæreat. Duos enim dies in Calendario æquinoctium sibi vendicare, & Clauius & alii pluribus ostendunt. Potuisses hoc si voluisses ex ipso Clauio, quæ præceptorem non solū reiecisti, sed & indignissimis modis pro sua fidei operâ accepisti discere: me igitur accede, quamquam aliquomodo deteriore conditione. Meritis quidem eras insignes pœnas, quod Clauio, quod Reformatoribus reliquis, Regum Principumque Mathematicis, quod ipsi Pontifici Maximo, atque adeo his qui Pontifici assensum præstiterunt, Imperatori videlicet, Regibus, & Imperii principibus vitiosissimo tuo, atque putidissimo Elencho illudere, detrahere, conuitiis & criminat. onibus eos lacerare non es veritus: Sed sumat eas qui debet, ego humaniter tecum agam. Attende ergo; palmas pande & quoties diem exemtilem inueneris digitum comprime.*

Terminus à quo, ut audisti, annus est 1600, siue in ordine centenariorum decimus sextus, qui cum quaternario numerabilis sit nullum quem numeres diem exemtilem exhibet: ad præcedentes ergo regrediamur, & ecce nobis occurrent ordine tres centesimi quintus decimus videlicet, quartusdecimus, & tertiusdecimus quaternarii numerationem respicientes omnes, quare tres dies reiiuculos reperies; deprime ergo tres digitos manus sinistrae pollicem, indicem, & medium: Centesimus qui proximè sequitur est duodecimus, & ob affinitatem quam cum quaternario habet ab exemptione liber est; quemadmodum (ut rem breuiter expediamus) etiam centesimi octauus, & quartus; inter quem quartum & duodecimum intericiuntur centesimi alii sex, vndecimus nimirum, decimus, nonus, septimus, sextus, & quintus, qui oēs leges quaternarii nō subeunt; deprime ergo propter sex dies reiectos, digitos sex, duos reliquos nempe manus sinistrae, & quatuor alios manus dextrae. & quia adhuc portum non attingimus ulterius regredi oportet; quod si feceris mox Herculis tibi apparebunt columnæ, annus scilicet trecentessimus, à quo si vestigal exegeris, vnum accipies diem exemptum vnum igitur digitum comprime. Nunc tene fortiter, Caluifi, & me aspice. En ut compresis decem digitis (nullo enim te mutilatum esse suppono) duos pugnos facias! Mihi profecto debes quod tam egregie pugnis intructus ad pugnam processeris. Quis non vultuosum hunc oris habitum, colorem ardentem; tumentia labia; minaces oculos; intenta supercilia, gestitatione non digitorum sed pugnorum; suppletionem; excursionem; vociferationem, pertimescat! Sed erit fortassis qui vix risum contineat. Ista, Caluifi, est demonstratio & quidem ad sensum, non tantum oculorum, sed etiam manuum: Hac demonstratione demonstrares oportet decem dies ex Calendario lege ac methodo exemptos esse: & si quis proteruior cedere pugnis nolit, calces, & morsus adde.

En qui verborum, ut ais, rudis es, ut amplam ac aptam, sine verbis demonstrandi methodum in veneris. Vides ne luteam tuam ac putidam demonstrationem (Nam eadem methodo Gregoriana ostendemus paulo post æquino-

N

ctium

Calend Grego-
rianum apte ad
tempus Conci-
lii Niceni posse
regredi, Calui-
sius pugnis edo-
cerur.

Caluiffi menda-
cium

etiam utroque in termino diei vigesimæ primæ Martii proximè adharere) in nihilum omnino abiisse: teque, quod aiunt, nodum in scirpo quæsisse? Vides ne turpiter mentitum esse te cum dicis; Manifestissimum igitur est, illos reformatores nullam causam habere, quam prætere possint, cur decimum diem ex Calendario eiecerint. Sed confiteri eos necesse est, se vi, non lege aut modo decimum diem peremisse: unde sequitur, falso affirmari Calendarium Gregorianum ad tempora Concilii Niceni reformatum esse? Non te pudet tam aperti mendacii? Videbas tuo te Elencho aliter proficere posse nihil; sed mendaciis, Caluiffi, nequaquam proficitur. Nam ut ait ille, qui semel peierarit, ei credi postea, etiam si per plures Deos iuret, non conuenit.

Stulta Caluiffi
obiectio.

Nam hac procul dubio vidit, Caluiffius, sed tolerabilius ipsi visum fuit, si aliquid tantum afferret, ne prorsus tacere videretur, & imperitioribus glaucoma obiceret, ut aliquid sibi videre videretur, cum nihil ad videndum proponatur. Quare hos pugnos, calcesque se euitaturum sperabat, si criminationibus & conuiciis in Clauium inueheretur, suisque nugis attentum sibi redderet lectorem: unde subiicit, Quod autem Clauius ad annum aera Christiana 300, qui præcessit Concilium Nicenum confugit, ex quo decimum diem reticiat, na ille stultè facit. Corruptum enim hoc modo tempora Concilii Niceni, nec tantum annum illum quo Synodus illa celeberrima coacta est, sed totam illam annorum centuriam, ad quam tamen Calendarium Gregorianum conformatum esse dicit. (Næ tu ipse stultè facis qui tam apertè contra te ipsum testaris, Calendarium Gregorianum non ad annum tantum Concilii, sed ad ipsam centuriam quæ anno 300, incipit conformatum dici!) Corruptum, inquam, archetypum Calendarii sui, ad quod illud componere vult. Verum ut non stultè facere videatur, sed sapienter sua probare; demonstrationem addit aliam priori non dissimilem, sic enim pergit: Idque hoc modo demonstratur. Aequinoctium vernum, quod eo anno conficiebatur die 21. Martii, feria prima in litera C; illud dum vnum diem reiiicit ex vicesimo primo die retrahit in vicesimum secundum Martii, in literam D. Is enim annus, si dies vnus abiectus fuisset, literam D dominicalem habuisset, quæ figitur in die 22. Martii. Sic plenilunium paschale quod eo anno accidit 31. Martii in Calendas Aprilis remotum fuisset.

Alia Caluiffi fal-
sa demonstratio.Caluiffum de-
monstrare mo-
do Scaligeri.

Ita ne Caluiffi, omnia tua demonstras? si istæ sunt demonstrationes, mendacia tua quid erunt? Vbi que profecto discipulum te ostendis Magistri Scaligeri qui eodem modo demonstrare solebat, ut vberimè id testantur illius Cyclometrica, in quibus ex propositiõibus numero 36. duæ omnino demonstrantur. quarta videlicet in Cyclometrico primo, quæ potius lemmatis vicem gerit, & cuique ex Elementis obuia est: & noua in secundo cyclometrico, quæ ex quintadecima primi Archimedis de Sphæra & Cylindro deducitur: Reliquas omnes omnino ad vnam vsq; aut falsas esse ab aliis iam demonstratum est, aut in ipsis ostendendis Scaliger paralogizat; non autem, ut se more tuo, (& tu more illius) iactat, demonstrat. Quid si æquinoctium eo anno non vigesima prima die, sed vigesima Martii conficiebatur, & per exemptionem diei vnus ad vigesimam primam reducitur, fateberis ne demonstrationem ut reuera est, nullam, sed cauillationem esse? fateberis ne Archetypum sibi constare, teque calumniatorem esse? Miror plane & demiror, Caluiffi, siue malitiam siue ignorantiam tuam, qua putabas te omnibus imponere posse. Falsum omnino est æquinoctium de quo & tu, & nos loquimur anno Christi 300. factum esse die vigesima prima Martii in litera C. Falsum est reduci per expunctionem vnus diei ad diem vicesimum

Caluiffi false &
gratis dicta.

vicelimum secundum & literam D. Falsum est Clauium agnoscere hanc esse labem sui Calendarii. Falsum est eum corrumpere tempora Concilii: Falsum est ipsum errorem hunc, qui nullus est tegere voluisse. Falsum est eum affirmare sola illa intercalandi regula æquinoctium perpetuo in vigesima prima Martii retineri. Falsum denique est ex lege Gregoriana demonstrari non posse dies decem fuisse eximendos, vt clarius paulo post hæc omnia apparebunt. Verum autem est, & verissimum te præceptoris tui in demonstrando persimilem esse, pudet enim toties tuo te nomine appellare quod hoc tuo Elencho toties promeritus es.

Quod vero dicis Clauium se purgare de iis quæ falsò illi affingis, ex motibus veris & inæqualibus; tantum abest vt verum dicas, vt potius totis nisibus Clauius contrarium defendat, assumendos nimirum ad directionem & cyclorum examen esse, non motus inæquales, sed medios & æquales: sanè siue æquinoctium spectes, siue terminos paschales, disertis verbis sententiam suam promittit in Explic: Calendarii Cap. 4. vt supra Lib. 1. Cap. 3. Num. 1. habuimus. De anno vero medio siue æquabili Alphonsino Cap. 7. sic habet: *Cum autem dicimus æquationem nostram medio æquinoctio congruere, non autem vero, non est intelligendum æquinoctium medium, vt Astronomi medios motus accipiunt, sed æquinoctium anni medii, siue Alphonsini, quod semper ferè nostra æquatione adhibita diei 21. Martii adhaerebit.* Quæ vero assert aliquando argumenta ex veris motibus & inæqualibus deducta, eum in finem assert, vt vel ostendat æquinoctium Calendarii non procul ab illo vero abesse, vel vt ad hominem obiectionibus occurrat. Non enim id quo quis soluit alterius argumentum propriæ semper sententiæ est affirmatio.

Annus solaris ad æquationem Gregorianam assumptus.

Sed absoluamus ea quæ nos adhuc de regressu plenius ostendendo expectât, & tunc demum è nostro examine atque è schola, in qua iam diu desudat, Clauium dimittamus. *Sola hac*, inquit, *Gregoriana temporis ratio nulla proponit exempla præteriti temporis*: ergo nulla proponere potest; negatur sequel, Caluisti: parum enim hoc ad rem facere putabant; aut si faceret, quilibet proprio Marte periculum ex fundamentis iactis facere posset: Sufficiebat enim Reformatoribus, constare decem dies fuisse eximendos; quod tu etiam aperte concedis dum dicis: *non nego æquinoctium anticipatione sua decem diebus à vicesimo primo Martii recessisse, & si illud ad eundem diem reducendum sit, necessarium esse, vt decem dies ex Calendario Iuliano eximantur.* & in hoc solum plane nugatorie laboras, vt tibi ex eo via illa ostendatur, qua per nostras regulas eo deueniatur, id quod sufficienter factum. Nisi fortassis etiam cupias, vt non solum à nostro tempore, ad Concilii tempora: sed etiam contra à Concilio ad nos vsque iter instituamus; cui respondeo eandem esse viam, quæ Athenis ducit Thebas, cum illa qua quis Thebis Athenas proficiscitur. Sed absurdum videbitur fortassis tunc Momo nostro de itinere ipso itineris ingressu; ad quod cum Clauio Cap. 7. respondere possumus: si eo tempore æquatio incepisset, *aliter tunc quadragesimos annos fuisse disponendos*, non habita videlicet ratione numerationis quaternarii, quæ, est passio solum consequens ad tetracoseterides, hoc vel illo modo dispositas, & sic liberi ab executione pronunciandi fuissent anni centesimi 300, 700, 1100, 1500; & reliqui decem nimirum 400, 500, 600, 800, 900, 1000, 1200, 1300, 1400, & 1600, decem nobis dedissent lege ac methodo dies exentos. Verum nos magis & cum Clauio, & cum aliis omnibus Reformatoribus eo inclinamus, vt in Calendario

Decem dies ex anno eximendos fuisse ipse affirmat Caluistius.

Quid agendum si æquatio temporibus Concilii Niceni incipienda fuisset.

Ecclesiastico, vbi quasi par est præcisio (vt in casu nostro in quo prope modum eadem ratione æquinoctium diei vigesima Martii adheret) vt infra ex tabula regressus ad initium rerum apparebit semper maior potius respiciatur facilitas, quam præcisio ; facilius autem est vna regula comprehendere vtramque tam in centesimis, quam in non centesimis intercalandi formam ; id quod egregie consecuti sunt Reformatores sua illa elegantissima, & nunquam satis laudata retracosietridum dispositione. *Malitiose ergo & vafre aduersarii se gerunt, inquit Clavius Cap. 7. cum æquationem nostram ad annum dumtaxat 500. retrahunt, cum eam ad annum 300. retrahere deberent, qui propior fuit concilio, quam annus 500.*

4. At vrget ac premit adhuc, vtque tandem desiderata illa præteriti temporis exempla proponamus ex postulat, cuius desiderio, quia vir est tantæ auctoritatis, vt dum ex sudore pulueris scholastici se se domum recipit, ad summa Imperii negotia contemplanda, eaque ad musicos modulos instituenda incumbit totus, merito satisfaciendum est. Verum vt libere etiam quod sentio dicam, quemadmodum tanti nugatoris rationem omnino nullam habendam censuimus, & cui vel verbulo respondeatur indignum iudicauimus : ita causa eorum, qui vel lectione illius decipiuntur, vel quoquo rationabili modo regressum illū expetunt, eum hoc loco ob oculos ponere volumus : petitio enim, vt supra monuimus, non videtur iniusta ; quæ & nos permouit, vt fusius hoc capite ea quæ tribus ferè verbis expediri poterant, explicauerimus. Primum igitur ad Concilii Niceni tempora, quod fieri posse negat Caluissius, regrediamur ; idque duplici via, altera videlicet in Calendario Iuliano, in Gregoriano altera, vtramque namque cantor expectat.

Quod vt commodè efficiamus, & vt lege ac methodo iter instituamus, videndum in primis est à quo termino incipiendum : vbi stationes faciendæ, & quibus passibus gradiendum. Quod ad primum attinet Caluissius nos iubet à temporibus nostris regredi : itaque à proximo centesimo, eiusque æquinoctio, quod ex Ephemeridibus doctissimi Magini depromemus ; ne etiam hac ratione à Caluissii præceptis discrepemus, Nam idem ipse in suo Calendario nouo instituendo facit, lib. 2. cap. 9. Ephemeridibus tamen utitur non Magini sed Patroni sui Origani, sed inter vtrumque non est differentia quæ in negotio nostro alicuius sit momenti, cum quantum ad hypothese[m] spectat Copernici, qua Reformatores vsi sunt quadrantem horæ non attingat.

Secundo stationes faciemus, & æquinoctiorum loca exprimemus in singulis annis centesimis, & annis expansis centesimis proxime minoribus ; eo quod in his magna appareat diuersitas, quæ accidit ratione bissexti, siue admissi, siue reiecti.

Tertio per passus incedemus ad modum quem etiam nobis præscribit Caluissius compositos, qui non vnus est ex vulgo Astronomorum eorum qui annū solarem tropicum inæqualem esse volunt, sed secretiori ipse imbutus disciplina, eundem semper æqualem esse & fuisse pronunciare videtur. Sic enim habet.

De anni magnitudine quorundam iuxta Caluissium opinio.

Putant quidam annos si veros, & apparentes motus respicias, non semper inter se pares fuisse : sed diuersam eorundem quantitatem alio atque alio seculo reperiri, idque colligunt ex diuersis æquinoctii tam verni quam autumnalis ab Astronomis in literas relatis obseruationibus. Sed cum Ptolomæi obseruationes & ab antiquissimis, & à medijs & à nostri etiam seculi exactissimis obseruationibus dissentiant, reliqua vero omnes ferè sibi respondeant, potior Astronomorum

nomorum pars Ptolomæum vitiosis & diuturno tempore corruptis instrumentis vsu esse, & propterea decipi potuisse, & eandem anni quantitatem omnibus sæculis fuisse, statuit. Itaque, si potiores Astronomos sequamur, &c. Si hoc loco digredi liceret, quærerem ex Caluissio, quinam illi potiores sint Astronomi. Nam ex illo numero non est *Atlas noster Astronomicus Tycho Brahe*, ut eum vocat Caluissius, is enim in prima Progymnasmatum suorum parte, annum tropicum expresse esse inæqualem asserit, licet nimia inæqualitas illi suspecta sit: non Copernicus, quod ipse non negas: non tuus clarissimus vir Origanus, qui anni magnitudinem non solum iuxta utrumque tam Tychonicum quam Prutenicum calculum inæqualem exhibet; sed & in introductione sua cap. 3. è sua sententia annum inæqualem esse affirmat, &c. Qui amabo te erunt potiores illi Astronomi: res clara est; nec longiori indagine indiget, potiores illi, imo potissimi Astronomi sunt, Iosephus Scaliger, & Sethus Caluissius, magister & discipulus, qui soli ad cælum terramque renouandam sufficiunt. Sic enim Magister ille lib. 3. Itag. Chron. *Sciant igitur studiosi anilem & deliram esse sententiã de anno tropico, nunc dierum 365.5.49. nunc plus quam 365.5.55.49.* Sed qualis fuerit magister iste Astronomus, ex hoc enim scientiam colligere licebit discipuli, duobus capitibus sequentibus per modum digressionis breuissime ostendemus: nam *hæret uterque in Astronomia velut mus in pice* (ut de eodem Caluissio & quodam alio loquitur doctissimus Keplerus.) Nunc quod præ manibus est agamus. Itaque iubente ita Caluissio per annos æquales regrediemur, & ne ab hypothesei Gregoriana discedere videamur anno Alphonsino passus metiemur, qui supra trecentos sexaginta quinque dies, horas admittit 5. minuta prima 49. secunda 16. nam non solum hoc vsi Reformatores sunt, sed & idem hic Magistro tuo plurimum arridere videtur: dum ait loco citato: *Methodus Alphonsina longe omnium optima est. si motus ille iocularis, &c. tollatur.* & libro 4. de emendat. tempor. edit. 2. *Nam duo tantum sunt (modi anni) qui alios omnes excludunt, Alphonsinus & Gregorius. Sed Alphonsinus longe melior & tutior.* A Calendario ergo Iuliano siue antiquo initium ducemus, diem incipiendo, ne à Caluissio discrepemus, à media nocte præcedente, more scilicet vulgari.

Accidit æquinoctium vernum anno Christi 1600. in Calendario Iuliano die Martii 10. hor. 8. 49'. 33". post meridiem ut testantur Ephemerides Magini: hoc est hora 20. à media nocte. Cum igitur anni centum Alphonsini minores sint 100. Iulianis horis 17. 53'. 20". æquinoctium proximi anni centesimi 1500. tanta quantitate vicinior erit in Calendario termino à quo, atque adeo versus finem mensis prolapsum reperietur, qui locus nobis per additionem horarum 17. 53'. 20". ad priorem æquinoctii locum manifestus redditur. nimirum dies Martii 11 hor. 14. 42'. 53". Eadem plane ratiocinatione æquinoctium anno 1400. reperietur in die 12. Martii hora 8. 36'. 13". Et hoc æquali progressu, siue potius regressu, additione nimirum horarum 17. 53'. 20". æquinoctium anno 300. videbimus ad stationem suam rediisse, quam circa Concilii Niceni tempora tenuerat, quæ est dies 20. Martii. hora 13. 22'. 53". Non autem, ut tu falso supra asserebas in die 21. Martii, qui error tuus, manifestior fit multo ex tuo regressu, quem libro secundo capite 9. instituis, in quo pro nouo tuo Calendario æquinoctio locum stabilem inquiris, ubi inter cætera sic habes: *Ad formam enim Tychonicam si ad eum annum Concilii Niceni, qui est annus 325. regredimur, deprehendimus æquinoctium eo anno factum die 20. Martii feria septima, hora fere duodecima in meridie. Ad Alphonsinam vero*

Constructio & ratio sequentis tabulæ.

Caluissius male asserit anno Niceni Concilii æquinoctiū die 21. Martii accidisse.

formam reperis etundem diem vicesimum Martii, horam secundam fere post meridiem, quando ad tabulas Prutenicas æquinoctium anno 325. Concilii Niceni factum sit. Si ergo regrediamur ab his locis à te assignatis ad annum vsque trecentesium, occurreret nobis æquinoctium eo anno, in Tychonica quidem ratione die 20. Martii, hora decima siue vndecima fere, in Alphonsina vero horis duabus fere tardius, hoc est circa meridiem eiusdem diei 20. Martii. Qua ergo fronte, Caluisti, vt Clauio & Calendario Gregoriano calumniam pares, hoc 9. cap. proclamare audes; Æquinoctium vernum eo anno consiciebatur die 21. Martii, in litera C. idq; vt demonstrationem venditare, cum postea dicas illud factum fuisse die 20. Martii, hoc est in litera B? hoc enim consecutione necessaria ex tuis deducitur, quæ ex Ephemeridibus & obseruationibus probas. Neque iuuare te poterit excusatio, quod Reformatores dicant, eo tempore æquinoctium accidisse 21. Martii, nam præterquam, quod de hoc indeterminate, vt supra monuimus, loquantur, tu utroque in loco, non ex illorum, sed ex propria tua sententia, quæ adfers dicis, tibi que ipsi egregie contradicis, & vt siue amicos siue emulos tuos labore liberes, tu te erroris conuincis. Sed redeamus ad propositum.

Tabellarũ ex-
plicatio.

Regressum illum in Calendario Iuliano ad Concilii Niceni tempora, vt vnico omnia obtutu comprehendantur, binis complexi sumus tabellis, quarum altera pro annis centesimis, altera pro iis, qui centesimis vnitate cedunt, constructa est. In vtriusque autem tabellæ prima columna anni continentur Christi. Secunda literas Dominicales complectitur. Tertia loca æquinoctiorum eorundem annorum in diebus mensis Martii, horis & minutis, primis & secundis exhibet. Quarta dies, qui eximendi fuissent iuxta normam Gregorianam suis locis ostendit. Quinta diem dat æquinoctii, si reuera dicti dies annis illis, quibus adscribuntur intercalati non fuissent, qui resultat ex additione dierum exemptilium respondentium ad loca æquinoctiorum in tertia columna contentorum: omisimus autem horas & minuta, cum à prioribus non differant. Sexta columna eisdem dies exemptiles aliter dispositos habet; seruatis videlicet tetracosietidibus, sed primo die anno quadringentesimo non trecentesimo expuncto. Septima denique ac vltima ex sexta & tertia columna fit, quemadmodum quinta ex eadem tertia & quarta facta est.

Anai

Anni Christi cetera- rii.	Lit. Do. Calend. veteris.	Sedes Aequinoctii in mense Martio.				Dies reii- culi.	Aequino- ctii locus reiectis diebus.	Dies reicu- li ali- ter.	Aequino- ctii locus reiectis diebus.
		D	H	'	"				
1600	F E	10	20	49	33	10	20	10	20
1500	E D	11	14	42	53	10	21	9	20
1400	D C	12	8	36	13	9	21	9	21
1300	C B	13	2	29	33	8	21	8	21
1200	B A	13	20	22	53	7	20	7	20
1100	A G	14	14	16	13	7	21	6	20
1000	G F	15	8	9	33	6	21	6	21
900	F E	16	2	2	53	5	21	5	21
800	E D	16	19	56	13	4	20	4	20
700	D C	17	13	49	33	4	21	3	20
600	C B	18	7	42	53	3	21	3	21
500	B A	19	1	36	13	2	21	2	21
400	A G	19	19	29	33	1	20	1	20
300	G F	20	13	22	53	1	21	0	20

Tabulæ cōple-
tentes sedes æ-
quinoctiorū in
Calend. Iuliano
ad methodum
Gregorianam,
pro aliquot an-
nis centenariis
& proxime
præcedentibus
elapsis.

Anni Chri- sti.	Lit. Do- min. Cal. veteris.	Sedes Aequinoctii in mense Martio.				Dies reicu- li.	Aequino- ctii locus reiectis di- ebus.	Dies reiculi aliter.	Aequino- ctii locus reiectis diebus.
		D	H	'	"				
1599	G	11	15	0	17	10	21	9	20
1499	F	12	8	53	37	9	21	9	21
1399	E	13	2	46	57	8	21	8	21
1299	D	13	20	40	17	7	20	7	20
1199	C	14	14	33	37	7	21	6	20
1099	B	15	8	26	57	6	21	6	21
999	A	16	2	20	17	5	21	5	21
899	G	16	20	13	37	4	20	4	20
799	F	17	14	6	57	4	21	3	20
699	E	18	8	0	17	3	21	3	21
599	D	19	1	53	37	2	21	2	21
499	C	19	19	46	57	1	20	1	20
399	B	20	13	40	17	1	21	0	20
0	0	0	0	0	0	0	0	0	0

Quid

Exhibitum esse
id, quod dari si-
bi postulabat
Caluissius speci-
men Calend.
Gregoriani.

Quid tibi videtur, Caluissius, de hisce tabulis, reperis ne decem dies ad normam Gregorianam, non *vi & iniuria*, non *contra hypotheses*, sed *lege ac methodo* peremptos? Videsne æquinoctium diei vicesimæ primæ Martii quantum satis est adhærescere? duos enim dies sibi necessario in eo Calendario, in quo Iuliana intercalandi seruatur ratio, æquinoctium assumere, & Clauisus, & alii antiqui & moderni computatores sæpe sapius inculcant, & nos etiam antea monuimus: quod est æquinoctium diei eidem affixum moraliter esse: quomodo etiam Patres Niceni idem diei 21. Martii copulatum dixerant, & fortassis perpetuo eodem in loco permanfurum crediderant, etiam si vt tu ipse fateris, *scirent æquinoctium fieri fere vicesimo Martii, & vicesimum primum diem vix attingere*. Didicisti supra numerare decem; discas nunc putare viginti & viginti vnum, sic enim paulatim in schola nostra proficies, & ad altiora eueheris studia. Atque hæc sufficiant Caluissio, vt simul discat, posse Pontificem ex forma Iuliana *specimen proponere certitudinis suæ, & demonstrare suum Calendarium esse recte institutum & emendatum*. Nunc idem faciamus in ipso Calendario Gregoriano, & quidem luculentius.

Constructio se-
quentis tabulæ.

5. Æquinoctium anno Christi 1600. à quo regressus initium sumimus, commissum in Calendario Gregoriano iuxta Maginum & tabulas Prutenicas est die 20. Martii, hora 20.49'.33". vnde si retro numeremus annum Alphonsinum reperiemus anno 1599. æquinoctium diei 21. Martii hora 15.0'.17". Rursus si ab eodem loco anni 1600. regressus fiat per 100. annos Alphonsinos, qui vt supra diximus, à 100. Iulianis deficiunt horis 17.53'.20". inueniemus æquinoctium anno 1500. in die 21. Martii hora 14.42'.53". à quo puncto si ad annum 1499. retro gradum fecerimus, cum per Februarium anni 1500. qui ob omissionem bissexti 28. dies tantum complectitur, transeundum sit, videbimus æquinoctii punctum in diem eundem 21. Martii cadere, in horam tamen 8. & 53'.37". Deinde ab eodem æquinoctio eiusdem anni 1500. ad æquinoctium proximi retro centesimi, qui est 1400. anni sunt Iuliani 100 minus vno die, qui anno 1500. peremptus fingitur, plus horis 6.6'.40". quibus centum anni Alphonsini prædictum interuallum excedunt: ergo æquinoctium versus initium mensis relabitur horis 6.6'.40". eritque in die vicesimoprimo Martii, hora octaua, 36'.13". anno prædicto 1400. & anno sequenti 1399. propter omissionem bissexti anni præcedentis in die eodem 21. Martii, hora 2.46'.57". Denique ab eodem anno 1400. ad annum 1300. iidem quo ab anno 1500. ad 1400. passibus regredi norma Gregoriana iubet: quare æquinoctium anni 1300. inuenietur in die 21. Martii, hora 2.29'.33". & anni 1299. in die 20. hora 20.40'.17". eiusdem Martii.

Inuentis hac ratione æquinoctiis vnus Tetracoseteridis regressus ad reliqua reliquarum tetracoseteridum æquinoctia perfacilis est: cum simile æquinoctium à simili proximæ tetracoseteridis differat tantum 26'.40". quibus in regressu præcedens, sequenti præstat, atque adeo æquinoctium perpetuo versus initia mensium labatur, quæ est anticipatio æquinoctii in Gregoriana anni ratione, collata cum forma Alphonsina. Hac igitur arte sequentem construximus tabulam, in qua ne Caluissius amplius habeat quod in forma Gregoriana exempli præteriti temporis desideret, regressi ad ipsum mundi initium sumus; statuentes vna cum Caluissio (placare enim hominem iracundum studemus) annum Christi 1600. esse mundi 5549. verum ne sit, non parum curantes. Itaq; in primam columnam literas Dominicales Gregorianas annorum centesimorum coniecimus:

Explicatio ta-
bulæ.

fecimus: in secunda annorum numerum à Christo nato, ante & post numerato-
rum exhibuimus: in tercia eosdem annos continuatos ordine ab anno Christi
1600. numerauimus, quo clarius ordo tetracositeridum vsque ad initiũ mun-
di continuatarum appareat: quarta columna annos ab orbe cõdito numeratos
complexi sumus: quinta loca æquinoctiorum in Calendario Gregoriano annis
centesimis respondentia indicat: sexta eadem æquinoctia eorum annorum non
centesimorum, qui in regressu proxime ad centesimos consequuntur tradit: id
nimirum, quod paulo ante in secunda tabella præstitimus ad annum vsque 399.
Septima dies exemptos à nostro tempore vsque ad rerum initium numerat. O-
ctaua denique & vltima columna eosdem dies à Concilio Niceno retro & ante
putatos complectitur, prout nimirum tetracositeridum ordo aliter dispositus
est, quos addimus vt appareat, huic rationi merito antepositam esse priorem, ob
rationes tam dictas quam infra dicendas.

O

Lit. Di.

Tabula exhibens loca æquinoctiorum in Calend. Gregoriano ab an. 1600. retro usque ad initium mundi in annis centenariis & proximis minoribus.

Litter.	Anni Domi. post Calen. Gregoriani.	Anni post Christum.	Anni retroputati.	Anni ab initio mundi.	Sedes Aequinoctiorum in annis centenariis in mense Martio.				Sedes Aequinoct. in annis centenariis proximis mensis Martii.				Dies reii-culi.	Dies reii-culi a-liter.
					D	H	'	"	D	H	'	"		
B	A	1600	0	5549	20	20	49	33	21	15	0	17	0	10
	G	1500	100	5449	21	14	42	53	21	8	53	37	1	9
	E	1400	200	5349	21	8	36	13	21	2	46	57	2	9
	C	1300	300	5249	21	2	29	33	20	20	40	17	3	8
B	A	1200	400	5149	20	20	21	53	21	14	33	37	3	7
	G	1100	500	5049	21	14	16	13	21	8	26	57	4	6
	E	1000	600	4949	21	8	9	33	21	2	20	17	5	6
	C	900	700	4849	21	2	2	53	20	20	13	37	6	5
B	A	800	800	4749	20	19	56	13	21	14	6	57	6	4
	G	700	900	4649	21	13	49	33	21	8	0	17	7	3
	E	600	1000	4549	21	7	42	53	21	1	53	37	8	3
	C	500	1100	4449	21	1	36	13	20	19	46	57	9	2
B	A	400	1200	4349	20	19	29	33	21	13	40	17	9	1
	G	300	1300	4249	21	13	22	53	21	7	33	37	10	0
	E	200	1400	4149	21	7	16	13	21	1	26	57	11	1
	C	100	1500	4049	21	1	9	33	20	19	20	17	12	2
B	A	0	1600	3949	20	19	2	53	21	13	13	37	12	3
		Ante Christum natum.												
	G	100	1700	3849	21	12	56	13	21	7	6	57	13	3
	E	200	1800	3749	21	6	49	33	21	1	0	17	14	4
B	C	300	1900	3649	21	0	42	53	20	18	53	37	15	5
	A	400	2000	3549	20	18	36	13	21	12	46	57	15	6
	G	500	2100	3449	21	12	29	33	21	6	40	17	16	6
	E	600	2200	3349	21	6	22	53	21	0	33	37	17	7
B	C	700	2300	3249	21	0	16	13	20	18	26	57	18	8
	A	800	2400	3149	20	18	9	33	21	12	20	17	18	9
	G	900	2500	3049	21	12	2	53	21	6	13	37	19	9
	E	1000	2600	2949	21	5	56	13	21	0	6	57	20	10
B	C	1100	2700	2849	20	23	49	33	20	18	0	17	21	11
	A	1200	2800	2749	20	17	42	53	21	12	53	37	21	12
	G	1300	2900	2649	21	11	36	13	21	5	46	57	22	12
	E	1400	3000	2549	21	5	29	33	20	23	40	17	23	13

Litter.

Liter. Dom. Cal. Gre- gor.	Anni ante Cbris- tum.	Anni retro putati.	Anni ab ini- tio mū- di.	Sedes Aequinoctio- rum in annis cen- tenariis in mense Martio.				Sedes Aequinoctio- rum in annis cent. proximis mensis Martii.				Dies reii- culi.	Dies reii- culi ali- ter.
				D	H	"	"	D	H	"	"		
C	1500	3100	2449	10	23	22	53	20	17	33	37	24	14
B A	1600	3200	2349	10	17	16	13	21	11	26	57	24	15
G	1700	3300	2249	21	11	9	33	21	5	20	17	25	15
E	1800	3400	2149	21	5	2	53	20	23	13	37	26	16
C	1900	3500	2049	10	22	56	13	20	17	6	57	27	17
B A	2000	3600	1949	20	16	49	33	21	11	0	17	27	18
G	2100	3700	1849	21	10	42	53	21	4	53	37	28	18
E	2200	3800	1749	21	4	36	13	20	22	46	57	29	19
C	2300	3900	1649	20	22	29	33	20	16	40	17	30	20
B A	2400	4000	1549	20	16	22	53	21	10	33	37	30	21
G	2500	4100	1449	21	10	16	13	21	4	26	57	31	21
E	2600	4200	1349	21	4	9	33	20	22	20	17	32	22
C	2700	4300	1249	20	22	2	53	20	16	13	37	33	23
B A	2800	4400	1149	20	15	56	13	21	10	6	57	33	24
G	2900	4500	1049	21	9	49	33	21	4	0	17	34	24
E	3000	4600	949	21	3	42	53	20	21	53	37	35	25
C	3100	4700	849	20	21	36	13	20	15	46	57	36	26
B A	3200	4800	749	20	15	29	33	21	9	40	17	36	27
G	3300	4900	649	21	9	22	53	21	3	33	37	37	27
E	3400	5000	549	21	3	16	13	20	21	26	57	38	28
C	3500	5100	449	20	21	9	33	20	15	20	17	39	29
B A	3600	5200	349	20	15	2	53	21	9	13	37	39	30
G	3700	5300	249	21	8	56	13	21	3	6	57	40	30
E	3800	5400	149	21	2	49	33	20	21	0	17	41	31
C	3900	5500	49	20	20	42	53	20	14	53	37	42	32
E D	3948	5548	1	20	12	7	41	0	0	0	0	42	32

Non exhibuimus autem exempla in progressu ultra annum 1600. ne si forte ultra nouissimum diem, quem Caluilius propediem adfuturum prædixit, progressi essemus, iple dira sua in nos inuictus fuisset exclamatione. *Proh Deum atque hominum fidem, in quas minutissimas res hinc homines curas suas diuidunt, & in quæta secula de legitimo Calendario recte conformando eas extendunt.* Deinde quia contra progressum æquinoctii ad futura tempora in Calend. Gregoriano prorsus nihil affert Caluilius, sed illud perpetuo in 21. Martii etiã ad annũ vsq. 301700. immo tũ cõsistere supponit. Nobis satis esse posset si idẽ tantũ pgrediatur in anteriora,

quātum illud regressum vidimus in posteriora; ad quinquies videlicet mille annos & ultra.

Calend. Gregorianum sine vlla comparatione rectius à mundi conditu deduci, quam Iulianum.
Lib. 1. cap. 3.

6. Vides nunc, Caluifi, Calendarium Gregorianum constanti lege, egregia methodo, & seruata hypothefi, non solum ad tempora Concilii Niceni, sed etiam ad ipsum temporum initium regredi posse? tenes ne doctrinam superiorem de decem diebus non vi & iniuria exemptis? Labilis videris esse memoria, repetere eam hoc loco, qui aptissimus est, donec huic scholæ finis sit, poteris. Aspicias ne vt æquinoctium diei 21. Martii tanquam Regi excubias agat, nunc in ipsis penetralibus, nunc in proximis? *Vides ne vt reliqua Calendaria vel à conditu mundi deduci possunt*, ita etiam Calendarium Gregorianum posse; & quidem multo exactius? triumphabis ne adhuc tantopere cum tuo Calendario Iuliano, quod ab initio mundi tempora non tantum ad nos vsque: sed etiam in futurum aptissime metitur: & tamen si illud statueramus à principio mundi ad nos vsque deductum esse, fateri necesse sit, æquinoctium ab eo tempore per annos 5560. quot ab initio mundi præterierunt, per dies plus quam quadraginta promotum, hoc est, aberratum esse, cum interim Gregorianum vix die vno aberret? Quo magis autem æquinoctium fluctuat, inquis libro secundo ca. 7. eo deterior est Calendarii forma. Vides ne vt æquinoctium vernum in primo mundi anno, respondeat ad vnguem tempori, quod tu eidem æquinoctio attribuis: ais enim: æquinoctium vernum confectum fuisse primo anno mundi die vicesimo primo Aprilis, feria quarta circa meridiem in Calendario Iuliano. At in nostra tabula idem æquinoctium ponitur die vicesimo Martii, hora duodecima, 7'. 41". quod est initium diei 21. Martii, si dies à meridie inchoetur, quod tempus si ad Calendarium Iulianum reducas, adiungendo nimirum dies à Concilio Niceno exemptos, qui sunt numero 32. conficies diem 21. Aprilis, horas 12. 7'. 41". hoc est, 7'. 41". post meridiem. Si tale aliquid Calendarium ethnici tui præstaret, inter diuos & auctorem & Calendarium referres.

Caluifi mendacia.

Suadiciat igitur tibi hoc specimen certitudinis in annis præteritis, quod tanta contentione expostulasti, illudque dari posse negasti. Non igitur nos; sed tu vi & iniuria agis. Non nos, sed tu absurda & monstrosa profers. Non nos, sed tu omnibus doctis pudori es. Non nos, sed tu ludibrium omnibus gentibus debes. Non nos, sed tu, & in limine, & vbique decoquis fidem. Mendacium denique tuum est illud: Calendarium Gregorianum in præteritis annis exempla correctionis edere non potest, quid de futuris pronuntiandum? Crassum inquam hoc tuum mendacium est: Si in limine tam impudentem malitiosum, & à veritate alienum te das, quid de futuris pronuntiandum? sed quid mirum? non enim est cuiusvis. In nunc & in puriori Ecclesia tua, plenis buccis proclama illud tuum: Hoc igitur est primum & quidem non leue, quod ratione reductionis æquinoctii ad vicesimum primum diem Martii desideratur. Verum si mendacii argui non vis, loco huius substituas. Hoc igitur vt non primum, ita neque leue meum est conuicium. Absterge nunc Caluifi sudorem, & ex hac schola liber abito: si non fuisti id loci vbi virgæ & ploratus perstrepunt, saltem fuisti vbi sine plagis veritatem discere potuisti, qui dicere noluisti.

CAPVT

Digressio de Astronomia Scaligeræ.

Caluisium nostrum ex puluere & sudore scholastico defessum domum remisimus : dum igitur ipse seipsum curat, ad Magistrum ipsius Iosephum Scaligerum Summum omniumque primum Astronomum orationem transferemus, & ut nos de sua Mathematica, maxime autem de profundissima altissimaque sua Astronomia aliquid edoceat, eum rogabimus. Hinc enim fiet, si nimirum de ea quid sit nobis constet, ut cum discipulus Magistro præferendus non sit, qualis Astronomus Caluisius sit, simul constet; quidque auctoritati vtriusque tribuendum in rebus Astronomicis, & Calendarij sit, clarissime appareat. Admiraberis lector hominis temeritatem, quam ut detegamus cogit in primis infrenata vtriusque & Scaligeri & Caluisii maledicendi, Clauiumque calumniandi libido, qua stimulante inuerti sunt in virum integerrimum, ille quidem in Illogisticis Chronologicis Canonibus; hic vero in hoc suo Elencho. Scimus horum hominum rationem habendam esse nullam: Sceleratissimi enim, ut quidam ait, habendi sunt, qui quorum ipsi rei sunt in his alios, & quidem iniuste, accusare non erubescunt: attamen obseruare idem calumnias iubet, etiam si mendaces sint, propter ignaros veritatis, qui plerique ad opinionem respiciant, facileque decipiantur, quod ne in re nostra accidat facile cauetur, si ea in arte in quam alios peccasse calumniantur peregrini ipsi, atque ineptissimi cōuincantur. Neque opus habemus laboriosioribus demonstrationibus, satis aperta erunt omnia, si ipsa absurda alieno spoliata schemate, nuda in medium adferantur. Videamus igitur quid sit de Magistro, ut argumentum à fortiori pugnet pro discipulo.

Quare in scientiam rerum Mathematicarum Scaligeri hoc loquatur.

Imprimis vero quid de Mathematica & Mathematicis in genere sentiat ipse nos verbis suis Scaliger doceat, iis enim se vnum omnibus prætulisse videtur, antiqui omnes, Archimedes & Ptolomæus, cum reliquis ab ipso longo intervallo vincuntur, cum id quod eos tam diu fugitarit, nos tandem, inquit, in conspectum vestrum post tot secula sistimus. Moderni vero ac iuniores, Copernicus, Tycho, &c. nec hiscere quidem audent Scaligero præsentem: nam Mathematicarum rerum, ait in sua de æquinoctiorum præcessione, capite sequenti producenda, diatriba, aut originum imperitiores haud temere alios reperiatis, quam eos qui Mathematici audire volunt: Inqua diatriba, neminem sperat fore qui tantis tamque luculentis testimoniis Scaligerianis confectus & depositus manus ultra non det, & ingenuè fateatur, se cum Hipparcho & Ptolomæo, & cum Astrologorum natione ioculariter & pueriliter errasse. Omnes omnino Astronomi præter solum Scaligerum, eiusque discipulum verum non agnoscunt, quia ita pueri didicerunt, quæ senes dediscere pudet: Scaliger vero senex didicit quæ repuerascens dediscere non potest. Sed experiamur nunc quid nam hoc audaciæ sit.

Quid de Summis Mathematicis sentiat Scaliger. Cyclomet. epist. dedicat.

2. Nimirum instructus ipse erat omnibus iis quæ in Astronomo perfecto requiruntur, maxime autem Arithmetica ac Geometria. & quidem artis numerandæ inigne ipse dedit specimen (satis sit vnum exemplum, omnia enim quis referat?) in suis Cyclometricis, propositione quinta primi, hac enim arte destitutus miser homo in illud incidit absurdum, ut assereret ambitum Dodecagoni

De Arithmetica Scaligeri.

circulo inscribendi plus posse, quam circuli ambitum, atque adeo illum hoc esse longiorem. Ex qua insigni sua ignorantia, ut in ceteris solet, veritus non est Archimedes reprehendere, tanquam qui impossibile quid tentauerit, cum in numeris proportionem proximam inter peripheriam circuli & diametrum, dare tentauerit. Propositionem hanc suam falsam ac absurdam, sensus illi indicavit oculorum, qui ex duabus lineis curva nimirum & recta, eosdem terminos obtinentibus, curvam recta longiorem iudicarat. Quare mirabundus exclamavit Summus iste Arithmeticus, simul ac Geometra *Nobile inquit est hoc paradoxon in Geometria, & ipsi, ut iam tetigimus, Archimedi non animaduersum. Alioquin non dubium est, quin peripheria sit maior subtendente sua; sed per numeros aliter deprehendetur. à quod id deprehendetur, nisi ab eo qui numeros æquè ac Scaliger ignorat? quare vero Arithmetica aduersetur Geometria, & in quantitate breuiore plures partes æquales numerari possent, quam in longiore. O egregiam ac nobilem propositionem, quam qui risu aut contumelia excipiunt, asini sunt, Stelliones, indigni quibus respondeatur.*

Geometria Scaligeri.

3. Qualis vero fuerit Geometra, ex opusculis ipsius Geometricis abunde quis discet (ad Astronomiam enim requiri Geometriam libri Astronomorum qui Demonstrationibus Geometricis refertissimi sunt, satis declarant) quæ opuscula, si tot haberent demonstrationes quot verba magnifica, & quot minio depicta continent diagrammata, egregiè sane de illis sentiremus: Veruntamen cum plures ferè in eo errores quam verba sint, ut hoc à pluribus iam ostensum est, non nisi insignis inscitia æterna sunt monumenta, quibus infelicis chirurgi, ut alia taceam, sibi nomen parauit. De Cyclometricis eius supra Cap. 8. Num. 3. & Cap. 5. Num. 2. quædam attigimus, & in re clarissima hic non immoramur. De Mesolabio eius aliud præter illud Vietæ non addo: *Mesolaba autem organa sunt, & atopemata atopematis placet cumulare: Organum sane ABCD. (Mesolabium Scaligeri) ex leui & dura materia, imo vero ex ære perenni constructo, & eo tanquam altero munimine is qui in veteres Mathematicos, Archimedes, &c. temerè insurgunt, obfistit.*

Scaligeri Astronomia.

4. Ad astronomica accedamus & prodeuntem aspiciamus nouum, inauditum, mirabilem Astronomum, non Atlantem tuum Caluiss, sed Polypum quendam ac Polyphemum, quod ut commode fiat ab ipsis quibus nititur Astronomia fundamentis, obseruationibus nimirum ordinè omnino conuenit: quem admodum autem sine obseruationibus Astronomia nulla est, ita obseruationes, sine instrumentis existerè non possunt. at Scaligero nostro aliter de hoc visum est principio; cum enim organa sua Mesolabica infelicitè illi cesserint, idè aliis accidisse existimat; quare igne & aqua eis interdicere, & in exiliū omnia omnino organa ablegare videtur. En quæ ex cerebro suo affingat antiquis Mathematicis! *Quare Astronomi, ait, nostra ætate, quamuis eruditissimi, nunquam animaduertunt, quare Ptolemaus post Hipparchum censuerit de quadrante solis supra 365. dies detrahenda esse scrup. 4, 48". Id enim serio putant ab eo, & ante eum ab Hipparcho ex obseruatione æquinoctiorum instrumentis astrolabicis obseruatum, & paulo post: sed sciant isti, & ostentia eos verè omnes hactenus qui hæc animaduertunt, non solum Hipparchum cum veteribus ipsis, Metone & Calippo, sed etiam Ptolemaum ipsum cum Hipparcho veram quantitatem anni Tropici erruere conatos, ex collatione enneadecæteridum lunarium, & æquabilium Iulianarum. En inquam quæ harioletur Scaliger! Astronomos nimirum antiquos, non ex obseruationibus,*

Lib. 4. de emend. comp. edit 2 pag 257.
Incepta Scaligeri de veteribus sententia; eos verè anni quantitatem non obseruationibus, sed ex Cyclis colligere coarctos esse.

seruationibus, sed ex Cyclis lunaribus, & anno solari ciuili, annum verum ac tropicum collegisse: non autem contra ex accuratioribus motibus collectos fuisse cyclos, & annos ciuiles. argutè, doctè, eleganter, vt nihil supra, nisi fortassis hoc: quod Meton, Calipus & Hipparchus, qui vixerant antequam Iulius aut Iulianus esset annus, ex anno Iuliano & cyclo enneadecaeterico annum tropicum eruerint; id enim argutius, doctius, dictumque elegantius. Illud vero elegantissimum: *At qui Hipparchus negat obseruationes inæqualitatum idoneas esse ad inæqualitatem vllam æquinoctiis assignandam &c. nimirum non fidit organis, quibus æquinoctia & solstitia indagantur, cum illa fallere possint, & sæpe numero æquinoctia & solstitia contingant media nocte*: Sed media nocte omnes dormiunt: Ergo, acutius tamen Scaliger: media nocte solem infra horizontem cursus suos peragere, innuit, atque adeo instrumentis tunc nulla ratione oblici, de alia enim obseruandi æquinoctia ratione, in tot mediis noctibus nondum somniauit Scaliger.

Aliud Scaligeri erratum.

Ibid. pag. 269.

4. Quid ergo, Astronome, faciendum, qua ratione æquinoctiorum puncta sunt indaganda, si omnia fallacia sunt instrumenta; si media nox; tibi enim si te recte intelligo, vbique terrarum, & in superiore & in inferiore hemisphærio, simul eodè temporis momento & media nox, nec mirum, quia vnus tantum tibi in orbe meridianus, Quid agis? Itaque coniectura potius, quam certa obseruatione sæpè æquinoctiorum momenta examinantur. Egregiè coniecturâ nimirum non instrumentis iacienda fundamenta sunt Astronomica: & qui melius coniecere potest is doctior erit Astronomus: *Hariolare coniector optime, vter propior Scopo sit*, Scaliger ne an Caluissius? *Quod si tam facilis esset via æquinoctia indagandi*, subicit Scaliger, *quam facile declinatio solis maxima examinatur, eandem materiam in æquinoctiorum anticipationibus comperiremus, quam in maxima solis declinatione*. Nunc vero per instrumenta non semper tuta est via illa. Miror Tychonem Braheum te prius non consuluisse, antequam tantos in instrumenta faceret sumptus, paucioribus illum artem coniecturandi, & facilius etiam docuisses. *Nam res per ardua est, & intuta cum propter instrumenta NECESSE sit aliquem falli.*

Coniectura nō instrumentis ponenda esse Astronomiæ Scaligeræ fundamenta. Ibidem.

Caluis. cap. 21. pag. 269.

pag. 172.

Vidimus occasione Instrumentorum quid de æquinoctiis sentiat Scaliger, iucundum esset audire de annis solaribus, qui hinc dependere aliquomodo illi videntur, & in quibus non minimum in re Calendarii consistit momentum, quid nouus pronunciet Astronomus: Verum quia nobis non est propositum absurda omnia proponere Scaligeriana, quorum vix est numerus, & præsertim cum in hac de anno solari materia, in ipso impingat portu, ita vt quid sit omnino nescire videatur, de ea nihil addimus: legenti enim eius anni huius subdiuisionē & determinationem mox de reliquo constabit. Opere enim supra citato de emend. temp. Lib. 1. pag. 12. edit 2.^{da} post definitionem anni in communi dans exemplum de anno solari, sic habet: *Vt annus Solaris*, inquit, *est cognominis circuitus eius Sideris, qui quidem circuitus dupliciter sumitur, aut à solstitio ad solstitium, à bruma ad brumam: & est minor anno Iuliano. aut à puncto Zodiaci ad idem punctum Zodiaci: qui est maior anno Iuliano*. Poterat ne ineptior excogitari descriptio, quam hæc magni illius Iosephi Scaligeri? Ad nouam deinde pertinet Astronomiam Scaligerianam, Solstitium brumamque sedes suas extra Zodiacum fixisse: in Zodiaco enim esse non possunt, ne cogamur dicere Scaligerum nesciuisse præcepta Logicorum: Nam si Solstitium & bruma puncta sunt Zodiaci, prior diuisio à posteriore nulla ratione differt, & idem annus solaris erit simul minor ac maior

Inscita Scaligeri anni solaris descriptio.

maior anno Iuliano. Sed quid hæresus in minimis, cum maioranos expectent.

Scaligero alius est polus mundi, alius polus circuli æquinoctialis. Idem stellam polarem ineptè pro ipso polo mundi habet.

5. Ad sanctiora penetramus. Arrige ergo aures lector, & principis Astrologorum Scaligeri verba accuratè perpende. Quicquid eruditorum Astrologorum est huc concurrant, & omnes operas suas conferant, ut illum fabulosum Ptolemaum, Copernicum, Tycho-nem, &c. tueantur, nihil agent. Producamus egregia coniectaria, unde deducantur viderint illi, qui plus Scaligero vident. Eodem de Emendatione temporum Libro 4. edit, 2. pag. 266. sic habet: Polus ergo trium parallelorum tropicorum & equinoctialis communis, est mobilis. Non igitur idem est polus mundi, qui & parallelorum circulorum; neque hactenus vquam idem polus mundi fuit, qui & parallelorum. Stella illa quæ est in cauda cynosura, à veteribus credita est esse polus mundi arcticus: neque immerito. Nunquam enim nobis moueri ne minimum quidem videtur. (o pessimum coniectorem) & paulo post. Saltem Hipparchus comperit observationibus suis polum æquinoctialis, quem ipse eundem cum mundano celebrabat, seculo suo ab illa cauda cynosura stella abfuisse gradibus 12, 24 &c. At hodie, ut à peritis observatum est, ea stella distat à polo circuli æquinoctialis grad. 3, 24. A seculo igitur Hipparchi, ad nos polus æquinoctialis & parallelorum promotus est ad stellam cynosura gradus novem fere, & ita progrediendo tandem idem erit polus parallelorum cum polo mundi, siue is est stella illa, siue alius locus, quem omnino proxime ab ea stella abesse necesse est. Nam cur ea stella sit polus mundi, rationem si non veram, at veri simillimam adferre possumus, quod moueri non videatur. Quod autem eadem stella non sit polus mundi NULLA omnino causa paulo tolerabilior adferri potest (etiam si adferret eam ipse Tycho, Atlas Astronomicus) Audisti ne coniectorem, & Instrumentorum veraque scientiæ osorem, quam prope ad verum, verum oppugnando coniecturis suis accedat? Si tecum agerem inimice Scaliger, quantis clamoribus hic te vexarem: enimvero peropportunos hic esset tecum congregiendi, teque armis tuis oppugnandi locus. Humanius quam tu de Clauio ac Calendario Gregoriano meritis es, agam tecum: nuda tua adferam verba, lectoribus de te relinquendo iudicium. Sane stellam illam non esse polum mundi plerique ex rusticis etiam norunt, tibi que causam non solum paulo tolerabiliorem, sed omnino conuincentem adferre poterunt; nunc enim altiore, nunc humiliore tibi eam ostendent: differentia enim altitudinum meridianarum maximæ & minimæ, stellæ illius nostro tempore cum ad sex accedat gradus, talis est, quæ neque rusticos fugere potest. Cætera cum, adhuc crassiora sint, quilibet prudens lector, ne decipiatur, etiam me silente agnoscat. In tota sane astronomia vix aliud certius est, observationibus magis obuium, paucioribus implicatum difficultatibus, quam poli mundani cognitio; astricus tamen ille Scaliger, tam ridicula ac iocularia hac de re, tum etiam de sua nugatoria polorum accessione profert, ut nisi verba illius propria poneremus, nihil poneremus: de fide enim laborarent nostra: Scaligerianis vero nisi secundæ essent curæ fidem vix adhiberet, fidelissimus alioquin Caluissius discipulus: nam supradictis etiam ista subnectit: Quia vero certum punctum poli mundani ignoramus; ideo neque tempus illius maxima & notabilis periodi apprehendere possumus. Neque enim nobis exploratum est, stellam in cauda cynosura esse verum polum mundi, neque si constaret, propterea verum annum illius ἀποκαταστάσεως assequeremur. Deus Optim. Max. hoc æterna providentiæ suæ τῷ ἀνθρώπῳ consilio excepit, & curiositati humana omnem inuestigationis viam præclusit. Quod enim semper polus Æquinoctialis circuli ad polum mundi progreditur, hoc utique experientia, &

Ignoratio Scaligeri. Astronomiæ Scaligerianæ noticiam soli Deo constare

ria, & obseruatio longi temporis docuit (cum nullus omnino de hoc vnquam fecerit mentionem) docetque quotidie (Scaliger Caluifium) Postquam autem vterque polus in vnum conuenerit, quæ deinceps mutatio consecutura sit, hoc vero nullaratio humana, nulla scientia eruere potest. Si Clavius vel millesimam horum prodigiorum ac ignorantiarum particulam asseruisset, mox exclamasset Magister Scaliger: *Qui hæc probauerit, eum aut insigniter impudentem, aut magnum asinum esse oportet*: discipulus vero Caluifius, cui Clavius natura hebetior, sexcenta alia adiecit. Dum vero in magni illius Iosephi Scaligeri libris hæc, & mille alia absurda reperiuntur, omnes colla submittent sua, illudque ingeminabunt IPSE DIXIT.

Sed relinquamus hæc, & ipsum nobilissimæ, subtilissimæ, & mirabilis doctrinæ aggrediamur fontem, subtilissima enim inde ac mirabilia hauriemus consecutaria. Accedamus ad librum illum, quo (inquit præfationis siue epistolæ dedicatoriæ auctor) sol an maiorem visurus sit, vehementer dubito, non vidisse affirmare possum. Inspiciamus diuinum eius viri scriptum, Iosephi Iusti Scaligeri Iul. Cas. à Burden F. de AEquinoctiorum Anticipatione Diatribam, nuper Parisiis editam, & aliud quam Agamemnonis puteos reperiemus. Compendium merito dixeris nugarum, audaciæ, temeritatis, vt fusius sequenti capite patebit.

Scaligeri de AEquinoctiorum anticipatione opusculum.

CAPVT DECIMVM.

Digressionis continuatio, cum breui examine Libelli Scaligeri de AEquinoctiorum anticipatione.

EDitus est, vt diximus, iste Scaligeri stramentitius libellus nuper Parisiis, qui solus non tantum ad inscitiam Scaligeri in Astronomicis & Mathematicis ostendendam, sed etiam ad retorquenda omnia conuicia, quæ ipse in suis Isagogicis Canonibus in Clauium virum moderatissimum atque doctissimum effudit, satis esse potest; in eo enim libello tot & tanta ab eo peccata sunt, vt nisi scirem eum Mathematica profiteri & cyclometrica edidisse, ab alio quouis potius quam à Mathematico illam Diatribam profectâ esse crederem, in qua nihil omnino est, quod à iusta reprehensione vindicari possit, nihil prorsus quod non tirocinium in his rebus vel potius crassam imperitiâ, spirer. Breuiter igitur indoctam illius doctrinam in medium adferamus, tum ea quæ inde nascuntur luculenta corollaria perlustrabimus. Quam enim eius errores multum ridiculi sint, magis ridicula sunt argumenta quibus eos defendere nititur. Neque enim aliter fieri potest, vt non risum debeat, qui ridicula tuctur, & qui errorem suum defendit, illa defensione se se non traducat. Paruum opus est $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omega\nu\ \beta\iota\beta\lambda\acute{\iota}\omega\nu$, sed $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omega\nu$. Deum immortalem, quæ deliria? quam insignis infantia, quantum in his rebus tirocinium in illa parua mole conspicitur.

Mirabilis igitur illa insignis Scaligerianæ inscitia doctrina, hæc est: Firmamentum vna cum stellis fixis quiescit, motuque proprio caret omni: puncta vero æquinoctialia & Solstitialia motu mouentur inexplicabili, incomprehensibili, Soli DEO cognito. Probatur. Stellæ inerrantes si motu proprio super polos Zodiaci circumagerentur, suâ à polo mundi mutarent interualla: Sed hæc interualla non mutantur: Ergo. Maiorem nemo negat Astronomorum; at minor Scaligero facefsit negotium: quare ad nouum, quem Instrumentario

Summa doctrinæ Scaligeræ de AEquinoctiorum anticipatione, eiusq; demonstratio.

P

substituit,

maior anno Iuliano. Sed quid hæremus in minimis, cum maioranos expectent.

Scaligero alius
est polus mun-
di, alius polus cir-
culi æquinocti-
alis.
Idem stellam
polarem ineptè
pro ipso polo
mundi habet.

5. Ad sanctiora penetramus. Arrige ergo aures lector, & principis Astrologorum Scaligeri verba accuratè perpende. Quicquid eruditorum Astrologorum est hoc concurrant, & omnes operas suas conferant, ut illum fabulosum Ptolemaum, Copernicum, Tycho- nem, &c. tueantur nihil agent. Producamus egregia coniectaria, unde deducantur viderint illi, qui plus Scaligero vident. Eodem de Emendatione temporum Li- bro 4. edit, 2. pag. 266. sic habet: Polus ergo trium parallelorum tropicorum & æqui- noctialis communis, est mobilis. Non igitur idem est polus mundi, qui & parallelorum cir- culorum; neque hætenus vquam idem polus mundi fuit, qui & parallelorum. Stella illa quæ est in cauda cynosura, à veteribus credita est esse polus mundi arcticus: neque immerito. Nunquam enim nobis moveri ne minimum quidem videtur. (o pessimum coniecto- rem) & paulo post. Saltem Hipparchus comperit observationibus suis polum æquinoctia- lis, quem ipse eundem cum mundano celebrabat, seculo suo ab illa cauda cynosura stella abfuisse gradibus 12, 24' &c. At hodie, ut à peritis observatum est, ea stella distat à polo circuli æqui- noctialis grad. 3, 24'. A seculo igitur Hipparchi, ad nos polus æquinoctialis & parallelorum promotus est ad stellam cynosura gradus novem fere, & ita progrediendo tandem idem erit po- lus parallelorum cum polo mundi: siue is est stella illa, siue alius locus, quem omnino proxime ab ea stella abesse necesse est. Nam cur ea stella sit polus mundi, rationem si non veram, at veri- simillimam adferre possumus, quod moveri non videatur. Quod autem eadem stella non sit po- lus mundi NULLA omnino causa paulo tolerabilior adferri potest (etiam si adferret eam ipse Tycho, Atlas Astronomicus) Audisti ne coniectorem, & Instrumentorum veraque scientiæ osorem, quam prope ad verum, verum oppugnando conie- cturis suis accedat? Si tecum agerem inimice Scaliger, quantis clamoribus hic te vexarem: enimvero peropportunos hic esset tecum congruendi, teque ar- mis tuis oppugnandi locus. Humanius quam tu de Clauio ac Calendario Gre- gorianò meritis es, agam tecum: nuda tua adferam verba, lectoribus de te re- linquendo iudicium. Sane stellam illam non esse polum mundi plerique ex ru- sticis etiam norunt, tibi quæ causam non solum paulo tolerabiliorem, sed omni- no conuincentem asferre poterunt; nunc enim altiore, nunc humiliore tibi eam ostendent: differentia enim altitudinum meridianarum maximæ & minimæ, stellæ illius nostro tempore cum ad sex accedat gradus, talis est, quæ neque rusticos fugere potest. Cætera cum adhuc crassiora sint, quilibet pru- dens lector, ne decipiatur, etiam me silente agnoscet. In tota sane astronomia vix aliud certius est, observationibus magis obuium, paucioribus implicatum difficultatibus, quam poli mundani cognitio; astricus tamen ille Scaliger, tam ridicula ac iocularia hac de re, tum etiam de sua nugatoria polorum accessione profert, ut nisi verba illius propria poneremus, nihil poneremus: de fide enim laborarent nostra: Scaligerianis vero nisi secundæ essent curæ fidem vix adhi- beret, fidelissimus alioquin Caluissius discipulus: nam supradictis etiam ista sub- necit: Quia vero certum punctum poli mundani ignoramus; ideo neque tempus illius maxima & notabilis periodi apprehendere possumus. Neque enim nobis exploratum est, stel- lam in cauda cynosura esse verum polum mundi, neque si constaret, propterea verum annum illius *Σοφιστικῶς* assequeremur. Deus Optim. Max. hoc æterna providentia sue τῷ ἀν- ῥωδύτῳ consilio excepit, & curiositati humane omnem inuestigationis viam præclusit. Quod enim semper polus Æquinoctialis circuli ad polum mundi progreditur, hoc utique experien- tia, &

Ignoratio Scali-
geri.
Astronomiæ
Scaligerianæ
notitiam soli
Deo constare

ria, & observatio longi temporis docuit (cum nullus omnino de hoc vnquam fecerit mentionem) docetque quotidie (Scaliger Caluifium) Postquam autem vterque polus in vnum conuenerit, quæ deinceps mutatio consecutura sit, hoc vero nullaratio humana, nulla scientia eruere potest. Si Clauius vel millesimam horum prodigiorum ac ignorantiarum particulam asseruisset, mox exclamasset Magister Scaliger: Qui hæc probauerit, cum aut insigniter impudentem, aut magnum asinum esse oportet: discipulus vero Caluifius, cui Clauius natura hebetior, sexcenta alia adiecisset. Dum vero in magni illius Iosephi Scaligeri librishæc, & mille alia absurda reperiuntur, omnes colla submittent sua, illudque ingeminabunt IPSE DIXIT.

Sed relinquamus hæc, & ipsum nobilissimæ, subtilissimæ, & mirabilis doctrinæ aggrediamur fontem, subtilissima enim inde ac mirabilia hauriemus consecutaria. Accedamus ad librum illum, quo (inquit præfationis siue epistolæ dedicatoriæ auctor) sol an maiorem visurus sit, vehementer dubito, non vidisse affirmare possum. Inspiciamus diuinum eius viri scriptum, Iosephi Iusti Scaligeri Iul. Cas. à Burden F. de Aequinoctiorum Anticipatione Diatribam, nuper Parisiis editam, & aliud quam Agamemnonis puteos reperiemus. Compendium merito dixeris nugarum, audaciæ, temeritatis, vt fusius sequenti capite patebit.

Scaligeri de Aequinoctiorum anticipatione opusculum.

CAPVT DECIMVM.

Digressionis continuatio, cum breui examine Libelli Scaligeri de Aequinoctiorum anticipatione.

EDitus est, vt diximus, iste Scaligeri stramentitius libellus nuper Parisiis, qui solus non tantum ad infcitiam Scaligeri in Astronomicis & Mathematicis ostendendam, sed etiam ad retorquenda omnia conuicia, quæ ipse in suis Isagogicis Canonibus in Clauium virum moderatissimum atque doctissimum effudit, satis esse potest; in eo enim libello tot & tanta ab eo peccata sunt, vt nisi scirem eum Mathematica proficere & cyclometrica edidisse, ab alio quouis potius quam à Mathematico illam Diatribam profectâ esse crederem, in qua nihil omnino est, quod à iusta reprehensione vindicari possit, nihil prorsus quod non tirocinium in his rebus vel potius crassam imperitiam, spiret. Breuiter igitur indoctam illius doctrinam in medium adferamus, tum ea quæ inde nascuntur luculenta corollaria perlustrabimus. Quum enim eius errores multum ridiculi sint, magis ridicula sunt argumenta quibus eos defendere nititur. Neque enim aliter fieri potest, vt non risum debeat, qui ridicula tuctur, & qui errorem suum defendit, illa defensione se se non traducat. Paruum opus est $\mu\epsilon\chi\rho\nu\ \beta\iota\beta\lambda\acute{\iota}\omega\nu$, sed $\mu\epsilon\gamma\alpha\ \kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\nu$. Deum immortalem, quæ deliria? quam insignis infantia, quantum in his rebus tirocinium in illa parua mole conspicitur.

Mirabilis igitur illa insignis Scaligerianæ infcitia doctrina, hæc est: Firmamentum vna cum stellis fixis quiescit, motuque proprio caret omni: puncta vero æquinoctialia & Solstitialia motu mouentur inexplicabili, incomprehensibili, Soli DEO cognito. Probatur. Stellæ inerrantes si motu proprio super polos Zodiaci circumagerentur, suâ à polo mundi mutarent interualla: Sed hæc interualla non mutantur: Ergo. Maiorem nemo negat Astronomorum; at minor Scaligero facefsit negotium: quare ad nouum, quem Instrumentario substituit,

Summa doctrinæ Scaligeræ de Aequinoctiorum anticipatione, cuiusq; demonstratio.

Sollicitudo Scaligeri qua puerile erratum suum de polo mundi in alios conlicere conatur.

Alia Scaligeriana demonstratio.

Conclusio demonstrationis.

Sethus Caluissius laborum Iosephi Scaligeri primum. Prolegom. Can. I. 16g.

Motus firmamenti ex sententia Scaligeri nugatoria opinio est. Defensoribus eius insulat.

Altera doctrina Scaligeræ demonstrationis.

substituit, confugit obseruandi modum, ad artis nimirum nouæ fundamenta, ad coniecturam imperitumque sermonem vulgi. Obseruationi destinauit vix minoris stellas, præcipue eas quæ caudam occupant, quarum duæ quæ ab eius origine sunt proximæ, diurno raptæ motu vestigia circulatorum circumpolarium relinquunt. *At vulgus* (Scaligerorum) *secutus oculorum iudicium putat illos circulos describi circa stellam* (tertiam quæ est in extrema cauda) *tanquam circa polum mundi. unde stellam hanc polum, reliquas vigiles vocat.* Aliam præter hanc inuenies huius Minoris probationem nullam, quam tamen mox ipse destruit, plus opportunitati intentus, qua ioculari suum errorem, quo stellam polarem ante polum pronunciarat, in alium coniiciat, quam probationi suæ; eam vero sanæ mentis particulam stellam polarem non esse polum, non propria industria, aut ratiocinatione; sed edoctus à nautis Batauis acquisiuit, sic enim habet: *Quod si verum erat, oportebat illam stellam immobilem esse. Propterea quod omne, circa quod mouetur aliquid, immobile esse NECESSE EST, vt disputatur in libris meo s. 2. c. 15. Et tunc rectum erat, eam polum vocari. Sed experimenta nautica quotidie sentiunt, eam stellam circellum parallelum circulis (reliquis) describere, ad raptum primi mobilis.*

Sed notetur nouum noui astrici principium: *Omne circa quod mouetur aliquid &c.* Saltem ex hoc stellas quiescere probasset: Si enim assumpsisset Maiorem hanc: *Omne circa q. mouetur aliquid immobile esse necesse est; Sed circa firmamentum mouetur primum mobile: ergo firmamentum immobile esse necesse est.* Nam ad confirmationem suæ minoris præter iam destructum vulgi sermonem, quo stellam illam polum, reliquos *vigiles, ludentes,* (& ne de vulgo dubitatio sit en vulgaria) *guardias, Vachtas* vocat, nihil prorsus attulit, nimirum vt resipuisse videatur caput Polypi, quod nihilominus monstruosissima parit somnia; conclusionem nimirum probationis sine præmissis: *Ante annos igitur 1966, inquit, stella (polaris) borealissima fuit totius asterismi, hodie etiam borealissima est. Tunc erat polo vicinissima (ea vicinitate qua hodie nec probasti, nec probabis vnquam) vt hodie etiam deprehenditur. Ergo stella (polaris) loco suo mota non est. Ergo baculus in angulo. Putas ne Scaliger alicui hanc conclusionem vt verisimilem persuasurum te, præterquam tuo Setho Caluissio, quem vnicum reperire poteras laborum tuorum primum. Laborum meorum primum, inquit Scaliger, Sati id magnum fore constituebam, si vel vnus tantum reperiri posset, qui nostra legeret, intelligeret, intellecta in lucem proferret. Deum Opt. Max. misertum est tam nostri, qui tam ingrato seculo studuimus, quam illorum, qui inscitia potius quam malitia ac nostrorum librorum lectione deterrentur, & hominem è mediis inuidia flammis, ex ipso obrectationum strepitu excitauit probissimum, doctissimum, accuratissimum SETHVM CALVISIVM. &c. Dignus sane hystrion qui talem plauforem nancisceretur.*

2. Accessione huius socii siue discipuli, audacior factus Scaliger, suæ nunquam probatæ conclusioni, alteram subnectere, plures deducere, omnibus insul: are audet. *ergo per ipsam propositionem (nunquam demonstratam) stella in consequentia non mouentur: & anilis ac nugatoria est opinio, quamquam vindices habeat summos Astrologia antecessores Hipparchum & Ptolemaum. Quid nunc hiscere audebunt, qui tam pertinaciter defendunt quod ignorant? & paulo post. Sed quamquam vno vulnere collapsam est hoc monstrum (motus firmamenti) tamen pluribus conficiendum. En alium militem gloriosum, qui vulneratum à se hostem iactat, quem ne à longè quidem aspexit, Audiamus quæso argumentum validissimum: Si stella in consequen-*

tia mo-

etiam mouentur, vt imaginatur Hipparchus, ergo aliquo interuallo ipsam (stellam polarem) à polo remotiorem fuisse necesse est, quam hodie videtur, contra ea quæ demonstrata sunt: Sed nihil demonstraſti: ergo. Putabam illum aliquid noui allaturum, plumbeum scilicet venabulum, ad secundum infligendū vulnus: verum primum quod nullum est, vix digito monstrat. Dicit contra ea quæ demonstrata sunt, cum tamen ne eo quidem progressus sit, vt saltem paralogismum formasset. At Hipparchus, Ptolemæus & alii contra monstrarunt stellam illam extremæ caudæ longius quam nunc à polo abfuisse.

Quod autem ait Scaliger Hipparchum ex traditione Ptolemæi vocasse vltimam caudæ vrsæ minoris stellam *australissimam*, & inde nescio quam contradictionem deducere conatur, nimis longè petatum & pro eo ineptum argumentum est. Nam inspeximus quam plurimas Ptolemæi latinas editiones, in quibus Libro 1. Geographiæ (locum enim Scaliger non notauit) Cap. 7. non australissimam, sed contra borealissimam habetur. Id quod videre etiam est in editione collata & correctæ ex pluribus Ptolemæi exemplaribus variorum interpretum, Mercatoris & Montani: quamuis in græco textu *volwrtatos* legatur. At quoties, Scaliger, verba immutaſti, culpamque errati in incuriam librariorum coniecisti, vbi absque vlla comparatione minor erat verisimilitudo erroris, quam hoc loco est? Cur non & hic dicis mendum esse librariorum? cur potius res ad nomina, quam nomina ad res trahis? Cur Hipparcho Astronomo ex hoc ea affingis, quæ vix rustico prudenter attribui possunt? Esto deinde neque errorem esse librariorum; nonne & hoc vsitatum est stellas vocari boreales aut australes respectu poli eclipticæ? Sane hac ratione totius asterismi australissima est ea, quæ in extrema cauda. Vides ne quomodo eadem stella *borealissima simul & australissima est*, respectu nimirum diuersorum polorum, mundi & eclipticæ. Prodeant igitur, ais, & doceant nos quando eodem tempore eadem stella *borealissima simul & australissima* totius asterismi esse possit. En hac de re doctus es. Iure ergo optimo tua tibi applicantur verba: *Quomodo excusabimus hominem, qui sibi ipsi cecitatem consciscit? Qua obiurgatione dignus non est, qui stellam omni seculo retro, & post Eudoxi & nostro tempore borealissimam, eam facit australissimam? Qui stellam eandem polum mundi, aut certe à polo eodem propius aut longius abfuisse nunquam libere sine omni probatione pronunciat? qui sexcenta alia absurda, qualia aliquot iam audiuiſimus, & plura audiemus in Astronomiam inuehere attentat? Quare peritorum aut idiotarum erroribus leuiculis succenseamus, qui tam grauem scriptorem Astrologiæ parentem in tam manifesta culpa, & tam ioculari hallucinatione deprehendimus? Quid non Caluſius, si hæc Scaliger? verum in istis nugis non hæremus, præsertim cum ea refutare ex professo, quæ impulsione opus non habent, suoque per se ipsa ruunt pondere, superuacaneum sit: quare reliqua quæ aut nullius sunt teruntii, aut meræ calumnia, maxime ea quæ Hipparcho aliisque affingit, tacite præterimus, vt ad vltimam huius Diatribæ partem veniamus, quæ consequentias, & corollaria huius mirabilis doctrinæ complectitur.*

De stella polari borealissima simul & australissima.

Excusari non potest Scaliger

3. Primum igitur huius nobilissimæ doctrinæ atque eximia disputationis nobile & eximium corollarium est: *Polus mundi alius est à polo æquinoctialis.* Noua sanè & nunquam audita doctrina, quæ omnem omnium qui vnquam fuerunt, aut sunt subuertit Astronomorum industriam ac scientiam. Tycho Braheus omnibus suis machinis ac disputationibus nec hilum profecit. At quæſo qua ratione

Corollarium Scaligeri primum Polum mundi alium esse à polo æquinoctialis

P 2

probat?r?

Demonstratio.

Scaliger cōque-
ritur se doctrinā
hanc Mathema-
ticis inculcare
non potuisse.

probat? Figuram construxit Scaliger, atque in ea duos diuersos ab inuicem designauit polos æquinoctialis & mundi: ergo etiam in celo diuersi sunt, acutissime. In figura secundi capitis inquit, est Q polus æquinoctialis seculo Hipparchi, (in charta sua videlicet) Punctum autem E est polus mundi. Diuersi igitur sunt. Nota verba, Caluifi, signa mysteria. Vidit fortassis miser iste Astronomus se parum hac probatione effecisse, idcirco de inciuilitate conqueritur quorundam Mathematicorum, mox enim subiicit: Quum de his cum Mathematicis quibusdam mihi velitatio esset, nunquam potui illis inculcare, polum æquinoctialis alium esse à polo mundi, & quāuis profiterer hanc esse hypothesin meam: tamen illi semper ita à me dictum accipiebant, quasi vellem polum mundi mobilem esse, quasi eos non monuissem me non de polo mundi, sed de polo æquinoctialis intelligere: Ita discepsi ab illis, vt ego illis delirus, (non immerito) ipse sibi sapientissimi viderentur. En nouum Astronomum, qui tanquam alter Copernicus aut Braheus ex nouo suo per coniecturas obseruandi modo, nouum systema excogitasse se iactat? Res hac digna est elegantiore ingenio, accuratiore iudicio, liberaliore animo quam Iosephi Scaligeri aut Caluiffi. Miror sanè quod nullibi tam subtilis inuenti, plagii, vt in cæteris solet, alios reos faciat: Sed causam addit ipse Scaliger, quia nunquam hoc potui aliis inculcare; cui nunc acquiescendum puto.

Corol. 2. Circulos arcticos Tropici & Æquinoctiali parallelos non esse.

Demonstratio.

4. Corollarium secundum hoc est: circuli Arctici hactenus nunquam paralleli fuerunt Tropici & æquinoctiali. Demonstratur ex eadem figura: Alius est polus illorum, alius horum: ergo, &c. Quod erat demonstrandum. Circulos arcticos vocat eos, quos alii parallelorum semper apparentium, semperque delitescentium maximos appellant, de quibus Scaligero aliter visum est; quem non puduit non solum ignorare, sed etiam negare eos non alios ab æquinoctiali obtinere polos. Hanc tam crassam inscitiam nulla rhetorica ab eo deprecari posuit.

Æquinoctia nō ad idem Horizontis appellere punctum.

Demonstratio.

5. Tertium corollarium est: Non semper ab iisdem partibus Horizontis æquinoctia sunt. Nouam propositionem noua confirmat demonstratione. Æquinoctium in alio atque alio loco est Zodiaci: ergo aliud atque aliud in horizonte signat punctum. Quod erat demonstrandum. quod vt facilius credatur noua id exprimit figura, citius fortassis se expediuisset hoc entymemate: Sæpe numero æquinoctia contingunt media nocte: ergo non in horizonte &c. Sed subtilis Scaliger non tā subtiliter Astronomica tractat, vt ratione vnus conuersionis diurnæ & motus proprii nō semper idem punctum sed proximum in horizonte à sole tunc signatū velit; neq; loquitur de exacto æquinoctio de quo Theodosius Lib. 1. de dieb. & noctib. propos. 5; neq; de aliis minutis similibus, sed loquitur de differenti graduū. 10. & 15. vt patet ex Corollario sequenti. Concessit vt audiuius Coroll. 1. Mathematicus iste, polū supra quē conuersio fit mundi, nō moueri; negat autem æquinoctium fieri in eodem horizontis puncto: quod tamen necessarium est, vt demonstratur ab eodem Theodosio Tripolita Libro primo Propos. 11. & 12. de diebus & noctibus, cui quemadmodum omnibus aliis Mathematicis circulus æquinoctialis, erat is circulus maximus in Sphæra qui ex polis mundi describitur, idem perpetuo in horizonte signans punctum. Oro te, Scaliger, quamuis confidens es, & quid pudere sit, nescis, quid hic respondebis? Quis vnquam vidit, legit, aut audiuit æquinoctium non semper ab iisdem partibus horizontis fieri? Quid ad patrociniū tam asinini erroris promen: ex nartheis compendiorum Rethorices sue, socii illi tui, qui tibi operas contribuerunt, ad ster-

ad stercorem & pedagogicum illum libellum *seffarcinandum*, quem de æquinoctiorū anticipatione scripsisti. Diuinum scriptum vocat illud; quid ediderunt. *Viderint ipsi. Ego ad alia pergo.*

Hinc noua cum nouis circulis noua oritur ortuæ latitudinis definitio. *Differentia æquinoctialis est arcus horiædis inter prioris & posterioris æquinoctii epochas interceptus.* Disce iterum Caluili discipule, atque vt rectius proficias, en huius differentia duo paradigma. Quapropter differentia æquinoctialis Alexandria, vbi polus attollitur gradibus 21. est partium 10. Edinburgi Scotia, aut Hafnia Danorum, vbi polus attollitur gradibus 56. est partium 15. Quid Lipliæ fiat tu ipse, qui in Astronomicum studium sedulo incumbis, obseruare poteris. Astronomi omnes & dicunt & demonstrant, hanc differentiam esse nullam: Scaliger eam etiam 15. graduum pronunciat, per impudentiam, an per stuporem, viderint qui eum familiariter norūt. Certe de stupore quo minus dubitem, ipsemet facit, quia cum hoc ex Mathematicis quibusdam cognouisset, adeo nouum illi visum est, vt ex illis, quæ ad obiectionem hanc declinandam profert, perspicue ostendat, se ne tum quidem, quum illum scabiosum & febriculosum libellum vomeret, percepisse, quæ fuerit mens Auctorum.

Noua nouæ latitudinis ortuæ definitio.

6. Quartum in ordine succedit corollarium: *Differentia æquinoctialis, quo vetustior, eo maior: item eo maior, quo maior poli obseruatio.* Demonstratur ex figura in hūc finem ad libitum cōstructa. Sed plane hic de paralogismo dubito; Si enim prius in figura sua distinxit Scaliger arcum minorem, ante maiorem; falsum erit quo vetustior, eo maior; iunior enim tunc arcus erit maior. Intererat Mathematici, qualis est Scaliger, hoc scire, non autem obtrektare demonstrationibus Clauii, quas neq; intelligit, neq; si intelligat, per inuidiam verum fateri illi liceat.

Corollar. quartum. Demonstratio.

7. Quintum corollarium sic habet: *Lineæ meridiane in plano designata progressu temporis situm mutant.* Antea iacentes dormiebant: nunc excitatore Scaligero erecte incedentes excubias, siue vt Scaligerice loquar, *guardias*, & *Vuichtas* agunt. O quantum inscitia quam paucis verbis aperuit! & tamen demonstratur: sed quomodo? Omnes lineæ meridiane per polos æquinoctialis transiunt, poli autem æquinoctiales mobiles sunt. Ergo & lineæ meridiane sunt mobiles. Conceditur maior; & negatur minor: quam neque probauit, neque in æternam probabit vnquā. Supponebat in suis obseruationibus magnus ille Astronomus Tycho suam lineam meridianam esse eandem cum antiquorum; sed si credamus Scaligero, illa ab hac recessit ad 15. vsque gradus; quid de eius obseruationibus tenendum sit, viderint illi, qui eum *Atlantem* vocant *Astronomicum*. Errore liberare Scaligerum potuissent Christianorum templa, quæ ab antiquis quamplurimis in locis ad ortum æquinoctialem extructa sunt, eundemque quem tunc hodie obtinent ad meridianam lineam situm, si attendere voluisset. Nunc vero, quis hæc prodigia in Mathematico non miretur.

Lineas meridianas statione decedere. Demonstratio.

Sed quonam tandem nomine compellabimus hoc monstrosum portentū: Solem existere in meridiano, & neq; esse meridiem, neq; mediam noctē: astrū aut cœli punctū aliquod in circulo meridiano nō absoluisse præcise mediū supra vel infra horizontē suum cursum: quod tamen necessario ex sphericis colligitur elementis, Lib. 2. Proposit. 9. (in hac enim re neq; Scaliger, neque alii communiter rationem habent inæqualitatis, quæ ex inæquabilitate motus proprii astri aut puncti oriri potest, quæ etiam non nisi per accidens & casu cum aliquo meridiano Scaligeriano conueniet) ne omnia simul quidem Scaligeriana epitheta

Meridianus & nemeridie.

sufficiunt, quæ quâuis lubentes prætereamus, tamen *duarum rerum nemo cū absol-
uere poterit, temeritatis & ignorantis: sed maior stupor, an temeritas fuerit, dubito.* Nam
quid portentosius in mentem venire potuit? Audiamus quæso, quænam sit *caussa tam stulta
tam temeraria* assertionis. Nā meridiani, inquit in fin. huius corollarii, nō trāsēunt per
polos mūdi, sed per polos *equinoctialis*, qui Scaligero diuersi sunt. Sequi aut illud, quod
intulimus, *per stuporem non animaduertit, siue per malitiam dissimulauit.* Circulus n. ille
qui mediū ostēdit, solis astorumq; iter, ac, ppter meridiani sibi inuenit nomē,
necessario per polos mundi ac horizōtis transit. qui cū meridianis ambulatoriis
pter nomē & duo interseccionis puncta, altero supra, infra altero cōmune habet
nihil: Quare quoduis cœli punctū nisi alterutrū illorū attingat in meridiano Sca-
ligeriano esse pōt extra meridiē aut mediam noctē, hoc est, nomē habere sine re.

Horologia sola
ria eandē suppo
nēcia meridia-
nam lineā, mo-
tum pati trepi-
dationis.
Demonstratio.

8. Sextum corollarium est: *Horologia solaria, item organa sciotherica procedente tēpore
variant, eoq; magis quo vetustiora:* quod si recte explicetur, fortassis nō adeo ineptū
videri potest. Cum n. corpora sublunaria omnia corruptioni subiaceāt, & varia-
tioni, eoq; magis quo diutius his exponuntur, ergo & horologia, &c. Præsertim
ea, q̄ iniuriis cœli patent, amittant colorem, &c. poē. Sed demonstrādo corrup-
pit Scaliger, dum ait: *Pendet ab antecedente, mobilitate videlicet nō lineæ meridia-
næ, sed eius qui eam illi attribuit. Nā horologia solaria, subiicit, & organa sciotherica,
quum linea meridiana, cui superposita sunt, incipiet trepidare, & ipsa quoq; variare incipiet,
vmbra eorū lineis non conueniente, &c.* Fortassis aliquando horologium sciothericum
minus recte construxerat iste Mathematicus, & cum videret vmbra male ferire
lineam, culpā in trepidam coniecit lineam meridianā. Si in demonstratione di-
xisset, horologia quo diutius durant, eo vetustiora esse, aliquid dixisset: negare
vero id meridiano, quod ipsi ab omnib. conceditur, iniuria est: sanæ huius rei cla-
rissimæ ignorance Scaliger totū ordinem [meridianorum, polorum, organorū & analem-
matum] miserum & ridendum in modum conturbauit, vt & pueris ipsis & rusticis deriden-
dum se se propinaret. Si Scaligero credamus, vix vllum in mundo erit organū Astro-
nomicum quod officio suo rite fungi posset. Quod si ita est, quid facient sphæra-
rum atque Astrolabiorum artifices, quibus meridiani alii, polique æquinoctialis
ambulatorii alii excogitandi sunt.

Finis propter
quem corollar.
præcedēs à Sca-
ligerio allatum
est.
Scaligeriana lo-
ci Pliniani ex-
plicatio.

Sed non propter hos allatū est hoc corollarium, alio collimabat Scaliger, nimirū
vt doctissimū annexeretur Scholium, quo locū Plinii de obelisco Augusti sciothe-
rico explicaret implicatissimū, qua nimirū de causa præcedente tēpore vmbra à
regulis æneis deflexerit. Enimvero quæ potuit esse alia, nisi quod *linea meridiana, ad
quam moles directā fuerat, iam à prisca epocha descuerat?* En demonstrationē! Nulla a-
lia interuenire poterat variatio: nullus in horologii fabrica cōmitti error: sum-
ma omnia stabilia ac perennia, præter meridianas lineas, quæ perpetuo variant.
Atq; hic quidem locus Plinianus auro contra carus non est, qui tam aperte linearum meridia-
narū mutationes prodat. En Scaligerianæ obseruationis methodū, coniecturam ni-
mirū, qua eius nituntur demonstrationes, *Quod horoscopia & sciotherica vasa, & o-
mnia gnomonica organa variant, si semper eidem meridiana lineæ insistant, exemplo demon-
strauimus. Quod aut quo vetustiora, eo maiore præferre discrepantiam alio non minus insigni
exemplo probabimus.* Ptolemæus lib. 3. c. 5. Almagesti notat instrumenta antiquitus
certo situ posita, successu temporis à pristino situ deflectere potuisse: *Solet enim,
ait, fieri longitudine temporis inculta instrumentorum eiusmodi commotio, atq; adeo nisi
in integrum restituantur erroneas parere obseruationes, idq; eo magis quo ve-
tustiora*

Scaligeriana lo-
ci Ptolemaici
explicatio.

tustiora & maiora, atq; adeo grauiora. Scaliger vero, qui ista omnia fortassis vult esse incorruptibilia, & immutabilia, immota instrumenta permanisse prædicat: coelum vero situm mutasse, polos videlicet & meridianos. Quod aliud non est, q̃ illius excusatio qui dicebat; horologium meum bene se habet; Sol autē aberrat à via. *Parum ne est veritati nubem offundere, nisi etiam Lectori oculos effodere velit?* Sed nondum finis.

9. Sequitur corollarium septimum: *Cuspis gnomonica horologiorū nunquam poli mundi spectat, nisi in vno tantū meridiano*: Ergo oēs omnino horologiorū artifices tantum nō possunt, vt cuspide in poliū dirigant, nisi in vno tantū horizōte, qui absq; dubio vel est Scaligeri vel Caluissii. Sed fallitur miserrime, cū meridianus ille per ipsum nunq̃ sit, atq; adeo nullus omnino cuspis poliū spectabit, cum id fiat solum eo in meridiano qui per poliū mundi trāsit: sed circulus, qui per polos mundi transit meridianus nō est: ergo. Præmissæ sunt Scaligeri: Maior quidē huius corollarii; minor vero corollarii quinti, vbi dixerat: *Nā meridiani nō transeunt per polos mundi, sed per polos æquinoctialis*. Sed audiamus demonstrationē. Nam hætenus vsus videtur demonstrationib; ad multitudinē: nunc vero in penetralia Geometriæ penetrare incipit. Si in sphaera, inquit alter Theodosius, duo puncta sumantur, & infiniti circuli maximi per alterutrum eorum traiciantur; ex tot circulis vnus tantum per vtrumq; transibit. Nimirū per duos polos in sphaera vnus solus describi potest circulus maximus. quid acutius? Sed ecce corollarium ex corollario: Hinc n. sequitur vnum solū in orbe esse meridianum. Probat. Ille solū circulus maximus est meridianus, qui transit per polos æquinoctialis: sed per polos æquinoctialis nō trāsit nisi vnus circulus maximus: Ergo solū vnus est meridianus. Maior est Scaligeri. Minor deducitur ex eodē: Etenim ex iam allata doctrina illius per duo puncta in sphaera transit vnus tantū circulus maximus: Poli æquinoctialis sunt duo puncta in sphaera: Ergo per polos transit vnus tantū circulus maximus: Ergo vnus tantū in sphaera est meridianus. Hoc enim ex sphaera materiali didicit Scaliger. En diuinum eius viri scriptum! En acumen Scaligeri, quod cum Caluissiano commissimus tantum par nobile gladiatorum, vt videamus vtri tribuat victoria palmam.

10. Octauum portentum siue corollarium est hoc: *Declinationē solis minui propter anticipationem æquinoctiorum*, Quis motus sit ille, quo æquinoctialis Scaligeri eius declinationē solis attēperet, nec Scaliger ipse, nec vllus alius scire potest; non q̃ id solus Deus Opt. Max. in prouidentia sua æternis adytis occultum à nobis seruat, vt velle videtur Scaliger, sed quia talis in rerū natura nullus est: vt vero etiam demonstrare videatur, q̃ coniectura se affecutum putat, effingit in sua figura prorsus ad libitū angulos duos alterum altero acutiorē, & sic fingendo rem sese demonstrasse arbitrat. Verum nihil auditu iucundius, quam quando Geometra agit, seseque verfatum in triangulorū sphaericorum doctrina ostentat, quæ futilia Scaliger ignorat: tam præclara rei desumauerit, ex hoc solo colligi potest, q̃ ad demonstrandū in triangulo sphaerico angulum externū esse maiore interno, & opposito, in auxilium Propos. 16. primi elementorū Euclidis vocat, quæ ppositum nō de sphaericis, sed de triangulis planis demonstrat. Ignorauerat quippe ventosissimus iste Mathematicus pro quantitate laterū trigoni sphaerici, angulum externū modo maiorem, modo minorem, imo etiā æqualem esse posse interno & opposito: & propterea 16. primi Euclidis nihil omnino ad rem facere. Quam tantā absurditatem tā perspicue demonstratam in triangulis sphaericis doctissimi Clauii proposuit. 14. Scaliger deprehendisset.

Stylum horologiorū in vno solum meridiano spectare poliū mundi.

Demonstratio.

Vnum tantum in toto orbe esse meridianū.

De solis declinationē.

Demonstratio.

Scaliger Geometra.

Obstupuit, steteruntque coma, & vox sacribus hæsit.

Si operæ precium esset totum refutare Scaligeri scriptum, quam facile ostenderetur anticipationem æquinoctiorum Scaligerianam, non esse proportionatam imminutioni declinationis: sed in manifeste absurdis superflua est contraria demonstratio: in fine tamē Scaliger solitum addit: *Quod erat demonstrandum: sed demonstratū non est. Quæ omnia si Scaliger cōsiderasset, nunquā se stramentis & ridiculo libello traduxisset. Prudentius enim vngues ab hac scabie cōtinuisset, si prius quam in arenam descenderet, & cum quo manum confereret, & quam impar illi congressui esset, perpendisset.*

Corollar. nonū.

11. Corollarium nonum: Nondum exacte exploratam esse acclivitatem & declivitatem Eclipticæ. Vna cum re noua noua adfert Scaliger vocabula, vt noua faciat omnia: ea autem noua nondum esse explorata asserit; quod ei credendū est: neque explorabuntur vnquam. Antea quidem, vt cap. præced. Num. 4. vidimus, hæc res erat facillima, nunc vero facta difficilis est; *Quod ridiculum: sic enim hæc concluditur demonstratio: In hoc ergo non immoramur: alioqui rem ridiculam, & iocularē, & dignam Scaligero committeremus, si, vt ille, rebus iocularibus modum non poneremus.*

De inaudita æquinoctialis & æquatoris diuisione.

12. Decas prima consecratorū hoc finitur maxime notando corollario: *circulus æquinoctialis est obliquus ad mediatorē & ad zodiacum, vt plures vna cum nominibus acquireret res, id egit Scaliger, vt quemadmodum vox æquinoctialis à voce differt æquatoris, ita alius esset circulus æquinoctialis, alius æquatoris: voce igitur æquinoctialis in alienum iussa immigrare domicilium; æquator nomen sibi mediatoris, seu cinguli mundi assumpsit, quicquid hætenus censuerint Astro-nomi, quibus æquator & æquinoctialis vnus idemque circulus fuit: at Scaligero contrarium visum est opinari, etiam absq; ratione; neque enim res, quæ probari non potest indigebat demonstratione. Quia tamen hoc vnum est, inquit, quod Mathematicos maxima admiratione perculit, quomodo fieri possit æquinoctium, si aliqua est circuli æquinoctialis obliquitas, propterea nolui omittere. Nescio quid prius admirentur admiratione perculsi Mathematici, rem ne hanc nouam Mathematicam, quam rerū excludit natura; an nouum hunc Mathematicum talia naturæ includentē? Doctiores Mathematici æquinoctium nō nisi in æquinoctiali comitti circulo demonstrant: & æquinoctialem ad polum mundi nullam habere inclinationē ad demonstrationem assumunt, sed supponunt principium; Scaliger vero dicit sibi mutare æquinoctialem, & proinde obliquum esse non solum ad æquatorem siue cingulū mundi, sed etiam ad Eclipticam; idq; suo modo demonstrat: vt manifesto patet in figura corollarii 8. æquinoctia vero fieri in tali circulo, hoc nō tam pingere quā fingere est. Æquatorem esse obliquum ad Eclipticam antiquum est, & in re, quæ verbis nō eger, verba frustra perduntur. Si enim hæc ad illum est obliqua; ergo etiā ille ad hanc. At amabo te, quare tumidis buccis decantare audes quod sequitur: *Quare audacter dicam, tam manifeste historia contradicentibus pudorem possumus imponere, cum hac nō solum igne æquos, sed & dardæiæ æquos explicare possumus.* Cum tamē de periodo ac via huius motus nihil constare dicas, sed solum Deū sibi hoc referuasse affirmes? Nonne vides his fictionibus tuis te omnibus ludibrium debere? *Discat, discat Scaliger, & vna cum ipso Caluissius discipulus, quam periculosum sit reprehendere quæ non intelligit, quam turpe, ex iniquis reprehensionibus se, & iudicium suum ludibrio omnium exponere. Nihil magis è re nostra fuit, quam ex eius confidentia nobis ansam præbitam fuisse, ita errores discipuli, quam inscitiam Magistri in apertum proferendi. Nihil enim ineptius, absurdius, puerilius excogitari potest.**

Impudens Scaligeri arrogantia.

13. Sed

13. Sed dicet aliquis, fieri non posse, ut vir ille subtilissimus in tanta prolapsus fuerit absurda: eum non esse solum qui æquinoctiorum doceat anticipationem, habuisse olim & maxime hoc seculo habere sententiæ suæ adstipulatores, esse quib. anticipatione hac nihil familiarius sit: exstructas præcessionum esse tabulas: imo ipsummet Scaligerum pro se asserre *summum virum alterum nostrum* cui Ptolomæum, Copernicum nunquam sine laude nominandum: de quibusdam etiam illū conqueri Mathematicis de æquinoctiorum anticipationem, quam pertinaciter negant, & tamen quotidie eam coguntur fateri, quum eam vsurpent in motibus stellarum errantium ex tabularum Prutenicarum doctrina excerptis. Et paulo post: Præcessionem æquinoctiorum principem rationum suorum constituunt, & tamen æquinoctiorum negant ullam esse præcessionem. Mitius ergo fuisse Scaligerum excipiedum, nec illi soli, quod pluribus cum ipso commune est, attribuendum.

Obiectio pro Scaligero, plures nimirum esse anticipationis æquinoctiorum assertores.

Verum enim vero non fugit nos esse secretioris cuiusdam Astronomiæ alumnos, quibus illud perpetuo in ore versatur Virgilianum:

Diluitur obiectio, quia negat Scaliger terræ motum.

Provehimur portu, terræque vrbesque recedunt.

aliter tamen eos de hac doctrina sentire scimus, terræ nimirum illos attribuire, quæ alii cœli adscribunt gyrationi; & dissentire quidē inter se hypothesi, in re vero ipsa conuenire, nouitatesq; Scaligerianas penitus abhorrere. Nam ut quidam eorum ait, *perinde est siue prima stella Arietis una cum tota stellarum fixarum sphaera, à puncto æquinoctii verni autrorsum; (hoc est, secundum signorum ordinem) siue punctum æquinoctii verni à prima stella Arietis retrorsum (hoc est contra signorum ordinem) moueatur.* Quod ut rectius conitet, omnes videlicet illos, qui præcessionis æquinoctiorum mentionem faciunt, eam attribuire motui terræ, Principis illorum Copernici de hac re in medium adducam verba, qui lib. 1. c. 11. sic habet: Dicebamus autem centri & declinationis annuas reuolutiones (terræ) propemodum esse æquales, quoniam si ad amussim id esset, oporteret æquinoctialia, solstitialiaque puncta, ac totam signiferi obliquitatem sub stellarum fixarum sphaera, haud quaquam permutari. Sed cum modica sit differentia, non nisi cum tempore grandescens patefacta est: à Ptolomæo quidem ad nos vsq; partium 21. quibus illa iam anticipant. Quam ob causam crediderunt aliqui, stellarum quoque fixarum sphaeram inuerti, quibus idcirco nona sphaera superior placuit, quæ dum non sufficeret nunc recentiores decimam superaddunt, ne dum tamen finem assecuti, quem speramus ex motu terræ nos consecuturos. Quo tanquam principio & hypothesi utemur in demonstrationibus aliorum.

Quæ omnia Scaliger non assequens, putat æquinoctialem & æquatorem, polum æquinoctialis, & mundi diuersos esse; quæ est eius inscitia, atque in reprehendendo stolidi confidentia. eorum enim, quos à se stare iactat principium hypothesin ac fundamentū negat, ipsum audiamus, sic n. corollario 10. habet: Atqui Copernicus quanquā idem nobiscū sentit de anticipatione æquinoctiorū, & obliquitate æquinoctialis circuli (loquitur Copernicus de obliquitate æquinoctialis respectu zodiaci, nō de monstruosa alia respectu æquatoris, quæ nulla est) tamen omnia, quæ superius ad confutandum illum motum stellarum produximus, ignorauit, & consequentias ac pulcherrima corollaria (ô quam pulchra!) huius doctrinæ non animaduertit: quæ si minimum odoratus esset, neque friuolis hypothesibus, quibus utitur, illi opus fuisset, & validioribus demonstrationibus rationes suas muniuisset. Gausi tamen sumus, cum animaduertissemus tanto viro eius in mentem venisse, cuius NOS SOLOS AVCTORES putabamus (imo tot absurditatum & auctorem & præconem te ultro agnoscimus.) Clarius vero

Q

terra

terræ motum reprehendit corol. 8. his verbis; Nam quod ait idem clarissimus vir Nicol. Copernicus non amplius decrefcere poffe, &c. declinationem folis adeo anilo & futile eſt, vt indignum Mathematico fit: neque magis admittendum quam terra conuerſio, & alia portenta, quæ tantus vir ad inſtaurationem Aſtrologia nimis longe arceſſit. Quare inexcufabilis manet Scaligerianæ Aſtronomiæ nouitas, nouitatisque abſurditas prorfus intoleranda. Quia vero adeo confidens fuit, vt eos, qui eius fædøs errores in apertum expoſuerunt (Clauium nimirum & alios, quos per contemptum Mathematicaſtros vocat, omnium bonarum literarum imperitiſſimos eſſe dicit, & ſexcentis aliis conuiciis laceſſit: ego cum verbis ſuis vapulare, ego cum inter cathedras diſcipulorum ſuorum plorare iubeo, vt diſcat tam dignum ſe eſſe eo nomine, quam eos indignos, quos ille tali appellatione affici curauit. Satis ſatis pœnarum dabit & nobis, & poſteritati, & omnibus, in quos nihil minus competit, quam improborum & imperitiſſimorum nomen, quam diu illa puerilis doctrinæ editio locum obtinebit, quam obtinere eatenus nobis expedit, vt ex illa nobis ſupplicium det temeritatis ſuæ: & Caluiſius, qui in reprehendendo Clauio hoc uſus eſt magiſtro, earûdem cum ipſo fiat particeps pœnarum. Lector vero hinc colligat, quid iuſti, quid veri, quid boni in re Mathematica ac Calendarii à Scaligero eiufque diſcipulo Caluiſio expectari poſſit, & nequaquam nobis, ſed ipſis imputet, ſi quid durius in ipſorummet verbis hætenus audiuit velin poſterum auditurus eſt.

CAPVT VNDECIMVM.

Planiffime oſtenditur, Caluiſium nullis prorfus rationibus euincere æquinoctium non ſatis præciſe ad 21. Martii à Gregorio XIII. reductum eſſe.

S Caligero magiſtro, ſuo quod coxerat ipſe lixiuio perfuſo, & ad perficandum aliis reliſto, nunc ad Caluiſium reuertimur, cui nondum vt video à nobis penitus ſatiſfactum eſt, audio enim denuo conquerentem, & capite decimo altius vociferantem, *Æquinoctium non eſſe exacte ad viceſimum primum diem Martii reductum*: imo etiam falſa falſis permixtæ, dum addit, *quemadmodum publice proclamatur*. Nullibi enim in Calendario Gregoriano illud exacte publice proclamatum eſt. Clauium audi, qui cap. 5. Explicat. Calend. multo quam tu exactius ac verius hac de re pronunciat dicens: *Hoc enim nunquam diximus, & quidem fieri nulla ratione poteſt, ſi annus civilis ex diebus integris conſtans & inſerendi modus facilis, ac regularis, vt decet, non autem Aſtronomicus annus ex diebus, horis, horarumque fragmentis conſtitutus & irregularis intercalationis forma populo rudi proponenda ſit. Quis enim tam ſtupidus atque bebes ſit, modo ſit rebus Aſtronomicis vel leuiter tinctus, qui hoc ſibi perſuadiat, cum experientia quotidiana nos doceat, ne in quatuor quidem annorum interuallo, propter ſex horas quotannis omiſſus æquinoctium in eodem die poſſe conſiſtere? Quæ etſi proprie de retentione æquinoctii dicantur, eadem tamen in reductione locum habent, imo proprie etiam huc ſpectant; cum, vt patet ex tabella, quam aſſert pro ſe Caluiſius, potius de retentione quam de reductione loquatur, cum exempla producat annum 1700. proxime præcedentia, Deinde idem Clauius, quando de reductione loquitur, tatum abeſt vt illud exacte adiungat, vt potius eius oppoſitum apponat*

Falſum eſt æquinoctii exactam ad 21. Martii reductionem publice proclamata eſſe.

ponat: ac proinde, inquit capite tertio, cum ipsum (æquinoctium) antea fieret circa diem 11. Martii, idem nunc PROPE diem 21. accidere cernatur, quemadmodum Concilii Nicensi temporibus. Te ipsum in consilium adhibe Caluifi, & inuenies, quod hic impudenter negas, te antea concessisse. Nonne cap. 9. expressè dixeras: Non nego æquinoctium anticipatione sua decem diebus à vicesimo primo Martii recessisse, & si illud ad eundem reducendum sit, necessarium esse, vt decem dies ex Calendario Iuliano eximantur. Sed Reformatores decem dies ex Calendario Iuliano exemerunt: Ergo per te ad eundem 21. Martii æquinoctium reductum est. In gratiam tecum ipse iam redi: nā à te ipse, mihi crede, æpius quam par est dissentis, nisi fortassis tuum exacte exactius quam par est exigere velis.

Caluifi ipse faceret æquinoctium ad 21. diem Martii reductum esse

2. Quod vero putas tuum te propositum ex Tychone demonstrare posse, stulte profecto facis; & quia te ipsum antea errasse, & male decem dies eximēdos censuisse, demonstrare conaris: & quia contra tuā tuique magistri Astronomiam pugnas, cum certitudine demonstrationum, secus quam à magistro didicisti, instrumentis adscribis, cum dicis: *Huius excellentissimi viri demonstrationes nemo, vt opinor, contemnet, sed eas veras & legitimas esse, nec falli posse, cum tot instrumentis eas ratissimas fecerit, quibus libentissime fatebitur.* Caue Caluifi, ne à magistro tuo vapules, fat enim bene meritis es! Visne deinde Reformatores debuisse æquinoctii tempus ex Tychonis obseruationibus colligere, cum eę tunc aut omnino non factæ: aut saltem incognitæ illis, & necdum publicatæ essent. Deinde etiam si iuxta huius Astronomi obseruationes, erratum aliquid esset, quod tamē nondum obtinuisse, nihilominus non nisi nugæ te adferre, & tecum ipse pugnare infra lib. 2. cap. 1. conuinceris. In hac enim re, inquis, aliquo modo excusari possunt (Reformatores) quod Tychonis Brahe obseruationes & instauratio motuum luminarium nondū publicatæ essent. Hanc igitur technam in te ipsum struxisti. Neque tua te iuuabit astutia, qua ad glaucoma lectori obliciendum tabulam conficis: Tychonis obseruationibus annorum illorum, qui æquationis annum 1700. in quo æquinoctiū rursus in ordinem redigetur, proxime antecedunt; ac loca æquinoctiorum designando diem contra morem tuum (pro quo tamen multum pugnare videris) à meridie currentis diei inchoas, vt sic diem 21. Martii excludas, quæcunq; enim hoc loco elaboras scicula, contra te emittentur, cum in Pseudocalendario illo, quod principibus obtrudere conatus es, eadem omnino æquinoctia, quæ Calendarium proponit Gregorianum, amplexus sis; imo addideris, quodcunq; in illis peccatum sit, ne utaquam tamen contra Canones Ecclesie, sed contra præcepta artium, nimirum quæ nullibi extat, peccatum sit. Sane si radicem debiti anni iuxta calculum Prutenicum assumpsisses, & vt soles, diem à media nocte inchoasses, paucissimos annos, in quibus æquinoctium in diem cadit decimum nonum Martii, in tabula tua inuenisses. Si vero, vt Clauium facere asseris, à meridie diei præcedentis dies denominasses, decimus nonus Martii nullum omnino locum in tabula illa habuisset.

Reformatores Calendarii Tychonicis obseruationibus vt non potuisse, cum illæ nondū exciterent.

Caluifi callide annos æquationem proximè præcedentes examinat.

3. At nōne lepidus es, cum tua sede æquinoctiorum media? dum etiā ais inter citimum ac vltimum æquinoctii terminum medium est dies 20. Martii in ipso meridie hora 12. & minutis 8. & in hunc diem & horam æquinoctium in Calendario Gregoriano reductum esse statuendum est, non in diem 21. Martii, nihil aliud laboras, quam vt pro Calendario Gregor. labores, & æquinoctium optime se habere ostēdas. Nā siue bene siue male à te inquisitum sit medium, parum inreres; melius tamen pro

Caluifi æquinoctiū ad optimū locū reductum esse in scijs concedia

Calédario Gregoriano afferre potuiffes nullum: illud enim per te diem inchoat à meridie præcedente: ergo æquinoctium reductum præciſe eſt in medium inter duos dies 20. & 21. Martii, ad finem ſcilicet illius, vel principium huius: imo vt reuera dicere poſſent æquinoctium reductum eſſe ad 21. Martii, addidiſti in fauorem hoſtium 8. adhuc minuta ſupra meridiem, quæ ad diem 21. non autem ad 20. ſpectant. Effuſus igitur te auctore, non autem parcius gloriari debebant *Liliani de ſua æquinoctii verni in 21 Martii reductione*; maxime cum illud reduxerint præciſe ad eum locum in quo fuit, iuxta tuum Calendarium, primo anno mundi, idq; ad minutum uſq;. Nam vt patet ex tabula noſtra capit. 9. æquinoctium vernum primo mundi anno cōfectum eſt die 20. Martii minutis 7. ſecundis 4. poſt meridiem in Calendario Gregoriano, exactior ne deſiderari quidem poterat reductio: Ita, Caluiſi, inuidia ſibi ipſi tormentum eſt: & eo ipſo quo damnum & nocumentum inferre ſtudet, ſæpe ſæpius beneficium nolens confert maximum.

Æquinoctium reductum eſt in Calend. Gregoriano eo, quo ipſum ponit Caluiſius initio mundi. & quo ipſe in pseudo-calendario ſuo idem reductū vult.

4. Neq; ſatis tibi fuit viro laborioſo tantum pro Gregorianis laboraſſe, niſi etiam imprudens ac nolens literas patentes quas vocant, ſigillo & ſubſcriptione tua munitas iſdem Reformatoribus Gregorianis elargitus eſſes, quibus reductionem æquinoctii eo modo factam eſſe teſtatum velles, quo ſi de nouo eſſet facienda, melius fieri ne per te quidem poſſet. Nam lib. 2. cap. 9. quando tibi de reductione æquinoctii ſermo eſt, ex tua ſententia inſtituenda, ſic habes: *Cum igitur æquinoctium hodie eodem die & hora fere fiat* (in Calendario Gregoriano nimirum in meridie diei 20. Martii) *vbi tempore Concilii Niceni factum eſt, & noſtrum Calendarium ad id tempus reductum velimus, æquinoctium ita relinquimus, & exemptione deinde conueniente vnus diei, quando periodus exacta fuerit, ibi retinemus.* Ita ne Caluiſi tam oſcitanter rem tuam agis: at ego te ſolertem, & ſatis acutulum exiſtimabam? Reductionem æquinoctii melius fieri non poſſe affirmas (non enim ad alium terminum illud reducis quam factum in Calédario Gregoriano eſt) & tamen eam calumniaris? Et quomodo concludis, *Hoc ergo ſecundum eſt, quod in hoc Calendario deſideratur*, ſi nihil in hac parte deſiderari poteſt? Verum etiam ſi non ipſe dares recte reductum eſſe æquinoctium; ſatis tamen hoc cōſtaret tum ex Clauii lucubrationibus; tum ex iis, quæ ſupra cap. 9. in hunc finem attulimus, in regreſſu ad annos præteritos.

Inſirma Caluiſii auxilia.

Quare ſola æquinoctii retentio ſuper eſt tibi oppugnanda, contra quam proximum deſtinavi caput, quod antequam producas, auxilia iactas tua, quæ ſane exigua ſunt: eſt enim *Georgius Germanus natione Boruſſus, qui in ſuo computo triplici nuper edito, ſatis & abunde demonſtrauit, æquinoctium vernum etiam medium ad tabulas Prutenicas nequaquam in Calendario Gregor. in 21. Martii permanere, &c.* Ergo neq; in tuo permanebit, tuamq; puriorem Eccleſiam reddet impuram. Sed ſatis & abunde Clavius contra demonſtrauit, Germanum, parum aut nihil, quæ ad rem ſunt, attuliſſe: & medium æquinoctium illius Boruſi non eſſe illud quod Calendarium Gregor. ſuis æquationibus ſe retenturum ſtabile proſitetur, vt & nos ſupra c. 9. eadem ex Clauio retulimus. Modeste & humaniter ſatis Georgium hūc habuit Clavius; qui etiam ſi abſq; cauſa Calendarium & Clauium reprehendit, id tamē modeſtius multo te tuoq; Scaligero fecit: Conſuluit illi Clavius vt male cantata recantaret, an conſilio acquieuerit non conſtat, certe ſilentio ſuo, quod & Maſtlinus feciſſe videtur, errata ſua ſe agnouiſſe, non obſcure indicat. Tibi vero aliorū contra Calen. Gregorianum obiectiones & paralogiſmi demonſtrationes ſunt; & demonſtrationes pro eodē Calendario paralogiſmi. Ita enim ſolent, qui præpoſtero iudicio ſeruntur.

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM.

*Gregorianam intercalandi rationem multo elegantioresse,
quam oculo Caluissiano male affecto vi-
deatur.*

Quod iam alii sapius & ad nauseam vsque occinuerunt hoc nobis Capite vndecimo iterum Muscus noster Caluissius decantat. *Aequinoctium in die vicesimo primo Martii inconuenienter retineri, eamque rem informem vocat methodum, qua in ducentis annis tres dies abiiciuntur, & in reliquis ducentis annis id, quod praecepit aiectione peccatum est, compensatur.* quod sic demonstrat. Ab anno enim 1700 inclusivae vsque ad annum 2100 exclusivae quadringenti sunt anni, in quibus in ducentis annis, ab anno scilicet 1700. vsque ad annum 1900, inclusivae tres dies perimuntur, sed in reliquis ducentis annis nihil omnino eximitur, sed quod plus iusto ablatum est, id compensatur. Atque haec vltima verba ait esse Clavii in castigato Elencho pag. 33. vbi tamen Clavius nequaquam de 200. tantum, sed de 300. annis loquitur in quibus fiat exemptio, & de 500. tantum quibus fiat compensatio: vt compensetur id, ait eo loco Clavius, quod in 300. annis plus iusto ablatum est, adeo mala fide reddit verba aliorum, & nihilominus ea grandiori typo vt à suis dignoscantur imprimere curavit. More deinde Mathematicorum demonstrationi subnectit corollarium: *Ex quibus facile apparet Calendarium Gregorianum non iusta methodo progredi, cum iniuste quadam auferat, qua compensare cogatur.* quam iniqua, Caluissi ad confarcinandum tuum Elenchum corrasisti! In tua Pseudocalendarii forma *qua omni prorsus labe caret, quaeque plane non peccat, neque peccare potest*, nonne & tu plus iusto intercalas? & deinde quod plus iusto additum est, singulis 128, annis aufertur? Ergo non iusta methodo progredi conuincitur. (Imo hac ratione nulla Calendarii forma quae per dies integros instituitur iusta erit) Quare ex antagonista tuo contra quem Cap. 8. Lib. 2. disputas, ipse te de hac re edocebit: nos de aliis.

Caluissius falso
asserit in 200
annis Calend.
Gregorianum 3
dies perimere.

Caluissius fide
mala vnde Cla-
uii citat.

Rudem te, Caluissi, aut valde cæcum esse oportet, qui rem omnium oculis expositam non videas, si solerter te vt pollicitus es dederis, & me docentem audias, bene te sperare iubeo; Video autem te nec tria, nec quatuor numerare posse, qui tamen tempora in futuros annos metiris: docuimus te aliud esse 14, aliud 15, differre 12 & 13; nonem & decem qua ratione colligantur pugnis edoctus es: Hac schola numerare duo, tria, quatuor, imo & quinque si vis discere potes: Vin' igitur, Caluissi, te mihi, rursus in disciplinam dare, promitto me fideliter demonstraturum, qua ratione in trecentis annis, tres expungantur dies, non autem vt tu calumniaris, in ducentis. Attende ergo.

Caluissius ad lu-
dum vocatur vt
2, 3, & 4 nume-
rare discat.

Calendarium Gregorianum per centurias & retracosieteries ab ipsis centenariis inchoatas annis progredi, & sapius tuo Elencho elumbi concedis, & in tabulis tuorum pseudocalendariorum penicillo tuo depingis. quod notato. Nunc ad digitos. En pronam meam dexteram, numerabimus vnà centurias diesque omisos, & ad vnā quamque centuriam quae diem perimit, tu digitū vnum deprimito. Quo rectius autem tua tibi constet facilitas, & nostra nobis veritas, non alio quam tuo utemur exemplo. Ab anno 1700. inclusivae, vsque ad annum 1800. exclusivae, vnā est centuria, vnusque dies abiectitius. deprime

Demonstratio
ad sensum cal.
Gregorianum 3
dies in tribus
centuriis ex-
pungere.

Q 3

pollicem

pollicem. Ab anno 800. inclusivæ usque ad annum 1900 exclusivæ, altera est centuria in qua altera dies omittitur. flecte igitur alium digitum. Sed caue ne aberres ab indice, ne tibi postea aliud indicet quam velis. Rursus ab anno 1900 inclusivæ, ad proximum usque bis millesimum exclusivæ tertia est centuria, & tertia intercalationis omisio. flecte tertium digitum. Iam Caluissius respice digitos, respice erectos, respice depressos; Vides ne, tres dies in tribus perire centuriis? non autem ut tu mentiris, in duabus. Pudeat te Caluissius tam anilia pro demonstrationibus vendicare. Tu te ipsum huius arguis mendacii mox in hoc Capite, ubi elegantissimam hanc æquandi formulam vis contra legem iustitiæ peccare: *Sint quatuor, inquis, qui accipere debent trecentos aureos, num putas legitimam distributionem futuram, si tres primi singulos centenos aureos sibi sumant, & quarto nihil relinquant.* Meminisse oportebat mendacem memorem esse oportere.

Caluissius seipsum
mendacii arguit.

Tres dies tribus
perire centuriis
non duabus, cō-
tra sed non
stat Caluissius.

Sed quid ego exemplum adfero, quasi vero res ipsa desit. Nonne ipsemet, Caluissius, in tuis tabulis siue pseudocalendariis capite 10. & 11. Lib. 2. ex lege Gregoriana ternis semper centuriis, ternos adscribis dies reiculos; singulis, singulos? annis 1700, 1800, 1900 diem vndecimum, duodecimum, & decimum tertium, hoc est subductis 10 diebus anno correctionis exemptos dies 1, 2, 3; siue ut rectè percipias, & tandem numerare discas, vnum, vnum, vnum, qui simul sunt tres. Egregium sane Mathematicum! saltem postquam centurias omittere voluisti, calculum probè subduxisses, & quot anni ab anno 1700. inclusivæ, usque ad annum 1900. inclusivæ putentur, iuste inquisivisses: reperisses enim non annos ducentos tantum, sed supra ducentos vnum; illumque vnum ad sequentem spectare centuriam. Homo stolidè, rectè incipe & rectè desine, constabitque numerationis ratio. Nonne deinde eodem plane modo tuam 128. annorum periodū calumniari possemus. Ab anno enim 1664. inclusivæ, usque ad annum 2048. exclusivæ sunt anni, in quibus in duabus periodis, tuam Caluissius imitatur putandi rationem, ab anno scilicet 1664. usque ad annum 1920. inclusivæ tres dies perimuntur, sed in reliquis 128. annis nihil omnino eximitur, sed quod plus iusto ablatum est id compensatur. Agnoscis ne imposturas tuas? Plumbeus profecto fuerit qui fraudes & technas tuas non animaduertat. Falsum denique est quod ais, illam compensationem multarum absurdissimarum rerum quæ in Calendario (Gregoriano) admittuntur causam esse; cum res nullæ absurdæ Calendario insint, atque adeo harum nulla sit causa, nec alia hic opus est refutatione.

2. Porro Clavius hanc elegantissimam & nunquam sine laude commemorandam per centurias & tetracosieteries intercalandi formulam in Libro Explicat. Calend. Cap. 5. quam alibi generatim commendarat, sex rationibus speciatim defendit ac laudat. Et sane nemo hactenus sanæ mentis repertus est; qui egregiam hanc methodum oppugnavit, quin imo laudata etiam ab ipsis aduersariis est. Turbanda vero nimium non fuit, inquit Vieta, solita Bissextorum Oeconomia, ut potest perimendum fuisset primo Tetracosieteridis triente (quam rationem proximè sequitur Caluissius, Bisextum primum, secundo secundum, ac tertio denique tertium. Itaque scrupulosa magis quam utilis psephophoria elegans ac expedita, & ad vulgi sensum per annorum centurias accommodata, insensibili errore anteposita est. At Caluissius ut haberet quo se iactaret eam sibi oppugnandum duxit. Rationes igitur Clavii ordine referre & simulat, & nititur refutare: sed quia quædam erant, quas se expugnare posse desperauerat, iis egregie dissimulatis, ex senis quas attulit Clavius

Tetracosieteri-
dem Gregoria-
nam, etiam ab
ipsis laudatam
esse aduersariis.

nus, quaternas omnino, minus, ut sibi videbantur, firmas selegit.

Sed inquit, inquit, etiam si distributio hæc non satis iusta est, est tamen facilis, & popularis, & cuilibet obuia. Respondeo facile quidem hæc affirmari, sed non eadem facilitate demonstrari. Nam si rem ipsam spectemus, non agitur hic de vnare & simplici: Sed de eiusmodi re, quæ aliud quid respicit, hoc est, dere comparata, in qua tres dies conferuntur cum quadringentis annis, sine cum quatuor annorum centuriis. Ideo de facilitate & difficultate eius non simpliciter pronunciandum, sed ex doctrina comparatorum iudicandum. Reformatores non callebant doctrinam comparatorum: Ergo. Hac ratione cito te expediuiſſes Caluifi: Sed vbi mansisset tua tunc musica, vbi diateſſaron; vbi diapente? En igitur ut altè ratiocinatur Philosophus, ut paulatim in musicam se se insinuat. Ex hac enim doctrina comparatorum primo colligit comparationem inter paria esse omnium facillimam, & mox in musicam saltat. In musicis, inquit, ex comparatione parium vnisonus oritur. Si igitur in Calendario Gregoriano singula centuria singulos dies omitterent, tum dici posset, esse comparationem parium. egregium ex præmisso antecedente consequens! Plus vltra, ad comparationem imparium proceſſatur, vbi parium locum non habet; in ea autem facilissima ac simplicissima comparatio est, quandò vnum cum duobus comparatur. ad musicam Musicæ. In Musicis ex hac proportionem oritur diatēſaron omnium interuallorum primum & simplicissimum, sed propositio eiciendorum dierum ex Calendario nec etiam huc referri potest. Ridicule profecto. Igitur sequentem ordine naturæ proportionem aspiciamus, quæ est duorum ad tria: sesquialtera à Mathematicis vocatur, & in Musicis gignit interuallum diatēſaron, & consonantiam exhibet suauem & sonoram. In nostra materia exemplum dare possumus, si in tribus centuriis bini dies essent eximendi: Sed neque huc Gregoriana referri potest. Valde inobediens & contumax est hoc Calendarium, quod Musicos adeo auersatur. Sed videtur falli Caluifiſius, quod neque huc Gregorianum Calendarium referri possit: antea enim methodus ipsius illi fuit ea, quæ in ducentis annis tres dies abluuntur. En proportionem sesquialteram! Nam reliquas duas centurias dicit esse otiosas. Sed oblitus est at ſetunc fuiſſe hallucinatum, quare pergit. Tertiā igitur quæ ordine naturæ ſequitur in comparatione imparium ſumamus quādo ternacum quaternis conferuntur. Miſerrimè erras Musice, cum tuo ordine naturæ: Si per genera progredieris, cur hæres in speciebus? cur non poſt multiplex & ſuperparticulare ſequitur genus ſuperpartiens? Si vero per ſpecies greſſus inſtituis, vbi in genere multiplici reliquiſti, triplam, quadruplam; & reliquas ſpecies? forte quia prior atque adeo facilior tibi eſt proportio 2 ad 3, quam 1 ad 3. Si legis cantas, dicebat ille, ſi cantas male cantas; nos vero, ſi doces oſtentas, ſi oſtentas, malè oſtentas. Sed properandum tibi ad musicam fuit, eique Calendarium accommodandum, in qua cum genus ſuperpartiens locum nullum habeat, idcirco eo relicto ad tuum diateſſaron confugis. Ex hac proportionem (3 ad 4, inquit,) in Musicis oritur diatēſaron interuallum, quod adeo à ſimplicitate & facilitate recedit, ut propius ſit diſſonantiæ, niſi ſeſquialtera proportionem ſuſciatur. De hac ſeſquitercia proportionem cum in Calendario Gregoriano agatur, deſinant de facilitate proportionis huius gloriari cum & ſimplicitate & facilitate, omnibus quas hic recensuiſmus cedat, præſertim cum Calendarium ita inſtitui poſſet, quemadmodum poſt videbimus, ut proportio parium locum habere poſſet (videlicet proportio quæ eſt inter 1. & 128.) profecto ſi proportio ſeſquitercia in Musicis locum non haberet, actum eſſet de Calendario Gregoriano. Nunc vero ſuffulta ſeſquialtera tolerari poterit. O quam magnus,

Tetracofeteride
de nōeſſe facile
Caluiſius ridi-
cule ex tonis
musicis demon-
ſtrare conatus

Intempestiva
Musices ostentatio.

gnus, Caluisti, in re tam parua es delinitor! Saltem commodiorem pro ostentatione Musicæ artis expectasses opportunitatem. Quid Calendario cum Musicis intervallis? Nonne quæ in Musica facilia in Calendario difficilia, & contra, esse possunt? Sed decorem ac proportionem vbique seruata[m] voluisti, & quæ admodum antea occasione nimis longè petita, ex trigono igneo Astrologum te ac Historicum esse probaueras: ita hic simili opportunitate, Philosophum, Mathematicum, & Musicum & quidem speculatiuum te monstrare conaris: Cur non potius antequam Musicam conferres cum Calendario ex tua *doctrina comparatorum* prius inquisiisti, comparatione aliqua esse possit inter Musicam & Calendarium; aut num potius disparatis, quam comparatis adnumeranda essant. Verum Philosophicus noster Musicus in Aristotele viderat ædificare Musicum: vnde & Musico sibi Calendaria struere, vel potius destruere licere ratus est.

Caluissimum rem
suam imperite
tractare.

Sed demus aliquid Musico, Poetis enim ac pictoribus quibus fingere ac pingere liberum est, adnumerari solet musicorum turba, putemus vera esse quæ ita libere finguntur, eademque penitus & in primis ratiocinandi modum introspeciamus. Materiam de qua disputandum, comparationem ais esse dierum trium cum quatuor centuriis. Ergo res istæ inter quas est ista comparatio determinatæ tibi iam sunt: atque adeo non res ipsas ex quibus talis oritur comparatio, sed solum oppugnans comparationem, de qua dicis esse *ex doctrina comparatorum iudicandum*. Sed valde in scitè, prius enim de ipsis rebus, earumque quod vocant, esse proprio, quod omnem præcedit comparationem inuelligare simpliciter debuisses; & tunc demum, si comperisses tales dari posse, quæ omnino omnibus consideratis faciliorem in re proposita admitterent comparandi methodum forte aliquid dixisses. Nunc vero præter disparata nihil dicis, & Musica tua in re Calendarii plane otiosa est. Age igitur quandoquidem adhuc in Schola es, quod facere debebas solus, faciamus simul, videamus qualiter Reformatores à priori ratiocinari poterant. Prima ad stabiliendum æquinoctium cogitatio Reformatorum alia esse non poterat, q[uam] de exemptione qua sua in sede proximè retineretur statuere, horarum ne illam aut dierum esse conueniret: de qua deliberandum multum non erat, cum Calendarii ratio aliud tempus præter dies solidos non admitteret. Proximum erat ab hac legitima constitutione ad doctrinam descendere comparatorum, vnius vi delict diei eiciendi cum tempore sibi proportionato, quod ex sua hypothesis inueniebant esse numerum annorum 134, qui non solum tibi sed & Reformatorebus, maxime quia is annus extra ordinem esset bissextorum, reiiciendus erat, atque de alio numero cogitandum, quem aut vni diei, aut pluribus simul compararent: illud electum, hoc reiectum, cum plures dies simul eximendi æquinoctium longius quam par erat à sua sede remouissent. Proximè vero periodi, altera videlicet 132, altera 136 annorum siue alterutra tantum seorsim, siue alternè simul præter sui obscuritatem, difficilem in re Ecclesiastica & populari atque informem etiam reddebant Methodum. Consultatum igitur ac præcisioni scrupulosæ expeditam popularem, ac memorabilem rationem anteponendam esse iudicatum est, & mox summa & facilitas & conuenientia cum paruo præcisionis dispendio, in annis centesimis inuenta, quæ hoc in negotio nulli alii annorum numero inesse poterat. Quare conclusum singulis centuriis singulos esse dies tollendos, atque

Ratiocinatio
qua Reformatores
Tetracosietidem
repetere ac stabilire
poterant.

hæc

hec fiat comparatio parium omnium simplicissima. Sed quia methodushæc pluribus continuata ceteris plus debito abstulisset, inuitati Reformatores à comuni quadriennali intercalandi ratione, cum hypothesis proximè consensisset, eandem prorsus tulerunt in centesimis intercalandi legem, quam in non centesimis latam atque seruata videbant; iustaque de causa comparationem parium interruperunt, eique talem substituerunt qualem prudentes Calendarii Reformatores substituere decebat, & qualem harmonia ipsa Calendarii Ecclesiastici, si domus sua non inuenisset, nullis non impensis sibi coemere ac procurare debuisset. Profecto talis est hæc Calendarii nostri Ecclesiastici harmonia, ut tu omnes licet musicæ tuæ chartas euoluas reuoluasque, suauiore nullam atque auribus clericalibus, popularibusque accommodatiorem inuenturus sis. Sed pergamus nunc ad alias quas oppugnare pergit Clauii rationes.

3. Alteram rationem assertit, ait Caluissius, quod anni Iubilæi in annis centesimis celebrantur, atque ob id omisio intercalationis minime obliuioni dari possit. Ad quam respondet: Hæc ratio esset alicuius momenti, si singulis annis centesimis dies omitteretur. Nunc vero Iubilæi memoria omisionis vnius diei non magnopere adiuuatur. Nunc & in propriis, & in alienis luscus ac cæcus es. Anni Iubilæi centesimorum admonent imprimis intercalandum ne sit, an non: diuisio per quaternarium mox dubitationi responderet, soluitque quæstionem. En & memoriam & facilitatem. Nimum vero oculati hoc. Et quis nobis spondebit celebrationem Iubilæorum futuram perpetuam? Tu Astrologus es, & hoc ignoras? Miror te vatem tam bonum presentire non potuisse durationem Iubilæorum, qui tamen quam diu mundus duraturus sit prædicis? Ad trigonum igneum Caluissite potius conuertere, quam ad argumenta Stifeliana: magis enim illud decet eum qui Astronomicum in studium sedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur.

Rationem de
annis Iubilæis
ridicule eludit
Caluissius.

4. Tertiam rationem assertit Clauius (quartam enim rationem facit tertiam, quia Clauii tertiam calumniari se posse diffidebat, idcirco eam malitiose omisit) quod huiusmodi trium dierum in tetracoseteride exemptione in centuriis, æquinoctium melius conseruetur, quam si periodi certorum annorum in vnius diei abiectione obseruentur. & paulo post subiungit verba Clauii, siquidem sunt Clauii, locum enim non citat, neque in Clauio Cap. 5. Explicationis aut Lib. 2. Apologiæ, ubi ceteræ rationes habentur, inueniuntur. Est quidem hisce locis hæc ratio non tamen iis verbis quæ Caluissius ac si Clauii essent alio caractere exprimit: neque idem exemplum anni 1600. de æquinoctio in meridie diei 21. Martii. Exemplum enim assumit anni indeterminati, in quo æquinoctium statuatur in die 21. Martii sex horis ante ortum solis, hoc est media nocte antecedente. Sed de hoc non multum laboramus, nouum non est Caluissio dicere ea quæ non sunt: nobis satis est si conueniamus in sensu, qui est, ut ego intelligo, iste: per Gregorianam intercalandi formam æquinoctium ita contineri in officio ut ab eo termino ad quem reductum est, in anni Gregoriani ratione vltro citroque vagando 18. horarum spatium non excedat: si vero intercalatio instituat per iustas solidi diei periodos æquinoctium in anteriora prolabi, à sede constituta ad vsque horas 24. atque adeo propius in sua sede retineri, illa quam hac intercalandi ratione. quod approbat Caluissius dicens. Recte sane hæc Clauius. Verum rationem numerandi illum rectè non instituere cauillatur. Homo stolidus, inquit, homo omnis humanitatis atque ciuilitatis expers recte incipe & eodem modo & ascendet & descendet æquinoctium, Volebat enim

Caluissius tertiam
Clauii rationem
male omittit, &
quartam peius
oppugnat.

Inciuitas Cal-
uissii.

R

stolidus

stolidus iste eum per medium debuisse diuidere illas 24. horas, quemadmodum illud 36. horarum spacium suapte natura diuisum est: & ipse musicus in sua 128 annorum periodo eandem dichotomiam assumpro falso principio demonstrare nititur, ait enim: *Iam ad Clauii sententiam anno 1600. æquinoctium fitur die 21. Martii in meridie*: cum tamen in illis Clauii siue veris siue fictis verbis, à se allatis, non ad sententiam propriam de loco æquinoctii explicandam; sed exempli tantum gratia dies, hora, & annus adferatur. Sic enim habes: *fit, inquit, exempli gratia, anno 1600. æquinoctium in die 21. Martii in meridie*. Deinde quod caput est, Clavius locutus est de illis periodis, quæ à termino & tempore reductionis numerari solent, vt fecit Magister tuus Scaliger, qui in Elencho atque tetracositeride quam emendatam vocat, periodos suas 132. & 136. annorum ab anno 1600. numerare incipit, primumque diem vltra decem ex anno 1732, secundum ex 1864, & tertium deniq; ex anno 2000. reicit: & hoc ordine in perpetuum. Nonne exclamauit contra Gregorianam formam, quod reiectio ante ipsum tempus precipitetur. Cum enim sine 132. annorum bissextum tollendum sit, id sit sine 100. annorum: & quod in 400. annis faciendum erat, id in 300. præuertitur. Egrege igitur Clavius demonstrauit, hac ratione æquinoctium sex horis vltra terminum citimum Gregorianum excurrere, atque adeo etiam ex hoc Capite Gregorianam intercalandi rationem reliquis præferendam. *Homo stolidè rectè incipe, rectè lege, rectè intellige*. Denique etiam si omnia quæ contra hanc Clauii rationem attulisti vera essent, & tua tu periodo propius accederes, non tamen in re Calendarii Ecclesiastici tanti sunt momenti, quæ elegantissimam iuxta ac facilissimam in tetracositeridibus intercalandi Gregorianam methodū, vt ex aliis Capitibus & rationib. abunde constat, mutare debeant aut possint. Quod autem dicis te demonstrare etiam in Gregoriana ratione æquinoctium perpetuo descendere, demonstras demonstrationibus Scaligerianis, ea nimirum prorsus ratione, qua antea tres dies in duabus centuriis omitti demonstraueras: nisi quod hic paulo crassius & longius à vero abis, & 204. non vt antea de 201. fecisti, dicas esse 200, & à mente rationis Clauianæ omnino discedis. *Homo stolidè rectè incipe, & eodem modo & ascendet & descendet æquinoctium*. Sed prosequenda est cantilena tua, vt finem tandem inueniamus.

Caluissius subdole præterit etiam quintam Clauij rationē, & in sexta male eum erroris arguit.

5. Quintam Clauii rationem cum legeret Caluissius ita territussuit, vt quociens sese ab ea expeditur, non tantum vt tertiam omisit, sed ab ea etiam ad Arabes vsq; saltum fecit. Sic enim habet: *Quartam & vltimam rationem* (vltimam quidem Clauissius non tamen quartam, sed sextam Clauii) *addit Clavius ab exemplo Arabum nimirum, Nunquam enim expectant, donec in horis omisissis dies integer cōstetur, Sed quotiescunque ex illis horis maior numerus quam 12. componitur, instituunt annum intercalarem*. Quid ad hoc Musicus? Argumenta ab exemplo infirma esse: nimirum contra Caluissium adducta, si pro ipso essent, demonstrationes essent. Secundo negat hanc intercalandi rationem esse Arabum; & inscitiam suam Clauio adscribit. Plus enim credit Magistro suo Scaligero, quam Campano, & Paulo Episcopo Forosem. quos pro se attulit Clavius, quorum cum nec mentionem fecisset, ne dum refutasset, subiungere tamen audet: *Hoc vero loco Clavius nihil veri, sed suos errores tantum exempli loco affert*. Et quia radicem Scaligerianam non assumpserat, eam videtur Clavius ignorare, quippe quicumq; Scaligerum & Caluissium non sequitur, ignorans exoticis istis ac potionibus Astronomis esse debet.

Et

Et Clavius legendo ea, quæ de anno Hegiræ in libris de emendatione temporum Scaliger attulit, cum assensum non præbuerit, nec legisse, nec quicquam hac de re sciuisse pronuntiatur. Prudentius Clavius, & ad exemplum aliorum, Campano & Paulinæ, quam Scaligero, quem sapius à veritate longissime abiuisse, deprehenderat, credere voluit, qui in suo computo maiori capit, decimoquinto de Arabibus sic habet: *Fecerunt autem bissextum in quolibet anno, in quo ex minutis prædictis (sexagesimis diei) resultant plus quam triginta, & est plus medietate vnius diei.* Paulina vero P. 1. lib. 2. cap. 2. idem asserit his verbis: *Quoties horæ exuperantes medietatem diei, hoc est, duodenarium numerum excesserint, diem vnum anno adiiciunt, quo fit vt secundum annum intercalarem faciant quintum quoque & septimum, 10. 13. 16. 18. 21. 24. 26. & vigesimum nonum, qui est penultimus cycli Arabici.* Idem omnino docet Stoflerinus Proposit. 57. Quare quemadmodum isti inter se conueniunt in embolismo Arabico, ita à te & tuo Scaligero dissentiunt. Itaque falsum est Clavius suos errores tantum exempli loco asserre.

Campānū, Mit-
telburgensem,
ac Stoflerinū,
idem de intercā-
latione Arabū
docere quod
Clavius.

6. Sed dicito nobis, Caluissius, cur Clavius non omnes attulisti rationes? cur validissimas dolose dissimulas? nonne omnes simul eodem in loco capite scilicet 5. Explic. Calend. reperisti? Cur nec syllaba attingis conseruationem solitæ, vt quidam loquitur, Bissextorum æconomix ac similitudinis, quam Clavius tertio loco proposuerat, & tu sicco pede pertransieras? Porro consideratione dignum videtur, ait Clavius eodem capite, vbi ceteræ eius habentur rationes, rationem hanc intercalationis in centesimis annis institutam, persimilem esse cōsuetæ intercalandi formula quarto quoque anno, atque ideo facile à populo memoria posse retineri. Quemadmodum enim quartus quisque annus, &c. Et post pauca verba: Item quemadmodum inter annos non centesimos, si tantum bissextiles sunt, quos quaternarius numerat, &c. ita quoque post correctionem ex annis centesimis si duntaxat, quorum centenarius numerum quaternarius numerat, bissextiles erunt. Ratio hæc lapis tibi in via erat, trabs in oculis, aculeus in corde, ideoque nec hiscere de ipsa ausus es. Quid facilius, quid promptius, quam eadem omnino regula dari omnes bissextos, tam in centesimis, quam in expāsis, vt vocant annis: Videbas enim & tu, quod omnes vident, qui saltem aliquid in hoc negotio vident, nihil omnino dici posse contra hanc Gregorianam in annis centesimis intercalandi methodum, quod non eadem vi in Iulianam quadriennalem reperiretur: quare è re tua magis esse existimabas aliquid disputare de Mubcis tonis, quam implicare te nodo illo, quem nec ipse magister tuus soluere poterat.

Tertia Clavi
ratio quā Cal-
uissius dissimu-
lat proponitur.

Cur hanc rati-
onem quā Cal-
uissius omiserit.

7. Mirum denique te oculatissimum effugisse Clavius rationem penultimam, cum tamen immediate ante ultimam quam supra audiuimus, scriptam eam repereris: nos igitur bona fide eam huc transferemus, quam tu mala omiseras. Sic enim se habet: *Adde quod nostra hæc æquatio in centesimis annis adhibita non solum, vt antea dictum est, ad solitam intercalandi rationem quadriennem conformatur, sed eadem prorsus est ratio in vtraque, quo ad conseruationem æquinoctii in eadem sede attinet. Nam sicut primo anno post bissextum æquinoctium versus finem mensis prolabitur sex horis, secundo horis duodecim, & tertio horis octodecim, propter senas horas in singulis annis communibus omissas; anno denique quarto ob intercalationem vnius diei prope anni initium non expectatis viginti quatuor horis expletis, in eadem sedem restituitur: ita in quolibet spatio quadringentorum annorum accidit, si primi tres centesimi fiant communes, & quartus intercalaris, vt ex dictis liquido constat. Itaque hæc iure*

Quinta Clavi
ratio, quā Cal-
uissius silentio
præterit.

Omnia quæ cõ-
tra Gregorianã
intercaladi me-
thodum dicun-
tur, etiam con-
tra Iulianam,
quam aduersarii
ingentibus lau-
dibus celebrant
facere.

Lib. I. Cap. 1.

Caluissius iniquus
Calend. Grego-
riani censor.

reprehendi non potest, quin illa quoque damnetur. Sed illam quadriennalem Caluissius non solum non reprehendit, sed in cælum vsque extollit, vt supra audiuius, imo testem Magistrum aduocat, eiusque scire dictum, sic enim habet: *Triumphos Caesaris, inquit, Iosephus Scaliger, vetustas aboleuit: Sed hoc Calendario instituto idem Caesar de vetustate triumphauit. Neque enim vnquam quicquam aptius, certius aut expeditius ad quauis tempora politicè numeranda inuentum est, aut inueniri poterit: quam hoc Iulii Caesaris per Sosigenem Astronomum & Mathematicum constitutum Calendarium.* at Cæsar siue Sosigenes aliud non fecit, quam vt anno Nabonassari siue Ægyptiaco illam superadderet quadriennalem intercalandi formulam. Ergo cum vtrobi- que eadem ratio, eadem comparatio, eadem facilitas, nullaue alia sit discrepãtia, quam quod Gregoriana peccatum emendet Iulianã, Gregoriana tanto Iuliana præstantior est, quanto propius ad verum annum solarem accesserit. Vides ergo Caluissi quam iniquus Calendario Gregoriano sis teque omnino nihil asserre posse contra ipsius intercalandi methodum, quod non etiam simul contra quadriennalem Iulianam dicatur. Nonne etiam in hac quod in tribus annis communibus plus iusto ablatum est, id compensatur quarto. quod tu adeo exagitas, vt idcirco Gregorianam iniustam appellites; iniustus ipse.

CAPVT XIII.

*Ea qua de Cyclo Solis siue litterarum Dominicalium Calen-
dario Gregoriano Caluissius obiicit, di-
luuntur.*

Cycli veteris ca-
lendarii cur in-
terrumpendi
fueriat.

Quemadmodum effectus quiuis à sua pendet ac regitur causa, & umbra o-
paci corporis ad motum luminosi sua commutat vestigia, variasque pro-
varia lucentis magnitudine, situ ac remotione induit formas: ita in nostra an-
ni seu Calendarii ratione dispositum ac numerum dierum, sequitur ille qui dici
solet Cyclus solis litterarumque Dominicalium ambitus. Et sicuti Cyclus de-
cem nouennalis lunæ suis non consentiens 235. lunationibus, immutatus mu-
tationem peperit in Calendario aureorum numerorum, & epactarum, quorum
cursus singulis vndeuginti annis repetitus, vt corrigendus, sic necessario ali-
quando per substitutionem aliarum epactarum, interrumpendus fuit: ita et-
iam intercalandi ratio quadriennalis ac magnitudo suis quatuor annis solaribus
non vndequaue congruens, correctione quadam necessaria Cyclum solarem
& litterarum Dominicalium interruptit. Sequuntur namque hæc illa vt umbra
gnomonis solem. Nisi potius, quod ridiculum omnino & absurdissimum esset,
ne litteras Dominicales & cyclum solis interrumpamus, feriarum ordinem tur-
bandum putemus.

At nostro Caluissio cæli solisque oppugnatori non ita videtur: aliter enim ex
Astronomia sua edoctus est, in qua meridianorum trepidatio ipsum solem tre-
pidum ac pauidum reddidit, adeo vt non quemadmodum olim in Zona rapia-
tur æquatoris, sed in orbe litterarum Dominicalium, supra polos novos Scali-
gerianos earundem trepidus premat vestigia. Capite igitur duodecimo quod
præ manibus nunchabemus. De intricata ratione inueniendi litteram Dominicalem
cuiusvis anni in Calendario Gregoriano vt somniauit Caluissius, ita rem ipsam se ha-
bere

bere in scite existimat. Nimirum non aduertit miser nisi soli inhibeat cursum, se frustra fugientem persequi umbram: quasi vero dies anni propter literas Dominicales, & non potius literæ propter dies anni: sed ita iudicare solêt, qui *præpostero iudicio feruntur*. De mutatione cyclo-*r*um satis admonitus es à Dauide Origano in sua ad Lectorem præfatione, eos nimirum non amplius præstare officium suum. At cyclo solis fidem, ait, ulterius haberi non posse, quam in Dominico die exhibendo, docent ob-*seruationes solis*. vnde mutato cyclo mutabitur illa exhibitio: quantum vero aberret mox subicit nimirum in vno cyclo solis horis fere quinque & ultra. Sic lunare prosequitur, ennea-decætericum seu aureum numerum fidem fallere, & nouilunia, plenilunia & quadraturis non exacte definire, ostendunt diligentes ad lunam instituta ob-*seruationes*. Notandum vero quod paulo post addit, quares, inquit, & Paschati legitime celebrando, & reliquis festis mobilibus insignem transpositionem attulit, vt hoc tempore à PRAESCRIPTO DEI & quibusdam canonibus primitiue Ecclesie in nonnullis annis MVLTVM discedamus (egregium, Caluisi, Calendarii veteris encomium!) Quæ igitur causa esse potest, quæ prohibeat vt cum cycli omnino corrigendi fuerint, non etiam ea, quæ correctionem illam, si rationem in consilium adhibere velimus, nec absurdatori mundo ridenda proponere, necessario sequuntur, epactæ videlicet siue aurei numeri & literæ Dominicales corrigantur. Sed audiamus nunc, quid in contrarium afferat Caluissius.

Cyclos errasse,
& propterea
corrigendos
fuisse.

Encomium ve-
teris Calenda-
rii.

2. Primo igitur more suo ostentatiunculis quibusdam de hebdomade, de feriis, de cyclo solari veteri 28. annorum (quæ siue bene siue male dicta sint, parum ad nos) præmissis mox calumniari incipit Reformatores hac ratione: Reformatores Calendarii Gregor. *cyclum solis in veteri Calendario retinuerunt, & quomodo is inueniri possit, multis modis docuerunt: sed quomodo idem in Calendario Gregoriano deprehendatur, nullibi ostendunt* ideo de eius inuentione videntur desperasse, & maluerunt in quibusvis annorum centuriis cyclo solis veteris Calendarii inuento, nouum literarum Dominicalium ordinem excogitare. & singulis centuriis præscribere, quam verum suum cyclum, qui tamen facillime inuentu fuisset, indagare. At hoc modo cyclum solis à tempore Concilii Niceni ad nos vsque continuatum pessime turbant, & corrumpunt, cum numeris in ordine cycli huius nequaquam eas literas attribuant, quæ ab antiquo fuerunt; sed subinde alias atque alias, quas volunt, ascribant, & singulis centuriis nouum quasi cyclum solis fabricentur. Multum hic turbidæ aquæ effundis Caluissi, quæ non nisi ex turbidissimo fonte emanare potest. De cyclo solis vero disputas, & quid verus cyclus solis sit omnino nescis. Cyclus solis, Caluissi, certus est annorum tam communium quam bissextorum cum literis Dominicalibus rite connexorum numerus, quo absoluto idem omnino tam bissextorum quam literarum Dominicalium ordo, eadem qua ante redit methodo. Cuius rei ignorance cum labores, ridicula simul ac falsa adfers multa: de quibus ordine edocendus es.

Querela Caluissi de cyclo solis.

Caluissum ignorare quid sit cyclus solis.

Quod igitur ais, Reformatores nulli bi docere, qua arte cyclus solis veteris Calendarii in Calendario Gregoriano deprehendatur; idem est ac si diceres, eum qui Æthiopes describit, nullibi ostendere quam candida ora manusque habeat: qua querela te ipsum prodis qualis sis. Cyclus solis antiquus Caluissi, non est cyclus solis Calendarii Gregoriani: neque qua ratione in hoc Calendario reperiri possit doceri, si proprie loquamur, potest. Desperarunt igitur de eius inuentione, ea ratione, qua is, qui desperauit se albicantis quid in Æthiope reperire posse, præter oculos ac dentes, quibus tu egregie armatus es. Literam vero Domini-

calem Gregorianam plurimis & facilimis inuenire docuerunt modis Reformatores: quod autem non eo modo, & per eum numerum, qui musico placeat, sed faciliori, hoc nihil ad rem facit.

Reformatores
in cyclis veteri-
bus eas partes
retinuisse, quæ
integræ salua
reformatione
permanere po-
terant.

3. Dixeras, vt paulo ante audiuius de Reformatioribus, & maluerunt in quibusuis annorum centuriis, &c. iam supra Caluiss, edoctus es, vñbram sequi solem; & interrupto Iuliano bissextorum ordine, interruptam etiam necessario fuisse literarum Dominicalium seriem. Quid obsecro minus inferebat perturbationis aut mutationis in Calendario, interrompere ne vtramq; partem, quibus cyclus solaris constat, an alteram tantum? Cum enim cyclus solis constet & ex serie numerorum incipientium ab vñitate, & vsque ad vigintiocto progredientium; & ex septem literis quater diuerso ordine repetitis, introducta, quæ ad corrigendum Calendarium necessaria fuit, dierum elisione, alterutra pars, aut vtraque (vt tu ineptissime, vt suo loco videbimus, facis) necessario interrompenda fuit: at Reformatioribus visum erat proponere methodum, qua alteram saltem partem saluam integramque conseruarent; eam vero interromperent, cuius ordo integer nequaquam (nisi inaudito absurdo serias turbare voluissent) consistere posset, quæ est literarum, numeros autem in sua serie imperturbatos relinquerent. Quam in re eandem prorsus rationem tenuerunt in cyclo solis, quam in lunari obseruandam postea prudenter constituerant: in eo namque numeros ab vñitate vsque ad 19. excurrentes integros inuiolatosq; conseruauerunt, & terminos Paschales, qui semper iisdem numeris adhærere consueuerant, necessitate reformationis cogente, subinde interruperunt, aliosque iisdem numeris terminos attribuerunt. Contra quam emendationis methodum cum nihil prorsus afferas (nisi quod ea rationes lunares ad horas vsque atque horaria scrupula præcise assequi non possit, id quod vltro concedimus) nec iuste quicquam afferre possis, quid tibi in mentem venit, cur eandem in cyclo solari damnares, & contra illam tuum calamum stringeres? Profecto si rem probe intellexisses prudentius, vt cum magistro tuo loquar vngues ab hac scabie continuisses. Verum suo loco infra videbimus, quam scite tu cyclum solis instituas; imo & corruptum iam restituas.

Caluissi signum
de necessitate
nouorum
ordinum literarum
Dominicalium pro
quibusuis in
Calend. Gregoriano
centuriis.
Tabellæ partiales
literarum
Dominicalium.

4. Mendacium porro tuum est, Reformatores quibusuis annorum centuriis præscripsisse nouum literarum Dominicalium ordinem: Ordines enim quos in tabellis particularibus 28. annorum proponunt, supposita eadē anni solaris æquatione, perpetui sunt & singuli infinitis attribuntur centuriis: Neque eos vt cyclos solares, & literarum Dominicalium Calendarii Gregoriani proprios, sed tanquam varios modos eandem indagandi literæ Dominicalem, proposuerunt. Tabellæ n, illæ duplicis omnino sunt generis: aut enim tales sunt, de quibus iā diximus, quæ custodiunt, assument suæ prærequirunt cyclum solare antiquum, quo ad numerorum seriem; aut ab hoc omnino liberae sunt, & solo annorum propositorum numero nituntur. Prioris generis septem sunt ordines, omni omnino varietati centuriarum & annorum expansorum inferuientes, & à Clauio traduntur cap. 21. Explicat. Num. 2. quarum quatuor tantum Caluissius in suum caput 11. transtulit, veritus si reliquas tres etiam poneret, palam fieret mendacium, quo lectori persuasum voluit, Reformatores nouum literarum Dominicalium ordinem excogitare, & singulis centuriis præscribere. Posterius genus quod vsum & præcognitionem cycli solis antiqui omnino excludit, proponitur à Reformatioribus in canoni-
bus

bus Calendarii Gregoriani canone 4. ubi tabellas istas, seu ordines 28. annorum construere, una cum usu eorundem docent, harum tabellarum pro omnibus omnino centuriis & annorum numero tres satis sunt: una nimirum pro prima cuiusvis tetracosiieteridis centuria, quæ ab ipso centesimo in quo dies intercalaris omittitur incipiat; secunda pro secunda; tertia pro tertia; & quarta quæ bissexto admittit. Rectius tamē ex eadem eiusdem canonis doctrina desumpta commodior usus gratia, quarta tabella, pro quarta centuria separatim adiicitur: qui quatuor ordines siue tabellæ vnica & sola, sine omni alio cyclo, solo annorum numero contentę, seruiunt pro omnibus omnino annis in perpetuum, supposita eadem quæ nunc est anni æquatione, prima verbi gratia centuriis primis omnium tetracosiieteridum: secunda tabella omnibus secundis tetracosiieteridum centuriis: tertia, tertiis: quarta denique quartis siue vltimis, neque opus sunt quibusvis annorum centuriis, vt vult Caluissius, noui ordines. Atque hanc rationem aliter dispositam Clavius eodem cap. 21. Num. 3. proponit.

5. Satis fuissent hæc quæ hucusque verbis adumbrauimus; sed quia Caluissio vix satis fit nisi demonstrationes ad sensum proferantur, tabulas ipsas in lucem proferamus. Ex doctrina igitur canonis quarti Calendarii Gregoriani quatuor huc transferamus tabellas particulares, quæ vnā constituent vniuersalem, siue (supposito perpetuo tetracosiieteridum ordine) perpetuam: illis aliud nihil addentes, quam id, cuius ob facilitatem nec mentionem Reformatores fecerunt, & quilibet puer, qui 100. numerare didicit, adderet: iubent enim eo loco Reformatores numerare annorum numerū ab initio tabellæ cuius centesimo propria, vsque ad annum propositum; nos igitur huius numerationis per integram centuriam signemus vestigia: hoc solum mutantes vt signū vnitatis non ipso centesimo, sed proximo sequenti, primo nimirum expanso attribuamus, & reliqua ordine suo prosequamur: sic enim fiet vt non solum numerationis excludamus laborem; sed & ipsi anni expansi hac ratione descripti, vnico obrutu literam Dominicalem, quæ quæritur, ostendant. Hæ sunt igitur illæ quatuor tabellæ, quas si Caluissius veritatis potius, quam falsitatis patrociniū suscipere voluisset, illis quatuor, quas hoc capite proponit, rectius substituisset.

Ratio sequentium tabellarum liberarum Dominicalium.

Pro

Intempestiva
Musices osten-
tatio.

gnus, Caluifi, in re tam parua es delinitor! Saltem commodiorem pro ostentatione Musicæ artis expectasses opportunitatem. Quid Calendario cum Musicis intervallis? Nonne quæ in Musica facilia in Calendario difficilia, & contra, esse possunt? Sed decorem ac proportionem vbique seruata[m] voluisti, & quæ admodum antea occasione nimis longè petita, ex trigono igneo Astrologum te ac Historicum esse probaueras: ita hic simili opportunitate, Philosophum, Mathematicum, & Musicum & quidem speculatiuum te monstrare conaris: Cur non potius antequam Musicam conferres cum Calendario ex tua *doctrina comparatorum* prius inquisiisti, comparatio ne aliqua esse possit inter Musicam & Calendarium; aut num potius disparatis, quam comparatis adnumeranda essent. Verum Philosophicus noster Musicus in Aristotele viderat ædificare Musicum: vnde & Musico sibi Calendaria struere, vel potius destruere licere ratus est.

Caluifi rem
suam imperite
tractare.

Sed demus aliquid Musico, Poetis enim ac pictoribus quibus fingere ac pingere liberum est, adnumerari solet musicorum turba, putemus vera esse quæ ita libere finguntur, eademque penitus & inprimis ratiocinandi modum introspiciamus. Materiam de qua disputandum, comparisonem ais esse dierum trium cum quatuor centuriis. Ergo resistæ inter quas est ista comparatio determinatæ tibi iam sunt: atque adeo non res ipsas ex quibus talis oritur comparatio, sed solum oppugnans comparisonem, de qua dicis esse *ex doctrina comparatorum indicandum*. Sed valde in scitè, prius enim de ipsis rebus, earumque quod vocant, esse proprio, quod omnem præcedit comparisonem inuenire, si simpliciter debuisses; & tunc demum, si comperisses tales dari posse, quæ omnino omnibus consideratis faciliorem in re proposita admitterent comparandi methodum forte aliquid dixisses. Nunc vero præter disparata nihil dicis, & Musica tua in re Calendarii plane otiosa est. Age igitur quandoquidem adhuc in Scholæ es, quod facere debebas solus, faciamus simul, videamus qualiter Reformatores à priori ratiocinari poterant. Prima ad stabiliendum æquinoctium cogitatio Reformatorum alia esse non poterat, q̃ de exemptione qua sua in sede proximè retineretur statuere, horarum ne illam aut dierum esse conueniret: de qua deliberandum multum non erat, cum Calendarii ratio aliud tempus præter dies solidos non admitteret. Proximum erat ab hac legitima constitutione ad doctrinam descendere comparatorum, vnius videlicet diei eiiciendi cum tempore sibi proportionato, quod ex sua hypothesis inueniebant esse numerum annorum 134, qui non solum tibi sed & Reformatoribus, maxime quia is annus extra ordinem esset bissextorum, reiiciendus erat, atque de alio numero cogitandum, quem aut vni diei, aut pluribus simul compararent: illud electum, hoc reiectum, cum plures dies simul eximendi æquinoctium longius quam par erat à sua sede remouissent. Proximè vero periodi, altera videlicet 132, altera 136 annorum siue alterutra tantum seorsim, siue alternè simul præter sui obscuritatem, difficilem in re Ecclesiastica & populari atque informem etiam reddebant Methodum. Consultatum igitur ac præcisioni scrupulosæ expeditam popularem, ac memorabilem rationem anteponendam esse iudicatum est, & mox summa & facilitas & conuenientia cum paruo præcisionis dispendio, in annis centesimis inuenta, quæ hoc in negotio nulli alii annorum numero inesse poterat. Quare conclusum singulis centuriis singulos esse dies tollendos, atque hæc

Ratiocinatio
qua Reformatores
Tetracosieridem
repe-
rire ac stabilire
poterant.

hec fiat comparatio parium omnium simplicissima. Sed quia methodus hæc pluribus continuata ceteris plus debito abstulisset, inuitati Reformatores à comuni quadriennali intercalandi ratione, cum hypothesis proximè consensisset, eandem prorsus tulerunt in centesimis intercalandi legem, quam in non centesimis latam atque seruata videbant; iustaque de causa comparationem parium interruperunt, eique talem substituerunt qualem prudentes Calendarii Reformatores substituere decebat, & qualem harmonia ipsa Calendarii Ecclesiastici, si domi suæ non inuenisset, nullis non impensis sibi coemere ac procurare debuisset. Profecto talis est hæc Calendarii nostri Ecclesiastici harmonia, ut tu omnes licet musicæ tuæ chartas euoluas reuoluasque, suauiore nullam atque auribus clericalibus, popularibusque accommodatiorem inuenturus sis. Sed pergamus nunc ad alias quas oppugnare pergit Clauii rationes.

3. *Alteram rationem assertit, ait Caluissius, quod anni Iubilæi in annis centesimis celebrantur, atque ob id omisio intercalationis minime obliuioni dari possit. Ad quam respondet: Hæc ratio esset alicuius momenti, si singulis annis centesimus dies omitteretur. Nunc vero Iubilæi memoria omisionis vnius diei non magnopere adiuuatur. Nunc & in propriis, & in alienis luscus ac cæcus es. Anni Iubilæi centesimorum admonent imprimis intercalandum ne sit, an non: diuisio per quaternarium mox dubitationi responderet, soluitque quæstionem. En & memoriam & facilitatem. Nimum vero oculati hoc. Et quis nobis spondebit celebrationem Iubilæorum futuram perpetuam? Tu Astrologus es, & hoc ignoras? Miror te vatem tam bonum presentire non potuisse durationem Iubilæorum, qui tamen quam diu mundus duraturus sit prædicis? Ad trigonum igneum Caluissite potius conuertere, quam ad argumenta Stifeliana: magis enim illud decet eum qui Astronomicum in studium sedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur.*

Rationem de
annis Iubilæis
ridicule eludit
Caluissius.

4. *Tertiam rationem assertit Clauius (quartam enim rationem facit tertiam, quia Clauii tertiam calumniari se posse diffidebat, idcirco eam malitiose omisit) quod huiusmodi trium dierum in tetracoseteride exemptione in centuriis, æquinoctium melius conseruetur, quam si periodi certorum annorum in vnius diei abiectione obseruentur. & paulo post subiungit verba Clauii, siquidem sunt Clauii, locum enim non citat, neque in Clauio Cap. 5. Explicationis aut Lib. 2. Apologiæ, ubi ceteræ rationes habentur, inueniuntur. Est quidem hisce locis hæc ratio non tamen iis verbis quæ Caluissius ac si Clauii essent alio charactere exprimit: neque idem exemplum anni 1600. de æquinoctio in meridie diei 21. Martii. Exemplum enim assumit anni indeterminati, in quo æquinoctium statuatur in die 21. Martii sex horis ante ortum solis, hoc est media nocte antecedente. Sed de hoc non multum laboramus, nouum non est Caluissio dicere ea quæ non sunt: nobis satis est si conueniamus in sensu, qui est, ut ego intelligo, iste: per Gregorianam intercalandi formam æquinoctium ita contineri in officio ut ab eo termino ad quem reductum est, in anni Gregoriani ratione vltro citroque vagando 18. horarum spatium non excedat: si vero intercalatio instituatur per iustas solidi diei periodos æquinoctium in anteriora prolabi, à sede constituta ad vsque horas 24. atque adeo propius in sua sede retineri, illa quam hac intercalandi ratione. quod approbat Caluissius dicens. Recte sane hæc Clauius. Verum rationem numerandi illum rectè non instituere cauillatur. Homo stolidus, inquit, homo omnis humanitatis atque ciuitatis*

Caluissius tertiam
Clauii rationem
male omittit, &
quartam peius
oppugnat.

Inciuitas Cal-
uissii.

R

stolidus

stolidus iste eum per medium debuisse diuidere illas 24. horas, quemadmodum illud 36. horarum spacium suapte natura diuisum est: & ipse musicus in sua 128 annorum periodo eandem dichotomiam assumpro falso principio demonstrare nititur. ait enim: *Iam ad Clauii sententiam anno 1600. æquinoctium fitur die 21. Martii in meridie*: cum tamen in illis Clauii siue veris siue fictis verbis, à se allatis, non ad sententiam propriam de loco æquinoctii explicandam; sed exempli tantum gratia dies, hora, & annus adferatur. Sic enim habes: *fit, inquit, exempli gratia, anno 1600. æquinoctium in die 21. Martii in meridie*. Deinde quod caput est, Clavius locutus est de illis periodis, quæ à termino & tempore reductionis numerari solent, vt fecit Magister tuus Scaliger, qui in Elencho atque tetracositeride quam emendatam vocat, periodos suas 132. & 136. annorum ab anno 1600. numerare incipit, primumque diem vltra decem ex anno 1732, secundum ex 1864, & tertium deniq; ex anno 2000. reicit: & hoc ordine in perpetuum. Nonne exclamauit contra Gregorianam formam, quod reiectio ante iustum tempus precipitetur. Cum enim sine 132. annorum bissextum tollendum sit, id sit sine 100. annorum: & quod in 400. annis faciendum erat, id in 300. præuertitur. Egrege igitur Clavius demonstrauit, hac ratione æquinoctium sex horis vltra terminum citimum Gregorianum excurrere, atque adeo etiam ex hoc Capite Gregorianam intercalandi rationem reliquis præferendam. *Homo stolide recte incipe, recte lege, recte intellige*. Denique etiam si omnia quæ contra hanc Clauii rationem attulisti vera essent, & tua tu periodo propius accederes, non tamen in re Calendarii Ecclesiastici tanti sunt momenti, quæ elegantissimam iuxta ac facilissimam in tetracositeridibus intercalandi Gregorianam methodū, vt ex aliis Capitibus & rationib. abunde constat, mutare debeant aut possint. Quod autem dicis te demonstrare etiam in Gregoriana ratione æquinoctium perpetuo descendere, demonstras demonstrationibus Scaligerianis, ea nimirum prorsus ratione, qua antea tres dies in duabus centuriis omitti demonstraueras: nisi quod hic paulo crassius & longius à vero abis, & 204. non vt antea de 201. fecisti, dicas esse 200, & à mente rationis Clauianæ omnino discedis. *Homo stolide recte incipe, & eodem modo & ascendet & descendet æquinoctium*. Sed prosequenda est cantilena tua, vt finem tandem inueniamus.

Caluissus subdole præterit etiam quintam Clauij rationē, & in sexta male eum erroris arguit.

5. Quintam Clauii rationem cum legeret Caluissus ita territus fuit, vt quocitius sese ab ea expediret, non tantum vt tertiam omisit, sed ab ea etiam ad Arabes vsq; saltum fecit. Sic enim habet: *Quartam & vltimam rationem* (vltimam quidem Clauis non tamen quartam, sed sextam Clauii) *addit Clavius ab exemplo Arabum nimirum, Nunquam enim expectant, donec in horis omisissis dies integer cōstetur, Sed quotiescunque ex illis horis maior numerus quam 12. componitur, instruunt annum intercalarem*. Quid ad hoc Musicus? Argumenta ab exemplo infirma esse: nimirum contra Caluissium adducta, si pro ipso essent, demonstrationes essent. Secundo negat hanc intercalandi rationem esse Arabum; & incertitiam suam Clauio adscribit. Plus enim credit Magistro suo Scaligero, quam Campano, & Paulo Episcopo Forosem. quos pro se attulit Clavius, quorum cum nec mentionem fecisset, ne dum refutasset, subiungere tamen audet: *Hoc vero loco Clavius nihil veri, sed suos errores tantum exempli loco affert*. Et quia radicem Scaligerianam non assumpserat, eam videtur Clavius ignorare, quippe quicunq; Scaligerum & Caluissium non sequitur, ignorans exoticis istis ac potionibus Astronomis esse debet.

Et

Et Clavius legendo ea, quæ de anno Hegiræ in libris de emendatione temporum Scaliger attulit, cum assensum non præbuerit, nec legisse, nec quicquam hac de re sciuisse pronuntiatur. Prudentius Clavius, & ad exemplum aliorum, Campano & Paulinæ, quam Scaligero, quem sapius à veritate longissime abiuisse, deprehenderat, credere voluit, qui in suo computo maiori capit. decimoquinto de Arabibus sic habet: *Fecerunt autem bissextum in quolibet anno, in quo ex minutis prædictis (sexagesimis diei) resultant plus quam triginta, & est plus medietate vnius diei.* Paulina vero P. 1. lib. 2. cap. 2. idem asserit his verbis: *Quoties horæ exuperantes medietatem diei, hoc est, duodenarium numerum exceſſerint, diem vnum anno adiiciunt, quo fit vt secundum annum intercalarem faciant quintum quoque & septimum, 10. 13. 16. 18. 21. 24. 26. & vigesimum nonum, qui est penultimus cycli Arabici.* Idem omnino docet Stofferinus Proposit. 57. Quare quemadmodum isti inter se conueniunt in embolismo Arabico, ita te & tuo Scaligero dissentiunt. Itaque falsum est Clavius suos errores tantum exempli loco afferre.

6. Sed dicito nobis, Caluifi, cur Clauii non omnes attulisti rationes? cur validissimas dolose dissimulas? nonne omnes simul eodem in loco capite scilicet 5. Explic. Calend. reperisti? Cur nec syllaba attingis conseruationem solitæ, vt quidam loquitur, Bissextorum œconomix ac similitudinis, quam Clavius tertio loco proposuerat, & tu sicco pede pertransieras? Porro consideratione dignum videtur, ait Clavius eodem capite, vbi ceteræ eius habentur rationes, rationem hanc intercalationis in centesimis annis institutam, persimilem esse cõſuetæ intercalandi formulæ quarto quoque anno. atque ideo facile à populo memoria posse retineri. Quemadmodum enim quartus quisque annus, &c. Et post pauca verba: Item quemadmodum inter annos non centesimos, ii tantum bissextilis sunt, quos quaternarius numerat, &c. ita quoque post correctionem ex annis centesimis ii duntaxat, quorum centenariorum numerum quaternarius numerat, bissextilis erunt. Ratio hæc lapsi tibi in via erat, trabs in oculis, aculeus in corde, ideoque nec hinc de ipsa ausus es. Quid facilius, quid promptius, quam eadem omnino regula dari omnes bissextos, tam in centesimis, quam in expãsis, vt vocant annis: Videbas enim & tu, quod omnes vident, qui saltem aliquid in hoc negotio vident, nihil omnino dici posse contra hanc Gregorianam in annis centesimis intercalandi methodum, quod non eadem vi in Iulianam quadriennalem reperiretur: quare è re tua magis esse existimabas aliquid disputare de Mubscitonis, quam implicare te nodo illo, quem nec ipse magister tuus soluere poterat.

7. Mirum denique te oculatissimum effugisse Clauii rationem penultimam, cum tamen immediate ante vltimam quam supra audiuimus, scriptam eam repereris: nos igitur bona fide eam huc transferemus, quam tu mala omiseras. Sic enim se habet: *Adde quod nostra hæc æquatio in centesimis annis adhibita non solum, vt antea dictum est, ad solitam intercalandi rationem quadriennemalem conformatur, sed eadem prorsus est ratio in vtraque, quo ad conseruationem æquinoctii in eadem sede attinet. Nam sicut primo anno post bissextum æquinoctium versus finem mensis prolabitur sex horis, secundo horis duodecim, & tertio horis octodecim, propter senas horas in singulis annis communibus omisſas; anno denique quarto ob intercalationem vnius diei prope anni initium non expectatis viginti quatuor horis expletis, in eandem sedem restituitur: ita in quolibet spatio quadringentorum annorum accidit, si primi tres centesimi fiant communes, & quartus intercalaris, vt ex dictis liquido constat.* Itaque hæc iure

Campā nū, Mittelburgenſem, ac Stofferinū, idem de intercalatione Arabū docere quod Clavius.

Tertia Clauii ratio quā Caluifiſſus diſſimulat proponitur.

Cur hanc rationem Caluifiſſus omiserit.

Quinta Clauii ratio, quā Caluifiſſus ſilentio præterit.

Omnia quæ contra Gregorianam intercalandi methodum dicuntur, etiam contra Iulianam, quam aduersarii ingentibus laudibus celebrant facere.
Lib. I. Cap. I.

Caluissius iniquus
Calend. Gregor-
iani censor.

reprehendi non potest, quin illa quoque damnetur. Sed illam quadriennalem Caluissius non solum non reprehendit, sed in cælum vsque extollit, vt supra audiuius, imo testem Magistrum aduocat, eiusque scire dictum, sic enim habet: *Triumphos Caesaris, inquit, Iosephus Scaliger, vetustas aboleuit: Sed hoc Calendario instituto idem Caesar de vetustate triumphauit. Neque enim vnquam quicquam aptius, certius aut expeditius ad quæuis tempora politicè numeranda inuentum est, aut inueniri poterit: quam hoc Iulii Caesaris per Sosigenem Astronomum & Mathematicum constitutum Calendarium.* at Cæsar siue Sosigenes aliud non fecit, quam vt anno Nabonassari siue Ægyptiaco illam superadderet quadriennalem intercalandi formulam. Ergo cum vtrobi- que eadem ratio, eadem comparatio, eadem facilitas, nullaue alia sit discrepantia, quam quod Gregoriana peccatum emendet Iulianæ, Gregoriana tanto Iuliana præstantior est, quanto propius ad verum annum solarem accesserit. Vides ergo Caluissius quam iniquus Calendario Gregoriano sis teque omnino nihil asserre posse contra ipsius intercalandi methodum, quod non etiam simul contra quadriennalem Iulianam dicatur. Nonne etiam in hac quod in tribus annis communibus plus iusto ablatum est, id compensatur quarto. quod tu adeo exagitas, vt idcirco Gregorianam iniustam appellites; iniustus ipse.

CAPVT XIII.

Ea qua de Cyclo Solis siue litterarum Dominicalium Calendario Gregoriano Caluissius obiicit, diluuntur.

Cycli veteris calendarii cur interruptendi fuerint.

Quemadmodum effectus quiuis à sua pendet ac regitur causa, & umbra ovariæ corporis ad motum luminosi sua commutat vestigia, variasque pro varia lucentis magnitudine, situ ac remotione induit formas: ita in nostra anni seu Calendarii ratione dispositum ac numerum dierum, sequitur ille qui dici solet Cycli solis litterarumque Dominicalium ambitus. Et sicuti Cycli decem nouennalis lunæ suis non consentiens 235. lunationibus, immutatus mutationem peperit in Calendario aureorum numerorum, & epactarum, quorum cursus singulis vndeiginti annis repetitus, vt corrigendus, sic necessario aliquando per substitutionem aliarum epactarum, interruptendus fuit: ita etiam intercalandi ratio quadriennalis ac magnitudo suis quatuor annis solaribus non vndequaue congruens, correctione quadam necessaria Cyclum solarem & litterarum Dominicalium interruptit. Sequuntur namque hæc illa vt umbra gnomonis solem. Nisi potius, quod ridiculum omnino & absurdissimum esset, ne litteras Dominicales & cyclum solis interrumpamus, feriarum ordinem turbandum putemus.

At nostro Caluissio cæli solisque oppugnatori non ita videtur: aliter enim ex Astronomia sua edoctus est, in qua meridianorum trepidatio ipsum solem trepidum ac pauidum reddidit, adeo vt non quemadmodum olim in Zona rapiatur æquatoris, sed in orbe litterarum Dominicalium, supra polos novos Scaligerianos earundem trepidus premat vestigia. Capite igitur duodecimo quod præ manibus nunc habemus. De intricata ratione inueniendi litteram Dominicalem cuiusvis anni in Calendario Gregoriano vt somniauit Caluissius, ita rem ipsam se habere

bere

bere in scite existimat. Nimirum non aduertit miser nisi soli inhibeat cursum, se frustra fugientem persequi umbram: quasi vero dies anni propter literas Dominicales, & non potius literæ propter dies anni: sed ita iudicare solêt, qui *præpostero iudicio feruntur*. De mutatione cyclorum satis admonitus es à Dauide Origano in sua ad Lectorem præfatione, eos nimirum non amplius præstare officium suum. At cyclo solis fidem, ait, ulterius haberi non posse, quam in Dominico die exhibendo, docent observationes solis. vnde mutato cyclo mutabitur illa exhibitio: quantum vero aberraret mox subiicit nimirum in vno cyclo solis horis fere quinque & ultra. Sic lunare prosequitur, ennea decaetericum seu aureum numerum fidem fallere, & nouilunia, plenilunia & quadraturas non exacte desinire, ostendunt diligentes ad lunam instituta observationes. Notandum vero quod paulo post addit, quares, inquit, & Paschati legitime celebrando, & reliquis festis mobilibus insignem transpositionem attulit, vt hoc tempore à PRAESCRIPTO DEI & quibusdam canonibus primitiua Ecclesia in nonnullis annis MULTVM discedamus (egregium, Caluisi, Calendarii veteris encomium!) Quæ igitur causa esse potest, quæ prohibeat vt cum cycli omnino corrigendi fuerint, non etiam ea, quæ correctionem illam, si rationem in consilium adhibere velimus, nec absurda toti mundo ridenda proponere, necessario sequuntur, epactæ videlicet siue aurei numeri & literæ Dominicales corrigantur. Sed audiamus nunc, quid in contrarium afferat Caluissius.

Cyclos errasse,
& propterea
corrigendos
fuisse.

Encomium ve-
teris Calenda-
rii.

2. Primo igitur more suo ostentatiunculis quibusdam de hebdomade, de feriis, de cyclo solari veteri 28. annorum (quæ siue bene siue male dicta sint, parum ad nos) præmissis mox calumniari incipit Reformatores hac ratione: Reformatores Calendarii Gregor. cyclum solis in veteri Calendario retinuerunt, & quomodo is inueniri possit, multis modis docuerunt: sed quomodo idem in Calendario Gregoriano deprehendatur, nullibi ostendunt. ideo de eius inuentione videntur desperasse, & maluerunt in quibusvis annorum centuriis cyclo solis veteris Calendarii inuento, nouum literarum Dominicalium ordinem excogitare. & singulis centuriis præscribere, quam verum suum cyclum, qui tamen facillime inuentu fuisset, indagare. At hoc modo cyclum solis à tempore Concilii Niceni ad nos vsque continuatum pessime turbant, & corrumpunt, cum numeris in ordine cycli huius nequaquam eas literas attribuant, quæ ab antiquo fuerunt: sed subinde alias atque alias, quas volunt, ascribant, & singulis centuriis nouum quasi cyclum solis fabricentur. Multum hic turbidæ aquæ effundis Caluisi, quæ non nisi ex turbidissimo fonte emanare potest. De cyclo solis vero disputas, & quid verus cyclus solis sit omnino nescis. Cyclus solis, Caluisi, certus est annorum tam communium quam bissextorum cum literis Dominicalibus rite connexorum numerus, quo absoluto idem omnino tam bissextorum quam literarum Dominicalium ordo, eadem qua ante redit methodo. Cuius rei ignorance cum labores, ridicula simul ac falsa adfers multa: de quibus ordine edocendus es.

Querela Calu-
si de cyclo so-
lis.

Caluissium igno-
rare quid sit cy-
clus solis.

Quod igitur ais, Reformatores nulli docere, qua arte cyclus solis veteris Calendarii in Calendario Gregoriano deprehendatur; idem est ac si diceres, eum qui Æthiopes describit, nullibi ostendere quam candida ora manusque habeat: qua querela te ipsum prodis qualis sis. Cyclus solis antiquus Caluisi, non est cyclus solis Calendarii Gregoriani: neque qua ratione in hoc Calendario reperiri possit doceri, si proprie loquamur, potest. Desperarunt igitur de eius inuentione, ea ratione, qua is, qui desperauit se albicantis quid in Æthiope reperire posse, præter oculos ac dentes, quibus tu egregie armatus es. Literam vero Domini-

calem Gregorianam plurimis & facilimis inuenire docuerunt modis Reformatores: quod autem non eo modo, & per eum numerum, qui musico placeat, sed faciliori, hoc nihil ad rem facit.

Reformatores
in cyclis veteri-
bus eas partes
retinuisse, quas
integræ salua
reformatione
permanere po-
terant.

3. Dixeras, vt paulo ante audiuius de Reformatorebus, & maluerunt in quibusuis annorum centuriis, &c. Iam supra Caluiss, edoctus es, vmbra sequi solem; & interrupto Iuliano bissextorum ordine, interruptam etiam necessario fuisse literarum Dominicalium seriem. Quid obsecro minus inferebat perturbationis aut mutationis in Calendario, interrompere ne vtramq; partem, quibus cyclus solaris constat, an alteram tantum? Cum enim cyclus solis constet & ex serie numerorum incipientium ab vnitae, & vsque ad vigintiocto progredientium; & ex septem literis quater diuerso ordine repetitis, introducta, quæ ad corrigendum Calendarium necessaria fuit, dierum elisione, alterutra pars, aut vtraque (vt tu ineptissime, vt suo loco videbimus, facis) necessario interrompenda fuit: at Reformatorebus visum erat proponere methodum, qua alteram saltem partem saluam integramque conseruarent; eam vero interromperent, cuius ordo integer nequaquam (nisi inaudito absurdo ferias turbare voluissent) consistere posset, quæ est literarum, numeros autem in sua serie imperturbatos relinquerent. Qua in re eandem prorsus rationem tenuerunt in cyclo solis, quam in lunari obseruandam postea prudenter constituerant: in eo namque numeros ab vnitae vsque ad 19. excurrentes integros inuiolatosq; conseruauerunt, & terminos Paschales, qui semper iisdem numeris adhære conseruauerant, necessitate reformationis cogente, subinde interruperunt, aliosque iisdem numeris terminos attribuerunt. Contra quam emendationis methodum cum nihil prorsus afferas (nisi quod ea rationes lunares ad horas vsque atque horaria scrupula præcise assequi non possit, id quod vltro concedimus) nec iuste quicquam afferre possis, quid tibi in mentem venit, cur eandem in cyclo solari damnares, & contra illam tuum calamum stringeres? Profecto si rem probe intellexisses prudentius, vt cum magistro tuo loquar vngues ab hac scabie continuiffes. Verum suo loco infra videbimus, quam scite tu cyclum solis instituas; imo & corruptum iam restituas.

Caluissii signum
de necessitate
nouorum
ordinum lite-
rarum Domi-
nicalium pro
quibus in Ca-
lend. Gregoria-
no centuriis.
Tabellæ parti-
culares literarum
Dominicalium.

4. Mendacium porro tuum est, Reformatores quibusuis annorum centuriis præscripsisse nouum literarum Dominicalium ordinem: Ordines enim quos in tabellis particularibus 28. annorum proponunt, supposita eadē anni solaris æquatione, perpetui sunt & singuli infinitis attribuuntur centuriis: Neque eos vt cyclos solares, & literarum Dominicalium Calendarii Gregoriani proprios, sed tanquam varios modos eandem indagandi literæ Dominicalem, proposuerunt. Tabellæ n. illæ duplicis omnino sunt generis: aut enim tales sunt, de quibus iā diximus, quæ custodiunt, assument, siue prærequirunt cyclum solarem antiquum, quo ad numerorum seriem; aut ab hoc omnino liberae sunt, & solo annorum propositorum numero nituntur. Prioris generis septem sunt ordines, omni omnino varietati centuriarum & annorum expanforum inferuientes, & à Clauio traduntur cap. 2. 1. Explicat. Num. 2. quarum quatuor tantum Caluissus in suum caput 1. 1. transtulit, veritus si reliquas tres etiam poneret, palam fieret mendacium, quo lectori persuasum voluit, Reformatores nouum literarum Dominicalium ordinem excogitare, & singulis centuriis præscribere. Posterius genus quod vsus & præcognitionem cycli solis antiqui omnino excludit, proponitur à Reformatorebus in canoni-
bus

bus Calendarii Gregoriani canone 4, ubi tabellas istas, seu ordines 28. annorum construere, vna cum vfu eorundem docent, harum tabellarum pro omnibus omnino centuriis & annorum numero tres satis sunt: vna nimirum pro prima cuiusvis tetracosiieteridis centuria, quæ ab ipso centesimo in quo dies intercalaris omittitur incipiat; secunda pro secunda; tertia pro tertia; & quarta quæ bissexto admittit. Rectius tamẽ ex eadem eiusdem canonis doctrina desumpta commodioris vsus gratia, quarta tabella, pro quarta centuria separatim adiicitur: qui quatuor ordines siue tabellæ vnica & sola, sine omni alio cyclo, solo annorum numero contentæ, seruiunt pro omnibus omnino annis in perpetuum, supposita eadem quæ nunc est anni æquatione, prima verbi gratia centuriis primis omnium tetracosiieteridum: secunda tabella omnibus secundis tetracosiieteridum centuriis: tertia, tertiis: quarta denique quartis siue vltimis, neque opus sunt quibusvis annorum centuriis, vt vult Caluissius, noui ordines. Atque hanc rationem aliter dispositam Clavius eodem cap. 21. Num. 3. proponit.

5. Satis fuissent hæc quæ hucusque verbis adumbrauimus; sed quia Caluissio vix satis fit nisi demonstrationes ad sensum proferantur, tabulas ipsas in lucem proferamus. Ex doctrina igitur canonis quarti Calendarii Gregoriani quatuor huc transferamus tabellas particulares, quæ vnã constituent vniuersalem, siue (supposito perpetuo tetracosiieteridum ordine) perpetuam: illis aliud nihil addentes, quam id, cuius ob facilitatem nec mentionem Reformatores fecerunt, & quilibet puer, qui 100. numerare didicit, adderet: iubent enim eo loco Reformatores numerare annorum numerum ab initio tabellæ cuius centesimo propriæ, vsque ad annum propositum; nos igitur huius numerationis per integram centuriam signemus vestigia: hoc solum mutantem vt signum vnicatis non ipso centesimo, sed proximo sequenti, primo nimirum expanso attribuiamus, & reliqua ordine suo prosequamur: sic enim fiet vt non solum numerationis excludamus laborem; sed & ipsi anni expansi hac ratione descripti, vnico obrutu literam Dominicalem, quæ quæritur, ostendant. Hæ sunt igitur illæ quatuor tabellæ, quas si Caluissius veritatis potius, quam falsitatis patrociniũ suscipere voluisset, illis quatuor, quas hoc capite proponit, rectius substituisset.

Ratio sequen-
tium tabellarum
liberarum Do-
minicalium.

Pro

Tabulæ literarum Dominicalium pro Calendario Greg.

Pro cent. in cuius initio celebratur bissex.	Pro cent. in cuius initio omitt. pri- ma dies.	Pro cent. in cuius initio omitt. secū- da dies.	Pro cent. in cuius init. omitti. ter- tia dies.	Anni centuriarum expansi.			
0	1	2	3	co	28	56	84
B A	D C	F E	A G	1	29	57	85
G F	B A	D C	F E	2	30	58	86
E	G	B	D	3	31	59	87
D C	F E	A G	C B	4	32	60	88
B A	D C	F E	A	5	33	61	89
A G	C B	E D	G F	6	34	62	90
G	B	D	F	7	35	63	91
F E	A G	C B	E D	8	36	64	92
D C	F E	A G	C B	9	37	65	93
C B	E D	F	A	10	38	66	94
A G	C B	E D	G F	11	39	67	95
F E	A G	C B	E D	12	40	68	96
D C	F E	A G	C B	13	41	69	97
B A	D C	F E	A G	14	42	70	98
G F	B A	D C	F E	15	43	71	99
C B	E D	F	A	16	44	72	
A G	C B	E D	G F	17	45	73	
G F	B A	D C	F E	18	46	74	
E D	A G	C B	E D	19	47	75	
C B	E D	F	A	20	48	76	
B A	D C	F E	A G	21	49	77	
A G	C B	E D	G F	22	50	78	
G F	B A	D C	F E	23	51	79	
E D	A G	C B	E D	24	52	80	
C B	E D	F	A	25	53	81	
B A	D C	F E	A G	26	54	82	
G F	B A	D C	F E	27	55	83	

Vfus tabellarū
facillimus.

Planiores vero sunt quā vt explanatione indigeant. Vfus iste est. Anni Christi propositi figuras numerales binas, quæ centurias & ceteriarum decades numerant, nulla habita ratione figurarum reliquarum, tam præcedentium quam consequentium per quaternarium diuidantur, & residuum erit (quoti enim nulla habetur ratio) aut 0. aut 1. aut 2. aut 3. qui etiam sunt indices tabularum, & qualitatibus centesimorum, bissextine sint, an vero primi, secundi, vel tertii à bissextis. Nec alia bissextorum est pro ceteris regula, quam ea, quæ in annis expansis, qui binis etiam figuris numeralibus tantum, vnitates & decades denotantibus scribi cōsueuerunt. Cum hoc igitur residuo siue indice in capite, & anno centuriæ expanso in latere, tabulam ingredi, & angulus communis, qui vno

vno habetur intuitu, literam Dominicalē pro Calendario Gregoriano exhibet: hoc solum notandum in primo transversali ordine, qui centesimorum est, pro non bissextris vnicam solam literam, & quidem eam, quæ solitaria est, vt Reformatores admonent, esse accipiendam. Exemplum anno Christi 12245. quæ litera erit Dominicalis? 22. diuisa per 4. residuum faciunt indicem 2. sub quo ē regione numeri 45. reperitur litera E, & hæc eo anno Dominicalis erit in Calendario Gregoriano, & sic de cæteris. Imo neque opus vlla per quaternarium diuisione est: cum enim semper 4. numeri annorum expansorum eadem includantur cellula, si primo cuiusvis cellula pro indice eliciendo tribuas 0. secundo 1. tertio 2. quarto 3. ipsemet binæ figuræ quas iussimus pro annis centesimis assumere in istis cellulis repertæ, indicem quæsitum absque vlla diuisione subministrabunt. Vt in exemplo propositio numerus centenariorum est 22. & tertius in sua cellula (in qua isti numeri conspiciuntur 20. 21. 22. 23.) idcirco eius indicem dicito esse 2.

6. Ista ne Caluisti illa est monstruosa & intricata ratio inueniendæ literæ Dominicalis? Ista ne sunt illæ tria Gregoriana? Hoc cine est difficulter & implicatissime rem tradit? Pudeat te temeritatis tuæ, & pseudocalendariorum tuorum, & cycli tui, quem tantopere prædicas. Ego, inquis, vnica & breuissima regula id absoluam. Regula hæc est: Cyclo solari in veteri Calendario inuenito addatur ad cyclum solarem Gregorianum inueniendum toties sedecim, quoties in Calendario eiectione vnius diei cyclus solis turbatus est, siue quot dies ex Calendario exempti sunt, abicianturque, vt solet, viginti octo, quoties fieri potest, residuum ostendet cyclum Gregorianum. In hac igitur regula ex anno propositio inquirendi sunt dies exemptionis omnes, ad quos necessaria est vna & multiplicatio, & diuisio, hos dies multiplicare deinde oportet per 16. tum productum numerum diuidere per 28. denique huius diuisionis residuum ad cyclum solarem antiquum addere (qui cyclus etiam vna annorum Christi per 28. diuisione prius inquirendus est) & tunc demum cum summa hac conferre se ad tabulam, & inde literam Dominicalē colligere; quæ summa si 28. excedat, alia noua subtractione opus habet: quæ omnia, vt apparet, satis intricata sunt: & tamen huic regulæ subicere audeat. Hæc facilissima & expedita methodus est, quæ breuiter doceri & haberi potest, & tria Gregoriana multum preferenda. Nimirum vna additio, cui sæpe addat subtractio, duplex multiplicatio, & triplex diuisio, vnica diuisioncula numeri minoris quam 100. per quaternarium, quod quilibet mente præstare potest, præferenda est. Imo rem acutè minime tetigisse, & nequaquam pro fine tuo omnium breuissimam regulam proposuisse infra ex cap. 10. lib. 5. discas: vbi ad eundem indagandum numerum, qui in cyclo veteri ostendat literam Dominicalē Gregorianam breuiorem ac faciliorem regulam inuenies. Intolerabilius vero hoc, quod sequitur.

Hoc modo, inquit, cyclus solis in Ecclesia vsitatus & integre hæcenus in toto orbe terrarum conseruatus, cum suis literis Dominicalibus suum vsum retinet, & integre à nobis custoditur. Ter interruptit in vna tetracosieride, etiam si largo modo loquamur, cyclum antiquum, & pro binis quos cyclus exhibet, vnam tantum seligit literam, imo non solum literas, sed & numeros turbat, & omnia cum turbat, nihil se turbare proclamat, sed custodire integre cyclum antiquum, de quibus plura infra lib. 4. c. 3. Vides ne ipse Caluisti, quæ falso omnia, quæ supra ex te audiuiamus, asserueris? cæcus es si tot monstra & portenta in tuo Elencho non vides.

Regulam, Caluistianam litterarum Dominicalium, non autem Gregorianam esse monstruosam, intricatam, difficilem & implicatam.

Aliud Caluisti de Cyclo solis mendacium.

Inepta Caluissii
argumentan-
di ratio.

Quid Clavius
s. velis illis pa-
ginis, de quib.
Caluissius, tra-
stauerit.

De Cyclo So-
lis Gregoriano.

Facilius inue-
nitur Cyclo So-
lis nouus quā
antiquus.

7. Vrgebis, res hæc tanta facilitate nequaquam conficitur, cum *Clavius de inuenienda ea litera in explicatione Calendarii sex fere integras paginas in folio, ut vocat, complerit, item postea cap. quarto compuri de eadem materia tres paginas: unde colligitur, difficulter & implicatissime rem tradi.* Egregium Dialecticum! absque dubio ex intimis penetralibus doctriinæ comparatorum hoc deprompsit argumentū: quinque vel sex paginis res traditur: ergo difficulter & implicatissime: ergo baculus in angulo, quo huiusmodi Dialectici excipiantur. Clavius duabus paginis siue foliis ex illis quinque vel sex, rationem tradit combinationum & numeri literarum Dominicalium in cyclo solari antiquo 28. annorum contentarum: & constructionem tabularum pro literis illis quouis anno tam ante quam post correctionem inuestigandis, septem nimirum illarum tabellarum compositionem, de quibus supra mentionem fecimus, vsumque illarum exemplis breuissime ac facillime docet. Subnequit deinde fabricam aliarum tabularum, ex quibus absque cyclo solari veteri; alia ratione eadem litera habeatur, easque pagina tertia exhibet, subiiciens vsum breuissime in quarta, vbi & diuersitatem earundem literarum iuxta Imperatores Augustum & Cæsarem ostendit, & denique hac & quinta cyclum solare Gregorianum 400. annorum ad longum proponit, ex quo rursus alia ratione dicto citius ope cycli vere Gregoriani currentis litera Dominicalis eruitur, quem & reperire docet, & secundo illius modo, quartam sextæ paginae absunt partem. Atque istud est egregium illud Caluissii argumentum, quo, si Typographus tabulis plus chartæ impleuisset, & Clavius adhuc plures & faciliores vias demonstrasset, conclusisset non solum implicatissime, sed & difficillime, atque intricatissime rem tradi.

8. Scio quid hoc loco torqueat Caluissium, elegantissimum nempe ac expeditissimum illum 400. annorum cyclum solis, Gregoriano Calendario propriū æquis oculis aspicere non potest: quo solo omnes tria, si quæ essent, soluerentur: ex quo etiam respondere licet, ad id quod sequitur. *Queritur iam, inquit, cum in Calendario politico omnia, quo ad fieri potest, facillima methodo tradi debeant, vtrum facilius sit, cyclum solis in Calend. Gregoriano inuenire, an vero retento cyclo veteri nouā rationē indaganda litera Dominicalis inire.* Respondetur enim, Caluissii, primo, te frustra & valde in scite querere, an retento cyclo veteri, &c. cum necessario anni correctio ad tempora Concilii Niceni directā, illum cyclum, prout integre sumitur, & proprie cyclus solaris dicendus est, excludat; & non nisi quatenus interruptitur, tanquam aliquod compendium noui, à Reformatoribus ex parte admittatur. Secundo, etiam si cyclus antiquus ut dictum est necessario excludatur, tamen multo facilius nouus inuestigatur quam antiquus. Tertio eadem facilitate, positis tabulis, litera Dominicalis habetur vtraque ratione. Quarto facilius omnino eadem litera ex cyclo nouo Gregoriano habetur, quam per illum, quem tu inepte & falso cyclum vocas Gregorianum.

Primum (cyclum nimirum solis antiquum integre consideratum necessario interruptum esse) probatione opus non habet, cum interruptio bissextorum, nisi turbandus sit feriarum ordo, interruptat necessario cyclum solis antiquū, atque adeo eo ipso nouus resuletur; quod & tibi in tua incorrecta anni correctione accidit. Secundum facile ostenditur; facilius enim est diuisio cuiusvis numeri propositi per 400. (nihil enim aliud est quā diuisio per 4. relictis binis vltimis figuris) quā per 28. quæ sunt necessaria pro vtriusque cycli, noui & antiqui ratione: imo eadem

eadem opera & regula qua reperitur bissextus in centesimis, quam paulo ante tradidimus, datur etiam cyclus solis Gregorianus: reserua enim figura, qua indicem vocauimus, vt centenaria sumpta, cum duabus reliquis denariorum & vnitatum, cyclum praescribunt Gregorianum. Vt in exemplo anni 12245. supra allati, ex figuris numeralibus binis, quae centenarias earumque decades numerant, hoc est ex 22. inuenimus indicem 2. cui si postposueris duas vltimas, id est, 45. conficies 245. cyclum solis Gregorianum anni propositi: si nullum sit residuum, id est, index sit 0, quaternarius assumendus est. Quod si numerus 12245 per 28. diuidendus sit, ad cyclum inquirendum antiquum, rem tam facilem nulla ratione experieris. Tertium per se etiam patet, disponi etenim taliter cyclus Gregorianus in tabella potest, vt vnico etiam intuitu litera quaesita pateat. Quartum antea a nobis probatum est: diuisionem nimirum per quaternarium, quae ad inuentionem cycli solis Gregoriani sola opus est, expeditius fieri, quam tuas, quas praescribis duplicatae multiplicationes, & triplicatae diuisiones fiant.

Sed ad leporem est responsio Caluissij: *Ego, inquit, etiam si facilima esset haec nota inuenienda litera Dominicalis ratio: tamen cyclum vsitatum non turbandum esse statuerem, vt post dicam: sed tantum abest, vt litera Dominicalis in Calendario Gregoriano facile inueniatur, vt Clauius, &c.* (subiicit nugatorium illud & ridiculum de 5. vel 6. paginis argumentum) Putabam te Caluissi acutiorem, sed vt video, te natura hebetiorem finxit. An non hoc est turbare cyclum, cum eo in loco ponis vniam litteram, in quo vsitatus duas ponit? quae est turbatio omnium omnino litterarum sequentium, donec proprius circumducatur cyclus, ad quod apud te requiritur spatium annorum 896. Sed hoc fecisti tuo in Calendario, quod omni prorsus labe caret, plane non peccat, nec peccare potest, inepta illa tua 128. annorum periodo, qua vt bissextum interrumpis, ita & literas Dominicales in cyclo Solis antiquo interrumpis; imo etiam ipsos interrumpis numeros, ita vt vtramque cycli solaris partem, hoc est, totum cyclum turbes, vt suo loco demonstrabimus: neque aliud illo tuo, vt post dicam, vnquam probabis. Denique si ineptam tuam sequi vis periodum, ex illa difficilis tibi, intricatus, ignobilis cyclus Solis nascitur, quo saepius antiquus interrumpitur, tardius ad eundem redit ordinem, difficilior pro anno proposito inuestigatur, quam Gregorianus, qui 400. annorum numero conclusus, cum ipsa aequationis tetracosietride in orbem redit, perpetuoq; illi adheret nexu: tuus vero 896. annorum vt longior, ita etiam ineptior & obscurior est.

Sane elegans iste, ex eleganti natus aequatione, cyclus Solis Gregorianus, tua te arguit inficitiae, teque mendacii conuincit, qui dixeris, Reformatores maluisse nouum litterarum Dominicalium ordinem excogitare, quam verum suum cyclum, qui tamen facillime inuentu fuisset indagare. Si enim eum intellexisti, cur dicis eos verum suum cyclum non indagasse? Cur alium pro vero Lesbia tua regula indagandum tradis? Si non intellexisti, cur non docilem ac solertem te exhibuisti illis, quae Clauius clarissime de hoc cyclo in illis 5. vel 6. paginis docuit, quas tu calumniari ausus es? Nonne Num. 4. haec ibi legisti? *Neque vero praeuertendum videtur hoc loco, ex nostra anni solaris aequatione, quae tres continuos annos (centesimos) facit communes, sine die intercalari, quarto centesimo semper remanente bissextile, constari cyclum 400. annorum, ita vt eo spatio absoluto, cesset omnis interruptio litterarum Dominicalium, & eodem prorsus ordine recurrant, vt in sequenti tabula perspicuum est. Per hunc ergo cyclum ex*

Inscita Caluissi
cōtentio de nō
interrumpēdo
cyclo solis anti-
quo.
Caluissius natu-
ra hebetior.

Elegantē cyclū
solis Gregoria-
num Caluissius
aut ignorauit,
aut dissimula-
uit.

Eum Clauius
publice propo-
siuit.

Eiusdem men-
tionem facit
Scaliger.

sequenti tabula dicto citius litera Dominicalis post anni correctionem (Nam ante correctionem satius erat cyclus 28. annorum) eruitur hoc modo, &c. Adjertis ne Caluisti tandem quanto lapsu omnia quae tu contra Calendarium Gregorianum, eiusque Reformatores inuidiose collegisti, tuum in caput corruant? Quoties putas Scaligero si luteo tuo Elencho superuixisset, pro indocto atque ignauo vapulasset? Quoties id quo te ornauit encomium retraxisset: qui eius libri lectione non solum non profeceris, sed & mirum in modum defeceris, cum à doctrina Magistri, tum à fide & industria? Nonne ille ipse mentionem cycli solaris Gregoriani fecit in eo quem diximus libro, quo te supra captum tuum laudauit? Vide an non libro 3. hæc inuenies verba: *Aloisius Lilius, vir, quantum iudicare possumus, eruditus & acutus vidit in 400. annis, si tria bissexta perimantur de centum, heptagoni rationem in orbem redire.*

Inepta Caluisti
de cyclo solari
opinio.

Caluistius tamen literas Dominicales non ad anni magnitudinē, sed contra, hanc illis accommodandam censet: quemadmodum Magister ipsius non instrumentis & obseruationibus, sed ex cyclis quibusdam & vulgi traditionibus cœlorum venatur motus: ait enim discipulus in Calendario *ipse cyclus per se integre cū suis literis Dominicalibus conseruandus erat, nec noni, peregrini, & Ecclesie, atque vniuerso orbi terrarum ignoti cycli in singulis centuriis excogitandi.* Quomodo enim cyclus ille, cuius natura ex ordine bissextorum & feriarum, quaternarii nimirum in septenarium numerum literarum ductu orta est, & essentialiter, vt sic dicam, ex his constat, integre conseruari poterat, nisi annus quadrante supra 365. dies exacte constare statuatur, aut certe bissextorum aut feriarum ordo nulla ratione turbetur? Falsum deinde esse istorum in centuriis nouorum cyclorum figmentum supra ostendimus. Reliqua vero aptius infra, quādo te de cyclo solis antiquo restituto triumphante audiemus, diluentur.

Calumniā, quā
Caluistius in-
fert Calendario
Gregor. Aegy-
ptios inferre
potuisse Iulia-
no.

9. Ad hoc velim Caluisti respondeas. Nonne iisdem tuis calumniis, ii qui annos Aegyptiacos siue Nabonassari secuti sunt, Iulianam anni formam atque correctionem petere potuissent, non dico iam de vago adhuc retento æquinoctio, de impedito regressu, & similibus; quæ iustæ obiectiones (non vt tuæ sunt calumniæ) esse poterant: sed de characterum feriarum, quicumque apud illos earum fuerit ordo, perturbatio? Is enim, qui tūc cyclus solis octo annorum verbi gratia continebatur ambitu, lata bissextorum lege, in 3 2. annorum cyclum dilata- tus est, in uicta notarum duplicitas; antiquus ritus commutatus & perturbatus est. Sed quid ad hoc Caluistius? *Atque hoc est eximium illud Iulii Caesaris opus*, inquit, *quo æternam sibi laudem promeruit, cui reliqua quæcumque prædare vnquam egit nequaquam sunt conferenda.* Quando vero summus Pontifex Christi in terris vicarius nō tantum eodem quo Cæsar motus motiuo, falsæ nimirum anni magnitudinis correctione: sed ne (liceat mihi ad vestram confundendam improbitatem, vt verbis Origani) *hoc tempore à præscripto Dei & quibusdam canonibus primitiua Ecclesia in nonnullis annis multum discedamus: tunc Caluistius Turcas & gentes appellat, mox enim supra citatis hoc loco annectit: Sed Pontifex in suo Calendario se ab omnibus gentibus & à communi quasi hominum societate segregare voluit.* Apage tuis cum gentibus Caluisti, apage: vel tu iis te conforma cum tuis, quibus nisi ad Ecclesie Catholice gentium redeatis, præter Iudaismum vel atheismum aliud superesse non videtur; præsertim postquā in ge sacrificium abiecastis, Sacramēta pleraque abnegastis, cumque beatorum cultu ceremonias Ecclesiasticas proculcastis. Sic tibi tuoque

Caluistius con-
queritur negle-
ctam à Pontifi-
ce societatem
gentium.

Scaliger

Scaligero de Calendario licebit Barbaricum agere triumphum. Sic Rabinorum Talmudistarum fruimini deliciis, annum Sabbaticum vel Semitah qui vobis promittitur capite Ros haschana perpetuum agetis; aut saltem per annos omnes Schaichum, vna cum muribus, pardis, draconibus, serpentibus, simiis, canibus & porcis perpetua festa agetis: & si hi vos deficiant substitute annos Muhamedanos, Musselmanicos, Neuruz Salchodai, vel Albu Arfalan Elselegeuki Elhawaraz Muschahi Sultan Corasan: Summa plaustra nominum annorum, mensium, dierum barbaricorum triumpho circumducite Phrurdin & Adar Pahaschth; Sahami & Theri: Oromazda, Ha'chnu'ch & Musteraka. Sic enim doctj videmini, si doceatis ea, quæ docti nesciunt.

10. Sed quam insignem O miles gloriose de sole atque æquinoctio reportas victoriam! Redi obsecro ad illud tuum: Ego *congregiar cum ipso magna spe victoria*: Ego Sethus Calusius sum is qui hoc quod multi tentarunt quidem, solus tamen feliciter affecutus sum. *Non enim est cuiusuis.* En vt æquinoctiorum in Calendario Gregoriano restitutionem prostrasti! Quid iam reliquum est nisi vt spe eiusdem euentus lunæ aggrediaris rationes. Tu nimirum Pontificis Maximi, Imperatorum, Regum, ac principum auctoritatem minuere, Calendarium Gregorianum euertere, Clauium confutare adorsus es, vt vetus siue Iulianum Calendarium quod erroneum esse, nullumque omnino Pascha, nisi casu, rite præscribere ostendisti, retinendum tamen & in festorum celebratione disse utiendum, quin etiam à *præsripto diuino* iuxta Origanum discedendum potius, quam emendatum à Pontifice Calendarium, approbatum atque receptum ab Imperatoribus, Regibus, ac Principibus, suscipiendum censueris: nimirum finem mundi præforibus esse, & longè ante 1400. annos affore Stifeliano, aut certe Astrologico spiritu in Planetarum trigonis conspexisti. Eia Caluifi collige primæ victoriæ tuæ spolia, Elenchi inquam tui absurditates; & in primis canonum falsificationem, ex qua tanquam ex equo profiliunt Troiano innumera circa paschatibus celebrationem abscondita. Quam belle deinde mentitus sis, tu ipse memoria repete, pulcherrime etenim ex quadriduana lunæ anticipatione quartamdecimam lunam institutoribus eius fuisse plenilunium colligitur: Pontificios non cogitasse de iis, quæ publice ediderant: Calendarium Gregorianum regredi non posse in tempora præterita: idem aptum non esse ad Astronomicas tabulas: decem dies iuxta methodo exemptos non esse: æquinoctium neque ad vicesimum primum Martii, vti debuerat, reductum, neque ibi apte retineri: Verum Cyclum solare Gregorianum traditum non esse: Litteras Dominicales difficulter & intricatè erui, &c. Neque desunt tibi ad concinnandum triumphum conuicia, non calumnia, non huiusce generis ornamenta alia. Sed stat ac perstat immota inuincibilis veritas.

Victoria Caluifi de Calen. Gregoriano ratione æquinoctii motusq; solaris.

REFUTATIONIS ELENCHI CALVISIANI

LIBER TERTIVS,

In quo

RELICVA PARS PRIMI LIBRI ELENCHI
diluitur, qua Calendarii Gregoriani Paschata, cum iis quæ
ad motum Lunæ pertinent, à Caluisio
impugnantur.

CAPVT PRIMVM.

*Eorum quæ ex cap. 13, 14, & 15 de Epactis contra Calendarium Gre-
gorianum colliguntur, refutatio.*



AD alteram prioris Libri Caluisiani Elenchi peruenimus partem, qua in Calendario Gregoriano & lunæ conatur expugnare domicilia, & nescio quæ alia ex lunaribus indicibus errata ostendere: vt qui contra Solem nihil potuerit, ex lunari saltem instabilitate gloriolæ aliquid adipsam scatur: at elusit hominem luna, quam enim paulo ante Solis incensam radiis pleno sui orbis corculum conspexerat, subito nocte stellanti reperit peremptam. A præludiis inci-

De cap 13. & 14.
Elenchi.

pit Ludimagister, & cap. 13. *De Epactarum antiquitate disputat.* qua in re cum contra Calendarium Gregorianum nihil afferat, suam ipsi pulchram (vt suum cuique pulchrum est) intactam relinquimus disputationem, atque ad sequens caput, in quo *Quomodo epacta Cyclum lunæ aquant, secum computat, ac nonnulla de Saltu lunæ prædicat, accedimus.*

Caluisius rectè
de errore Cycli
lunaris pronun-
ciat.

2. Quod ergo Cyclum lunæ in Calendario veteri errorem à Concilio Nice-
no ad nos usque dierum quatuor fecisse, eumque errorem in Calendario Grego-
riano sublatum esse asseris Caluisi rectè facis: imo neque quando addis, *Medicina e-
nim huic Cyclo fieri potest si post annos trecentos & 12 circiter, excluso vno die in ordinem re-
digatur*, multum abs re abludis: vereor tamen vt vim horum verborum satis intellexeris, qua de re cum infra monendus sis, sufficiat hoc loco id ne memoria excidat, obiter indicasse.

Caluisij de vsu
Cycli lunaris in
calend. Grego-
riano abrogato
error.
Nescire Calui-
sium quid sit
Cyclus lunæ.

Sed quid ad tuum errorem dicemus, quem subiungis? De eodem enim
Cyclo lunari vnde uiginti annorum sic habes: *Sed quoniam eius vsus in Calendario
Gregoriano abrogatus est, & nomen eius tantum retentum, vt epacta rectius inueniantur,
que loco Cycli illius in usum assumptæ sunt, &c.* quibus verbis manifeste prodixi, te non
solum nescire quid Cyclus solis sit, sed neque quod sane in tanto Calendario pro
quantus tu tibi videris, turpe est, quid sit Cyclus lunæ, ex quibus duobus tamen
bona pars Calendarii consistit. Nam si scires Cyclum lunæ aliud non esse quam

tot

tot annorum revolutionem quot necessarii sunt, vreasdem quas antea tenuerant Nouilunia, eodem repetant ordine in Calendario sedes, nunquam dixisses vsu Cycli lunaris in Calendario Gregoriano abrogatum esse, nisi aperte, quod quidem nouum tibi non est, mentiri voluisses. Verum enim vero cum Cycli ille annoru constitutus à maioribus vnde viginti repertus sit, successu temporis à lunaribus calculis, longius quam par erat abiuisse, id quod etiam Solari contigit, sicut hic, ita & ille corrigendus fuit. Etsi vero quod ad Cyclum spectat Solarem, cum is absolutus atq; independens à lunari sit, conditores Calendarii Gregoriani proprium pro suo Calendario 400 annorum proposuerint; tamen si quis antiquo Cyclo Solari vti mallet, qualiter eo integrè in sua continuatione quoad annorum numerum, permanente, vt cap. vltimo Lib. præcedente explicauimus fieri posset, abunde docuerunt. At in Cyclo lunari vt idem præstarent fieri nequaquam poterat: non solum quia is à Solari etiam dependeat & ad quamuis eius mutationem & ipse mutationem subire debeat, sed etiam quia paucarum centuriarum numero nequaquam comprehenditur, & quia eius vsus omnino foret inutilis. Ergo pro Calendario Gregoriano proprium Cyclum lunarem nullum constituerunt, idq; prudentissime, quæ enim ad tot futura secula, milliaq; annorum motuum cœlestium futura sit ratio, prius ignoratur: & si hoc tempore in cognitione anni solaris vel vnico aberramus minuto horario, error ille quantumuis parvus videri possit, spacio tamen annorum non plus triam millium, errorem gignet qui duos excedat dies solidos; quæ omnia vt de lunari motu omnino taceam, in Cyclum etiam redundarent lunarem, eiusque mutationem exposcularent. Nonne tu ipse, Caluise, vano illo tuo labore, de quo adeo vane gloriaris, expertus es, etiam si summa adhibeatur diligentia, etiam si tam annus solaris, quam motus lunaris nunc cognitus nullam statuatur subire posse mutationem, epactas tamen nequaquam redire in orbem citius (quod nihil aliud est quam dare cyclum lunarem proprium, quod agnoueris nec ne, merito vt diximus dubitatur) quam post quadraginta octo annorum millia? Cum igitur quomodocunque instituatur lunaris cyclus in Calendario Gregoriano proprius, aut in quouis alio vere Ecclesiastico, atque per cyclos, dies solidos Cyclorum methode instituta (vt saltem tolerabilem præcisionem Astronomicam præferat) non nisi multa millia annorum complecti debeat; Reformatores in ridiculum illum atque omnino superfluum laborem, tan inuestigandi quam disponendi cyclum lunarem, de cuius certitudine nemo hominum (etiam si myriades Caluisorum atque Origanorum vires omnes ac calculos in vnum colligerent) certus esse potest, curas suas nequaquam voluerunt impendere, prudentique potius vsi consilio, incerta incertis posteris reliquerunt.

Ne autem Calendarium Gregorianum omni careret lunari cyclo, partialem, cycli solaris prementes vestigia, eumque antiquum, conditores proposuerunt. Quemadmodum enim in solari cum iisdem eiusdem cycli numeris subinde alias atque alias coniunxerunt litteras, ita in lunari cyclo veteri, iisdem numeris, quos integre absque vlla interruptione retinuerunt, alios interdum atque alios attribuerunt terminos paschales, nouiluniorumque indices. Quare illud consecuti sunt, vt vterque cycli quo ad numeros integre conseruatus, in quibusdam perbelle inter se connexi quasi proprietatibus quibusdam, alter alterum subinde vin-

Cur proprius
Cycli Solaris
pro Calend.
Gregoriano in-
stitutus sit, non
autem lunaris.

Calendarium
Gregorianum
antiquo vtitur
Cyclo solari, rã-
quam partiali.

Cyclorum lunæ
ac solis cõpara-
tio.

de vinceret: Sic solaris cum absolutus sit reiectis antiqui, si velit compedibus, ab eo libere omnino expedire se se potest, atque in quatuor centuriis propriam absolueret periodum; id quod lunari negatum est: Lunaris contra quamvis ad solarem ligatus, in partiali tamen veteri solari præstantior est; tum quia annos suos in ætatiorem colligit circulum, & spatio vnde viginti annorum redit ad initium, tum quia diutius absque interruptione cū iisdem terminis ac indicibus continuatur, & aliquando quidem ad trecentos vsque annos.

**Ipse se Caluissio
médacii arguit,
dum in calend.
Gregoriano v-
sum Cycli lunæ
docet, quem ab-
rogatum esse
dicit.**

Falsum igitur est Caluissii vsum cycli enneadecaeterici in Calendario Gregoriano abrogatum, & nomen eius tantum retentum esse. Nonne ipse vsum cycli ostendis, cum per singulos eius annos e. actarum ortum ex vndenarii perpetuo accremento, & tricenarii decremento declaras, & addis, *idque tam diu iteratur, quo ad peruentum fuerit ad decimum nonum annum, quo finiente epacta in orbem redeunt, & annus cycli primi epactam suam, quam antea habuit iterum assumit?* Nonne idem vsus illius est in Calendario Gregoriano, præterquam in quibusdam mutationum, iisque tantum centenariis, annis. Nonne Cap. 8. De ratione Calendarii Gregoriani ipsam tabulam exponis epactarum expansam, atque in eius Capite cyclos lunares proponis? Nonne de eiusdem tabulæ vsu hæc tua verba sunt: *eius vsus est, si cycli luna ex tertia & secunda tabula inuentus est, & habetur etiam litera epactarum, ut scire possimus epactam anno dato convenientem?* Et quis est iste cycli lunæ; nonne est is de quo tu falso asseris vsum eius abrogatum esse? Hæc mihi Caluissii non videtur quæstio de nomine.

**Caluissius errat
calculo.**

3. Deinde amice monitum te volumus, calculos tuos male locatos recolligas: nam quamvis error magnus non sit, & nos etiam maiorem vltro tibi condonaremus, nisi ad erroris te conuincendum alios prouocasses. Scimus facillime errorculum obrepere posse; quo magis miramur instantiam qua & tuos erroneos calculos, & aliquot annorum exercitium tantopere commendare ausus es. Recognosce quæso opus quod incipit §, *Annus Iulianus*, &c. & experieris illud sibi non vnde quaque constare: Verum in leuiculis istis non immoramur.

**Scaliger inique
reprehendit
Clauium, Calui-
si testimonium**

Hoc tamen tacite præterire non licet, quamvis item supra inculcauerimus, quo præcessioni lunæ diei vnus annos tribuis 312. cum dimidio ut ipse contra præceptorem tuum sententiam ferres, qui hoc ipsum in Clauio vocatit infan-
tiam, absurditatem, ignorantiam, portentum, imperitiam, uporem, factum in-
eptum, puerile, idioticum, imperitissimum &c. Hæcne Caluissii in tuo Scalige-
ro legis, & tamen eum in re Calendarii præceptorem tuum constituis, qui ne-
scio quæ arcana ex libris magni illius Iosephi Scaligeri didiceris? Hora autem vna inquis
*minut 27' 33" quando non compensantur, ut factum est in terminis paschalibus in vfitato
computo, in annis 312. conficiunt integrum diem quo noui vnica epactas antecurrunt, quæ ad-
modum hoc experientia in terminis Paschalibus testata est.* Rectius fecisses ut quemad-
modum in hoc, ita & in reliquis Clauio assentum præbuisses, nec pari cum præ-
ceptore tuo petulantia iu virum, à quo & tu & Scaliger vterque melior & doctior
fieri poterat, criminationibus inuectus fuisses. Cæterum cum hoc Capite Calen-
dario Gregoriano in reliquis inimicus non sis, ad alia pergimus. Interim tamen
debitas tibi habemus gratias, qui magna nos curaliberaueris, ac lunam sal-
tantem vel salientem in cælo cohibueris, saltumque lunæ in epactas trans-
tuleris.

4. Hoc

Caluissius
s. carum-
um ac di-
em cleus
cat.

Pro lib.3.cap.1.Num.5.pag.145.

vt suo loco videbimus. tabella igitur hæc est.*

Epactæ, Cycl. Lunę	VIII	XIX	0	XI	XXII	III	XIII	XXV	VI
	1	2	3	4	5	6	7	8	9
XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	III	XV	XXVI
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Post hanc antiquorum, &c.

repastra-
tio pro
so Julia-
nea.

actæ an
in usu
ex sentē
titi.

vt ex hac tabula patet.†

Epactæ, Cycl. Lunę	XI	XXII	III	XIII	XXIV	VI	XVII	XXVIII	IX
	1	2	3	4	5	6	7	8	9
XX	I	XII	XXIII	III	XIV	XXV	VII	XXVIII	XXIX
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Vfus facilior est quam, &c.

pro no-
ulo ex
to Cal-

peruer,
cium.

Ipsē se
mēdā
dum i
Greg
sum C
doct
rogat
dicir.

Calc
calo

Sc
rep
Cla
li

4. Hoc nunc attendamus vt sensim sine sensu in eum quem sibi praeiixit Caluissius collimet scopum? Nam non solum Epactas inuentu & vsu difficiles esse, hoc quod ordine sequitur capite decimoquinto demonstrare se iactat; quin etiam sequenti eas perfidas esse probare nititur. Cur hoc? Nimirum vt abrogatis epactis, sua quod in Ecclesia, saltem à Concilio Niceno, inauditum ac nunquam vsitatum est, scrupulosa per horas ac horaria minuta numerata plenilunia substituat. Primo igitur qua ratione epactæ, quæ communes aut vulgares vocari consuevere, inuestigentur, edocet: id nimirum quod à pluribus iam factum est. Notanda autem albo lapillo est quam ex sua tradit sententia, epactarum post certam annorum periodum permutatio, qua non eadem, quæ antea epactæ eisdem cyclis lunæ respondeant. Laus sua tribuenda est auctori; nec hæc res cum aliis permiscenda. Doctrina ista sic se habet. *Inuento cyclo lunari (cur non dicis Caluissi habito nomine Cycli lunaris.) recurrentum est ad tabulam epactarum, quæ eo seculo numeris cycli lunaris præscriptæ sunt. Nam non omnibus seculis eadem epactæ iisdem cyclis attribuantur. Sed cum in annis trecentis & duodecim fere Luna in nostro anno Iuliano vno die sedem suam anteuertat, epactæ etiam quæ eandem sedem indicare debent, vnitate augendæ sunt, vt simul cum ascendente luna mutantur, & precedenti diei aptentur.*

Cur Caluissius epactas, earumque usum ac dignitatem eleuare studeat.

Atque hæc est epactarum æquandarum in Calendario Iuliano doctrina Caluissiana, cui obijci omnia omnino possunt, quæ ipse obijcit Liliæ: nisi quod Lilius aliis motus rationibus suam in Calendario Gregoriano eo modo prudenter instituerit, atque adeo rectius ipse quam Caluissius in hoc defendi possit: nimirum vterque eodem fundamento, vni nimirum mutationis lunæ diei, vnam deberi epactam. Atque hoc est cur hac de re, deque cycli lunaris medicina supra in examine Capitis 14. Caluissium monitum voluerimus. Sed de his fuisius infra tractabimus.

Caluissi epactarum æquatio pro calendario Iuliano erronea.

5. Epactarum autem per vetus Calendarium dispositum, saltem in Aprili & Martio, eundem prorsus quem exhibet Calendarium Gregorianum hic Caluissius videtur supponere, & ex eius sententia talem fuisse, nos infra cap. 13. probabimus. Tabulas deinde conficit Epactarum particulares vnde viginti constantes epactis, quæ totidem tribuantur aureis numeris siue Cyclis lunæ, singula, singulis, quarum duas hoc proponit capite, pro seculis nimirum præteritis alterâ, alteram pro nostro labente. De priore sic aduertit: *Sciendum quod superioribus seculis, cum luna anticipatio nimis cognita esset, epactæ eadem ultra mille annos permanserint plane, vt à Dionysio Exiguo præscriptæ fuerant, etiam si nouilunium plurimum ab eis discessisset. Recte autem dicis Caluili ultra mille annos, cū te teste eadem etiâ epactæ tempore confessus Niceni durauerint, vt suo loco videbimus. Tabella igitur hæc est.*

Quæ epactæ antiquitus in vsu fuerint ex sententia Caluissii.

Post hanc antiquorum seculorum tabulâ, pro nostro ponit aliam de qua sic habet. *Nostro autem seculo cum præteritis illa lunaris innotuerit, & deprehenderimus lunam sedem suam præscam anteuertisse, mutauimus etiam epactas, easque ternario auximus, ita vt primo Cyclo iam non respondeant VIII. sed XI. vt ex hac tabula patet.*

Epactæ pro nostro seculo ex præscripto Caluissii.

Vsus faciliior est quam vt verbis indigeat, dato enim anni propositi cyclo lunæ siue aureo numero, mox sibi supra scriptam in tabella vendicat epactam congruam. Quare mirari satis non possum Caluissi inconstans ingenium: lau-

Caluissi peruersum iudicium.

T dat

dat ipse quæ vult, vituperat quæ vult, cothurno, quod dicitur, versatilior, atque; i-
pſis epactis, quas mutabilitatis reas facit, mutabilior, mutatur ſapiffime, ſed
nunquã in melius. Supra vt vidimus capite vltimo libro ſecundo, intricatiſſima
ſua regula qua per falſum cyclum ſolis Gregorianum, ſenis vel ſeptenis operati-
onibus arithmeticis, litteram Dominicalem ex tabula eruit, illi *vnica & breuiſſima*
dicitur *regula*; *facilima illi & expedita methodus eſt*. De epactis vero, quæ dato cyclo
lunæ (qui vnica per 19. elicitur ex anno propoſito diuiſione) ex tabella vnico
habetur intuitu, & in Calendario quod epactas inſcriptas habeat, nouiſſimi diẽ
eadem facilitate indicat, conqueritur, eas nimirum *inuentu & vſu difficiles eſſe quo-
rum vtrumque & intricatum quodammodo & laborioſum ſit*. Quid tã peruerſum præ-
poſterumue excogitari poteſt? Si ſolum de epactis Gregorianis hocce tuliffet
iudicium, fortaiſſis tam abſurdum id videri non poſſet ei, qui plura quã nos Cal-
uiſiana conſpexit abſurda: Sed cum de epactis in communi loquitur, nõ poteſt
non notari maleuolus ipſius animus, quo omnes omnino epactas perditas vult,
vnas vt perdat Gregorianas; Haman Mardochæum: ſed tibi Caluiſi id ſtruis
patibulum; gloriam vero quam tibi magno labore parare putas, magno tuo de-
decore alteri paras.

Caluiſius epa-
ctarum Grego-
rianarũ hoſtis.

Admonetur
Caluiſius erro-
ris de luna quar-
tadecima, cuiusq;
anticipatione.

6. Lubet autem hoc loco antequam ad epactas perueniamus Gregorianas
ex te ſciſcitari de tuis, cur antiquas vnitatibus auxeris tantummodo tribus, non
autem quatuor, vt tuas pro hoc ſeculo formas epactas: Cum enim epacta illa
antiqua concilii Niceni tempore inceperint, quod tu ipſe infra vt videbimus, a-
pertè aſſeris; & te ipſo etiam teſte quem ſupra Lib. 2. Cap. 3. in medium addu-
ximus, luna non tres dies tantum, ſed quatuor anticipat, hoc eſt à Concilio ad
nos vſque quater 312. anni effluxerint: cur inquam iuxta tuam epactarum do-
ctrinam nõ totidem etiam vnitatibus creuerunt? Quid reſpondeſ? quid hæſi-
tas? quã miſerum eſt Caluiſi id fateri non audere, quod prolatum tueri nõ poſ-
ſis. Saltem aliquid, vt ſoles, conſinge, culpam in Torgeneſe vel Lipſienſe conice
horologium, quod Morio tuus Nicolaus ad quatrimum nondum promoueri
iſſerit. Conſtrictũ te miſerum denuo conſpicias, aut enim fateri debes terminos
Paſchales Niceni conuentus tempore non indicaffe Plenilunia, quod tantopere
propugnas: aut ab eo tempore ad nos vſque non quater, ſed ter tantũ 312. annos
præteriſſe. Quod nam eligis ex his, illud an hoc? Facilius Caluiſi, & laudabilius
etiam, id quod verum eſt. O infelix Calendariopæus! quã ſatiſ fuerit eſſe te tã-
tummodo bonum Chronologum, ſiquidẽ eras, aut certe, quod ſecurius fuiſſet,
bonum Muſicum, iuxta tritum: Quam quiſque norit artem in ea ſe ſe exerceat.
Reuertamur ad noſtra.

Quid de inuen-
tione epactæ
Gregorianæ af-
ferat Caluiſius.

7. De epactis Gregoriani Calendarii ſic habet Caluiſius. In Calendario Grego-
riano eadem eſt ratio. Inuenitur enim cyclus luna, & ad cyclum inuentum ſumitur epacta illi
ſuperſcripta. hoc tantum peculiare quid difficultatis habet, quod tabula epactarum, non tre-
centis annis ſemper permanent, ſed quod indifferenter, vel tantum centenis, vel ducentenis, vel
etiam trecentenis annis permutantur. Item quod epacta Gregoriana, non vt Iuliana. ſi mutã-
da ſunt, ſemper augentur, ſed quod diminuantur plerumque, quamuis etiam interdum, ſed ra-
ro augeantur. Id vero tanta confuſione accidit, vt ſine lege atque ordine ita diſtributa videan-
tur, & ſemper in Calendario Gregoriano epactarum tabulas ad manus habere neceſſe ſit. E-
nim vero in Calendario Iuliano ſatis erit tabulas habere ad pedes. Verum eſt di-
uerſam eſſe mutandi epactas rationem in Gregoriano, atque eſt in Calendario
Iuliano

Iuliano, nascitur enim diuersus ille ordo ex æquatione anni solaris, ad quam ut nobiliorem, lunarem ignobiliorem direxerunt Reformatores; qui tamen non confuse, ut calumniatur Caluissius, sed certis legibus ac regulis instituitur: & si quis tabulis uti velit rem experietur planissimam ac facilimam. Neq; Caluissius epactas Iulianas tabulis liberat, nisi pro nostro tantum seculo, regula illa communi arithmetica; sic enim habet: *Quod si tabula hæc ad manus non esset: Tamen hoc nostro seculo epactas in nostro anno Iuliano inuenire possem etiam hoc modo.* Cyclum lunarem inuentum multiplico per vndecim, & ex summa abiicio omnia tricenaria, residuum erit epacta. A qua si auferas decem (addes prius 30, ubi subtractio fieri nequit) remanebit pro eodem seculo epacta Gregoriana. En idem quod in Iuliano, præstitum etiam in Gregoriano Calendario est! multiplicabis ne adhuc verba? Sed de his infra dicendi erit locus.

Regula indagandi epactam pro nostro seculo in utroque calendario & Iuliano & Gregoriano.

8. Vltimo docet nos ex epactis Nouilunii Paschalis, & literis Dominicalibus ipsum pascharis diem determinare. Postquam autem explicasset qua id ratione fiat in Calendario Iuliano, mox ad Gregorianum se confert, & eodem id fieri modo ostendit: prius tamen pro sua erga hoc Calendarium animi voluntate, calumnias binas, de quibus hic monendus fuit, præmittendas censuit, quæ sic se habent: *In Calendario autem Gregoriano, quomodo verus cyclus qui suo Calendario conueniat inueniri possit, reformatores Calendarii non docent; sed tantum ut supra diximus, monstrant; quamquam per multas ambages & intricatissime litteram Dominicalem.* Vtrumq; enim, & illud de vero cyclo, & illud de intricata littera Dominicalis inuentione falsissimum esse, tum supra Capite vltimo Lib. 1. ostendimus, tum ipse Clauius capite 21. explicat. Calend. Num. 4. ubi & verum Cyclum, & facilimam monstrat litteræ inuestigatione, luce meridiana clarius comprobatur. Si tanta cum diligentia numerasti paginas, cur non etiam quod magis ad rem erat, illas legeras, lectionesq; ut intelligeres, antequam eas calumniarieris procuraueras? Non hac via, Caluissi, ad gloriam itur, & ne ad illam quidem quam appetis inanem auram popularem: crassiora enim hæc sunt, quam ut vulgus illis decipiatur, & te celeriter decidentibus coronet flosculis. Frustra Caluissi, frustra impendis pro magna gloria magnum laborem.

Duplex Caluissi falsitas.

Caluissium non rectum tenere ad gloriam iter

CAPVT SECVNDVM.

Caluissiana detegitur fraus & male sincerus animus in discutienda epactarum certitudine, maxime Clauianarum.

Pergit Caluissius in prælusionibus, & capite 16, *Epactarum fidem esse lubricam* ait, is cuius lubrica est fides; sensimq; cum melle instillat venenū, a laude enim epactarū, ad earum descendit reprehensionem. *Verū ut dicam, ait, quod res est, languidissime quod promittunt præstant, præsertim in ea anniratione, quæ ad anni tropici formam instituitur, qualis est hæc Gregoriana, aut quæuis alia, quæ æquinoctium statim dic retinere conatur.* Peruersa Caluissii de epactis sententia. ridiculū est, in ea anni ratione, quæ magis cum celesti conformatur, epactas magis a calo dissentire, quasi vero in anni Egyptiaci forma, quæ minus ad annum tropicum instituta est, & in qua æquinoctium magis fluctuat, epactæ rectius ac præcisius adhibeantur aut certe tropica aliqua forma, aut quæ ad tropicā magis accedit peculiare suas epactas, quæ id quod promittunt præstant, habere non possint?

T 2

possint? non enim de peculiari ratione epactarum loquitur, sed cum nullas particulares determinet, de omnibus. Toti mundo deinde cognitum est, in Calendario Ecclesiastico ac populari, & epactas, & reliqua omnia, quæ de ipsius vſu sunt, dierum debere esse solidorum, & à præcisione aliquando, quæ non nisi per dierum fragmenta haberi potest, esse discedendum: Gregoriani vero Calendarii conditores in ordinandis epactis vna cum præcisione, etiam ad commodum earum vſum, & facilem earundem immutationem, attendisse, ex lucubrationibus illorum clare constat. Cantor igitur noster, non nisi antiquam cantat cātilenam, eamque vt solet inconditè.

**Noûe de epactis
Caluisianæ re-
gula.**

2. Nouæ autem sunt, si vnā excipias, quas subiicit, propositiones cum luculentis suis Corollariis, ex intimis Caluisianæ doctrinæ penetralibus depromptæ: quas præterire nec possumus, nec debemus. Nam non solum auctoris ostendent ingenium; sed & vſui vtrique nostrum esse poterunt. Sic autem se habent. *Quarta decima enim luna cuiusuis epacta est nota Plenilunii: A nouilunio autem ad plenilunium secundum medium motum inter sunt dies quindecim, exceptis sex horis. Contra in epactarum ratione tantum sunt dies tredecim, vnde differentia exoritur bidui: Et hinc necessario fit, vt quartadecima epactarum vel vnius diei, vel bidui, vel etiam tridui spacio plenilunia anteuertant, vel etiam cum plenilunio concurrant, vel idem vnius diei spacio sequantur, quæ differentia etiam in nouiluniis accidere potest, vt exempla ostendunt: Nam si epacta nouilunium die vno antecedit, tum quartadecima luna necessario plenilunium antecedit tribus diebus. Si epacta cum nouilunio concurrat, quartadecima præcedit plenilunium tribus diebus. Si epacta posterior erit nouilunio vno die, vno die etiam quartadecima prior erit plenilunio: Si epacta sequatur nonam lunam biduo, tum quarta decima cum plenilunio eodem die coniungetur. Si epacta tridui spacio à nouilunio absit, tum quartadecima sequetur plenilunium die vno.* Hæc omnia à nobis breuiter sunt examinanda.

**Caluisius non-
dū didicit quar-
tamdecimam
lunam non esse
plenilunium.**

3. Quod igitur Caluisius dicit quartam decimam esse notam plenilunii, nondum videtur ipse didicisse 14. non esse 15, & propterea denuo in ludū vocandus. *Quintus decimus luna est plenilunium*, ait Magister tuus Scaliger, quod vel ex ipso Q. Curcio probat. Nam etiam si interdum quartadecima luna in plenilunium incidat; vel, vt rectius dicam, plenilunium in quartamdecimam à iugo; desumpta tamen appellatio à potiore est: cum enim iugum & plenilunium inter se distent *dies quindecim exceptis sex horis*, vt tu dicis, sæpius plenilunium in quintumdecimum ac decimum sextum cadit, quam in quartamdecimam. Quomodo vero quartadecima etiam aliquando plenilunium dici possit, infra dicemus. Gregoriani porro anni Conditores plures attulerunt rationes, quare epactas suas sequi potius Nouilunia, quam præcedere, aut cum ipsis cōire maluerunt. Sed demus tantisper Caluio quartamdecimam esse plenilunium, vt interea experiamur quam vera sint reliqua, quæ inde deducit.

**Maliciose Cal-
uisius magnam
inter motum
lunarem & epac-
tas discrepan-
tiam deducit.**

4. Ais primo in epactarum ratione à nouilunio ad plenilunium esse dies tantum 13. *Homo stolide recte incipit*, constabitque recta tibi putari ratio; 14 numerabis, non 13. tantum, si vtrumq; vt fieri solet in censum assumas terminum: hinc enim quartadecima luna vocatur, non autē tertiadecima. Cur non, quandoquidem à veritate deflectere voluisti, potius 15, quam 13, dixisti, illud enim tibi doctrinæq; tuæ consentaneū fuisset magis, qui quartamdecimā vis esse pleniluniū. Nisi vero iterū 14. numerare in digitorū articulis docēd⁹ es. cadet. Nōne tu ipse

Capite

capite 15. præcedente numerare in Calendario quartamdecimam lunam docuisti: quomodo? repete. *Vt igitur ex hac epacta XXI V. ais in 5. Aprilis decimam quartam lunam siue terminum Pascha'em habeam, numero ab hoc die inclusive quatuordecim dies, (non tredecim) siue breuius, addo diei quinto Aprilis tredecim, sed 1. & 13. faciunt simul 14. ergo. Videsne Caluifi, quam incautus sis, & vbique tecum ipse pugnes. Neque hoc solum facis in epactis; sed & in ipsa lunæ ratione. Citimum autem terminum nouilunii Paschalis, ais cap. 27. Patres Concilii Niceni constituerunt in die octauo mensis Martii hac de causa, quod plenilunium ex hoc nouilunio NECESSARIO incidere, vel in vicesimum primum Martii, vel paulo post, A die aurem octauo Martii vsq; ad vicesimum primum quot sunt Caluifi. nonne etiam 14. utroque incluso termino? Vnde ergo tanta est inter epactas, & lunæ rationem differentia? Redi quæso, rursus tecum ipse in gratiam, qui roties à te ipso dissentis.*

5. Iam vero exemplis demonstremus tuos tibi errores Caluifi, exempla enim hoc capite demonstrationes tibi sunt, tuas vt allatas regulas siue corollaria demonstrates, sic loqueris: *Huius rei demonstrande gratia proponam cuiusvis distantia exemplum. Tam cito ne oblitus es eorum, quæ supra cap. 13. lib. 1. de exemplis Clauio obieceras: Reuocabo id tibi in memoriam. Ad argumeta dixisti, quæ ab exemplis ducuntur, responderi solet, ea infirma esse, cum non exemplis, sed lege ac regulis de aliquare sit iudicandum. Hic vero contra ipsas leges ac regulas, non nisi exemplis confirmas. Sed video quid sit, quando exēpla pro te sunt, tunc demonstrationes sunt: quando contra te, argumenta infirma sunt, egregie. Saltem hoc capite æquo iure tecū exemplis, vt demonstrationibus utar. Fac nouilunium medium aliquo in anno conferri duabus horis post initium diei 1. Aprilis, quem inchoemus more tuo à media nocte præcedente: ergo plenilunium medium accidet 9. horis proxime post meridiem diei 14. Aprilis: esto epacta nouilunii index XXIX. quæ in eodē 1. Aprilis figitur: quartadecima igitur epacta incidet in eundem 14. Aprilis diem. Dico iam Caluifi, quomodo ista inter se coherent: *Anouilunio autem ad plenilunium secundum medium motum intersunt dies quindecim exceptis sex horis, quod verum est; & hoc: contra in epactarum ratione tantum sunt dies tredecim, vnde differentia exortur bidui. Nouilunia & plenilunia (supponimus enim hic in tui gratiam quartamdecimam esse plenilunium) vtriusque tam epactarum quam motus medii, in eosdem prorsus incidunt dies. Vbi ergo illi dies tantum 13: vbi differentia illa bidui? Et tamen ita per propositionem generalem hæc determinas: & ex his principiis siue propositionibus tuas illas deducis regulas siue corollaria. Et hinc NECESSARIO fit, inquis, si epacta cum nouilunio concurrat, quartadecima præcedit plenilunium duobus diebus. In nostro exēplo, vt diximus, in eosdem dies incidunt; quomodo ergo necessario quartadecima præcedit plenilunium biduo? si vero statuamus epactam indicem esse * vel o quæ vltima Martii locatur, & in exemplo nostro nouilunium vno die anteuerit, & quartamdecimam suam reponit in 13. Aprilis, atque adeo plenilunium vno tantum die præuenit. At Caluissius sic vniuersim edixit: *Si epacta nouilunium die vno antecedit, tum quartadecima luna NECESSARIO plenilunium anticipabit tribus diebus: vnum nimirum necessario sunt tria. Denique si eodem in exemplo nostro epacta nouilunii index statuatur XXVIII. quæ domicilium suum in secundo die Aprilis habet, hac ratione epacta vt vno die nouilunio posterior est, ita etiam plenilunium vno die sequitur eius quartadecima, eo quod in 15. Aprilis immigret. Caluissius vero vt alios canones, ita alias***

Regulæ Caluissianæ vniuersim sumptæ falsæ ostenduntur.

epactarum regulas sanxit. Sic enim ipse: *Si epacta posterior erit nouilunio vno die, vno die etiam quartadecima prior erit plenilunio.* Vt verum sit de te illud tuum: *Ita enim solent, qui prapostero iudicio feruntur.* Non tam epactæ suam, quam tuam tu, Caluifi, decoquis fidem. Quid tibi lector videtur de rationibus & demonstrationibus Caluifianis, qui iussus es plus ad rationes & demonstrationes quam ad verborum attendere ornatum? Hic sane absque exceptione vlla, illis melior est.

Calumniæ Cal
uifianæ de epa-
ctis Gregoria-
nis.

6. Absurda hæc sunt, negari non potest: quid? quæ sequuntur quanto absurdiora? parerga illa fuerunt contra epactas in vniuersum. At Calendariū Gregorianū, epactæ Gregorianæ, epactæ Clauianæ sunt, quas spicula Caluifiana petunt; in hæc vim odii omnem vt imbrem emittit. Vidit ipse se suis demonstrationibus parum profecisse, cum primo mox impetu cadant: igitur ad consueta confugit auxilia, nimirum ad apertas calumnias, quas non nisi ipsis met enumerabo Caluifianis verbis: *Si in Calendario Gregoriano, inquit, progrediamur ad exempla aliquanto à nobis remotiora, multo maiores in epactis errores deprehendemus. Reformatores enim Calendarii, vt sui Calendarii speciem aliquam & præstantiam insignem ostenderent, temere in multa secula deduxerunt, & crassissimos in eo errores commiserunt, quos Clavius manifeste fatetur & agnoscit, Calendariumque, quod pro perpetuo & nullius mutationis obnoxio publice à Pontifice proclamatum est falsum esse, atque post aliquot secula corrigendum dicit, exemptis ratione epactarum, non solum vno vel duobus, sed & multo pluribus diebus, vt hoc modo epacta in ordinem iterum redigantur: sed quæ feliciter id præstet, id vno atque altero exemplo videbimus, & quidem primo dabimus ea cum epactis Lilianis, quas Clavius male equatas, & proinde vitiosas & falsas esse affirmat. Postea eadem cum epactis Clauianis, vt manifestum fiat, vter epactas rectius equauerit.*

Anni	Epacta Lilli	Nouilunium. Dies. fer. hor. m.	Luna 14	Plenilunium. Dies. fer. hor. m.
98512	* 31 M.	4 Ap. 2 11 46	13 Ap.	19 Apr. 3 6 8
98532	11 20 M.	24 M. 2 13 7	2 Ap.	8 Ap. 3 7 29
98588	* 31 M.	4 Ap. 6 4 56	13 Ap.	18 Ap. 6 23 18

In hisce exemplis vides Lilianas epactas vtring, quidem aberrare, minus tamen à nouilunio quam à plenilunio, à quo vel sex vel septem, & pluribus diebus absunt. Videamus iam Clauii correctionem, quam belle eam in isdem annis toti mundo proposuerit.

Anni	Epactæ Clauii	Nouilun. Dies. fer. hor. m.	Luna 14	Plenilun. Dies. fer. hor. m.
98512	23 8 M.	4 Apr. 2 11 46	21 M.	19 Apr. 3 6 8
98532	4 27 M.	24 M. 2 13 7	9 Ap.	8 Ap. 3 7 29
98588	23 8 M.	4 Apr. 6 4 56	21 M.	18 Ap. 6 23 18

Caluiffi de ni-
mia Calendarii
Gregor. exten-
sione querela
expeditur.

Hinc intelligis quam bene Clavius Calendarium Gregorianum emendauerit. Lilianæ epactæ aberrant à plenilunio vel sex diebus. Clauiana vero interdum fere mēstruo spacio. Vtra epactarum æquatio tibi videatur ad motum lunarem propius accedere: Sed de hac correctione post pluribus agam, & nos hic eadem crassa dumtaxat Minerua examinabimus.

7. Ait Reformatores ad speciem & præstantiam insignem Calendarii ostendendam id temere in multa secula deduxisse, videamus factum. In compendio Calendarii ad Principes Christianos misso ad annum Christi 5000. vsque, ea quæ spectat

ſpectat ad Calendarium epactarum æquatio, producta eſt: In ipſius deinde promulgatione, libello videlicet, qui inſcribitur, *Calendarium Gregorianum perpetuum* anno 1582. cum canonibus edito, cui & Bulla Pontificis Gregorii decimertii præfixa eſt, eadem epactarum æquatio (de hac enim hic ſermo eſt) ad eundem annum uſque extenſa cernitur, qui annorum numerus Mæſtlinum adeo permonuit, vt propterea ridicule plane, de nouiſſimo die locutus ſit; de anno enim Chriſti 4710. ſic habet: *Si modo mundus tamdiu durabit, quod ſane veſtrum Calendarium quaſi certum præſupponit, ipſum enim nullum nouiſſimum diem aduentus Chriſti ad iudicandum viuos & mortuos credit.* Clavius demum æquationem produxit per integrum cyclum, & uſque ad annum Chriſti 301700. non quidem vt eam ſeruandam toti mundo propoſuerit, neque ſicut tu ſingis, vt ſpeciem & præſtantiam inſignem Calendarii oſtenderet, ſed quia, inquit ipſe c. 12. Explicationis, *per eã epactas etiam emendatas venabimur, vt docebimus, tum vt diſcrimen inter illam æquationem & hanc appareret, tum etiam vt conſtaret progreſſus ille vniſormis in epactis æquandus, ſi à binis epactis in eadem cellula poſitis non interrumpereſtur, tum vero maxime, quia in illa aſcripti ſunt dies quolibet centeſimo exempti, &c.* Nam quacunque ratione, aut quandocunq; in terrumpatur, tamen ex ea apparet, quomodo in reliquis progrediendum ſit; ſed de his ſuo loco, ubi etiam docebimus, utrũ & quomodo agnoſcat Clavius errores Calendarii, & qualiter epactas emendandas cenſeat. Hic ſufficit tuam notaſſe calumniam: Perpetuitas vero in quo conſiſtat, abunde à Clauio oſtenſum eſt; id tu nõ calumniari ſed refutare debebas, ſi poteras. Extraordinariam vero æquationem, plures ob cauſas Gregorianum Calendarium admittere, poſt plura ſecula, & Clavius ſæpius inculcat, & ipſamet Bulla Clementis octauæ admonet. Cum igitur æquatio Liliæ in remotis ſeculis illam extraordinariam ſupponat, in illis tu non ſolum malitioſe, ſed etiam ridicule, cum illa ſecula per te nunquã futura ſint, vt materiam criminandi corradas, Calendarium examinandum duxiſti: quod qua ratione à te fiat, videndum nunc eſt.

8. Quæ autem ex omnibus eligis ſecula? Toti durationi mundi ab ipſius videlicet principio uſq; ad finem, non tribuis annos 7000. multo enim ante annos 1400. eius finem fore prædicis: & tamen Calendarium Gregorianum cum omni præciſione extenſum ad annum uſque Chriſti 98500. in ſupra poſitis tabellis examinas, & accipis illum durare decies quater, in aliis vero infra, quadringenties & tricies tantum, quantum mundus & durauit iã & adhuc duraturus eſt. Quid ad hoc, putas, Mæſtlinus diceret? nonne inſanum te, imo non lubricæ tantum, ſed nullius omnino fidei hominem, & Atheum publice proclamabit? An non tu ipſe exclamas: *Proh Deum atque hominum fidem, in quas miniuſiſſimas res hinc homines curas ſuas diuidunt, & in quanta ſecula de legitimo Calendario recte conformando eas extendunt?* Et tamen, quod doles, nihilominus in illis remotiſſimis ſeculis Calendarium ſatis legitimum adhuc reperis, quamuis contrarium probare coneris. *Liliæ epactæ, inquis, aberrans à plenilunio vel ſex diebus. Clauianæ vero interdum fere menſtruo ſpacio.* Sæpius tibi Caluiſi repetendum erit illud tritum, mendacem debere eſſe memorẽ: ea quæ hic dicis, & illa quæ paulo ante in tuis corollariis adduxeras, ſibi minime conſentiunt. Oſtende quomodo Clauii quartadecima anno 98512. à ſuo plenilunio abeat fere menſtruo ſpacio? Reſpondebis hoc ex ſupra poſita tabella patere, in qua tanto ſpacio remotus eſt 19 dies Aprilis, in quo plenilunium committitur, à die 21. Martii, in qua quartadecima epactæ Clauianæ

Defenſ. cont.
Poſſeuinum.

Caluiſius de ex
roribus definit
Calend. Grego
riani moraliter
nunquam fuſu
ris.

Fraus Caluiſi
qua Clauio er
ror menſtrui
ſpaciĩ attribui
tur.

XXIII.

Caluissius eadē
arte Clauioer-
rorem etiā plu-
rium mensium
attribuere po-
tuisse.

Demonstratur
fraus Caluissia-
na.

XXIII.terminatur. Idemque etiam cerni anno 98588. in diebus 21. Martii, & 18. Aprilis. Cur Caluissius tam amice Clauio inimicus es: dum quasi cum lusore no-uitio rem geris; Errori Clauiano attribuis vix menstruum spacium; cur nō duorum, trium, aut plurium mensium? Sane inter eundem 21. Martii, & 13. Octobris, in quo etiam plenilunium anno 98512. ex tuo computo incidit, integrum non solum semestrem collegisses spacium, sed & vnum mensem amplius. & propterea tot mensibus vel amplius Clauium aberrasse, quot Lilius diebus. Dices fortassis hoc nimis crassum fore, & vel ipsis rusticis notum, quartamdecimam epactialem Martii, non deberi plenilunio Octobris; neque illam huius esse indicem. At idem nos etiam de menstruo dicimus spacio: rusticos nimirum iudicatu-ros, quartamdecimam epactæ 21. Martii terminatam, non esse notam addictā plenilunio in 19. Aprilis confecto; Astronomos vero siue Arithmeticos, qui similia non rusticis ponderant, vt tu, lancibus, aut Scaligerianis obseruant obseruationibus, ex numero lunationum tam cyclicarum, quam cœlestium, cuiam plenilunio illa debeatur quartadecima, ex calculo certo pronuntiaturus: id quod & nos experiri poterimus hac ratione.

A plenilunio medio 29. Martii, anno 1600. celebrato, vsque ad plenilunium eiusdem mensis Martii anni propositi 98512. quod incidit in diem 20. menses lunares siue lunationes mediæ iuxta tabulas Prutenicas, quibus & tu in tuo examine vteris, sunt 1198634. Si ergo totidem ab eodem die 29. Martii, in quem incidit quartadecima epactæ XV. anni 1600. ad 21. Martii, in quē diem cadit quartadecima epactæ XXIII. anni 98512. numeremus lunationes integras cyclicas, quot cœlestes iam inuenimus; quartadecima epactæ in 21. Martii fixæ, plenilunio (quandoquidem tibi quartadecima & plenilunium idem est) q̄ confectum est 20. Martii, non autem illi, quod die 19. Aprilis conficiendum ponitur, attribuenda est: sed præcise totidem inueniuntur: ergo, &c. Cuilibet enim cyclo vnde viginti annorum lunationes cyclicæ siue ciuiles tribuuntur 235, ergo annis 96912. (illis nimirum qui ab anno 1600. à quo numerare incipimus, vsque ad annum 98512. propositum numerantur) tribuenda sunt lunationes 1198648. cum $\frac{8}{9}$ siue diebus 12. quæ excedunt supra dictas cœlestes, lunationibus 14 cum diebus 12. quem excessum vbi ex diebus postpositis collegerimus, nostrum nobis constabit propositum. Dies epactales siue postpositi eo tempore iuxta normam Lillianam, quæ singulis 10000. annis postponit 43. sunt 416. vt colligitur ex tabulis postpositionum Clauianis cap. 12. Num. 9. Explicat. Calend. propositis, quibus si adiunxerimus diem anno 1700. postponendum (quem Clauius in suis tabulis præterit) & 7. illos, quos Clauius per suam æquationem superadditā addere hoc tempore iubet, summa erit dierum epactalium 424. qui sunt lunationes epactales 14. & $\frac{2}{3}$ siue dies 4. lunatio enim epactalis siue postposita 30. constat diebus epactalibus, ex lege epactarum; cum toties vna lunatio lunationibus cyclicis dematur, quoties triginta epactæ postponuntur: desunt ergo nobis adhuc dies 8. at hos subministrant ipsæmet lunationes cyclo- rum lunæ: numeramus enim lunationes annorum 96912. integrorum, videlicet à 29. Martii vsq; ad alium 29. Martii, cum tamen solum ab eodem 29. Martii 1600. vsque ad 21. Martii, anni 98512. in quo quartadecima epacta XXIII. figitur, numeratio extendenda fuisset. Ergo differētia, Caluissius, inter lunationes cyclicas Clauianas, & cœlestes: post tot secula, est solum vnus dies, quo 21. dies Martii, in quem cadit quartadecima Clauiana

Clauiana anno 98512. à 20. die eiusdem mensis, quem plenilunio tribuimus, differt; non autem vt tu Clauio falso imponis, fere menstrui spaci: sed illa differentia, sicut ex variis causis oriri potest, ita in re Calendarii Ecclesiastici, parui vel nullius momenti est, quemadmodum & error vnus diei, si is in nostrum calculum solidorum dierum fortassis irrepsisset, ratiocinationem nostram, nostrumque argumentum minime turbat.

Videsne exquisissime lector quam subdolum mercatorem agat Caluissius, dum errorem vnus diei (siquidem error dicendus) pro menstruo spacio venditat? Certe malitia hæc maior est, quam vt excusari possit. Nam etiam si, Caluissius, diceret quartadecimam epactalem Clauii huius anni 98512. esse Paschalem, non autem eius correspondens plenilunium, quod in vicesimum Martii incidit; quod verum est: & ex natura cycli aliquando necessario sequitur, & ideo epacta Paschalem distare à plenilunio medio Paschali quasi integro mense, atque inde confirmares recte dictum esse Clauianas epactas eo anno aberrare *fere menstruo spacio*. Hoc inquam, etiam si diceret, ad rem nihil diceret. Nam hoc loco quæstio non à te proposita erat quantum epactæ aberrant ratione Paschatis; sed ratione suorum, ad quæ indicanda expositæ sunt, nouiluniorum & pleniluniorum. Vt manifeste ex tuis, quas propterea integre & ad longum huc translata volumus, verbis clarissimis, constat: præcise enim loqueris de erroribus & digressionibus epactarum à suis nouiluniis & pleniluniis: atque propterea omnibus propositis, factæque Clauianarum cum Lilianis comparatione, lectorem sic compellas: *vt æpactarum æquatio tibi videtur ad motum lunarem*, (non ad plenilunia Paschalia) *propius accedere?* Longe autem diuersa est dispositio de erroribus ratione Paschatis; ab illa, quæ de epactarum in indicandis nouiluniis munere instituitur: illa enim refertur etiam ad æquinoctium, quod ibi inuoluitur; hæc solum, quod tu fecisti hoc loco, considerat motum lunarem, sine omni omnino æquinoctii immixtione. Infra cap. 31. vbi pari modo epactas Lilianas & Clauianas inter se comparas, anni 297562. epactam Liliæ quartadecimæ indice n in 28. Martii fixam suo sciebas attribui plenilunio, quod nonodecimo die post sequitur in 16. Aprilis, atque adeo remotius esset ab illo quam ab alio, quod proxime in 17. vel 18. Martii diebus scilicet 11. vel 10. tantum præcedit, eo quod quartadecima illa tam ratione epactarum, quam Paschatis, ad plenilunium Aprilis, non autem Martii spectare sciebas: hic vero harum rerum ignorantem te fingis, vt lectorem decipere possis. Imo vt clarius tibi ostendam fraudem tuam, eodem 31. capite quartadecimam Clauii in 22. Martii fixam, attribuis tuo plenilunio in 20. Martii etiam extra terminos Paschales confecto, aisque epactam sequi *nouilunium quinq. diebus*: non autem vt hoc loco ad decipiendum facis, ab alio nouilunio tibi non debito, aberrare 24. aut 25. diebus.

Hæc quamuis liquidißima, si quis hebetior in litem vocare veller, non alium quam niptum eligerem Caluissium iudicem: is enim eam optime ex doctis tuis diiudicabit corollariis, quæ causa fuit cur supra eum monuerim, mendacem debere esse memorem: post allata enim corollaria (absq; dubio ad hanc dirimendâ quam mouimus litem) etiam hoc adiungit: *Si epacta tridui spatio à nouilunio absit, quartadecima sequetur plenilunium.* DIE VNO (non aberrabit *fere menstruo spatio*.) Atepaeta Clauiana XXIII. in die 8. Martii posita, anno 98512. abest à nouilunio tuo quod accidit 5. Martii hor. 23 (ex Caluissiano computo) diebus tribus

Subterfugium
Caluissio nullum
esse.

Caluissii vsum
esse contra Clauium dolo malo ex ipsis Caluissianis assertionibus ostenditur.

V

(propter

(propter horam enim 1. quæ deest ad diem 6. Martii triduum non biduum sumimus) ergo quartadecima à plenilunio aberrat vno die: non autem fere menstruo spatio. Si non studio, fate saltem accidit ut hoc ad verbum scriberes corollarium: imo cum eo in capite adhuc versetur, in quo exempla demonstrationes sunt, exemplo demonstrares: opus non est nostro calculo, cum tuus accedat, vna cum litis huius clarissima decisione; ex quo denuo admoneri potes, mendacem debere esse memorem: nam infra cap. 3. ubi ad calumniandum Clauii examinas centuriam 9200. de anno eius 12. sic habes: *Sic anno 12. epacta Clauii 23. nouilunium factum ostendit die 8. Martii, sed id factum est die 5. Martii, & epacta iterum toto triduo à nouilunio aberrat.* En Caluifi, eandem prorsus rem, eandem rationem, eandem epactam, eosdem dies! Ergo in priori exemplo epacta cum triduo aberrat à nouilunio per tuum paulo ante allatum corollarium, quartadecima à plenilunio abit die vno; non autem fere menstruo spatio. Ita etiam cap. 21. (ut exemplum etiam demus de plenilunio) annos adfers 1780. & 2721. in quibus eadem epacta XXIII. lunam ostendit quartadecimam in 21. Martii, cum tamen per te plenilunium sequatur die integro: tu vero eidem epactæ tanquam propria illorum annorum plenilunia assignas non ea, quæ in Aprili sequuntur, sed ea, quæ proxime in die 20. Martii præcedunt. Quare Caluifi, quantumvis elabi coneris, tamen velis nolis noster es.

Caluiffi fraude nimis palpabile esse, aliis demonstratur rationibus.

Eodem prorsus modo falsitatis ac malitiæ convinceris in exemplo anni 98583. tute ipsum ubique prodis miser. Nihil magis ut alter Caligula in tua videris probare natura, quam inuerecundiam; saltem malitiam ac impudentiam aliquo te gereres artificioso stratagemate: saltem tibi in mentem venisset, nec rusticum fore in toto mundo qui adduci posset, ut crederet epactas illas, quæ in decursu annorum 96712. aberrassent fere menstruo spatio, manente eadem æquationis methodo, non longiore quam 20. annorum interuallo ita ad officium rediisse, ut solum vno die à vero distarent: & deinde mox post alios 56. annos rursus ad eundem fere se contulisse menstruum errorem. Sed hoc tu tua illa supra allata tabella omnibus persuadere voluisti; anno enim 98512. posueras quartadecimam in 21. Martii, & plenilunium in die 19. Aprilis, qui esset error (si id probare posses) fere menstrui spatii: deinde post annos 40. hoc est, anno 98552. quartadecimam tribus diem 9. Aprilis, & plenilunio octauam eiusdem; quæ differunt solo die, sed rursus elapsis 56. annis, anno nimirum 98583. aliud fere menstruum fingis quartadecimæ & plenilunii interuallum: saltem alia posuisses exempla. Nunc vero argutissime Musice nimis inscite pulsas epactarum Clauianarum chordas Epactæ si aberrant, sensim ac sine sensu aberrant. & si tibi credimus, in 312. annis non nisi die vno, si quidem non æquantur; æquatæ vero non nisi post plura annorum millia: tu vero æquatas aberrare ponis spatio annorum 56. aut fere, aut plusquam solido mense; ab excessu enim proponis eas rediisse ad defectum: & sic adhibito computo annis duobus, vno tibi aberrant die. Sed quicquid sit, tuum te consolatur symbolum, *Magno labori magna gloria debetur.* Ego vero te tuis verbis laceffo: *Liliana epacta aberrant à plenilunio vel sex diebus, Clauiana vero interdum vix vno die; vtra epactarum æquatio tibi videtur ad motum lunarem propius accedere?* Quid respondes Caluifi? Nihil ne tibi subministrant toni musici, aut comparatorum doctrina? nihil Astronomia Scaligeriana? trepidatio linearum meridianarum? nihil tuus tibi suggerit morio Nicolaus? Hic hic Caluifi, comparatorum doctrina opus erat. Cum enim videres lunam Lilianas epactas sex dierum interuallo in Calendario

dario supra se reliquisse, Clauium autē iussisse, per septem dies cum epactis descensum fieri (quod necessario vt Clauianam exhiberes epactam legere debuisti) ex comparatorum doctrina concludere potuisses, Clauium plus descendisse die vno, non autem temere ac falso affirmasses ipsum ascendisse nimium, aut *ferre mensuram spatio*: & ita plus quam Liliū à plenilunio abiuisse.

9. Quæ postea per calumniam Clauio obiicit de 30. annorum in edolendis epactis labore, & alia similia, quamuis ex se cadant, suis tamen locis cum eadem sæpius repetas, refutabuntur. Illud autem omnino lepidum est quod ais: *Deinde in hisce exemplis demonstratur etiam epactarum rationem fallacem esse, vt quæ N E C E S S A R I O vel in nouilunio, vel in plenilunio peccet. Quantum enim ad alterutrum accedit, tantum ab altero recedit.* Sed & nos paulo ante exemplo demonstrauius (saltem ad hominem) nulla ratione eam peccare, cum & nouilunio & plenilunio conueniat. Infelix aduertit sæpius quartamdecimā incidere in quartamdecimā, quā in quintamdecimā, ipse autem cum velit & quartamdecimā esse quintamdecimā, & eandem distare à nouilunio diebus solum tredecim, res autem pro voto non succedat, culpam suorum errorum in infantes coniicit epactas.

Caluissius errores suos in infantes coniicit epactas.

10. Audiuius hactenus Caluissium loqui de epactis in vniuersum; tum de duplici epactarum genere, Clauiano nimirum & Liliano: quorum illud odio infectatus est plus quam Vatiniāno; huic vero mitior, fortassis, quia plus illi videtur aberrare: quamuis Lilio de tam remotis seculis cura nulla fuerit: nunc audiendus est, quid de epactis pronunciet Calendarii Iuliani; absque dubio more suo illud cum suis asseclis præfert rationi Gregorianæ; quia plus aberret. *In anno Iuliano nostro, inquit, rectius epactæ adhibentur, ideo earum vsus magnus fuit à multis temporibus in Ecclesia. Vt se denuo miserrime impedit miser!* Epactas has Iulianas duplici proposuit ratione, vt superiore capite vidimus; prout nimirum vel eadem semper retinerentur, vel ex doctrina Caluissiana singulis trecentenis duodenis annis castigantur. Si ergo hoc loco de priori loquitur ratione, quæ à Concilio Niceno, vel ipso Caluissio teste, vt post dicemus, ad nos vsque in Calendario Iuliano durarunt, neque alię publica sunt auctoritate introductę (de quibus antiquis merito hic intelligi Caluissiana laus posset) illæ ab anno Christi 1600. vsque ad annum 985: 2. quem vt Calendario Gregoriano calumniam strueret, ita remotum assumpsit Caluissius, aberrant; quantum? Dicito tu Caluissi, nonne singulis 312. annis die vno epactali, atque adeo illo annorum numero diebus 310. qui sunt menses decem, dies 10? & interim æquinoctium bis (3. aut 4. exceptis diebus) omnes dies anni lustrauerit; bis æstiuos menses in hybernos, & contra, traiecerit; & Paschatis festum omnem bis expertum sit anni varietatem, quæ omnia parui Caluissius æstimat. Concludet ergo, *In anno Iuliano nostro rectius epactæ adhibentur.* Si vero dicere velimus, ipsum hæc pronunciasse de epactis ex doctrina sua castigatis: tunc ipsæ in eadem cum Lilianis naui sunt, & iisdem nituntur fundamentis, nisi quod Lilius periodum accuratius determinat, & annis 312. dimidium addat, & ne error in actum reducatur, supponit correctionē æquinoctii, qua etiā, vt infra dicemus, eadem opera epactæ si aberrarint, ad viam reducuntur. Non recte igitur se habet illud tuum *rectius*: sed epactæ Clauianæ tuas castigatas multis partibus superant. Catei um etiā si tuæ in Calendario Iuliano rectius suo fungerentur officio, quam aut Lilianæ aut Clauianæ in Gregoriano, poenitere tamē tanti non emerim, & æstatem cum hyeme non permutarim, totamque & anni & fe-

Rectius in anno Iuliano epactas adhiberi, quā in Gregoriano, nō recte à Caluissio asseritur.

storum rationem tantum non perturbarim. Sed Caluissio satis hoc est, modo eulicem ad colandum in Gregoriano Calendario inueniat, etiam si ipsi interim integri deglutiendi sunt camelorum greges.

Cyclos perpetuo congruere cum rationibus Astronomicis non posse Clauius sapius docuit.

Ex his igitur apparet, multo magis Caluissii quam epactarum fidem esse laticam: & quod hoc loco pluribus decantat, vno verbo dici ab eo potuisse: idem enim est, quod pluribus locis Clauius, quod alii, quod experientia ipsa testatur, nullum videlicet instrui posse cyclum facilem ac popularem, qui non in decursu plurimorum seculorum à præcisione Astronomica, quæ in scrupulis consistit, abeat. Non mirum igitur hoc etiam accidere epactarum cyclo, siue secundo æquato, ut Clauii, siue semel æquato, ut Lili. Vtriq; enim necessaria erit, si quid secula durent, extraordinaria, de qua Clauius sæpe, Caluissius nunquam mentionem fecit, æquatio, qua in ordinem cycli redigi potest. Quare autem cycli motibus siue veris, siue mediis anteponantur, suo loco lib. i. explicauimus. Mittamus igitur ista, & ad reliqua præludia nos conferamus.

CAPVT TERTIVM.

Temerarium Caluissii iudicium de Clauianis pleniluniorum & epactarum tabulis.

Caluissii de Clauianis pleniluniorum tabulis sententia.

Binis adhuc capitibus noster præludit Musicus, non sine magno instrumentorum tabularumq; apparatu, quorum vtrumq; hoc loco breuiter expediendum duximus, ut tandem ad rem ipsam nobis aditum aperiremus. Prius, De inueniendis pleniluniis Paschalibus, sic habet: Clauius in Calendario Gregor. tres modos ostendit, quibus motus lunaris medius inuestigari possit. Maxime enim is necessarius est tam in Calendarii cuiusvis constructione, quam in eius examine: sed hosce modos quiuis, qui perilitatus eos fuerit, difficillimos eos deprehendet, cum impediti sint, & tabularum intricata morositate, & cauterarum multitudine. Et etiam si expediti essent, tamen nullis illorum satis accuratam motus lunaris rationem ostendit, ut mirer, cum rem tantam, qua sola Calendarii regula certa esse potest, maiore diligentia & industria non persecutum esse: nisi fortasse & tabularum obscuritate, & rei imperfectione alios ab examine Calendarii Gregor. abstertere voluerit, cum fateatur pag. 102. Calendarii, se sequi tabulas Prutenicas ut veriores, & nouisse veram & exactam mensis lunaris quantitatem, nolle tamen ea uti. Ne igitur in hac restudiosis Astronomiae aliquid desit, accuratorem, expeditiorem, & veriorum modum inueniendorum pleniluniorum Paschalium, ex tabulis Prutenicis ostendam.

Doctorem hominum scribendi rationem plurimum à Caluissiana ac Scaligeriana discrepare. Quas tabulas ad plenilunia inuestiganda Clauius præposuit.

In summa Caluissius ad perficiendam Astronomiam natus est; sed Scaligerianam. Quæcunq; ab aliis, proposita sunt, ea Caluissio difficillima sunt, intricata sunt, morosa, obscura, imperfecta, falsa sunt. Quæ vero proponit Caluissius, facillima, accurata, expedita, clara, perfecta, vera sunt. Homines gloriosi Scaliger & Caluissius nunquam verbosiores, quam in sctida sui ipsorum laudatione, aliorumq; contemptione. At docti atq; prudentes scriptores, quemadmodum eorum testantur scripta; si quando antiquorum inuentis aliquid ad perfectionem addiderunt, non ut Caluissius, canillari ea, calumniari, reprehendere, aut omnino relicere consueuerunt: sed agnoscere beneficium; eis, qui quantum poterant posteritati consuluerant, debitas habent gratias, suag; etiã qua decet addunt cum modestia, imperfectaq; si possunt magis perficiunt. Illud habetis præ oculis, facie esse inuentis addere. Sic Clauius. Pauli Mittelburgensi lunares tabulas, tanquam eas cui vulgus iam assueuerat, suis additionibus magis perfectas, addidit, & c. p. sui operis expositas voluit, quæ etsi rata

intri-

intricata morositate, vt Caluissius calūniatur, impedire nō sint, iis tamē magis alias expeditas, ex ipso suo aduersario desumptas, qui erat viri sincerissimi cādor, debitis attributis auctori laudibus, cap. 25, & 26 addidit: quarum hæc, quæ cap. 26 exhibentur pro Calendario Gregor. expeditissimæ sunt, cum dierum exemptorum cognitionem, vt Caluissiana, non supponant; ita vt vehementer mirer Caluissium ex viri modestissimi iuxta ac doctissimi lectione librorum non humanitatem, non animi modestiam didicisse. Tantum autem abest vt Clauius obscuris tabulis lectorem ab examine Gregoriani Calendarii absterreere voluerit, vt & facillimas quasque etiam ab ipsis Calendarii oppugnationibus acceptas pro examine exposuerit, imo vt omnem etiam supputationis tolleretur laborem, omnia quæ ad festa mobilia spectant, vna cum epactis, cyclis lunæ, litteris Dominicalibus & ipis paschalibus pleniluniis pro singulis annis, ab anno 1600. vsque ad annum Christi 5000, in tabula festorum mobilium temporaria cap. 22, calculata exhibuerit. Sed nisi hæc & similia obiiceret Caluissius calumniator non esset, neque adderet quæ sequuntur.

Calumnia Caluissiana Clauium alios obscuritate tabularum ab examine calendarii absterreere voluisse.

2. Clauium fateri pag. 102. Explicat. Calend. *se sequi tabulas Prutenicas vt veriores, & nouisse veram & exactam mensis lunaris quantitatem, nolle tamen ea vti.* Verum quidem est, Caluissius, Clauium dixisse tabulas Prutenicas eo tempore habitas fuisse veriores: falsum autem est eum easdem non sequi. Falsum quoque est eum fateri, se nouisse veram & exactam mensis lunaris magnitudinem: imo contrarium sæpius fatetur, incognitam nimirum omnino esse veram & exactam utriusque anni, tam solaris quam lunaris quantitatem, atque adeo & mensis lunaris. Falsum denique est eum noluisse vera vti quantitate; non solum quia veram exacte non cognouit, & propterea eam vt voluit, sequi non potuit; sed quia ipso facto ea vti est quantitate, quæ & sibi & cuique alteri verior videri poterat. Ponam ipsa verba Clauii pag. 102. vt eius simul sinceritas, & tua mentiendi licentia omnibus palam fiat. *Annus communis, inquit, 12. lunationum ex tabulis Prutenicis, quæ hodie certiores habentur continet dies 354. Minuta dierum 22. Sec. 12. ter. 35. quar. 19. hoc est, dies 354. hor. 8. min. 48. Sec. 38. ter. 7. quar. 36. Embolismicus vero, &c. Vna autem lunatio siue mensis lunaris, secundum medium cursum, hoc est in æruallum temporis ab vno Nouilunio medio, ad aliud comp'ectitur dies 29. Minuta dierum 31. Sec. 50. ter. 7. quar. 57. (quam magnitudinem præcisè exhibent tabula Prutenica) nimirum dies 29. hor. 12. min. 44. sec. 3. ter. 10. quar. 48. quamuis lunaris mensis magnitudo à Pto'omæo & Nicolao Copernico paulo maior statuitur, & ab Alphonsinis & plerisque Computistis paulo minor. Deinde subicit se ex elongatione diurna, ibidem ex tabulis Prutenicis desumpta, Lunæ à Sole, calculo elicuisse mensem lunarem, & inuenisse minorem illo paulo ante ex iisdem tabulis assignato; & addit: *Sed superiorem, quæ hac maior est 10. quartis, in sequentibus assumemus. Quæ fortassis causa fuit, vt tabula Prutenica mediam quantitatem elegerint, tanquam magis verisimilem.**

Falsū esse Clauium tabulas Prutenicas se qui noluisse.

Vides ne beneuole lector Clauium eum mensem assumpsisse, quem & tabulæ Prutenicæ expresse exhibent, & medium inter maximum & minimum tanquam veriolem selegerant. Assignant tabulæ Prutenicæ mensem lunarem medium pag. 84. immediate sub titulo (nam & hoc Caluissium docere oportet) *Motus longitudinem sequuntur deinceps alii canones de ☿ & ♀ De Eclipsibus luminū, &c. dierum 29, 31, 50, 7, 57* & hanc quantitatem præcisè assumpsit Clauius, quod est primum. Verior autem ista quantitas haberi poterat duplici ex causâ;

V ;

sa; rum

sa: tum quia ita ab ipsis tabulis quæ veriores habebantur exactè definitur: tum quia medium quasi locum tenet inter maximam & minimam magnitudinem, quæ alibi traduntur; quam rationem etiam secuti sunt Reformatores in acceptione anni solaris, iuxta illud: medio tutissimibis.

Non Clauium
sed Caluifium
abiuiffe à tabu-
lis Prutenicis.

3. Non satis erat Caluifium hæc effutiuisse nisi hoc accederet, vt ea in re in qua Clauium falso accusat, reus inueniretur ipse. Profitetur enim & ipse se pro suis construendis Pleniluniorum tabulis, vsum fuisse tabulis Prutenicis, cum tamen non solum eum quem proponunt tabulæ mensẽ, non assumpserit, sed etiam quia affirmat se vti, vt constat ex cap. 2. Lib. 2. sui Elenchi ea mensis quantitate, quæ ex elongatione eruitur diurna Lunæ à Sole, quem dierum esse 29, horarum 12, 44', 3'', 10''', 38''', 9'', 39'', 26'', asserit; quod tamen falsum est. Hic enim mensis neq; habetur in tabulis Prutenicis, nec ex illis deducitur: mensis enim quem diurna subministrat elongatio in præceptis inter exempla allatus, dierum est 29, hor. 12, 44', 3'', 10''', 38''', 9'', 20'', ferè. Quare tabulæ ipsius vt falso nituntur fundamento, ita à tabulis desleat Prutenicis, quas se ad vnam sequi iactat. deinde non exactè assignat 235. mensium lunarium, & 19. annorum solarium interuallum, & quod peius est, etiam si quis accipiat mensẽ ab ipso præscriptum, nihilominus calculus idem non ostendet præcisè interuallum. Deniq; quod pessimum est, in ipsa tabularum errauit structura, etiã per 10' & 20'': Sed quemadmodum Calendarium Caluifianum omni caret labe, non peccat, neque peccare potest; ita etiam tabulæ Caluifianæ innocentes inueniuntur. Leuiculi tamen dici possunt hi tabularum errores, maxime quia in maximo illarum anno, qui est 340480. error ad integrum diem nondum peruenit, neque à nobis fuissent hoc loco notati, nisi ipse vt erroris conuincatur alios prouocasset, & in reprehendendo vt frequentissimus, ita impudentissimus, & iniquissimus esset.

Quæ postea de vsu adfers tabularum tuarum mea non interpono, tuas te merces & laudare, & vendere permitto: eas emet qui volet; non autem qui noverit. Quam prudenter autem & caute eas laudaueris, & pro Iudeorum Paschatis eruendis extenderis, infra experieris. Nunc ad sequens caput decimum octauum pergamus.

De cap. 18. Caluifiani Elenchi.

4. Rationem Calendarii quantum satis erat cum ipso Calendario & Canonibus suis ipse Pontifex Gregorius XIII. edi iussit sat breuem: Sed libellus ille cum breui tabularum compendio, nimis paruus Caluifio visus est; quare De ratione Calendarii Gregoriani ipse disputare, & Cap. 18. ad magnâ magnâ labore adipiscendam gloriam, ex libro maiori magnam describere tabulam voluit. *Coactus verò sum, inquit, exemplo Clauii radiosum laborem Calendarii Gregoriani describendi suscipere. Quare coactus es Caluifi: cum nullam aliam rationem literarum, quæ epactarum indices sunt, ad centurias applicandarum inire possim.* Adeo ne tardus es, tu qui Clauium in scholam tuam inuitare ausus es, vt rem tam apertam rimari non posses. Sed mirum non est, senescere enim incepisti & idcirco in maiorem quidem tabulam capite impigisti, eandem vero reductam in compendium, videre non potuisti, ex qua tamen si in euoluendo Clauio diligentior fuisses aliam rationem literarum, quæ epactarum indices sunt ad centurias applicandarum inire potuisses; sed imminuto labore, etiam imminutam forte timebas gloriam: ideo loco compendii quod ne quartam quidem paginæ occupasset partē, magno labore plures implere

implere voluisti. Compendium hoc proponitur à Clauio Capite 12 (pag. 168. eius editionis qua tu vsuses, Caluissii, si nescis) Num. 7. & 8. de quo sic habet: *Hæc ergo est tabula illa immensa aquationis Epactarum ad tam mirabile, vt vides, compendium redacta, per quam facillimo negotio reperiemus literam, quæ in tabula expansa superioris capituli, vel in Cyclo Epactarum perpetuo, ad Epactam inquirendam vsurpanda sit anno proposito quamuis magno.*

Deinde apertissime monet Clauius tum hoc loco, tum alibi, positis iisdem semper vtriusque anni magnitudinibus, eam interrompendam esse tabulam post aliquot millia annorum: prædictis enim mox subiicit: *licet epacta ex illa tabula post annum 8200. inuenta non respondeat omnino Nouiluniis celestibus.* Quare si compendium hoc compendiose intelligere non poteras, satis tibi esse poterat tabella ad annum vsque 8200. producta; hæc enim durat tribus millibus annis, & eo amplius post extremum mundi diem, iuxta tuam de eo die prophetiam quo tempore absoluto redire poteras ad reliquum describendum.

Sed in hisce non immoror, Calendarii Gregoriani rationem rectius quis discet ex Clauio eiusdem Calendarii explicatione, quam ex Caluissii insulso Elencho. Deinde ea quæ in exemplis adfers præterire malo quam tecum ridiculè insanire, meræ enim sunt calumniæ, id est, Caluissii flores. Nullibi enim inuenies epactas ex illa tabula erutas pro annis 109666, aut 24 1736 (hæc enim assumit Caluissius exempla non docendi, sed calumniandi gratia) Nouiluniis ex præscripto Calendarii responsuras. Quo enim modo Calendarium dicatur perpetuum, id nimirum quod non solum subdole dissimulas, sed & contrario modo explicas, & à Clauio sæpius inculcatum est, & à nobis ad Caluissianas detegendas calumnias necessario repetendum est, id quod expeditis his præludiis mox aggrediemur.

Vnde ratio calendarii Gregoriani discenda sit.

CAPVT QVARTVM.

De perpetuitate, mutabilitate, & aquatione extraordinaria Calendarii Gregoriani, circa quæ Caluissius plurimum à veritate aberrat.

ANtequam vltiora Caluissii examinentur capita, quibus Canones suos defendere & Calendarii Gregoriani lunares indices funditus euertere conatur, quædam quæ ipse ex iis quæ de Calendario illo scripta sunt allegat, & sæpe sæpius tanquam Pontificis, aut Reformatorem pronuntiata & axiomata inculcat, non solum ne in ea, quam iis offundere studet cæcutiamus caligine, discriminanda & explicanda sunt; sed etiam vno in loco omnia ponenda, quæ alias pluribus, non sine tædio, cum Caluissio repetenda fuissent, ne si eorum aliquod neglexissemus, ipse vane sibi congratulatus fuisset aliquid contra Calendarium Gregorianum à se dictum, atque à nobis non confutatum in suo Elencho permauissse.

Cur proposita hunc in locum reiecta sint.

Primum igitur quod per sæpe Caluissium inculcare diximus est, Gregorium XIII. Pontificem Maximum, & Reformatores Calendarii, Gregorianum Calendarium perpetuum, & nulla in re mutationi obnoxium, toti orbi proposuisse: quod, vt fidem sibi consciscat, ex ipsa Gregorii Bulla ipsismet Pontificis verbis probare nititur. Sic enim inquit, Pontifex Gregorius in sua bulla ait:

Caluissius perpetuitatem calend. Gregoriani male ex Bulla Gregorii interpretatur.

Vt

Vt autem verba Bullæ à suis distingueret Caluissius, alio illa iussit imprimi caractere, quæ ne mutato quidem cōmate, apud Caluissium c. 29. Lib. 1. ita leguntur: *Viri in Calendarii instituendi ratione peritissimi, quos ex primariis orbis Christiani nationibus delegeramus, cum multum temporis & diligentia ad eam lucubrationem adhibuissent, &c. elegerunt cyclum hunc quem Aloysius Lilius conscripserat, in quo per nouum quendam epactarum cyclum, ab eo excogitatum, & ad certam ipsius aurei numeri normam directum, atque ad quamcunque anni solaris magnitudinem accommodatum, omnia quæ in Calendario collapsa sunt, constanti ratione & omnibus seculis duratura sic restitui posse ostendit, vt Calendarium ipsum nulli vnquam mutationi in posterum obnoxium esse videatur. Et paulo post. Viam quoque & rationem tradendam curauimus, qua cauetur, vt in posterum æquinoctium & luna decima quarta à propriis sedibus, cum hoc tempore in veteri Calendario quatuor & eo amplius dies distet nunquam dimoueat, Hæc Caluissius.*

Caluissius partē
Bulle mutilatā
ac deprauam
refert.

Hoc cene est, Caluissi, fideliter & sincere verba Pontificis, & Bullæ referre? qui non solum verba immutat, transponis, disjungis, sed & sensum turpiter mutilas atque deprauas. Scis ne Doctor Canonum, quo nam eos, qui talia committunt, honorent Iurisconsulti encomio? quæue pæna Falsarios condemnant iudices. Vbi nam in tota illa Pontificis Bulla, amabo te, inuenisti hanc ineptissimam locutionem, *elegerunt cyclum hunc, quem Aloysius Lilius conscripserat, in quo per nouum quendam epactarum cyclum, &c.* Quo spectat illud in quo? Putabam te meliorem Grammaticum Caluissi, recte construe, & nihil nisi cyclum in cyclo inuenies. At nos ea quæ mala retulit fide Caluissius, bona referamus. Sic ergo Pontifex Gregorius in sua de Calendario habet Bulla: *Allatus est nobis liber à di' ecto filio Antonio Lilio artium, & medicinae doctore, quem quondam Aloysius eius Germanus frater conscripserat, in quo per nouum quendam Epactarum cyclum ab eo excogitatum, & ad certam ipsius Aurei numeri normam directum, atque ad quamcunque anni Solaris magnitudinem accommodatum omnia quæ in Calendario collapsa sunt constanti ratione, & seculis omnibus duratura sic restitui posse ostendit, vt Calendarium ipsum nulli vnquam mutationi in posterum expositum esse videatur. Nouam hanc restituendi Calendarii rationem exiguo volumine comprehensam, ad Christianos Principes, celebrioresque vniuersitates paucos ante annos misimus, vt res, quæ omnium communis est, communi & omnium consilio perficeretur, illi cum, quæ maxime optabamus, concordēs respondissent eorum nos omnium consensione adducti, viros ad Calendarii emendationem adhibuimus in alma vrbe harum rerum peritissimos, quos longe ante ex primariis Christiani orbis nationibus delegeramus. Ii cum multum temporis & diligentia ad eam lucubrationem adhibuissent & cyclos tam veterum, quam recentiorum vndique conquisitos, ac diligentissime perpenso inter se contulissent, suo & doctorum hominum, qui ea de rescripserunt, iudicio hunc præ ceteris elegerunt Epactarum Cyclum, cui nonnulla etiam adiecerunt, quæ ex accurata circumspeditione visa sunt ad Calendarii perfectionem maxime pertinere. Et paulo post. Curauimus non solum æquinoctium verum in pristinam sedem, à qua iam à Concilio Niceno decem circiter diebus recessit, restituendum. & XIII. Paschalem suo in loco, à quo quatuor, & eo amplius dies hoc tempore distat, reponendam; sed viam quoque tradendam, & rationem, qua cauetur, vt in posterum æquinoctium, & XIII. luna à propriis sedibus nunquam dimoueat. Tanti ne laboris erat, Caluissi hæc pauca fideliter describere, qui sine vllō fructu aut vtilitate lectoris, & vix ad ipsas calumnias promendas idoneum impendisti æquationis illam tabulam satis prolixum describendi laborem? Non fuga laboris, qui ex magno labore magnam quæris gloriam; sed aliud est quod te quo minus id præstares absterruit; id nimirum*

Verba Bullæ in
tegra.

id nimirum, quod nos ad scribendum adduxit. Iudicet igitur æquus lector de fide ac sinceritate Caluissii. *Pueritia inquit Cicero somnus, imprudentia, violentia, insania, eius generis sunt, ex quibus sapissime verum auditur.* At ex Caluissio nostro multa audiuius somnia, & alia vera rarissime. His autem ex Bulla à se allatis, quæ alibi etiam vel citat vel repetit Caluissius, vt eodem cap. 29. lib. 1. c. 19. & 31. &c. probare conatur Pontificem promulgasse, etiam quo ad æquationes propositas vtriusq; anni, sine vlla aut interruptione aut restitutione Calendarij fore perpetuum: quare etiã eandẽ equandi rationem, ad tam longe distãtia & vltra trecentorum annorum millia remota secula examinat, & perperam non solum interpretatur, quam promittit Bulla, perpetuitatem; sed & subdole veram eius explanationem suppressit, nec villo vnquam tangit verbo: nam non noua hæc est obiectio, etiam pridem solide ad eam responsum est. Quæ igitur fide Bullam attulimus, eadem etiam eius adferemus explanationem.

2. Primus igitur legitimus, & omni exceptione maior, horũ verborum interpretres, est ipsemet Clemens Octauus Pontifex Max. qui in sua, quam Explicat. Calendarii Clauij præfixit Bulla, pluribus hanc explicat perpetuitatem, ex quib. id solum hoc loco referemus, quo & illud perpetuum explicat, & quid de libro Clauij sentiat, non obscure indicat. Sic autem habet: *In quo, Christophori Clauij libro, aduersariorum errores perspicue confutantur, doceturque hoc Calendarium futurum perpetuum, ita vt nulli vnquam ne minime quidem mutationi quod ad dispositionem epactarum attinet, (id quod Gregorius vocauit Calendariũ ipsum) obnoxium sit, quantum post plurima elapsa secula alia solaris anni, & lunaris æquatio fortassis insituenda sit.* Sunt ne tibi hæc satis clara, Caluissi, cyclum nimirum in Calendario per dies anni dispositum fore perpetuum, etiam si æquationes interrumpendæ sint.

Vera Bullæ Gregorianæ explicatio per Bullam Clementis Octauij.

Clauius porro pluribus in locis eandem eodem modo interpretatur perpetuitatem: sufficiat Caluissio ad perpetuam eius detegendam malitiam, vna vel altera huius perpetui explicatio. In lib. explanationis Calend. cap. 1. Num. 15. cum de retentione loquitur æquinoctij, sic habet: *Atque in hoc excellentia, ac perpetuitas Calendarii Gregoriani consistit, quod ad quamcunque intercalandi formam, hoc est ad quauis anni magnitudinem accommodari possit, nulla cycli epactarum facta in Calendario mutatione: quæ res in nullum alium cyclum lunarem quadrare potest cum mutata intercalationis ratione, cycli quoque in Calendario dispositio mutanda sit necessario, vt infra cum de epactarum tabula expansa agemus, copiose explicabimus.* Quod quidem plerique non intelligentes temere inconsiderateque perpetuitatem Gregoriani Calendarii oppugnant. Non enim Calendarium Gregorianum ideo appellatur perpetuum, & nulli vnquam mutationi obnoxium, quod, vt falso aduersarii interpretantur, talis in eo intercalandi formula sit præscripta, vt per eam æquinoctium in 21. Martij ita retineatur, vt ab eo non recedat, &c. Sed de his altum apud Caluissium silentium. Idem autem quod hoc loco de anno solari eiusque æquatione dicit Clauius, intelligi etiam vult de anno lunari epactarumque æquatione, vt habetur breuiter cap. 12. Num. 18. his verbis: *Propter hanc autem stabilitatem solam cycli epactarum in Calendario, videlicet quod nihil in eo immutandum sit, etsi alia magnitudo anni, vel periodus alia luna à posteris reperiatur, ac proinde tabula æquationis immutari debeat, dictum est à nobis Calendarium hoc Gregorianum perpetuum ac perenne, & nulli vnquam mutationi obnoxium.*

Perpetuitatis explicatio per Clauium edita.

Ex his autem clarissime constat de qua perfectione ac perpetuitate Calendarii tam Pontifices quam Reformatores locuti sint: meramque esse Caluissii calumniam

lumniam æquationes dici perpetuas; & id quod nullus ignorare potest tyro, hoc exercitatisimos ignorasse Astronomos. Hæc prius Caluissius refellere, si potuisset, debuisset, antequam criminationes suas profferret in medium.

Rationi cōfensum est Reformatores Calendarii nō aliā quam morālē intellexisse eius perpetuitatem.

Ad perpetuitatem morālē Calendarii alluisset Alex. Picolomiacum.

3. Cæterum etiam si nulla horum accessisset tam exquisita explicatio, quis sanæ mentis ea, quæ de perpetuitate dicta sunt, de Mathematica ea dicta esse intelligat, & non potius de morali quadam eaque præsentī rerum duratione quā finiendam esse omnes credimus, & quidem si Caluissio assentiāmur, propediem ac longe ante 1400. annos, ita ut ad Christi annum 3000. minime sit extendēda: atque adeo cum Calendarii Gregoriani æquationes, quantum ex præteritorum sæculorum solis ac lunæ colligere cursu licet, nulla omnino opus videantur habere, ante annum Christi 8000. mutatione, durabit illud immutatum etiā quo ad æquationem à Lilio præscriptam, quinq; annorum millia post mundi extremum diem, & eo amplius, quo citius Caluissio ante 1400. annos mundus iste videbitur terminādus. Sed hæc ad hominem talem qualē huc usq; experti sumus. Huius tamen perpetuitatis moralis expresse meminit Alex. Picolomiacus in suo de Calendario libello edito ante promulgationem Gregoriani, *Sed vnum etiam illud, inquit, in huius Tractatuli calce non omittemus, videlicet, quod, tamen si, & ceteri omnes, qui in restituendo Calendario insudarunt, & nos etiam ipsi vna cum illis, sæpe sæpius asseuerimus, ac modo etiam asseramus, talem ei formā tribuisse, quæ iuxta intentionem, quæ ad huiusmodi restitutionem mouemur, fixam æquinoclii sedem, fixamq; itidem nouiluniorum indicia, perpetuo seruari queat; nihilominus non me latet huiusmodi perennitatem ita exactam non esse existimandam, ut sit semper penitus inuiolabilis permanens, ac in multis millibus annorum detrimentum aliquod non passura. Et clarius paulo inferius: Quamobrem non temere, nec absq; vlla ratione, me sæpe sæpius asseuerasse, ac modo etiam asseuerare opinor, curari laborem potuisse à quam pluribus, quorum ego etiam vnus sum, in huiusmodi reductione Calendarii susceptum, satisq; admodum fuisse, si ad talem formam redigeretur, quæ ad aliquem non magnum annorum numerum, verbi gratia ad mille, vel ad summum ad duo millia, inferuire posset. Qui autem post hunc annorum numerum successuri, vitamque acturi sunt, ipsi propriæ eorum utilitati, ac commoditati prospicere poterunt, si voluerint: quemadmodum & in hac præsentī restitutione, in qua laboramus; quamvis perpetuitatis nomen illi tribuamus (cui perpetuitati magnum ille ex sua sententia tribuit seculorum numerum) post magnum tamen numerum illum annorum, quem respicimus, quātus quantus ille sit, ac post etatem tandem illorum, quibus utilis hic erit labor; illis, qui deinceps successuri, mundi que luce fruituri sunt ad nouam sibi Calendarium restitutionem sese accingere poterunt, sicut & nos hac tempestate facimus. Atque hæc causā videtur fuisse cur nullus Reformatorem dies postpositionis epactis Astronomicæ accommodare voluerit. Sed hæc de perpetuitate, quam Caluissius perpetuo obicit, dicta sint satis.*

Caluissius sæpius obicere æquationes Calend. Gregor. à Claudio erroneas pronunciari.

4. Secundum quod Caluissius frequenter vrget, & ad nauseam usque repetit est, quod Clavius fassus fuerit Aloysium Liliū Calendarii Gregoriani auctorem errasse, in epactis ad æquandis: Audiuius enim supra cap. 2. huius libri Caluissium distitantes, Reformatores cōmisisse errores, quos, ut ipse inquit, *Clavius manifeste fateretur & agnosceret, Calendariumque, quod pro perpetuo (en perpetuam perpetui cantilenam!) & nullius mutationis obnoxio publice à Pontifice proclamatum est, falsum esse, & post aliquot secula corrigendum dicit.* De perpetuitate iam responsum accepisti. Audiamus de agnitis erroribus, vnum atque alterum tuum testimoniū: Omnia enim adferre tædet: aliqua ponimus, ne Caluissius putet nos illius vereri plumea

plumea spicula. Caterum cum Clavius, inquit lib. 1. cap. 21. fateatur æquationem lunæ in Calendario ex sententia Aloysii Lili institutam; sibi non constare, falsam esse, atque ita correctione indigere, sequē emendasse errorem, &c. Item ca. 23. in eodem 1. Elenchi lib. sic habet: Clavius enim, ut aliquoties iam diximus, cum videret æquationem epactarum Lilianam motui lunari non respondere, & mendosum futurum Calendarium in remotioribus seculis, aliter æquandas esse epactas præscripsit. Plura habet etiam aliis locis: quæ, ut diximus, consulte omittimus.

Videndum autem est, quid de hisce ipse dicat Clavius, verum ne an falsum sit, quod de eo cantant Musici. Quod enim aliis Reformatoribus, id etiam Lilio superfluum visum est, in æquationibus nimirum, non solum in infinitum progredi: (quod cyclice impossibile est) sed etiam ad remotissima secula easdem extendere velle: cum earum periodus incognitis aduc utriusque luminaris exactis conversionibus, innotescere nulla ratione posset. Quare dies illi, qui in centuriis proponuntur vel anticipantur in rationibus lunaribus, cum epactis aliter connectere noluit, quam cuilibet diei suam attribuendo epactalem litteram; quarum gyrum si semel percurrissent, quod quando futurum esset, exacte indicari non poterat (quâvis quatuor millia annorum requiri cognouerat) posteri de secundo, an sine interruptione accersendus foret iudicarent. Quod, posito & in secula quam plurima & distantissima abeundum, & eadem anni solaris lunarisque magnitudine, quæ nunc, semper futura, esse defectus aliquis æquationis, ac vitium dici poterat. Cuius hypothesi intuitu Clavius, & sub hac conditione, æquationes Lilianas imperfectionis accusauit, & quidem hac ratione: Varietatem hanc epactarum æquationis, inquit cap. 1. 2. Num. 10. siue vitium, auctor Calendarii vel non aduertit, vel non magnificat, propterea quod satis esse iudicauit, errorem in epacta inuentione in multis annorum millibus non committi. Et quia solum 30. literas tabula expansa præ oculis habuit, ubi non reperiuntur binæ literæ in eadem cellula, ratio omnino postulare videbatur, ut semper per vnum solum diem luna descenderet, quando postponenda esset. Sed cum diligentius postea tabulam illam æquationis epactarum ad annos 300000 post annum 1600. ex mente (id est ad methodum) auctoris Calendarii extensam (quippe ad plurima annorum millia nouilunia media supputant) deprehendi nouilunia epactarum a celestibus nouiluniis plus æquo discrepare: atque ita cum huius rei causam exquirerem, atque ut obrectatoribus, quo ad eius fieri potest satisfacerem, rationem, Deo iuvante, adinueni, quæ epacta etiam ad secula longissime distantia, ad annos saltem 100000. vel etiam 200000 inueniantur, quarum nouilunia a celestibus nouiluniis non multum dissentiant: ita ut neceffe sit omnino, tabulam æquationis epactarum post annum 3100. aliter instituire, ut per vrbis seculis etiam longissime distantibus congruere possit: quod quæ ratione fiat docendum nunc est. Atque hoc vnum est ex præcipuis, quæ in Epistola ad lectorem nos Calendario Aloysii Lili adiecturas recepimus: quamvis id simpliciter necessariū non sit. Nam satis est, ut dixi, æquationem ex mente auctoris præscriptam, uniformem sane ac facilem ad aliquot millia annorum recte epactas ostendere. Quando enim posteri deprehendēt, eam non amplius veras epactas exhibere, quod ante annum 3200. non continget, facile alia littera tabule expansa, vel superior vel inferior assumi poterit, prout videlicet nouilunia ascendisse vel descendisse in Calendario deprehensa fuerint. ut Num. 15. 16. & 19. docebimus: ut propterea non videatur expedire, ut ratio æquationis difficilior Ecclesiæ proponatur, præsertim cū hoc perpetuitati Calendarii non obstat, ut Num. 18. dicemus, si quis tamen ita curiosus fuerit, ut hoc contentus non sit, sed velit omnino æquationem ad longiora secula epactas recte monstrare, assequetur id hoc modo, &c.

Quid Clavius de erroribus æquationis Lilianas scripserit.

Audisti ne ut seuerè Clavius capitis accusat Liliū, sub disunctione illum errorem (si error dicendus est) vocat varietatem siue vitium, qui simpliciter illi error nullus videtur, eumque Liliū non aduertisse, vel, quod verisimilius omnino est, non magnificisse, cum illi superfluum visum sit, epactas arctius cum propositionibus connectere, quamuis aliam, quam hoc loco Clavius insinuat, nihilominus superaddere potuisset æquationem, ex ipsa epactarū in Calendario dispositione desumptam. Et hanc ipsam tamen idem Clavius non necessariam esse simpliciter, aperte fatetur, ac solum pro curiosis ac contentiosis à se esse propositam: quam mox contentiosus Caluissius curiosius scrutandam ac calumniandā sibi assumpsit: etiam si illi eam, quam extraordinariam Calendarium Gregorianum admittit, æquationem Clavius prætulit. Hac igitur doctioribus, illa vulgo satisfacere studuit, ut iam videbimus.

Caluissū mirū
in modū in Cla-
uium eiusque
epactas castiga-
tas debacchari.

5. His tertium accedit, quod Caluissii stomachus concoquere non potest, ratio nimirum qua Clavius epactas castigat Lilianas. Postquam enim ostensum esset æquationes non esse perpetuas, modum, quo ad stationes reducerentur desertas præscripsit, qui Caluissio non omni ex parte probatur. Hinc enim ille querelæ, *Clavii medicinam excedere modum: quod flosculo coronat Poëtico, Stulti dum fugiunt vitia, in contraria currunt.* Quis enim sapiens præter Caluissium & Scaligerum? Quare & ironice Claviū adhortatur ac laudat: *Maçte vir, Clavi, perge ita emendationibus tuis.* Sed bilis atra non diu sustinet iocum. *Emendationem Calendarii,* inquit, *ea ratione fere instituit, Clavius, ut iniquum potius ibi censorem agat, quam legitimum emendatorem, ut Calendario plus noceat quam prosit. Male igitur cessit Pontifici sua liberalitas & beneficentia, qui quem Calendarii sui facit defensorem, & propugnatorem, cum experitur oppugnatorem, & qui expolire illud debuorat, is multis in locis idem erroribus conspurcat, quique errores eius si qui sunt, tegere & excusare debuerat, is eosdem in conspectum non modo producit, sed & insigniter eosdem amplificat, & calumniatur.* Quid tibi videtur de hoc viro Lector; rudis ne verborum est, qui in calumniando tam elegans, tamque copiosus est.

Æquationibus.
Calend. Grego-
riani cum perpe-
tue esse neque-
ant, de æquati-
one extraordi-
naria.

Ego vero, quemadmodum in superioribus, ita etiam hoc loco, quid à Claviō præstitum, sincere ac breviter ostendam, & veritatem à criminationibus, quod factum inimicile non est, vindicabo. Clavius igitur cum una cum cæteris Reformatoribus, nullam omnino, quæ aliquo modo tolerabilis & ad usum Ecclesiasticum ac popularem accommodata esset, æquationem perpetuo durare posse, pluribus ex causis cognovisset; primo quidem ingenue professus est, veram eiusdem Calendarii perennitatem in eo potissimum consistere, quod epactæ semel per singulos totius anni dies rite distributæ nunquam amplius mutandæ sint: tum vero eadem cum sinceritate de æquationum constantia eatenus differuit, quatenus Astronomicarum tabularum inconstantia morumque cælestium incertitudo, aliæque circumstantiæ complures, easdem reddunt ex parte dubias, earumque extremam ætatem senectutem imbecilitatis accusant. Atque hinc nata est illa cuius tam frequens apud Claviū est mentio, extraordinaria utriusque anni tam solaris quam lunaris æquatio: qua videlicet & æquinoctium suæ sedi restituitur, & ad novilunia ac quartasdecimas rite indicandas diriguntur epactæ, si quo modo aliquando ab iis deflexissent: ut videre est apud eundem Claviū cap. 12. Explicationis, nec non in Bulla Põtificia, & in compendio Calendarii ad Principes directo, quod hanc eandem æquationem non obscure insinuat,

finuat, dum hæc ad finem annectit: *Quod si quando acciderit*, varietas scilicet aliqua aut dissensio (æquationes enim perpetuas easdemque prorsus infallibiles neque præscripserunt, neque agnouerunt, vt vel hinc manifestissime colligitur) *eadem hæc via*, quæ postea in Bulla Pontificia clarius indicata est, & à Clauio fufius explicata, *bellissime in suum statum possunt restitui*, quemadmodum ex iis, quæ hic subiicimus planius intelligetur.

6. Equidem præter æquationem Lilianam à Reformatoribus approbatam, & à summo Pontifice promulgatam, quæ saltem ad annum vsque 8100. imo & ad aliquot remotiora secula, tum mediis luminarium motibus, tum Ecclesiæ consuetudini, Patrumque decretis, satis superque præcise accommodata est, duas alias inuenio, alteram extraordinariam, eandemque Calendario Gregoriano, æquationibusque Lilianis coæuam, & vt ita dicam, æquationes cæteras quasunque quodammodo transcendentem, cuius paulo ante meminimus: alteram ingeniose sane ac percommode postea à Clauio excogitatam, Lilianæque eo consilio superadditam, vt si post annum 8100. futuri essent, qui Calendario indigerent, nihilque in æquinoctiorum lunationumque ratione immutatum esset, methodum haberet, quæ saltem ad annum vsque 100000. vel etiam 200000. celebratum mobilium festos dies accuratius agerent, præscriberentque, quam si æquationibus Lilianis temporibus illis nequaquam primarie accommodatis vterentur. Quæ quidem duæ minus primariæ æquationes, etsi in eo conueniant, quod neutra in Ecclesia vsum habere possit, nisi à summis Pontificibus, tunc quando iis opus fuerit, fuerint imperatæ: in eo tamē videntur esse diuersæ; quod illa Calendarii Gregoriani iam dudum promulgati, sit veluti pars quædam essentialis, atque adeo posse dici videatur æquatio extraordinaria Gregoriana: hæc vero, quia post promulgationem progenita est, & vnum tantum ex Reformatoribus agnoscit Clauium, Clauiana potius quam Gregoriana, & nequaquam promulgata aut imperata, sed priuatim tantum conscripta, & ad posteros transmissa, censeri debeat & appellari.

De qua plura infra suo loco, ea enim est, quæ delicatum, vt diximus, Caluissit stomachum plurimum commouit, scilicet imaginaria illa æquationum Liliannarum tempestas, quæ post sex vel septem millia annorum, seu, vt probabilius aut verius dicam, quæ nunquam Calendarium Gregorianum perturbatura est. De illa vero Gregoriana extraordinaria hic sunt nonnulla ex Clauio adducenda, vt id quod de Calendarii perpetuitate proprie dicta passim asseritur, verissimum esse ab omnibus agnoscat. Vtque inde initium sumamus, vnde potissimum insanabilis Calendarii veteris morbus originē duxit, nempe ab incertissima anni solaris quantitate, verisimillimum est ex eodem hoc fonte emanaturum, si quid aliquando post 60. vel 70. secula Calendario Gregoriano acciderit, quod emendatione indigeat, auctoritateque Pontificia pristina suæ debeat restitui integritati. Nam si anni magnitudo reuera tanta non est, quantam assumpserit Calendarii Reformatores vt legem conderent æquationi æquinoctiorum, fieri nō potest, vt de earundem æquationum perpetuitate securi esse in perpetuum possimus. quin poterit accidere aliquando, vt, licet quam sanctissime lex illa elegantissima obseruetur, quæ de tridui quatuor centuriarum multatione sancita est, æquinoctia tamen verna à vigesima prima die Martii, cui proxime semper asistere lege dicta tenentur, indies magis semper magisque recedant, sique

Duplex æquatio extraordinaria, Gregoriana, & Clauiana.



Incertitudinē anni solaris necessario expectere æquationē extraordinariā Gregorianam.

rursus officii summos Ecclesiæ Rectores admoneant, æquationemq; illam Gregorii extraordinariam exposcant, qua vnus vel alterius diei bissextilis vel omissione vel additione, suas in sedes, à quibus longius aberrant restituantur: illa nimirum methodo eadem, qua iussu Gregorii XIII. ex anno 1582. dies decem reiecti sunt, quæ æquinoctium vernum eo est reuocatum, vbi prius à Concilio Niceni Patribus inuentum fuit, & ad posteros transmissum.

Vel solâ æquinoctii extra ordinem restitutionem esse, & causam cur epactæ accuratius æquatz non sint, & occasionem, qua errantes in viam reduci possint.

Iam vero quis non videt hanc eandem Gregorianam extraordinariam æquationem, vbi semel adhibita fuerit, atque ab Ecclesia post multa secula vsurpata, necessario post se trahere nonnullas alias in Calendario correctionum varietates; non quidem eas, quæ epactarum in Calendario descriptarum ordinem perturbent, vel in epactarum tabula quam vocant expansam, quamve etiam decet esse perpetuam, quicquam immutet: sed quæ saltem in tabula illa, quæ appellatur tabula æquationis tabulæ epactarum expansæ, literarum epactalium seriè interrumpat; eas literas annis centesimis præfigendo, quæ dierum extra ordinem exemptorum vel intercalatorum numero certo quodammodo respondent; quibus nimirum admonemur, quæ nam series epactarum tabulæ expansæ, ad definienda legitime Paschata centuriis singulis, singulisque eiusdem centuriæ annis sit assumenda. Quod si fortassis ob lunaris quoque mensis non exactissime cognitam quantitatem contingeret, vt etiam ipsa æquationem extraordinariam tunc temporis postulare videretur: multo adhuc maior tum literarum epactalium, tum reliquarum partium tabulæ æquationis iam dictæ immutatio sequi posset. Cæterum neque hæc nouitatum procella, nisi prorsus alia lunarium reuolutionum periodi deprehenderentur, quam huc vsque ab Astronomis & quidem satis vniformes deprehensæ sunt, quicquam epactarum stabilitati officeret, vt mox ex iis manifestum fiet, quæ ex Clauio allaturi sumus. Illud prius aduertendum videtur, hanc eandem vtriusque luminaris nondum satis exploratam conuersionis annuæ quantitatem, sufficientissimam Lilio cæterisque Reformatoribus causam esse potuisse, cur epactas cum diebus per lunæ motum postpositis vel anticipatis coadæquare noluerint, imo vel solum fluctuans æquinoctium *cuius certitudinem*, vt Caluissius lib. 2. cap. 1. loquitur, *nemo hominum præstare potest*, eos impulit, vt æquationi epactarum ordinariæ angustiores circumscriberent limites; eo quod viderent eadem opera, qua æquinoctium in locum suum reducitur, etiam epactarum æquationem, siue tunc interrumpenda foret, siue non, in integrum restitui posse. Quare rebus omnibus diligenter expensis, maluerunt æquationes has extraordinarias admittere, & iuxta dierum postpositorum vel anticipatorum numerum, conuenientem aliquam extriginta literis epactalibus centuriis singulis adscribere, rationemq; hanc facillimam ac cuiuslibet obuiam ad posteros transmittere; quam inutilem ac superfluum, eandemque similiter aliquando interrumpendam, eam nimirum, quæ strictiori quodâ, ideoq; implicatiori vinculo siue epactas siue triginta literas epactales cum mense lunari postposito colligare potuisset, instituere æquationem.

Quaratione extraordinaria Calen. Gregoriani epactarum æquatio adhiberi possit.

Verum vt tandem clarius appareat, quam sibi semper constans maneat Calendarium Gregorianum, quæcunq; tandem æquatio extraordinaria à posteris aliquando exhibeatur, Clauium ipsum eandem æquationem explicantem, ordinantemq; audiamus. Cap. igitur 12. ad finem hinc eam verbis suum ad finem dirigit. Ita autem tabula æquationis corrigi poterit, si forte post longissime distantia secula in

ea er-

ea error deprehenderetur. Pro centesimo proposito supputetur Neomenia Paschalis vel potius plenilunium, cum huius maior sit ratio habenda, quam illius. Deinde obseruetur quanam epacta in Martio, vel Aprili offerat lunam 14, quæ non amplius quam vno die plenilunium illud antecedit. Illa namque epacta assumenda tum erit cum aureo numero illius centesimi: ac proinde illi centesimo præfigenda litera tabula expansa è regione, cuius aureo numero dato epacta assumpta respondet. Et vt rectius dicta percipiantur, ea exemplo declarat, hoc modo: Verbi gratia. Anno 109500. quo aureus numerus est 4. nouilunium Paschale incidit in Martii diem 18. H. 11. fere post mer. Plenilunium vero in Aprilis diem 2. H. 5. fere post mer. Igitur luna 14. cadere debet in 2. Aprilis: quæ exhibet epacta X I. diei 20. Martii ascripta. Ea ergo tunc epacta respondere debet aureo numero 4. quod quidem fit in tabula expansa in linea, cui præfigitur litera P, maiuscula. Hæc ergo litera anno 109500. præfixa est in æquationis tabula. Quia autem iste annus 109500. tempus 200000. annorum, ad quod vsque vulgarem suam æquationem Clavius, & non ultra sese extendere, vt supra audiuius, dixerat, hoc loco (quamuis id non vbique fiat) vtraq; æquatio in eandem conuenit literam, & propterea subiungit idem Clavius: *quam etiam literam reperies per ea, quæ hoc cap. 12. Num. 10. tradidimus.* His deinde addit, quomodo facta interruptione æquatio ordinaria in posterum proseguenda sit: resumere nimirum Lillianam æquationem iubet, donec ratio aut temporis aut æquationis rursus extraordinariam æquationem exposcat. Sic enim habet. Deinde in proximo futuro centesimo non bissextili si luna non egeat æquatione, assumenda litera N, maiuscula. Si vero luna æquationem desideret, eadē litera P, retinenda: quod etiam faciendum est, quando insequens centesimus est bissextilis, & luna non fit æquanda. Nam si foret æquanda luna, assumenda erit litera a, minuscula, &c. quæ res difficilis non est, si attente triplex illa regula cap. 11. Num. 9. tradita perpendatur. Non ergo in illo centesimo vsurpanda erit litera h, minuscula, quam tabula æquationis cap. 11. offert. Et hæc sunt, quæ Clavius de castigandis tradidit epactis.

7. Quod ad extraordinariam restitutionem æquinoctii attinet, eandem omnino tam pro vulgari sua, quam pro Gregoriana æquatione Clavius tradidit rationem, eo quod ex dierū in Calendario collocatione, facilius alia, & ad vulgus magis accommodata appareret nulla: tamen propter hanc duplicem acceptionē, etiam eandem eodem in cap. 12. videtur voluisse repetitam, quam Num. 19. breuiter sic proponit: *Et sane quod ad æquinoctium attinet, facile in pristina sedem, si quando eam deseruerit, renouari poterit per omissionem, vel intercalationem aliquot dierum, ex edicto summi Pontificis, vt in hac ipsa anni correctione factum est: per decem dierum exemptionem.* Facta autem hac extraordinaria æquatione, ordinaria deinceps proseguenda est vt paulo ante à Clauio admoniti sumus.

De æquatione extraordinaria æquinoctii siue anni solaris.

Caluissius porro Gregorianam eandem hanc æquationem ita latenter prætergreditur, quasi eam apud Clauium nullibi inuenerit, cuius tamen ipse sæpius meminit, eamque suæ propriæ vbique prætulit, scilicet in ea nullam calumniandi materiam reperit; Clauianā vero adeo iratus insequitur, vt ab ea persequenda nunquam cessare posse videatur, imo nō raro in ipsum eius auctorem dentes a linguam acuit, dum eum vocat Calendarii Gregoriani oppugnatorem, errorum eius proditorem, conspurcatorem, calumniatorem, iniquū censorem, &c. Sed quam nam obsecro ob causam? An quia is tot millia annorum Calendariū vna cum æquationibus inuariatum post eum quem Caluissius prædixerat mundi finem,

Clavius nullo iure à Caluissio reprehenditur.

Lib. 1. cap. 29.

Explicat. ca. 12.
Num. 20.

Lib. 1. cap. 29.

finem duraturum ostendit? An quia liberum reliquit posteris, æquationem illā ut adhiberent vel omitterent? An quia ad eandem æquationem in vsum reducendam ac promulgandam auctoritatem ac iussa requisivit summi Pontificis? Idcirco ne Calendarii Gregoriani hostis est? Ideone quia Lilius summis euehit laudibus, eius propterea accusator & calumniator est? Nonne tu ipse Caluifi, horum Clauiorum verborum meministi? *Solus Aloysius Lilius Hysicroneus rem feliciter & non sine Dei Opt. Max. benignitate affectus est, cum talem cyclum excogitauerit, qui Calendario semel inscriptus (intelligis iam de quo cyclo, & de qua perpetuitate loquatur?) in perpetuum nouilunia monstret?* An vero, quia simul gratitudinē ostendit animi cum dicite: *Maxima ergo gratia & laus Aloysio Lilio tribuenda est, qui tam artificiosum epactarum cyclum excogitauit, &c.* ideo calumniatur Lilius? *Sed ita solent, qui præpostero iudicio feruntur, Non enim est cuiusvis.* Verum his iam diutius non immoror, alius nos locus commodior expectat, quo scio Caluifium in singulare certamen Clauium sua cum æquatione euocasse. Hic nunc satis sit aliqua ratione perpetuitatem Calendarii explicasse: quos nam Clavius agnoscat errores indicasse; & quid de emendatione seu æquatione extraordinaria senserit ac præscripserit aperuisse. Quibus adiungi potest, nullam omnino, quæ populariter instituat perpetuo durare posse æquationem: quod etiam ipsis probari potest Caluifii æquationibus. Deinde vnius, duorum, aut etiam trium aliquando dierum errorem, qui ex æquatione facili, ex cyclo aut epactarum rationabili dispositione ortum ducat, modo se ipsum corrigat, nec augendo sese in peius abeat, in re nostra Ecclesiastica ac Calendario vulgari, proprie errorem non esse nec dici debere: quia, ut ipse fatetur Caluifius, *nullo modo vitari possunt.* Quæ omnia præmonuisse operæ precium fuit. Certe hæc sola ad totum euertendum ac refutandum Caluifianum Elenchum satis esse poterant.

CAPVT QVINTVM.

*Quo die tam Iudæi quam Quartadecimani Pascha peregerint,
& quid ratione illorum in Paschate celebrando
Christiano à Patribus sancitum sit.*

Quid in reli-
quo libri primi
Elenchi sui tra-
det. Caluifius.

Caluifius postquam in superioribus non Calendarii Gregoriani ostendit errores, sed suos, caput denique decimooctauum sic concludit: *sed de hisce & aliis huius generis Calendarii Gregoriani erroribus iam ordine dicemus, ad seriem canonū superius traditorum.* Egregius Calendarii accusator, qui, ut litem ipse, quam sine causa mouit, ipsemet decidat, leges sibi ipsi finxit, & canones suum ad arbitriū condidit. Vnicuique autem canoni primum si demas, vnum ex suo Elencho attribuit caput, ut quātum contra eundem peccet Calend. Gregorianum manifestū faciat singillatim, probet, ostendatq; errores, ut ipse loquitur, *quibus vetus Calendarium laborat, non esse sublatos, sed multos alios præterea liberaliter additos, adeo ut nullus omnino canon de Paschate recte celebrando ab Ecclesia sancitus sit, contra quem hoc nouū Calendarium non enormiter peccet, excepto eo canone, quem constituit primum, Quod videlicet Pascha nullo alio die, quam die Dominico sit agendum.* In reliquis deinceps primi libri capitibus, tum ex suis regulis arbitrariis, tum etiam ex ritibus à gentibus mutatis anam arripit calumniandi Christianum Calendarium, quæ omnia ordine

nunc

nunc examinabimus. Si prius ipsis canonibus lucem afferamus, sine qua eorum demptata transgressio obscurior foret.

2. Secundus autem canon & quartus (vtrumque enim lib. 2. cap. 4. examinandum huc reiecimus, ita se habent: II. *Ne Pascha cum Iudæis celebratur sine ut clarius dicam, & verba canonis retineam, ne Christiani cum Iudæis interfectores Christi in Paschate celebrando concurrant.* IV. *Ne Pascha cum Quartadecimanis hæreticis ante plenilunium agatur.*

Secundus & quartus Calvisiani canones Paschales expenduntur.

In quibus primo iure optimo quaeritur, an non idem sit cum Iudæis & cum Quartadecimanis hæreticis Pascha celebrare, & quod duobus prohibet canonibus Calvisius, potuerit vno? sed ei si fidem habere velimus, idem non est: Iudæos enim ipse in plenilunio, hos vero ante plenilunium Paschata sua agere dicit: dicit inquam, sed non probat. Ex omnibus autem, qui hac de re scripserunt auctoribus constat Christianos duas potissimum iuisse in partes in celebratione Paschatis: altera enim diem observabat Dominicam, quæ tamen propter diuersitatem cyclorum & disidium in definiendis Embolismis, non fuit eadem omnibus; de qua controuersia hic non disputamus: altera vero pars fuit eorum, qui in celebratione Paschatis nullam habuerunt rationem dei Dominicæ; sed vel statò aliquo anni solaris die ipsum Paschæ agebant diem; de quibus etiam nunc non agimus: vel vna cum Iudæis luna semper quartadecima, vnde etiam nomen sibi Quartadecimanorum inuenere. idem enim erat aut cum Iudæis, aut cum istis Quartadecimanis Pascha peragere.

Pascha olim à variis variis celebratum temporibus.

Hoc autem si solius Calvisii rationem haberemus, non aliunde, quam ex eius magistro Iosepho Scaligero probaremus; hic enim ipsi est instar omnium, qui libro 2. de emendat. temp. de Quartadecimanis sic habet: *In primordiis Ecclesiæ cum Apostoli, cum qui eos centum annis postea sequuti sunt, Pascha semper Iudaice celebrarunt. De tempore vero quo pascha agere soliti erant Quartadecimani, hæc paulo post subiicit: παραπεσν αὐθεντικῶν αὐτῶν αὐτῶν XIV. Iūna celebrabant: Et deniq; de ipsorum cyclo, ac cum Iudæis concursu mox addit: Quis autem aut cuiusmodi fuerit cyclo iste παραπεσν αὐθεντικῶν αὐτῶν etiam me tacente sciunt, qui Eusebii, & auctores Ecclesiastica historia legerunt. Nam qui per omnia Apostolos hac in re imitarentur, & permulti ex illis ex Iudaismo ad Christianismum transissent, non obscurum est eorum cyclum merum Iudaicum fuisse, & de periodo Alexandria Iudeorum perisolutum. Constat ergo ex Scaligero idem esse cum Quartadecimanis concurrere, quod cum Iudæis: & quod inde sequitur, idem in vtroque prohiberi canone Calvisiifico.*

Iudæos ac Quartadecimanos Pascha eodem tempore celebrasse, probatur ex Scaligero.

3. Neque vero desunt aliorum testimonia, quorum fides securior, doctrina solidior, auctoritas omni exceptione maior existit. Enimuero tam Apostolos, quam reliquos primi seculi Christianos omnes Pascha semper Iudaice celebrasse, falsissimum est: Concedunt id quidem de S. Ioanne aliqui; & de Quartadecimanis certum est; sunt tamen qui id etiam de S. Ioanne omnino negent: cum eū id maxime iis qui recenter ex Iudaismo ad Christianismum transitum fecissent, pertinuisse, non autem ipsum Iudaice celebrasse, affirmant. Certe Eusebius, quē pro se Scaliger citare ausus est, non alio quam die Dominico Pascha celebrare Apostolicam esse traditionem expresse affirmat. Adscribam ipsius verba, quæ habet de controuersia Paschatis lib. 5. cap. 22. quam dicit ortam esse ex eo, quod omnes Ecclesiæ Asiæ antiqua quadam traditione adducta, censēbāt decimoquarto die Iūna (quo Iudæi olim præceptum erat, ut agnū immolarent) festum illud celebrandum, & omnino eo

Paschatis in die Dominica celebratio traditio est Apostolica.

Y die,

die, in quemcunque hebdomada diem forte incideret, ieiunium finem statuendum, & quod non in more positum esset ceteris Ecclesiis per vniuersum orbem terrarum dispersis, quæ consuetudinem ex Apostolica traditione, ad hoc vsque tempus continuatam tenebant (nimirum vt nō alio die quam eo, quo Seruator à mortuis resurrexerit, ieiunia dissoluerebantur) istam modum obseruare.

Atque hac ratione Petrum Apostolorum Principem Paschata sua Romæ celebrasse, & id ipsum Marcum, monente eodem Apostolo, Alexandria docuisse, disertis verbis Beda docet lib. 5. Ecclesiastica historia gentis Anglorum cap. 22. & lib. 3. cap. 25. idemque confirmat epistola Protherii Antistitis Alexandrini ad B. Leonem Papā I. cap. 43. de ratione temporum: quæ tria loca referuntur à Clauio in Explicat. Calendarii cap. 1. num. 5. & 6. Et hoc ipsum vel ipsi Catholicorū aduersarii inuiti testati sunt, vt de Socrate Nouatiano constat: Sane quidem, inquit lib. 5. cap. 21. qui Romam & alias partes Occidentis incolunt, Petrum & Paulum Apostolos consuetudinem quam illi tenent, ipsi se iquisse affirmant. Verum nemo istorum omnium de his rebus scriptis proditum proferre potest. Hæc Socrates Nouatianus: ad huc Cardinalis Baronius, cum Iudæis quoque ipse celebrans Pascha quartadecima luna, cuius institutionis Ioannem Euangelistam fuisse auctorem calumniatur: quem potius id, sicut alia multa, in illa tunc nuper exorta & coalescente primitiua Ecclesia, tot crasse putandum est. Sanctus profecto Ignatius, quem Apostolorum tempore vixisse nemo dubitat, diei meminit Dominicæ in celebratione Paschatis, & societatem eo in festo fugiendam esse Iudæorum, epistol. 6. & 8. admonet. Papa vero Pius decreto id primo stabiluit, quod antea ab Apostolis ordinatum erat.

Quartadecimani
nos & Iudæos
in Paschatis
celebratione
concurrere ex
variis probatur
auctoribus.

4. Quod autem ad illos alios spectat, qui in celebratione Paschatis diem Dominicani negligere consueuerunt, Quartadecimanos nimirum (illi enim sunt, de quibus hic agimus, quosque præcipue tam Victor Papa, quam Conciliū Nicenum damnauerat) quod vna cum Iudæis solemnitate illam peregerint, facile etiā aliunde, quam ex Scaligero probari potest. Tam diu enim Quartadecimani siue Iudaizantes tolerati in Ecclesia sunt, quā diu hæc sola cōtrouersia manebat inter Catholicos: vnde etiam quāuis altera pars alteri opinionē suā persuadere conata sit, nihilominus tamen vtraque in eadem persistebat cōmuniōne, vt clare constat de Polycarpo Episcopo Smirnenſi, & Anacleto Romano Pontifice. Verum cum negotium hoc abiret in schisma acheresin, & vna cum hac grauiorē orirentur non solum, sed & fouerentur controuersia, V. & Victor Papa pertinaces cōmuniōne priuandas censuit: maxime cum Basilus quidam suam mordicus defendere sententiam, atque in Romanā Ecclesiam introducere præsumpſisset, de quo Tertullianus de Præscript. cap. 5. sic habet: *Esſe præterea his omnibus etiam Blasius accedens qui latenter Iudaismum vult introducere Pascha enim hoc non aliter custodiendum esse nisi secundum legem Moysi XIV. mensis.* Comitatur autem Basilum hunc defensore fuisse Quartadecimanorum; atque adeo Quartadecimanos cum Iudæis Pascha fecisse.

Idem manifeste patet ex loco Eusebii paulo ante adducto, qui de Ecclesiis Asiæ, ex quibus maxime Quartadecimani oriundi, expresse habet, quod *conſueuerat decimoquarto die luna (quo Iudæis olim præceptum erat vt agnam immolarent) festum illud celebrandum.* De iisdem eadem apud Nicephorum lib. 4. cap. 36 leguntur: *Ecclesie namque Asiæ, inquit, ex traditione vetusta, quæ ad eas vsque ad id tempus (imperii Commodi) transmissa erat quartumdecimum diem luna obseruandum esse necessario duxerunt, quando*

quando & Iudæi ex præscripto legis agnum mactare, & Pascha suum manducare soliti sunt. Perinde atque necessitas prorsus quedam impedita eis esset, in quocumque diem hebdomadis incidisset eo ipso die statim, consuetaq; soluerentur ieiunia, & vt semel dicam, vna cum Iudæis apud ipsas quoque sacrum nostri Paschatis mysterium celebraretur.

Socrates deinde Nouatianus, referente Paulo Mittelburgensi part. 1. lib. 1. Paulinæ, cum ostendere voluisset, nullum extare de Paschatis celebratione Apostolorum præceptum, sic habet: *Mihi videtur, quod sicut multa alia per provincias in consuetudinem venerunt sic & Pascha festiuitas tradita est, eo quod nullus Apostolorum aliquid de hac sanxisset donec Victor Romanus Pontifex Orientales omnes, cum Iudæis Pascha facientes, ab Ecclesia separasset.* Patet autem Victorem maxime Quartadecimanos ab Ecclesia segregasse: ergo Quartadecimani cum Iudæis Pascha facere consueuerant. Falsum autem est, Victorem primum fuisse, qui aliquid de Paschate sanciuerit, cum Pius Papa & Martyr diem Dominicam obseruandam ante ipsum edixerit, vt constat ex iis, quæ habentur de consecr. dist. 3. ca. Nolle. Sic enim in epistola Decretali inquit Pius: *Nosse vos volumus, quod Pascha Domini die Dominico annis temporibus sit celebrandum.* &c. Nouatianis autem liberum in sua secta erat Paschata diuersis celebrare temporibus: vnde alii diem Dominicam cum Romanis, alii quartadecimam lunam cum Iudæis obseruabant, de quibus Nicephorus lib. duodecimo cap. 3. 2. sic habet: *Nouatiani isti Resurrectionis diem peragunt Iudæos & ipsi secuti, & in idem cum Quartadecimanis tempus incidunt.* Quo clarius ad propositum nostrum confirmandum dici poterat nihil.

Apertissime etiam in responso ad Victoris excommunicatorias habet Poly-crates, qui inter Asianos Præsules primas tenuisse videtur, quo die Quartadecimani Pascha suum celebrauerint. Nam postquam suos recensuisset antecessores, qui omnes diem Paschatis decimoquarto die lune ex Euangelii præscripto, vt ipse loquitur, peregerint, seque eorum secutum vestigia, subiungit teste Eusebio lib. 5. cap. 23. *Atque hi maiores mei & cognati tunc diem Paschatis semper celebrant, cum sit populo Iudæico in more positum panes azymos apparare.* Siue, vt alia habet versio qui omnes ita obseruauerunt hunc diem, vt conueniret cum illo, quo fermentum Iudæorum populus aufert. Eo nimirum die Pascha agebant, quo Iudæi agnum mactabant Paschalem, & fermentum exterminabant.

Clarissime denique colligitur propositum nostrum ex epistola Synodali Niceni confessus, ad Alexandrinos, aliosque directæ, quæ à pluribus refertur, aut citatur auctoribus, vbi expresse habetur eos, qui dissentire à communi die Dominica celebrandi Paschatis consueuerant, quorum potissima pars erat Quartadecimanorum, cum Iudæis conuenisse. Etenim lib. quarto Concil. Niceni ea epistola inter reliqua sic habet: *Latum insuper vobis afferimus nuncium, de sanctissimi Paschatis celebrandi consensu.* Nam & hac res precibus vestris recte constituta atque ordinata est, fratresque Orientales omnes, qui antea cum Iudæis fecerunt, ex hoc ipso tempore cum Romanis, & nobiscum, omnibusque adeo aliis qui antiquitus nobiscum Pascha celebrarunt, id se concorditer acturos consenserunt. Nec vllum est dubium, non alia de causa tractatum in Niceno conuentu de Paschate esse, quam vt efficeretur, vt & à Iudæorum societate Quartadecimani auellerentur; & vt tam ipsi quam alii, qui quoquo modo dissentirent, vno omnes & eodem die Dominico per totum orbem sanctissima illam solemnitatem peragerent. Id est, quod ipsa Synodus, id item quod Constantinus Magnus sua inculcat epistola, ad Episcopos atque Ecclesias,

qui Concilio illi non interfuere data, in qua inter cætera etiam ista leguntur: *Vbi quum de sanctissimo etiam Pascha die, questio esset exorta, sententiis omnium decretum est convenire, ut in eodem tempore ab omnibus ubique peragatur.* Et paulo post: *Ac primum quidem indigna res fuit, sanctissimum illum diem imitatione ac consuetudine Iudæorum celebrare: qui manibus suis nefario flagitio contaminatis, non iniuria quoque animus sunt exccati, homines scelerati.* Item: *nos ipsos à fæda illa conscientia & societate (Iudæorum) retrahamus, fratres reuerendissimi, &c.* Epiphanius denique refert, Quartadecimanos Iudaicis ritibus ac fabulis addictos allegasse pro se illud legis: *Ma'edictus, qui non fecerit Pascha decima quarta die mensis.*

Epiphanius hæ-
ret. 30.

Itaque manifestissimum redditum est, Quartadecimanos hæreticos cum Iudæis in Paschate peragendo concurrisse, atque adeo utroque canone Caluifiano idem prohibitum fuisse.

§ Quæritur Secundo pro Caluifianorum Canonum declaratione, quæ ac quâta vis illius sit Canonis, quo, *Ne pascha cum Iudæis celebretur, &c.* prohibet, obliget ne ut quocunq; demum tempore Iudæi Pascha faciant, Christiani rationem sui Paschatis, si forte concurrerent, teneantur mutare, atq; in aliud transire tempus: ita ut si verbi gratia Iudæi statuto aliquo decernerent, celebrare Pascha, semper feria prima proximè post quartam decimam lunam occurrente, ea ratione qua nunc suum conficit Pascha Ecclesia Catholica, ea, nisi contra hunc Canonem peccare velit, Pascha in aliud tempus transferre necesse habeat vel etiam si ex aliqua alia ratione, Iudæi in idem cum Christianis tempus inciderent, ut ex errore calculi, aut cycli, vel quavis alia de causa, semper Christiani ne cum Iudæis societatem inire videantur, alieno tempore festa facere cogantur? De hoc si Caluiffi petamus sententiam respondere videbitur affirmando, eo quod iam dudum receperit Rabbiorum statutum, quod fecerunt de translatione Neomeniarum & Paschatis ratione feriarum ab iisdem interdictarum: ergo. Stauerunt enim Rabbini Iudæorum solennitatem azymorum nunquam fieri debere feria secunda, quarta, & sexta: atq; adeo agnum nunquam mactari feria Prima, tertia & quinta: sane quintadecima luna, in qua iuxta sacra præscripta olim facienda erat solemnitas azymorum incidere potest tam in secundam, quartam, ac sextam feriam, quam in reliquas, ut vel ex ipsa Caluiffi pleniluniorum constat tabula: in quibus casibus etiam si Iudæi iam Rabbiorum placitis magis quam legis diuinæ adherentes, alieno celebrent festa tempore, quam olim illis præceptum fuit, tamen ne cum illis cõcurramus, Caluiffius iubebit nos Pascha transferre etiam ultra Herculis columnas, si opus erit. Quo quid absurdius, quid magis ridiculum, quid magis improbum, quam Ecclesiam Christi ad superstitiones alligare Iudaicas?

Caluiffius Chri-
stianis pro suo
Paschate prohi-
bet tempus, quo
Rabbini suum
pro placito suo
celebrant.

Neg. bis fortassis Caluiffi te vnquam afferuisse ad ferias illas reuocandas & translatas Neomenias Paschata Christianorum esse examinanda. Negas ne? Reuoca quæso in memoriam te cap. 19. l. b. 1 tui Elenchi Pontificiis (ita enim tu Catholicos appellas) obicere atq; exprobrare, quasi *societatem cum Iudæis inear, & frequenter cum eis Paschatis festiuitatem peragant*, idq; accidisse anno Christi 1609. afferis. Et hoc quomodo probas, nonne ex calculo Hebræorum, qui his translationibus vtitur? Est annus, inquis, Iudaicus 5369. Character Neomenia Tisri 3. 2 1 933. qui & Astronomica & Politica ratione in feriam quinquam mutatur, &c. En quomodo niteris fundamento! Neomenia Tisri incidit per te in feriam tertiam, & Astronomi-

ce trans-

ce transfertur in feriam quartam (in hoc enim computo Iudæi diem à meridie inchoant, horas vero ab occasu æquinoctiali numerant, ita ut 22 horæ ab occasu sint horæ 28 à meridie, hoc est, dies vnus cum horis 4) at quia Rabbinii prohibent Neomeniam Turi in feria figere quarta, hinc est quod Caluissius Neomeniam ex feria quarta in quintam immigrare politica ratione iubeat. Plura exempla paschatum à Caluissio ex computo Rabbinorum deducta infra suis locis videbimus. Ex quibus omnibus luce meridiana clarius constat eius sententiam Paschata Catholicorum ad hanc translationem feriarum tanquam ad lydium lapidem examinanda esse. Sed nos antequam ad secundam quæstionem respondeamus, tertiam subiiciemus, ad implicatos Caluissianos canones enodandos necessariam.

6. Quæritur igitur tertio, quo die proprie Paschata sua, tam Iudæi quam Quartadecimani (eodem enim utrosque die celebrasse iam ostensum est) confecerint, aut certe, quod videtur esse consequens, quæ dies proprie Christianis ad celebrationem Paschatis, ne cum Iudæis agere videantur, à Concilio Niceno interdicta sit. Quid ad hoc Cantor? quid Caluissius? dissonantia ille, hic pugnantia. Quod enim ad Iudæos spectat, ipse eos primo celebrare Pascha dicit quartadecima primi mensis; ubi immolationem anni pro Paschate proprie accipit. Secundo eos Pascha facere asserit quintadecima eiusdem mensis; ubi solemnitas azymorum proprie ipsi Pascha est. Tertio nunc Paschati plenilunium tribuit, nunc diem ante plenilunium, nunc post plenilunium: nunc hæc, nunc illa inter se cōfundit: Ostendimus hoc breuiter, & ordine. Nam quod ad primum attinet, capite 7. sic loquitur: *Iudæi enim Pascha celebrant decimaquarta luna, semper in plenilunio ut exempla ostendunt.* Si quartadecima luna, ergo non in plenilunio: si in plenilunio; ergo non luna decimaquarta: diuersa enim hæc sunt: quæ quamuis conciliari inuicem aliquo modo possint, ut post dicemus, non tamen eo modo sumuntur à Caluissio. Iudæis vero Pascha celebrare mastando agnum decimaquarta mensis primi, clarius ex eodem loco habetur capitis decimiseptimi nunc allati, cui subiungit exemplum. *Ut, inquit, Christus passus est in Paschate Iudaico feria sexta, &c.* At cap. 20. de eadem Christi Domini passione sic habet: *Passus enim est eodem die quando Iudæi suum agnum Paschalem comedebant, qui que id faciebant postquam Christum crucifixerant, ut Ioannes Euangelista testatur.* (quod infra examinabitur) Nullo autem alio die, quam quartadecima agnum suum comedere poterant, cum id Deus ipse seuerissime præcepisset. Secundum exemplis ostenditur à Caluissio allatis, eorum annorum, quibus Pascha ex Calendario Gregoriano cum Iudæorum incidere calculiatur, ut anno 1609. & 1622. cap. 19. & anno 2106. &c. c. 22. in quibus omnibus quintadecimam diem mensis primi, in quo solemnitas sit azymorum, pro Paschate proprie accipit. Si quidem dicamus ipsam in Paschate anni 1622. vno die, ut cap. sequenti probabimus, errasse; si vero vult se non errasse; sed Pascha vere in primam incidere feriam, etiam secunda dies azymorum ipsi Caluissio proprie Pascha erit, Christianis que pro suo interdictum. Tertium facile etiam probatur. Pascha enim semper fieri in plenilunio pluribus asseuerat locis: ante vero vel post plenilunium fieri admittit, eo ipso quod interdictas ferias admittit.

Certe aut nescire Caluissius debet, quo die Iudæi Pascha celebrent, aut eidem quod Christianis fugiendum est, plures dies malitiose & contra Cōciliorum, ac Patrum sententiam attribuit, ut hinc Calendarium Gregorianum in Paschate

De tempore
Paschatis Iu-
daici Caluissius
pugnantes sen-
tentia.

Caluissium autē
nescire tempus
Paschatis Iudæi-
ci, aut studiose
ei plures attri-
buere dies.

sapius cum Iudæis concurrere probet. Iudæi autem, inquit cap. 20. *Pascha SEMPER transigunt in plenilunio, etiam si id incidat in feriam primam, quemadmodum id patet ex ipsorum Calendario.* At ex Iudæorum Calendario translatio constat Neome-niarum siue feriarum, quæ primo diei azymorum, qui Caluissio etiam proprie dies Paschatis dicitur, ferias secundam, quartam, & sextam penitus interdicit, etiam si plenilunium in eas Astronomicè inciderit; quomodo ergo Pascha semper transigunt in plenilunio? Conciliet hæc qui meliori est ingenio. Et fortassis conciliari ista posse alicui videbitur, si dixerit, Caluissium per plenilunium non intellexisse plenilunium Astronomicum, sed translatum siue Politicum, hoc est, decimum quintum diem Nisan, quo die semper faciunt, ac propterea adiunxisse eum quemadmodum id patet ex ipsorum Calendario. Verum neq; hac ratione recte consuluerimus Caluissianæ dissensionis. Si enim ipsum consulamus Hebræorum Calendarium, quod Caluissii magister Iosephus Scaliger cap. 6. Can. II. g. exhibet, inueniemus Pascha & azyma non idem esse, aut eidem diei attributum vtrumque; & quidem Pascha non 15. sed 14. diei Nisan additum: sic enim ad 14. diem adscriptum reperies: *Pascha. Exterminatio fermenti: ad diem vero 15. Azyma.* Contra te Caluissi non exclamationibus vtor, vt pollem, vereor tamen ne a magistro tuo Scaligero vapules, qui eius Calendario Iudaico non melius studuisti. Tu, qui omnes docere omnia præsumis, & inter alia etiam Calendarium Iudaicum. Nos etiam, inquis, aliquando eius methodum in Chronologia dabimus. Nescis adhuc quo die Iudæi Pascha celebrent? quid doctis à te expectandum erit? Saltem ad sacrâ confugisses scripturam, hæc te & Pascha ab Azymis docuisset distinguere, & quibus diebus vtræque ceremonie peragendæ fuerint, edocuisset; sic enim Levit. 23. legitur: *Mense primo, quartadecima die mensis ad vespertum Phasce Domini est. & quintadecima die mensis huius solennitas azymorum Domini est.* Hostias vero cadere solebant, vt constat ex Iosepho de bello Iudaico lib. 7. cap. 1. 2. ab hora diei nona vsque ad vndecimam. En Caluissi, quam aperte Pascha ab azymis distinguatur, & quam clare illa, quartadecimâ; hæc vero solennitas quintadecimâ peragenda dicatur! Denique etiam in hoc Caluissius sibi contradicit manifestissime, quod nunc ad Paschata Iudaica requirat plenilunium politicum vt cum illo loquar, id videlicet, quod ob interdictas ferias transferre solet: nunc vero plenilunium exponit Astronomicum medium. Illud constat satis ex dictis: hoc autem habetur ex ca. 17. Elenchi, ex loco supra à nobis allato, ubi dicit: *Iudæi enim Pascha celebrant decima-quarta luna SEMPER in plenilunio:* loquitur autem de plenilunio ex suis tabulis pleniluniorum mediorum eruendo. Conciliet & hæc, qui me iori est ingenio.

Sacra scriptura
Pascha proprie
dictum distinguit
à sollemnitate
azymorum.

Alia Caluissi de
Paschate Iudaico
contradictio.

De tempore Pa-
schatis Quartadecimanorum
Caluissi senten-
tia.
Quartadeci-
mam lunam non
esse plenilunium
sed ante pleni-
lunium.

Pascha Iudaicum
proprie fieri

De Quartadecimanis vero affirmat Caluissius in suo canone quarto, eos ante plenilunium Pascha transigere, ne Pascha cum Quartadecimanis hereticis ante plenilunium agatur, id quod misero homini, qui quartadecimam lunam denotasse plenilunium pertinacissime contendit, iugi lû frangit. Ab eo enim dicti sunt Quartadecimani, quod quartadecima luna Pascha celebrarent; sed celebrarunt teste Caluissio ante plenilunium: ergo quartadecima non est plenilunium; sed ante plenilunium; quo nihil verius. Cum igitur Quartadecimani celebrarunt ante plenilunium, falsum est quod dicit Caluissius, Iudæos Pascha semper in plenilunio agere. Ostensum enim à nobis satis luculenter est, Iudæos & Quartadecimanos in festiuitate Paschatis concurrisse.

7. Quæ cum ita sint proprie Pascha Iudæorum fieri consuevit, eo die vsuali siue

siue artificiali, vt aliqui loquuntur, qui est 14. lunæ, & ad cuius vesperam agnum immolare solebant, id attestante ipsa, vt audiuius, sacra Scriptura; atque pluribus auctoribus confirmantibus: ea etenim, quæ in contrarium adferri possunt, facillime explicantur ex diuersa, ac impropria acceptione Paschatis, atque diei, eiusdemque principii: Nam variis modis & Pascha & dies sumi solet: & dies quidem (de Paschate infra dicemus) apud Iudeos vsualis deriuatur à media nocte diem artificialem precedente, & terminatur media nocte sequente: ratione autem horarum in calculo vsurpatarum, & quorundam præceptorum ac ceremoniarum, diem ab occasu solis auspicantur: denique si ipsum spectes calculum, quo nunc vtuntur, & cuius rationem habet Caluibus, diem à meridie inchoant, vt supra monuimus; vnde si epilogismus 18. excedit horas, quæ ab occasu numerari solent, Neomeniam in sequentem traiciunt feriam, vt intelligamus, ait Scaliger, 18. horas ab occasu solis, tantum esse ac 24. à meridie. Quando igitur Christiani loquuntur de festis Iudeorum, plerumque ea accipiunt iuxta diem vsualem, quo etiam modo videtur diem accepisse sacra scriptura loco citato.

cōsueuisse quæ
tadecima luna.

Facile explicā-
tur diuersæ au-
ctorum senten-
tiæ.

Lib. 3. can. Isag.

Atque hinc nullo negotio ad quæstionem tam secundo, quam tertio loco positam respondemus. Dicimus igitur ne concurramus in Paschate celebrando cū Iudeis, eo modo esse intelligendum, prout à Concilio intelligitur Niceno: at hoc solummodo cauit, ne quartadecima luna vna cum Iudæis Pascha celebremus, etiam si in eam incidat dies Dominica, vt supra lib. 2. ca. 4. ex Rabano audiuius. Nullibi autem habetur ex traditione Concilii, si diem 14. lunæ proxime sequatur Dominica, in ea Pascha celebrari non posse; imo contra ab omnibus quorum aliqua est auctoritas, sola quartadecima excipitur; vnius enim diei additione sufficientem iudicarunt ad Paschata Iudeorum ac Christianorum distinguenda. *Adiuncta est enim* inquit S. Isidorus cap. 3. de officiis Ecclesiasticis, *ipsorum dierum observatio per Nicenum Concilium vniverso orbi Christiano, & persuasum, eo modo Pascha celebrari oportere vt non 14. lunam Paschalem, sed & diem Dominicam, in quo resurrexit à mortuis, expectare debeamus. Inde est, quod ad eundem diem anni nō reueritur Pascha. Nā Iudei tantundem mensem novorum & lunam observant: diem autem addendum Patres nostri consueverunt, vt & nostra festiuitas à Iudeorum festiuitate distingueretur. Itaq; concurrere cum Iudeis, erat Pascha celebrare quartadecima luna.*

Quod tempus
Christianis pro-
prie interdictū
sit, vt cū Iudæis
in Paschate nō
concurrant.

Neque vero Concilium lunam præscripsit calculi alicuius incerti; hoc enim non fuisset dissensiones sopire, sed solitas potius excitare; sed de quartadecima luna loquens intellexit quartadecimam cycli, Patres enim sanctissimi, vt cum Diuologo loquitur Ambrosio, *quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in annos reliquos cipheretur. Et vt eadem epistola subiungit idem Ambrosius, Maiores nostri in tractatu Concilii Niceni cum diem eundem ad ea referre, si quis diligenter intendat statuendum putarunt. Et venerabilis Beda cap. 1. de ratione temporum: Cyclum decemnouumalem propter XIV. lunas Paschales Nicæna Synodus instituit, hoc est terminos constituerunt Paschales, per cyclum vnde viginti annorum, siue 19. auroreorum numerorum, quos si in Paschate celebrando obseruemus, ex decreto Concilii nunquā cum Iudæis noxie concurremus, vt ut ipsi nobiscum quandoque concurrerent. Verum quidem est, omnibus qui hac de re scripserunt visum semper esse terminos illos, siue cyclum à rationibus lunaribus nimium non debere differre, id quod cum nostris temporibus factum esse, maxime in modo æquinoctii, animaduersum esset, tam ipsum æquinoctium, quam rationes lunares à*

Quartadecima
luna cycli Chri-
stianis non li-
cere Pascha ce-
lebrare ratione
Iudeorum.

Gregorio

Gregorio XIII. Pontifice maximo, cui hoc beneficium grata debet posteritas, pristino restituta sunt nitori, ac præcisioni, sed iis etiam munita prædiis, ut tam facile ab ea deesse & ere non possit.

Quamvis autem ad nostram confirmandam sententiam, satis omnino esset Dominicæ traiection; nulla enim alia de causa ea Dominica, quæ in quartamdecimam incidit lunam, Pascha celebrare interdictum erat, atque in proximam traiciendum, quam ne cum Iudæis Christi intersectoribus, qui quartadecima luna Paschata agerent, communicare aliquo modo Christiani videri possent: tamen eam ipsam multis aliis probare licet auctoribus; quorum instar omnium sit nobis idem S. Ambrosius, qui in eadem de Paschate epistola sic habet: *Itaque ne à veteri Testamento videamur discedere, ipsum de Paschæ celebrandæ die capitulum recenseamus. Monet Moyses populum, dicens, custodiendum mensem Novorum, eum primum esse mensem prædicans. Ait enim: Hic mensis vobis principium mensium, primus in mensibus anni, & facies Pascha Domino Deo tuo quartadecima die mensis primi.* Ex quo patet quartamdecimam lunam S. Ambrosio dici Pascha Iudæorum. In quo autem Christiani à Iudæis in Paschate discerni debeant, paulo post subiungit, dicens: *Vnde hæc lex, Pascha nobis servanda est, ut non quartamdecimam observemus in die resurrectionis, sed in die magis passionis, aut certe aliis proximis superioribus diebus. Quia resurrectionis celebritas die Dominicæ celebratur.* Et paulo post: *Illam ieiunemus, istam reficiamur.* Clarissime deinde ostendit, quæ dies proprie Iudæis Pascha dictum sit, exemplo eius anni, propter quem maxime illam scripserat epistolam, quo videlicet Iudæi à Christianis plus solido mense in Paschate distabant, & propterea quibusdam Pascha Christianorum nimium dilatum visum est. Nam non solum occurrebat eo anno, ut quartadecima quæ Iudæis Paschalis erat, in cyclo Christianorum integro mense postponeretur, annus enim erat Christi 387. litera Dominicalis C, aureus numerus 8. cuius quartadecima figitur 18. Aprilis, in ultimo videlicet termino: sed etiam, quia inciderat in Dominicam, sequens proxima dies Dominica ex lege à Concilio dicta pro Paschate expectanda erat. Sic autem de Paschate illo habet: *Denique in futurum Iudæi duodecimo non primo mense celebraturi sunt Pascha, hoc est, tertio decimo Cal. Aprilis secundum nos, secundum Aegyptios autem vigesimo quarto die Phamenoth mensis, &c.* Annus erat Iudaicus currens 4147. communis abundans, cyclus lunæ 3. character Tisri 5. 13. 291. Neomenia Tisri feria 5. die 10. Septembris anni Christi 386. Neomenia Nisan feria prima, die 7. Martii anni Christi 387. Ergo quartadecima Nisan die 20. eiusdem Martii, hoc est, 13. Calen. Aprilis, ut habet D. Ambrosius. Ergo quartadecima, non autem quintadecima Pascha dicebatur Iudæis. Ergo quartadecima luna celebrare Pascha, concurrere est cum Iudæis, non autem quintadecima. Idem etiam demonstrat calculus ex pleniluniorum tabulis. Plenilunium enim fuit eo anno 12. Calen. Aprilis feria 1. hora 5⁷. Sed iuxta Calvisium prima dies azymorum est in plenilunio; ergo præcedente die, hoc est, 13. Calend. Aprilis agnus mactabatur, quod est Pascha Iudæorum. En Calvisi, quam aperte asserat D. Ambrosius Pascha Iudæorum fieri quartadecima luna, siue Nisan! En quam accurate id comprobet calculus! Firmum igitur ac indubitatum manet Pascha illud Christianis prohibitum, & proprie Iudaicum dictum, esse hoc, quod supradicto modo celebratur quartadecima luna ante plenilunium.

Non sumus nescii, quosdam festum azymorum pro Paschate accipere Iudæorum; & recte: at qua ratione ac sensu ex infra dicendis patebit, quibus & obiectiones

Exod. 12.

Pascha Iudaicæ
ex sententia S.
Ambrosii esse
in quartadeci-
ma luna.

lectiones Caluianias diluamus, & nostram sententiam magis roborabimus. Hæc autem hoc loco ad propositarum quæstionum intelligentiam præmissæ, sufficit.

CAPVT SEXTVM.

Vtrum verum sit, Calendarium Gregorianum Pascha sapius cum Iudæis celebrandum præscribere: & quid circa hoc proxime post Concilium Nicenum ex præscripto veteris Calendarii & Patrum factum sit, in quibus Caluissius sapius grauitèr impingit.

Ventum tandem à præludiis ad ludum est, inquit cap. 19. Caluissius, *Pontificios Pascha cum Iudæis celebrare*, cum tamen id ipse secundo suo canone prohibuerit. Et primo quidem Calendarium antiquum siue Iulianum contra hunc canonein peccare non posse, prout ipse peccata interpretatur, falso omnino gloriatur, ut postea videbimus. Deinde aliquot exempla adfert, quæ etiam paulo infra examinabimus, quibus ostendet Calendarium Gregorianum Pascha cum Iudæis aut celebrasse, aut celebraturum. Tum subtilem hanc instituit quæstionem: *Sed si ne prohibitum Pascha cum Iudæis celebrare?* Ad quam mox sic respondet: *Imo seuerissime à primitiua Ecclesia prohibitum est, & quidem sub pena excommunicationis, & segregationis ab Ecclesia. Canon enim vetustissimus de hac re extat apud Clementem.* Canonem hunc refert Græce & Latine, quorum in Graeco habet: *Si presbyter vel Diaconus quisquam ausus fuerit festiuitatem Paschalem celebrare ante æquinoclium vernum, vel cum Iudæis, deponatur.* Depositionem vocat excommunicationem Canonista iste. Si canonum tam peritus es, legitime apud eundem Clementem canonem illum, qui eiusdem ordinis est sexagesimus, cuius ille citè relictus quæritus, qui sic habet: *Si quis Episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut hyndiaconus, aut lector, aut CANTOR sanctam quadragesimam non ieiunat, aut sextam feriam, aut quartam, deponatur, nisi imbecillitas corporis obstat: sin vero LAICVS sit, excommunicetur.* Ut illi aridet. *Cantor laice*, canon iste? Facto, Caluissi, non verbo tantum, canonum te probato obseruatorem. Sed tu libentius de canonibus Paschalibus, quàm de Quadragesimalibus disputas, nisi fortassis ieiunium esse velis illam, nudum panem tantum cui plurimum misce pulueris scholastici, id quod dicto tuo contrarium non est. Sed ad rem.

1. Canon iste Clementis, de non celebrando Paschate cum Iudæis, quomodo intelligendus atque obseruandus sit, per Concilium Nicenum explicari est. Cōstantinus vero Magnus, cuius tu etiam adfers adhortationem ad Episcopos, *ne in celebratione Paschatis cum Iudæis Christi interfectoribus concurrant*, non aliud, quàm quod ipsum Concilium admonet; & speciatim ad diem obseruandum Dominicam, atque ad calendarium Hebræorum reiiciendum, cyclumque patrum Nicenorum amplectendum cohortatur. *Propositus est*, inquit magnus ille Imperator, *sacratissima religioni nostra suus cursus, & legitima, quæ illam deceat, regula: quam unanimi consensu complectentes, nos ipsos à fœda illa (Iudæorum) conscientia, & societate retrahamus, fratres reuerendissimi.* Et profecto omnium absurdissimum est illos gloriando iactare, hisce obseruandis nos sufficere non posse absque illorum doctrina & præscripto. Cōtra te Cal-

Canon B. Clementis à Caluissio allatus.

Caluissius diligens canonum Paschalium obseruator, ad obseruandos Quadragesimales admonetur.

Per receptionem cycli decretorumque Patrum Nicenorum societas Christianorum & Iudæorum in Paschate dirimitur, ex summone Cōstantini Magni.

NB. Caluissius

uisti hæc pronuntiantur, qui more Iudæorum calculum mediorum motuum, reiectis cyclis, introducere in Ecclesiam non erubescis: & id quod controuersarij omnium in paschate celebrando fons & origo est, abrogatis cyclis, quib. sedantur, obtrudere non minus impudenter, quam temere conaris.

Calend. Gregorian. non concurrere cum Iudæis in Paschate contra se affirmat Caluissius.

Denique ad subtilem tuam quæstionem soluendam, prohibitum ne sit cum Iudæis pascha celebrare, nec ne; pro parte affirmatiua testimonium adducis ipsiusmet Calendarii Gregoriani, eo quod dicat: *Decimaquarta luna, si sit dies Dominica non celebrandum Pascha, ne conueniamus cum Iudæis*. At miser non vides contra te hoc militare testimonium? maiorem te ipso aduersarium non habes. Concedis conuenire in paschate cum Iudæis, esse celebrare eā quartadecima luna, de qua Calendarium loquitur Gregorianum: at Calendatium non nisi de quartadecima loquitur cycli, ut patet ex canone 6. eiusdem Calendarii (non enim aliunde hæc verba accepisse videris) in qua nunquam pascha celebrat: Ergo per te nūquam cum Iudæis conuenit: quod est contra tuum propositum. Nam non solum hæc attulisti, ut ostenderes etiam ex Calendario Gregoriano prohibitum esse concurrere cum Iudæis, sed etiam tempus illius concursus notare voluisti, ut patet ex sequentibus.

Caluissius nō solum rēpus Paschatis Iudaici, sed & azymorū Christianis pro suo Paschate interdicit.

3. Non quidem omnino abs re instituta videri posset hæc tua quæstio, ei qui solum ista inspiciat; at quæ sequuntur, aliter de sensu tuo sentire iubent. Audiamus quæso quam subtilibus verbis, subriles suas quæstiones exorne: *Sed quid iuuat, inquit, abstinere à societate Iudæorum in celebrando Paschate decimaquarta luna, si sequenti die te ipsis associet*? Miror sane patres Concilii Niceni ista nō vidisse, quæ Cantor iste lyncæus videt, & quartamdecimam solum interdixisse, non autem etiam diem sequentem seu quintamdecimam. At audi, Caluissi, siquidem non prorsus obsurduisti, te ipsum iterum iterumq; audi: *Quid iuuat abstinere à societate Iudæorū in celebrando Paschate decimaquinta luna, si sequenti die te ipsis associet*? Nam ratio hæc, qua suades non esse celebrandum quintadecima luna, eadem omnino suadet nō celebrandum esse sextadecima. Item: *Quid iuuat abstinere à societate Iudæorum in celebrando Paschate decimasexta luna, si sequenti die te ipsis associet*? Et sic de cæteris ad vicesimam vsque primam lunam: eadem enim vbique vis est argumenti. Nam si azyma Iudæorum pro paschate proprie accipitur, ut tu hic ad criminandum & Calendarium Gregorianum, & Christianos omnes facis, cum ea festiuitas septē duret dies, ut ex sacris constat literis, per omnes septem dies abstinendum à paschate Christianis erit; quod inauditum.

Caluissi mendacium, primitiuā Ecclesiam nunquā Pascha celebrasse quintadecima luna.

4. Si ita Caluissi, ut cœpisti, attollere in altum vocem pergis, cito adeo exilem edes, ut amplius non exaudire, nonne subtilissima stridulæ quam proxima est? Ergo ad crassiores redi, aut certe naturam sequere, nam inter omnes diutius durare solet ea, quæ naturalis est, quamuis neque hæc quam modo exaudio talis sit, ais enim, & quidē falsissime, *Primitiua Ecclesia certe adeo abhorruit ab eorundē societate, ut NVNQUAM Pascha, si decimaquarta luna in sabbatum vel feriam septimam incideret, die sequenti ageret: sed id potius differret in vicesimam quintam lunam*. Ante diximus te maiorem te ipso aduersarium non habere, id verum esse hic cōfirmatum vis. Cur quæso toties pugnantia dicis? Paululum saltem humani, si non Christiani pudoris assume, & intemperantiz certos circumscribe limites. Supra cap. 4. lib. 1. Elenchi tui dixeras: *Primitiua Ecclesia quasdam regulas, qua in celebranda Paschali festiuitate obseruarentur, præscripsit*. Has tu ipse enumeraueras regulas, & quintam

quintam in ordine hanc feceras: Ne Pascha in vltimam mensis lunaris habendam reiciatur, in Dominicam scilicet, qua vicesimum primum diem mensis lunaris sequitur. Nonne sibi è diametro aduersantur. Primitiuam Ecclesiam pascha celebrasse vicesima secunda luna: Et primitiuam Ecclesiam prohibuisse celebrare pascha vicesima secunda luna? Nonne dies Dominica incidens in vicesima secundam lunam, idem est cum die Dominica, quæ vicesimum primum diem mensis lunaris proxime sequitur? & quomodo in hac Dominica pascha egit, si ea in Dominica pascha agere prohibuit? Sed nescio quo fato vna cum salutate tibi imprudenti exciderit veritas: nimirum in primitiua Ecclesia quintamdecimam denotasse plenilunium, propterea enim dicis, in quintadecima (hæc enim est, quæ decimam quartam proxime sequitur) pascha celebrare noluit, ne in eo cum Iudæis societatem contraheret, qui eo die pascha suam celebrant: at per te, vt alibi habes, Iudæi Pascha semper in plenilunio peragunt: Ergo in quintadecima; & cōsequenter decimaquinta luna est plenilunium.

Quartamdecimam lunam non esse plenilunium.

Rabanum Maurum Moguntinum Præsulem audi Caluifi, hac in palæstra exercitatissimum, & facile addisces, quid ex sententia primitiue Ecclesiæ de non celebrando cum Iudæis paschate sentiendum sit. Si fieri posset, inquit lib. 2. de institutione clericor. cap. 39. vt eadem omnibus annis sabbathi die luna quartadecima contrigisset, nihil nostra Paschatis obseruantia tempus à legali discreparet. Nam & nos ipsi iuxta legis edicta semper quartadecima luna primi mensis ad vesperam immolantes, & comedentes agni immaculati carnem, sanguinemque illius ad repellendum exterminatorem nostrum postibus adspargentes, id est, baptisimi & Paschaliū celebrantes solennia Missarum, spiritualem superamus Aegyptum: atque illucescente mane in luna XV. mensis eiusdem primum azymorum diem intraremus, septemq; dies eiusdem celebratis legitimis à mane XV. diei, vsque in vesperam vicesimi primi mensis ipsius, id est, à Dominica Pascha, vsque in Dominicam octauam Pascha debita veneratione completemus: sed quoniā luna dies eadem diuersas septimana deuoluitur in ferias, inde fit, vt qui propter resurrectionem redemptoris nostri Dominicum diem Pascha initium seruare docemur, aliquoties nostra festiuitas septimo post legalium azymorum exordium die sumat ingressum, non tamen VNQVAM contingat vt non nostra solennitas Paschalis, aliquem legalium Pascha dierū, sape autē OMNES intra se cōplectatur. Notandum tamen, (en quod proprie pascha sit Iudæorum!) quod inter pascha & azyma legis hoc distat, quod illa vna dies, qua agnum occidi necesse erat, & nocte sequenti, trāsfiens Dominus primogenita Aegyptiorum percussit, liberans domus filiorum Israel signatas agni sanguine, PASCHA dicebatur. Sequentes vero dies VII. id est, à XV. vsque ad vicesimā primam mensis eiusdem, AZYMORVM proprie vocabantur. At in paschate, non autem in azymis cum Iudæis concurrere in primitiua Ecclesia prohibitum erat, vt & nunc est ratione supra explicata. En Caluifi vt ecclesia à societate Iudæorum abhorruit! Idem de paschate luna quintadecima celebrando, si ea in Dominicā incideret, plures docuerunt ante Rabanum, vt videre est apud Clauium cap. 1. explicat. Calend. qui idem ex Beda, Isidoro, & aliis probat. Quæ omnia Caluifi prius si potuisses, refutare debuisses, antequam hæc tam falsa effutires.

Pascha 15. luna, & sequentibus, vsq; ad 21. inclu siue celebrari debere.

Dices te de primitiua loqui Ecclesia, non autem de Rabani temporibus, tibi qui ex Clemente canonem retuleris, ex Clemente ostendendum esse, pascha vicesimam primam lunam transgredi non debere. Et in hoc, Caluifi, morem tibi geremus, quamuis enim dicta omnia sufficiant, cum Rabanus de paschate Catholicorum in vniuersum, non tantum suorum temporum sermonem institue-

Idem ostenditur ex B. Clemente

rit: tamen quia ita tibi placet, ex eodem B. Clemente testimonium: *Vos vero ait lib. 5. cap. 16. observate diligenter conversionem verni equinoctii, quæ incidit in vigesimum secundum diem mensis duodecimi, qui appellatur Dystros, & notate usque ad vigesimam primam lunam, ne in aliam hebdomadam incidat luna quartadecima, &c.* Nihil hic de vigesima secunda luna: sed terminus ultimus vigesimæ primæ constituitur, & altera hebdomada prohibetur.

Tempus azy-
morū Christianis
pro suo Pas-
chate prohibi-
tum non esse,
alias non vaa-
tantū, sed plu-
res dies essent
recitandi.

Triplex pascha
tis Iudaici ac-
ceptio.

Adde si pascha azymorum Christianis pro suo paschate interdictum erat, maior ratio non erat, ut monuimus, de primo illius die, quam de reliquis. Si dicas, cæteros non fuisse eadem solennitate celebres: respondetur saltem septimum diem eiusdem cum primo fuisse solennitatis. *Dies prima erit sancta atque solennis, habetur Exod. 12. & dies septima eadem festiuitate venerabilis.* Ergo si quintadecima luna pascha celebrari non poterit, nec poterit vigesimæ primæ. Pascha Caluiss, pascha, non azymorum dies Christianis interdici erant. Nam etiam si dies isti, pascharis etiam nomine veniant significati, facillime tamē vera paschatis acceptio cognoscitur. Tribus enim omnino modis pascha Iudæorum accipi solet: primo videlicet per quartadecima luna, ad cuius vespere agnus immolabatur, quod pascha proprie dicitur, de quo Rabanus loco citato. *Notandum tamen, &c.* Secundo accipi consuevit per quintadecima luna, seu prima die azymorum, de qua acceptio Rabanus ibidem si fieri pass. 1. &c. Tertio sumitur pro toto tempore septem dierum, quo azyma comedebantur, de quibus septem diebus plura Rabanus, ut audiuitur. Itaque quatuor variis modis pascha accipi soleat, sola tamen prima acceptio, ut capite præcedente probatum est, ea est, quæ tempus Christianis pro pascha celebrare interdictum significat: quod ex ipsis clarissime constat paschalis singulis, quæ alias omnino sibi aduersarentur.

Caluissum con-
tra se afferre
testimonia Hip-
polyti & Victo-
rini.

5. Sed etiam profecto facis, dum pro te citas Hippolytum Episcopum, & Victorinum, illum nimirum, cuius placita nec à Concilio Niceno approbata, nec ab illi recepta sunt, hunc qui expresse contra idem concilium senserit. Nonne ipsemet magister tuus Scaliger, ex cuius tu coniecturis tua descripsisti, cyclum Hippolytæ erroneum pronunciat. *Atque ut verbo dicam, inquit libro 7. de emend. temp. r. verer. ut illa hec ad ea, quæ Hippolyte usquam recepta fuerit, cum tot absurda in illa relicta sint.* Victorini vero cycli, ac rationes paschales mendosæ etiam erant, neque Concilio Niceno accommodæ: cuius verba, quæ tu hoc loco ex tuo affers Scaligero, quam fidem mereantur ipse Scaliger lib. 2. indicat. *Porro multa sunt, ait, in verbis Victorini, quæ merito reprehendas si ad examen conferantur.*

Cer Caluissus
Victorini ver-
ba mutilata re-
tulerit.

Sed vnum, amabo te, dicas nobis Caluiss, cur Victorini non integra, sed mutila adfers verba, aut saltem signo aliquo, ut solemus, te non omnia referre voluisse, norasti? Cur tam iniquus es citando aliorum dicta, truncando ea diminuen-do, peruertendo? Victorinum ais scripsisse: *Sic Latini statuerunt, ut si luna decima-quarta prouenerit feria sexta, subsequens Dominicus, id est, luna decima sexta festiuitati Paschali sine ambiguo depuretur, &c.* At Victorinus referente Beda cap. 50. (qui cum e-gregie ibidem refutat) tum etiam tuo Scaligero, sic habet: *Latini namq. à III. No-natum Martiarum usque in IV. Nonas Aprilis, diebus scilicet XXIX. observandum maxi-me censuerunt, ut quocunque eorum die luna fuerit nata, efficiat primi mensis initium, cuius luna decima quarta si feria sexta prouenerit, subsequens Dominicus, &c.* Cur pro censuerunt scripsisti statuerunt? Cur omisit à III. Nonatum Martiarum, &c. Putas ne, Caluiss, me coniectura tuam mentem assequi posse? Vix putas. At ego tamen eam me affectum arbi-tror.

Lib. 2. emend.
temp.

eror. Nomen hac de causa id ausus es, ne si istam Victorini de primo mense sententiam Concilii Niceni decretis omnino aduersantem proderes, eius hac in re minueres auctoritatem aut certe si qua illi hoc in negotio esset, ea tibi officeret, & contra te, more solito ipse pugnaret, eiusque verba contra te potius, ut reuera sunt, quam pro te essent? Certe hac est causa.

O vir precipue calliditate vaser.

Vidisti etenim, si iuxta Victorini præscripta pascha esset celebrandum, illud non solum vicefima secundæ luna, contra Patrum Nicenorum placita, quæ tu hoc loco non curasti, sed etiam omnino ante æquinoctium Ecclesiasticum, quod omnino absurdum, agendum fuisse. Facenim aliquo anno nouilunium incidere in 3. Nonas Martias, siue quod idem est in 5. Martii eiusdem diem: ergo ex ipsius sententia quartadecima cadit in 18. eiusdem mensis, & si sit feria sexta proxime subsequens Dominicus, erit resurrectioni Dominicæ sacer, vicesimus nimirum Martii ante diem æquinoctii à Patribus constitutum. Atque adeo pro eo, quod proposueras non celebrandum esse cum Iudæis, directe contrarium probasses. Ostendam rem hanc exemplo. Anno Christi Saluatoris nouilunium accidit die 5. Martii hora 10. 28'. in Sabbatho, ergo quartadecima incidit in diem 18. mensis feriamque sextam, & subsequenti Dominico, hoc est 20. Martii pascha erat celebrandum ante æquinoctium Ecclesiasticum, vna cum Iudæis ex sententia Caluissii, qui eo anno æzymorum solennitatem eodem die 20. Martii celebrarunt, ut constat ex eorum calculo & Calendario. Et sic Caluissius eo ipso, quod ostendere voluisset cum Iudæis non factum fuisse pascha in vno anno, in alio anno aut factum, aut fieri potuisse demonstrasset. Nam etiam si contendat Victorinum non nouilunia cœlestia, sed cyclica, quod facile illi damus, assumenda censuisse; & propterea eo anno cyclicum nouilunium incidisset non in 5. sed in 6. Martii, eo quod aureus numerus 8. dicto anno currens, eidem diei sexto adscriptus sit, supponimus enim, in gratiam Caluissii, eandem Victorino, quæ nunc cernitur fuisse in Calendario aureorum numerorum dispositionem respondemus tamen tuis tibi Caluissii verbis, & dicimus terminum paschalem ex cyclis lunæ 19. & 8. oriundum citius debito positum esse atque ita in omnibus hisce annis, in quos cycli illi lunæ currebant, etiam peccari potuisset, si dies Dominica biuo etiam post terminum incidisset. In omnibus enim pascha vel ante æquinoctium Ecclesiasticum, vel in ipso æquinoctio actum fuisset, & cum Iudæorum, tuo more sumpto, in plurimis concurrisset. Cum vero in aliquibus annis Dominicus dies ultra à terminis remotus sit, non datus fuit peccato locus, sique casu sic accidisse manifestum est. Vel denique si ante æquinoctium Victorinus aut in ipso æquinoctio pascha celebrari noluit (hoc enim casus excepisse videtur) illud ex primo mense, quod absurdum quoque est, in secundum reiecit. Mirus calculi præceptor, ait de hoc Victorino Beda, qui principaliter doceat lunam 111. Nonas Martias natam efficere primi mensis initium. Et rursum ratione ipsa superatus compelleris fateri, nisi interueniente bissexto nullatenus lunam hac die natam, sed potius eam, quæ post XXXIX. dies fuerit accensa, paschalibus festis congruam.

Placet ne audire quâti Victorini methodus ab aliis facta sit, quibusque excepta laudibus? longe eundem non est. Ipsum enim præter ea, quæ nunc attulimus, Beda sic etiam alloquitur. Si autem magis obseruandum quod Aegyptii docent autumas, quare non illorum per omnia scientiam sectaris? Verum quia hoc facere non vis, sed inter vtroque medius incedens, magis Latinorum quos vituperas, quam Aegyptiorum quos præfers,

Victorini, quæ
pro se citat Cal
uissius, error est, j

Lib. I. cap. 3.

Victorini cycli
à peritis repre
hensum esse.

calculum tuum legendum sequendumq; contradiu, nos Aegyptiam calculandi disciplinam, quam & tuo iudicio, & vniuersalis Ecclesiae consensu verior apparet, omnibus sequenda nouimus, initium videlicet primi mensis ab VII. Iduum Martiarum, vsq; in Nonarum Aprilium dñe, &c. Porro, quid sentiat de eodem Victorino Victor Capuz Episcopus, à tuo Scaligero, si non placet à Beda, sic accipe: Sed nunc, ait Victor, inquam, ordo expetit, ut cyclorum, quos Victorius (qui & Victorinus) edidit, patefaciam euidenter errores, dum nescit legitimam diem definire paschalem: ut cum in praeiis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in praesentibus ac futuris, & auctoritate careat & occasione praua persuasionis amittat. En quae fides tuo Victorino habenda sit! quae ipsius apud alios sit auctoritas! In tuum tu rursus incurris mucronem. Sane quid Latina constituit de Paschate Ecclesia ex Concilio rectius discas Romano, tertio mox post Concilium Nicenum habito, sub S. Syluestro Papa tempore Constantini Magni, cui interfuerunt 275. Episcopi, in cuius actis de paschae solennitate sic legitur: *Omnib. Episcopis & presbyteris preceptum est, pascha obseruantiam custodire à luna quartadecima vsque ad vicesimam primam, ita ut Dominicus dies corusset. Et dixerunt Episcopi: placet.* Item S. Ambrosius, cum in sua epistola dixisset: *Reseratum igitur est, diem resurrectionis obseruandum post dies passionis; qui dies resurrectionis non quartadecima luna debet esse, sed postea; paulo post subiungit quantum debeat esse post, dicens: Nam vsque ad vicesimam primam lunam consuevit extendi.* Quod cum obseruatum sit, dum quartadecima plenilunium adhuc praecebat, quanto magis postea quando hoc cum illa incidit. An igitur plus Hippolyti & Victorini erroneis rationibus, quam sanctis Pontificibus, Clementi, Pio, Victori, Conciliis Niceno & Romano, Ambrosio, Isidoro, Bedae, Rabano, & innumeris aliis credendum sit, iudicium æqui esto lectoris.

Pascha non vltra 21. lunam transferendum esse, constat etiam ex Latinorum constitutione.

Exemplum particulare paschae non debito tempore alicubi acti, non inducere in Ecclesiam regulam vniuersalem.

6. Denique quaestio non est, quid in hac vel illa Ecclesia particulari in celebratione paschatis factum aut constitutum sit; sed quid in vniuersali, & quid ex decretis Concilii vniuersalis, maxime autem Niceni fieri debuerit. Quare prorsus ad rem non facit id, quod Ecclesiae particularis exemplo, & quidem vna ex Gallicanis probare contendis: constat enim Ecclesias quasdam Gallicanas peculiarem in paschatis celebratione tenuisse morem. Imo ex dispensatione, seu singulari decreto Romani Pontificis fieri poterat, ut ob aliquam causam, siue in particulari, siue in vniuersali Ecclesia; aut etiam propterea quod decretum Niceni Concilii promulgatum, aut receptum alicubi non fuerit, pascha extra tempestus consuetum actum sit: hinc tamen minus recte quis vniuersalem deducere regulam, aut ad illam sine expresso Pontificis Maximi aut Concilii decreto posteriores alligaret. Audiamus tamen, quae exempla ad comprobendam tuam sententiam adferas; quod quidem vnum numero, ex tota antiquitate corradere potuisti. Non igitur dubium est, inquis, in primitiua Ecclesia hunc canonem diligentissime esse obseruatum. Neque nos dubitamus canonem hunc de non celebrando cum Iudeis paschate obseruatum exakte fuisse, eo videlicet modo quo explicatum est, de agendo scilicet paschate à 15. luna vsq; ad 21. non autem, ut tu vis, ad vicesimam secundam: sed perge: quemadmodum etiam exemplum extat apud Gregorium Turonensem lib. 10. anno Christi 588. cyclo solis 9. luna 19. in quo terminus paschalis fuit 17. die Aprilis Sabbatho, & pascha celebratum est non die 18. Aprilis luna decimaquinta, sed dilatum vsque in diem 24. Aprilis in lunam vicesimam secundam. Egregie hic Caluissius, ut ubique fere (veritas enim non nisi imprudenti tibi aliquando excidit) cum magno tuo Scaligero hallucinaris, putabam te saltem meliorem esse Chronologum, quam Calendario-graphum.

Exemplum Caluissii paschatis in 22. luna acti ex Gregor. Turonensi.

graphum. At, vt video, etiam in planissimis aberras: quid fiet in illis, in quibus tanta non suppetunt veritatis eruendæ adminicula atque indicia? Tu ne es ille, qui præterita rimatur secula, & tempora in futuros annos metitur?

Inprimis igitur valde imprudenter, vt diximus, hoc exemplum ex Victorii siue Victorini rationibus seu præceptis deductum in medium proferre, & quidem eius temporis exemplum, quo iam Dionysius apud Latinos cyclum fecerat Concilii Niceni notiorè, imò & in vniuersum concedis paschata post Dionysium die Dominica proxime post terminum paschalem acta esse, vt tu te ipsum vt soles confutes: *non negamus*, inquit cap. 20. *Paschata post tempora Dionysii die sequente terminum paschalem acta esse.* Si exemplum ex cyclo Patrum desumptum, aut Ecclesiæ vniuersalis, aut ex Episcopi Alexandrini, cui id negotii commissum erat, præscripto, adduxisses, saltem aliquid effecisse videri potuisses. Nunc vero cum tuo Victorino, cuius rationes omnino erroneæ, vt supra audiimus, iudicatæ sunt, frustra triumphas: sane eius methodum tam diu durasse ipse tuus miratur Scaliger: *Quare vero*, inquit, *periodus Dionysiana Victorianam in Gallia excludere non potuerit, nescio.* Sed vt reliqua tua pateant absurda, ipsiusmet Gregorii adducemus verba. Sic enim lib. 10. c. 23. habet; *Dubietas pascha fuit ob hoc, quod in cyclo Victor, luna XV. pascha scripsit fieri: sed ne Christiani vt Iudei sub hac luna hac solennia celebrarent, addidit, Latini autem luna XXII. Ob hoc multi in Gallis XV. luna celebrauerant. Nos autem XXII. Victoris enim nomine intellexisse Victorium siue Victorinam non obscure tuus indicat Scaliger, hinc verbis: Sero tamen in Ecclesiis Gallia locum habuit (periodus Dionysiana) qua adhuc Victorini priorem editionem retinebant, vt constat ex Gregorio Turonensi, &c.*

Exemplum ex Gregorio non facere ad rem, & Caluissium errare in determinatione temporis.

De emendat. temp. lib. 7.

De emendat. temp. lib. 2.

Secundo hoc testimonium contra te ipsum, Caluissii, attulisti, qui probare statueras vereribus in vsu non fuisse positum, pascha celebrare luna quintadecima, cum potius contrarium ostenderis. De se enim solo testatur Gregorius, quod vicissimasecunda celebrauerit: de multis vero, qui eandem festiuitatem quintadecima luna peregerint. Fumum fugiens, quod aiunt, in ignem incidisti.

Tertio quod ais, exemplum illud accidisse anno æræ Christianæ 588. non leuiter erras. Non enim accidit anno 588. non cyclo solis 9. non cyclo lunæ 19. non termino paschali 17. Aprilis: neq; pascha celebratum à Turonensibus 24. Aprilis est: imò etià si reliqua omnia vera essent, hoc tamen falsum esse omnino conuincitur, dies enim 24. Aprilis eo anno in Sabbathum, non autem in Dominicam incidit, cum litera Dominicalis C. fuerit. En, Caluissi, vt *solertem* te das! Humani generis conditionem oblitus, neminem te erroris conuincere posse putasti, qui errare in hac re omnino non possis.

7. Nullo autem negotio errasse te probabimus: omiffa enim annorū Childeberti Regis cum Gregorii I. Pontificis Max. cōparatione, eorumq; ad annos Christi reductione, quæ fusio rem requirent disputationem ad alia veritatis indicia, quæ tam procul accersenda minime sunt, nos conuertimus. Addidit Victor siue Victorinus, vt paulo ante ex loco Gregor. audiimus, pascha transferendum esse in 22. lunā, ne Christiani vt Iudei sub hac luna (quintadecima) hac solennia celebrarent. At per te Iudei semper celebrant in plenilunio, & quidē è tuis tabulis plenilunio eruto, q. anno 588. nequaquam in diē 18. Aprilis incidit, sed diē hūc præcessit biduo; fuit enim 16. Aprilis hora 19³/₄ ex tuis tabulis; Ergo anno 588. Christiani cum Iudeis concurrere non poterant; & propterea frustra omnino pascha à Gregorio

Caluissium vna cum suo Scaligero errasse in exemplo Gregorii Turonensis, firmis demonstrat rationibus.

EX 15.

ex 15. in 22. traiectum esse lunam. Imo si calculum consulamus Iudzorum proprium, eo anno Christianos Iudæi mense præueniebant solido. Annus erat Iudaicus 4348. communis abundans; cyclus lunæ 16. character Neomeniæ Tisri 2. 14. 689. die 8. Septembris anni 587. ergo dies 15. Nisan solennitatis azymorū, in feriæ cadit quintam 18. Martii, anni 588. qui dies à 18. Aprilis, in quo in paschate conuenire debuerant, solido, vt diximus recedit mense.

Falsum esse Iudzorū Paschata semper ex Caluisti pleniluniorū tabulis haberi.

Ex quo exemplo, si id aliunde nondum didicisti, agnosce tibi licet figmentum tuum, Iudzorum scilicet paschata è tuis patere pleniluniorum tabulis, cum illud plenilunium, quod Christianis paschale est, & ex tua elicitor pro paschate tabula, Iudzis non paschale esse possit: quemadmodum etiam exemplum clarissimum extat apud Astrologum supra cap. 5. relatum. Item Iudæi sæpe celebrant autem æquinoctium. Neque excusabis te, quod solum priorem tabulam anteriorum 76. paschalium dierum deputaueris: nam præterquam quod idem etiam in illa positum accidet tabula, quod ad te arguendum sufficit, loquutus es præterea in determinate de omnibus annis, de præteritis enim subiicis, *Iudæi enim pascha celebrant de plenilunio SEMPER in plenilunio*. Vniuersaliter autem hoc quod refutamus capite, ubi fuisse uideris. Nunquam fieri posse in veteri Calendario vt pascha cum Iudæis fiat, addis, *cum Iudæi semper in plenilunio id celebrent*.

Caluisti error aliter probatur.

Deinde idem Victorinus, cuius rationes Turonenses secuti sunt, cum terminos paschales aliter disposuerit, quam à Patribus Nicenis constitutum erat, reiecit uidelicet in Aprili duobus ultimis terminis cyclorum lunæ 19. & 8. alios eorundem cyclorum ante diem 21. Martii substituerit, vt ex iis, quæ supra ex ipsiusmet Victorini verbis attulimus, clarissime constat, currentibus cyclis lunæ 19. & 8. pascha in Aprili nulla ratione celebrare potuit. At anno Christi 588 cyclus lunæ currebat 19. Ergo neque 18. neque 24. neq; 25. Aprilis à Turonensibus pascha actum fuit, sed aut 21. aut 28. Martii (cum enim annus fuerit bissextus, cui Victorinus nescio qua privilegia concessit, & 20. Martii non autem 21. pascha fieri prohibuerit, id in Aprilem, & iuxta Victorinum in secundum mensē translatum nō videtur.) Idē enim qui iussit pascha transferri ex quinta decima luna in 21. iussit etiam currente cyclo lunæ 19. eo in casu pascha in Martio, non autem in Aprili peragi, ex quo rursus patet quam longe Scaliger cum assecla suo Caluisto à veritate alienet.

Sed cito, dicit aliquis, errasse eos in assignando tam termino quam festiuitate paschali, non sequitur hinc tamen eos in determinatione errasse anni, cum eo anno & terminus in Sabbathū in Martio incidere potuerit, & proxima die Dominica secundum fuisse pascha azymorum. At iste non solum nihil dicit aduersum nos, sed etiam tertium argumentum, quo Scaligeri ac Caluisti ostendamus errores nobis non petentibus ultro offert: dicit enim 18. Martii in quo terminus ex sententia Victorini eo habebat anno, Sabbathum non fuit, sed feria quinta, in qua, vt supra ostendimus, Iudæi pascha fecerunt azymorum. Ergo omnino repugnata anno 588 accidisse de paschate id, quo infestat Gregorius: fixum firmumque autem manet nobile illud par Mathematicorum, egregie hallucinatum esse, quod illi nouum non est: si Clauius vel censuratus citatorum tuorum partem commisisset, quæ, bene Deus coacervasset verba quæ præcipitasses conuicia, vt eum aduertit, vt iam fecisti, *hominem solidum, naturæ hebetiorem, ignorantem, imperitum, impudentem, impium, uasrum, fraudulentum, audacem, uasum pro-*

Caluisti in Clauio conuicia.

accusatore, iniquum censorem, stulti commentis auctorem, &c. compellares & exagita- res; sed & ad insignes poenas, quas eum commeruiffe criminatus es, vltimum sup- plicium adderes, & demum dignum eum, qui vna cum Calendario ad inferos a- mandaretur ostenderes?

Sed quæ cogitationes quæso mentem tuam tunc peruadebant, cum supra allata scribebas verba: *Primitiua Ecclesia certe, adeo abhorruit ab eorundem (Iudeorum) societate, vt NVN QV AM pascha, &c. idque exemplo ex Gregorio Turonensi de- sumpto stabilire conatus es? An non, cum de eo cogitasti, in mentem tibi venit illius, quod Gregorius antequam diceret se vigesima secunda luna celebrasse, præmiserat, multos in Galliis etiam quintadecima luna fecisse. Mihi sane cum cogitarem quo exemplo tibi monstrarem errorem tuum, dum asseris nunquam Pascha proximo post terminum die in primitiua Ecclesia actum esse, id ipsum exemplum in mentem venit, quod aptissimum vidi, non solum quo prædi- cta ostenderem, sed vt simul scrupulum mihi eximerem, quousque tempora tu primitiue Ecclesiæ produceres, illud enim exemplum te teste primitiua du- rante accidit Ecclesia. Cum enim quod tu negaras, exemplis ostendere statuis- sem & Christianos orthodoxos cum Iudæis in Paschate, concurrisse, eo modo quo tu concurrere accipis, & die proximo post terminum Paschalem, siue quin- tadecima luna solennia sua peregisse: in hoc parcum te reperi qui ad primitiuam solam Ecclesiā te alligaras: in illo contra satis liberalem: ais enim: *Nec sane VLLVM exemplum satis certum dari potest post Concilium Nicaenum in annis iam mille & trecentis, quod Ecclesia vel SEMEL cum Iudæis in Paschate celebrando concurrerit.**

8 Vt igitur rem aggrediamur, tibi; pro vtraque parte vnum aut alterum de- mus exemplum, satis ne certum erit hoc, quod tu pro certo vedis? profecto tibi nobis velis, certa esse debent. Primum ergo exemplum est, id ipsum quod tu ad contrarium probandum adduxisti, tua enim te petunt tela, & nos dormientes trahimus rete. Eo autem anno quicumque is demum fuerit, terminus Paschalis fuit Sabbatho, & proxima Dominica in quintadecima scilicet luna, eodem teste Gregorio, multi, vt supra etiā retulimus, in Galliis decima quinta luna celebrauerunt, quod est primum. Et quia eadem Dominica Iudæi, vt idem testatur Gregorius, solemnitatem suam fecere, constat etiam secundum.

Alterum exemplum tam ob consensum tum Græcæ tum Latine Ecclesiæ, quam ob vetustatem clarius est, in quo quamuis cum Iudæis tunc concursum non sit, quartadecima tamen luna in Sabbathum incidit, & proxima Dominica Pascha celebratum est. Habetur id Tomo I Epistolarum decretalium Summorum Pontificum, inter epistolas Hormisdæ Papæ, in epistola videlicet siue Relatione Ioannis Episcopi Constantinopolitani, ad eundem Hormisdam. Sic enim se ha- bet: *Instantis autem Dominicæ passionis numerum, qui vestris continetur litteris, ex repo- sitis apud nos diei Paschalis annalibus, recte habere significamus, & ante quidem scientes, & nunc scrupulosius requirentes, sine dubitatione mundi festiuitatem incolumēs vos celebrare XIII. Cal. Maiarum die optamus, qui est proprius nonus decimus dies futuri Mēsis Aprilis &c. Data Constanti nopolis XIV. Calendas Februarii, Vitaliano & Rustico VV. CC. Coſs. Idē ad eundem Pontificem Hormisdam scribunt Germanus Episcopus, Felix & Dio- scorius Diaconi, atq; Blandus presbyter hisce verbis: *De Paschali die vestra beatitudo cognoscat concordare Orientalium cum Apostolica sede sententiam, vt XII. Calend. Maiarum die festiuitas celebranda speretur sicut Ioannis quoq; Constantinopolitani Antistitis**

Falsum esse nul- lum exemplū dari posse, quo iuxta Caluissii sententiam Ec- clesia in pascha te cum Iudæis concurrisse o- stendatur.

Alterum exem- plum paschatis proximo post terminum pa- schalem die ce- lebrati.

relatione clarebit. Fuit is annus quo litterę hę scriptę sunt, & culus Pascha indicant (eodem enim anno scriptas esse constat ex allatis) Christi 510. cuius cyclus lunar 8, litterę Dominicales E, D, b. sextus enim est, terminus Paschalis 18 Aprilis in Sabbatho, & sequenti die Dominica videlicet 13 Cal. Mai. siue 19 Aprilis Pascha.

Christianos cū Iudæis in paschate concurrisse in sensu Caluissii, ex Theophilo Alexandrino ostenditur.

9 Verum enim vero quamuis exemplis istis Caluissius manifesti erroris conuictus sit: nihilominus tamen Antistitis Constantinopolitani placitis atq; auctoritate acquiescere fortassis recusabit, atq; Alexandrini testimonium postulabit, cui id muneris à Concilio Niceno demandatum sit. Nam *hac omnia*, inquit, Caluissius de Canonibus Paschalibus, *ut recte in Ecclesia observari possent, cum pauci essent, qui rationem motus lunaris, tum temporis intelligerent, & uno eodemq; die per vniuersum orbem Christianum Pascha celebraretur, decretum fuit, ut Episcopus Alexandrinus diem Paschatis ex motu lunari definitum singulis annis prescriberet, &c.* Peritissimus igitur Chronographus Caluissius hoc fieri potuisse nunquam putabit. At egregie fallitur. Dabimus enim & Alexandrini Antistitis exemplum siue testimonium, licet datum implicite, quod aiunt, in proximo exemplo iam sit, in quo vidimus, concordasse Orientalium cum Apostolica sede sententiam, in quorū numero cōprehensos fuiss. Alexandrinos quis negabit? Sed clarius ita. Vidisti ne vnquā Caluissii, Theophili Alexandrini Præsulis epistolas, quas paschales appellare consueuimus. Habentur tres eiusmodi, si nescis in Auctuario Bibliothecę Patrum Tom. 3. in quibus sub finem idem Antistes Quadragesimalis iei. unii initium, dies paschatis atq; Pentecostes indicat, ex iis tuę petitioni abunde satisfacere poterimus. Quoniā vero in illis, nec annus nec consules notati sunt, ne dicas tempus pro quo scriptę sunt nō satis esse certum, de illius primum oportet inquirere certitudine, & quidem epistolarum omnium, ne de vnus fide dubitatio, alterius etiam suspectam reddat.

Cardinalis Baronii sententia de numero epistolarum Theophili à S. Hieronymo translatarum.

In primis autem S. Hieronymum epistolarum harum interpretem esse, extra omnem est controuersiam. Quare videndum est, quot & quasnam Theophili epistolas Hieronymus interpretatus sit. Cardinalis Baronius Tom. 3. anno Christi 399. quinque ait omnino esse epistolas, quarum apud Hieronymū mentio fiat ab anno 399. vsque 404. scriptas, ex quibus tres tantum paschales illas extare dicit. Verum ut de tempore in vniuersum egregie probat Baronius, ita in numero epistolarum, earundemque in suos annos distributione aliquid desiderari videtur. Quod ut ostendamus, & simul debite in suos annos distribuamus epistolas, cuiuslibet epistolę epilogus, in quo paschatis cōtin. tu descriptio, asferenda est.

Quo die anni pascha celebratum: prescriptis tribus Theophili epistolis

Epistola, quę primo loco poni solet & incipit, *Primum solemnitas augusta, &c.* sub finem sic habet: *Curemus diuersa vitiorum vulnera, &c. incipientes Quadragesimam à tricesima die mensis Mechir: & hebdomadam salutaris pasche, quinta die Pharmuthi finientesque ieiunia secundum Euāgelicas traditiones, vespere Sabbathi, decima die Pharmuthi, & ilucescente statim Dominica festa celebremus vñdecima die eiusdem mensis, iungentes & septem reliquas hebdomadas sanctę Pentecostes, &c.* Eius autem vñdecimus Pharmuthi idem qui sextus dies Aprilis, cui litera E adscripta est, quę necessario illo anno, pro quo hæc epistola scripta est, Dominicalis fuit, & pascha eodem die 6. Aprilis celebratum.

Altera epistola incipiens, *Christum Iesum Dominum gloria, &c.* in fine sic habet:

Et si

Et, si Dei tribuerit clementia, cum Angelis merebimur Dominicum Pascha celebrare, habentes Quadragesima exordium ab octauo die mensis, qui secundum Aegyptios vocatur Phenoth. Et ipso prebente vires attentius ieiunemus: hebdomada maioris; id est, Pascha venerabilis, die tridecima mensis Pharmuthi fundamenta iacentes: ita duntaxat, vt iuxta Evangelicas traditiones finiamus ieiunia, intempesta nocte, octauodecimo die supra dicti mensis Pharmuthi. Et altero die, qui Dominica resurrectionis est symbolum; id est, nonodecimo eiusdem mensis verum Pascha celebremus, adiungentes his septem reliquis hebdomadas, &c. Ergo eo anno ad cuius pascha indicandum scripta est hæc epistola, litera Dominicalis fuit F, nam hæc diei 14. Aprilis, qui 19. Pharmuthi respondet, affixa est, eoq; die sanctum Pascha celebratum.

Tertia denique epistola, cuius exordium est, Nunc quoque Dei viua sapientia, &c. sic tempora definit sacra. Incipient sancta Quadragesima ieiunia ab undecimo die mensis Phenoth, & hebdomada Dominica passionis sextadecima die mensis Pharmuthi. Et finiamus ieiunia vespere Sabbathi, vicesima prima die eiusdem mensis Pharmuthi, & sequenti die Dominica Pascha celebremus vicesima & secunda die eiusdem mensis, &c. Annus igitur cui hæc tempora congruunt literam Dominicæ diei indicem habuit B. ea videlicet, quæ diei 17. Aprilis, siue 22. Pharmuthi tributa est, in quo festiuitas Paschæ peracta est.

Baronius ergo ex quinque epistolis primam vult esse Synodicam, anno 399. datam: quæ non exstat. Secundam ait esse paschalem, deberique anno 400. ad pascha anni 401. indicandū, eamq; vt primam desiderari. Tres reliquas, quæ extant, annis tribuit 401. 402. 403. eo ordine, quo supra positæ sunt, ad paschata definienda annorum 402. 403. & 404. Verum si quis paulo diligentius epistolas ac tempora, tum sancti Hieronymi verba inter se composuerit, facile colliget, & epistolas tantum posse esse quatuor, & ex illis non eam, quæ Pascha anni 401. indicet desiderari: sed solum Synodicam; de illa vero si qua fuit, quæ pascha anni 403. præscribat, nullā omnino mentionem esse in Hieronymi à Baronio allatis verbis: duas vero reliquas recte ab eodem Baronio esse distributas.

Numerum quaternarium sic colligimus. S. Hieronymus in epistola 78. quæ est ad Pammachium & Marcellam, incipiente, Rursum Orientalibus vos locupletum mercibus; & Alexandrinæ opes primo Romam vere transmittite, &c. duarum facit mentionem epistolarum; eius nimirum quam tunc recenter translata vna cum sua epistola miserat, & alterius anno præcedenti congruētis. Sic enim habet: Si quid autem hic minus aduersus Originem dictum est: & in præteriti anni epistola continetur, & hæc quam modo vertimus, breuitati studens dicere plura non debuit. In Apologia vero aduersus Ruffinum trium meminit, videlicet & harum duarum, de quibus nunc diximus, & illius quæ desideratur, synodicæ. Duas, inquit, synodicam & Paschalem eius (Theophili Alexandrini) epistolas contra Originem illiusque discipulos; & aliam aduersus Apollinarium & eundem Originem per hoc ferme biennium interpretatus sum. De quarta demum idem loquitur Hieronymus in epistola 71. quam ad ipsum dedit Theophilum, eiusque ibi describit argumentum, quod cum vltima illa, quæ exstat optime conuenit. Ex his igitur numerus constat epistolarum quaternarius: ex dicendis vero nec plures nec pauciores fuisse, mox patebit.

Nunc singulæ epistolæ in singulis sunt collocandæ annis: quod paruo etiam fit negotio. Constat etenim scriptas esse tres priores g. bernante Ecclesiâ Papa Anastasio, nam in eadem aduersus Ruffinum Apologia, in qua illarum epistola-

Quibus annis
debeat Theo-
phili epistolæ
ex Baronii sen-
tentia.

Quatuor tantū
non quinque; et
sic illas Theo-
phili epistolas.

Dux ex illis e-
pistolis suis at-
tribuuntur an-
nis.

rum, ut vidimus, fit mentio, etiam Anastasii Hieronymus meminit, & quidem superstitis: sic enim Ruffinum affatus est: *Syritii iam in Domino dormientis proferes epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis*. Has autem esse duas Paschales priores, quæ nunc extant, è numero illarum trium, ex ipsarum constat argumentis; Epistola enim *Primum solemnitatis* (quæ minus recte primo ponitur loco) ea est, quam vna cum literis suis ad Pammachium & Marcellam transmisit, quod manifestissime eius ostendit argumentum, quod omnino congruit cum eo, quod in ipsis literis describit Hieronymus hisce verbis: *Quam (epistolam) sciatis in quatuor partes esse diuisam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Pascha celebrandum. In secundo & tertio loco Appollinarium & Originem iugulat. In quarto, id est, extremo, hæreticos ad penitentiam cohortatur*. Quæ autem dicit in iisdem literis de præteriti anni epistola, esse nimirum cōtra Originem eiusque discipulos, perbelle in epistolam quadrat *Christum Iesum*, quæ in iis confutandis errorumque eorum aperiendis est tota. Cum igitur viuentis Anastasio nihil Theophili scriptorum præter tres epistolas illas Hieronymus transtulerit, ut idem aduersus Ruffinum loco testatur citato, dicens: *Duas, Synodicam, &c. & in adificationem Ecclesiæ legendas nostra lingua hominibus dedi: aliud operum eius (Theophili) nescio me transtulisse*. Cū Synodica autē perierit, & omnia, quæ de reliquis duabus dicit, binis hisce, *Christum Iesum, &c. Primum solemnitatis*, ad vnguem congruant, alias esse non posse clarissimum relinquitur. Quod maxime confirmatur etiam inde, quod iisdem Anastasii temporibus epistola ad Pammachium data sit, cuius in eadem meminit: *Beatum quoque Papam Anastasium eodem seruire, &c. cui multos imprecamur annos*. Manet ergo fixum, binas illas epistolas & viuentis Anastasio Pontifice Max. datas esse; & ratione temporis siue ordinis alteram alteram immediate consequi.

Quia autem communis est sententia Chronographorum Anastasii Papæ Pontificatum nec citius incepisse anno Christi 397. nec tardius desisse anno 405. quamuis alii plures, pauciores alii eiusdem tribuant Pontificatui, terminosque alii alios assignent, ex litera Dominicali quam epistola Paschales indicant, annus pro quo ipsa epistola scripta est, certissime eruitur. Ut epistola *Christum Iesum* diem paschatis assignat 4. Aprilis, in litera F, litera vero F toto illo temporis spacio Dominicalis non fuit, nisi anno 401. Ergo huic anno illa epistola necessario conuenit, Paschaque die 14. Aprilis celebratum fuit. Rursus cum epistola, *Primum solemnitatis*, Pascha ostendat die 6. Aprilis, atque adeo in litera E, litera autem E, toto tempore quod diuersimode Anastasio tribuitur Dominicalis nō fuerit nisi anno 402. consequens est, epistolam hanc pro hoc, & non pro alio anno scriptā esse, in quo Pascha 6. Aprilis actum fuit.

Definitio temporis pro tertia epistola.

Restat ut epistolæ, *Nunc quoque Dei*, suum attribuamus annum, quod faciemus breuiter, nam quamuis ea ad propositum nostrum non indigeamus; tamē quo dicta de reliquis magis sibi constare ostendantur, illius etiam annum hoc loco inquirere volumus. Clarum autem est, nulli alii anno congruere, quā anno 404. eo quod post obitum Anastasii, & ante mortem Theophili, quæ in annum 412. coniici solet (imo etiam si multo tardius obierit, modo id ante annum 466. acciderit, de quo nemo dubitat) in nullo omnino anno Pascha die 17. Aprilis in litera B, id quod epistola indicat, celebrari potuerit: nam vel litera Dominicalis, vel quartadecima luna nimium repugnat. Scriptam illam esse post illas tres Synodicam videlicet, & Paschales, duas supradictas, constat ex illis, quæ ex Apologia

logia Hieronymi aduersus Ruffinum attulimus, in qua præter illas tres epistolas se nihil Theophili operum interpretatum esse, haud obscure indicat.

10. Scio Caluifum hisce angustis à nobis inclusum, omne quesitum effugium, quo saluus euadere possit, vtque verisimile aliquid adferre videatur, dicturum binas illas priores epistolas translatis quidem tempore Anastasii Papæ ab Hieronymo esse, non autem hinc necessario sequi, illas ad paschata eorū, quos nos attulimus, annorum, præscribenda datas esse, sed aliquot annis ante hoc autem dici non posse sic manifestum fiet. Ab anno Christi 329. quem si non vitæ certe episcopatum Theophili præcessisse, nemo sanæ mētis dubitare potest, vtque ad annum 406. qui, vt patet ex supradictis, obitum Anastasii sequitur, nullus alius omnino est annus, in quo Pascha 14. Aprilis in litera F, vt habet epistola *Christum Iesum*, celebrari potuerit, quam annus 390. (is enim omnibus aliis proxime accedit) aut 401. in reliquis enim aut litera Dominicalis, aut quartadecima luna longe abhorret: sed anno 390. ex præscripto Theophili Episcopi Pascha die decimoquarto Aprilis celebratum non esse, duabus probari potest rationibus: Ergo nulli alii anno quam 401. illa epistola congruit. Prima ratio est, quod cum dicta epistola Originis damnet errores, Theophilus vero non nisi post annum 390. contra Originem scribere cœperit, clarum est eam Pascha 390. iam peractū non indicasse: tardius autem Theophilum contra Originem insurrexisse, optime probatur à Baronio, & saltem ex hoc colligi potest, quod Hieronymum & Ioannem Episcopum Hierosolymitanum dissidentes pacificare studuerit, vt videre est apud eundem Baronium anno 393. Imo Theophilum prorumpendi in Origenem opportunitatem nimium distulisse, ipse aduertit Hieronymus literis ad eundem datis: *Nobis, inquit, nihil esse antiquius quam Christi iura seruare, nec Patrum transferre terminos, semperque meminisse, Romanam fidem Apostolico ore laudatam: cuius se esse participem Alexandria Ecclesia gloriatur, super nefaria hæresi quod multam patientiam geris, & putas Ecclesia visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate; multis sanctis displices, ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat.*

Epistolas Theophili annis illis quibus à nobis adscribuntur, & non aliis cōuenire.

Theophilus tardius contra Originem scripsisse.

Altera ratio omnino conuincit anno 390. Pascha 14. Aprilis actum non esse, actum enim esset solido die ante terminum Paschalem, qui in diem 15. Aprilis incidit: biduo vero tam ante plenilunium, quod die 16. Aprilis, hora 9 $\frac{3}{4}$ factum est; quam ante pascha Iudæorum, seu festum azymorum, quod eo anno etiam ex calculo illorum in 16. incidit Aprilis: quod nemo concedet, nisi fortassis Caluifius, nimirum potius biduo voluisse Christianos præuenire Iudæos, quam legitimo tempore, sexto videlicet die post terminum paschalem, quot diebus videlicet post eum litera sequitur Dominicalis, legitimam peragere festiuitatem: & sic nos non solum quod proposuimus exemplum ex primitiua Ecclesia attulimus, paschatis in plenilunio aut cum Iudæis celebrati, sed etiam biduo, quod magis est, ante tam plenilunium quam Iudæorū festū peracti, sed credo suo iuramento Caluifius tantum sibi malum non accerferet: quin ignem sentiens redibit ad fumum. Firmum igitur fixumq; manet, epistolam *Christum Iesum*, nō alii quā 401. congruere anno.

Alteram epistolam, *Primum solemnitis*, cum hanc proxime secutam esse satis constet, anno 402. conuenire pluribus vt probemus, operæ precium non est: Ad Caluifium igitur redeamus.

Anno Christi
401. Christianos
Pascha egisse, & proxima
die post terminum Paschale;
& in festo azymorum Iudæorum,
quod utrumque pertinaciter
negat Caluissius.

11. Videntur ne tibi hæc duo exempla Caluissii, qui Chronologus audis, satis certa? Si omnia in Chronologia tua tanta pollerent certitudine, absque dubio amplissima facta inscriptione Chronologiam ipsam vocares demonstratam. Dicis ne adhuc Caluissii illud tuum, *Nec sane VLLVM exemplum satis certum dari potest post Concilium Nicenum, in annis iam mille & trecentis, quod Ecclesia vel SEMEL cum Iudæis in Paschate celebrando concurrerit?* Dicisne adhuc eandem Ecclesiam NVNQVAM Pascha si decima quartæ luna in Sabbathum inciderit, die sequenti egisse? Si adhuc persistas in sententia, admove manum calculatorum calculis, expedi calamum, conuoca tuos discipulos, pande pleniluniorum tabulas. En problema! Quo die Caluissii anno Christi 401. Paschale contigit plenilunium? Hoc responde. Quid hæres? loquere. Quid ais? tam longa ne mora, in tam expedita methodo: longe compendiosiore, ais, & expeditiore methodum inueniendi plenilunia Paschalia &c. excogitauit. En plenilunium ex hac tua methodo Paschali, ut in 14. Aprilis feriam primam siue diem Dominicam horam 1 3½ inciderit! Iudæi autem, inquis, Pascha semper transfigunt in plenilunio etiam si id incidat in feriam primam. Ergo hoc anno 401. quo Pascha 14. Aprilis in litera F, ex præscripto Theophili Episcopi Alexandrini celebratum fuit, Christiani cum Iudæis concurrerunt. Ergo vllum exemplum dari posse mentitus es. Rursus anno 401. terminus Paschalis incidit die tertio decimo Aprilis, in sabbathum, & sequenti die Pascha actum fuit. Ergo id nunquam accidisse iterum mentitus es.

Fateberis forsitan Caluissii errasse te asserendo Iudæos semper in plenilunio Paschata celebrare: tuas te tabulas pleniluniorum, quod inde Paschata Iudæica discernere liceat, plus æquo commendasse; calculum illorum proprium, ad propria venanda Paschata esse accersendum. Vtrumque tibi concedimus. En calculum Hebræorum. Annus Christi 401. currens, Iudæicus erat fluens 4161. embolimus deficiens, cyclo lunæ 19. character Neomeniæ Tisri 4.8.320. ipsa vero Neomenia politica propter translationem feria 5. die 6. Septembris anni Christi 400. Ergo decimus quintus dies Nisan, qui tibi Pascha dicitur, feria prima die decima quarta Aprilis, anni 401. ipsum autem plenilunium Nisan est 1.19.867. (parum à tuo ex tuis eruto tabulis discrepans) Itaque quocumque te tandem veritas, semper inuenies anno 401. Pascha (siue azyma) Iudæorum incidisse in 14. Aprilis, eum videlicet diem, quo Christiani Resurrectionis Dominicæ egere sollemnitatem. Quam obrem reuoca dictum Caluissii si sapias tuum: nega si vir candidus es, quam affirmasti assertionem tuam: *Nec sane VLLVM exemplum dari potest, quo Christianos cum Iudæis post Concilium Nicenum cõcurrisse in Paschate ostendatur: nega primitiuam Ecclesiam (quæ tibi saltem vsque ad annum Christi 588. durat) Pascha NVNQVAM proximo post terminum Paschalem die egisse.*

Aliud argumentum, quo probatur non solum fuisse ex Patrum præscripto Pascha in 22. lunam transire.

12. Quid quaeso S. Ambrosio, in sua iam sæpius citata de Paschate epistola, tantopore laborandum fuit, ut iis, qui Pascha quod in vicesimam primam lunam incidit, nimium translaturum putarunt, exemplo, quo idem factum iam fuerit, ostenderet, si suppeditarunt alia, quibus etiam ultra vicesimam primam, hoc est, in 22. lunam usque traiectum Pascha, tanquam à fortiori probare propositum potuit? Quid nisi si primitiua Ecclesia Pascha ex Dominica quintæ decimæ lunæ in vicesimam secundam lunam remouere consuevit, exempla annorum 326. 340. 346. 350. 370. 374. adduxit, in quibus omnibus terminus Paschalis in Sabbathum incidit, si moris fuit sequentem Dominicam in luna quintadecima cum

cum ea, quæ proxime sequitur commutare? Cur ad annum confugit 373. in quo Pascha à termino septem dierum spacio remotum fit; si proximior annus 374. Pascha à termino per solidum octiduum disunctum subministrare poterat? In illo enim anno terminus incidit in Dominicam vicesimum videlicet quartum diem Martii, ac propterea in 3. eiusdem mensis Pascha translātū fuit: in hoc vero cum terminus in die 12. Aprilis Sabbathum repperit, Paschati sequenti die peragendo, impedimento minime fuit. Sane hic annus 374. maxime ab Ambrosio pro exemplū afferri debuisset, si Pascha in vicesimam secundam lunam traiectum fuisset, eo quod si vnquam in dictam lunam traiciendum fuisset, tunc maxime debuisset, cum eodē die Dominico terminum proxime sequenti, die scilicet 13. Aprilis, solemnitas azymorum à Iudæis celebrata fuerit, id quod ram plenilunium in illum diem incidēs, quam proprius Hebræorum computus exactissime ostendit. Quod argumentum sufficiens omnino est, quo tertium ostēdamus ex primitiua Ecclesia exemplum, quo Christianos cum Iudæis Pascha celebrasse (vt Pascha à Caluissio sumi solet) ad oculum demonstramus.

Aliud exemplum.

13. Quod si nostram Caluissii expetas sententiam, vtrum hisce à nobis relatis annis 374. 401. 594. Christiani vere cum Iudæis in celebrando Paschate concurrerint, necne, eam tibi libētissime ac planissime pandemus. Annis hisce celebratum à Christianis est Pascha luna quintadecima, seu proximo post terminū Paschalem die, quod non est eum Iudæis in Paschate societatem iniuisse, qui illud quartadecima luna iam ante peregerant. Id quod etiam de Pascharis quintadecima luna in Calendar. Gregoriano celebratis, vel celebrandis dictum volumus. Per medium ergo annulum traharis oportet, Caluissii, Calendarium Gregorianū aut immune à crimine pronuncies; aut Nicenos, eosq; qui proxime secuti sunt, eodem accuses crimine necesse est.

Vtrum reuera annis illis Christiani cum Iudæis in Paschate concurrerint.

Calumnix igitur sunt quod ais: *At vero non sic Pontificii agunt, qui, vt se à Concilio Niceno distinxerint, non solum cyclum solis, vt supra habuimus, (& nos supra tibi non absque ratione negauimus) corruerunt, sed etiam societatem cum Iudæis inierunt, & frequenter cum eis Paschatibus festiuitatem peragunt. Exemplum non à longinquo adducere necesse habemus: Anno superiore, qui fuit æra Christiana 1609. hoc accidit, vt Pontificii cum Iudæis Pascha peragerent, id quod præsentibus in locis, vbi Iudæi habitant, proculdubio animaduertunt. Pontifex ipse Roma obstupuit, quando vidit Iudæos Christi interfectores in Paschate agendo suos esse collegas. Hoc anno Pascha die sequente terminum Paschalem, more & instituto Patrum Nicenorum, quintadecima videlicet luna ab orthodoxis actum esse vtrodamus, at illud cum Iudæis peractum esse negamus, & pernegamus. Probes illud licet characteribus Neomeniarum Tisri & Nisan: probes duplici & Astronomica & Politica translatione. Probes epilogismo siue Iudaico, siue Prutenico, nil nisi inscitiam tuam ac malitiam probas.*

Falsum esse, Calendar. Gregorian. sæpe cū Iudæis pascha præscribere.

14. Quam prudēter autem fecisses, si vna cum Elencho tuo etiam calculum Hebræorum omisisses: etenim cum versatum te in illo ostentas, non nisi rudem te ac imperitum ostentas; qui nec duo Paschata ex illo colligere diceris, quin in altero turpiter erraris; non iam in horis, horarumque punctis, sed integro die Pascha plus debito postponendo: & tamen merhodum eam omnes te docturum, antequam eam ipse didiceris grandiloque iactas. In rem præsentem te perducam: veni & verba tua aud. *Frequentissima enim sunt huius rei exempla, vt paucis*

Caluissium turpiter errasse, cū anno 1622. Catholicos cū Iudæis in Paschate concursuros affirmat.

post

calculus tui legendum sequendumq; contradiis, nos Aegyptiam calculandi disciplinam, quam & tuo iudicio, & vniuersalis Ecclesia consensu verior apparet, omnibus sequenda nouimus, initium videlicet primi mensis ab VII. Iduum Martiarum, vsq; in Nonarum Apriliam die, &c. Porro, quid sentiat de eodem Victorino Victor Capuz Episcopus, à tuo Scaligero, si non placet à Beda, sic accipe: Sed nunc, ait Victor, inquam, ordo expetit, ut cyclorum, quos Victorius (qui & Victorinus) edidit, patefaciam euidenter errores, dum nescit legitimum diem definire paschalem: ut cum in praeiis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in praesentibus ac futuris, & auctoritate careat & occasione praeuersionis amittat. En quae fides tuo Victorino habenda sit! quae ipsius apud alios sit auctoritas! In tuum tu

Pascha non vltra 21. lunam transferendum esse, constat etiam ex Latinorum constitutione.

rursus incurris mucronem. Sane quid Latina constituit de Paschate Ecclesia ex Concilio rectius disces Romano, tertio mox post Concilium Nicenum habito, sub S. Syluestro Papa tempore Constantini Magni, cui interfuerunt 275. Episcopi, in cuius actis de paschae solennitate sic legitur: *Omnib. Episcopis & presbyteris praecceptum est, pascha obseruantiam custodire à luna quartadecima vsque ad vicefimam primam, ita ut Dominicus dies coruscat. Et dixerunt Episcopi: placet.* Item S. Ambrosius, cum in sua epistola dixisset: *Reseratum igitur est, diem resurrectionis obseruandum post dies passionis; qui dies resurrectionis non quartadecima luna debet esse, sed postea; paulo post subiungit quantum debeat esse post, dicens: Nam vsque ad vicefimam primam lunam consuevit extendi.* Quod cum obseruatum sit, dum quartadecima plenilunium adhuc praecedebat, quanto magis postea quando hoc cum illa incidit. An igitur plus Hippolyti & Victorini erroneis rationibus, quam sanctis Pontificibus, Clementi, Pio, Victori, Conciliis Niceno & Romano, Ambrosio, Isidoro, Beda, Rabano, & innumeris aliis credendum sit, iudicium aequi esto lectoris.

Exemplum particulare paschae non debito tempore alicubi acti, non inducere in Ecclesiam regulam vniuersalem.

6. Denique quaestio non est, quid in hac vel illa Ecclesia particulari in celebratione paschatis factum aut constitutum sit; sed quid in vniuersali, & quid ex decretis Concilii vniuersalis, maxime autem Niceni fieri debuerit. Quare prorsus ad rem non facit id, quod Ecclesiae particularis exemplo, & quidem vna ex Gallicanis probare contendis: constat enim Ecclesias quasdam Gallicanas peculiarem in paschatis celebratione tenuisse morem. Imo ex dispensatione, seu singulari decreto Romani Pontificis fieri poterat, ut ob aliquam causam, siue in particulari, siue in vniuersali Ecclesia; aut etiam propterea quod decretum Niceni Concilii promulgatum, aut receptum alicubi non fuerit, pascha extra tempus consuetum actum sit: hinc tamen minus recte quis vniuersalem deduceret regulam, aut ad illam sine expresso Pontificis Maximi aut Concilii decreto posteros alligaret. Audiamus tamen, quae exempla ad comprobandam tuam sententiam adferas; quod quidem vnum numero, ex tota antiquitate corradere potuisti. Non igitur dubium est, inquis, in primitiua Ecclesia hunc canonem diligentissime esse obseruatum. Neq; nos dubitamus canonem hunc de non celebrando cum Iudaeis paschate obseruatum exacte fuisse, eo videlicet modo quo explicatum est, de agendo scilicet paschate à 15. luna vsq; ad 21. non autem, ut tu vis, ad vicefimam secundam: sed perge: quemadmodum etiam exemplum extat apud Gregorium Turonensem lib. 10. anno Christi 588. cyclo solis 9. luna 19. in quo terminus paschalis fuit 17. die Aprilis Sabbato, & pascha celebratum est non die 18. Aprilis luna decimaquinta, sed dilatum vsque in diem 24. Aprilis in lunam vicefimam secundam. Egregie hic Caluiss, ut ubique fere (veritas enim non nisi imprudenti tibi aliquando excidit) cum magno tuo Scaligero hallucinans, putabam te saltem meliorem esse Chronologum, quam Calendarigraphum.

Exemplum Caluissii paschatis in 22. luna acti ex Gregor. Turonensi.

graphum. At, ut video, etiam in planissimis aberras: quid fiet in illis, in quibus tanta non suppetunt veritatis eruendæ adminicula atque indicia? Tu ne es ille, qui præterita rimatur sæcula, & tempora in futuros annos metitur?

In primis igitur valde imprudenter, ut diximus, hoc exemplum ex Victorii siue Victorini rationibus seu præceptis deductum in medium profers, & quidem eius temporis exemplum, quo iam Dionysius apud Latinos cyclum fecerat Concilii Niceni notior, imo & in vniuersum concedis paschata post Dionysium die Dominica proxime post terminum paschalem acta esse, ut tu te ipsum ut soles confutes: non negamus, inquis cap. 20. Paschata post tempora Dionysii die sequente terminum paschalem acta esse. Si exemplum ex cyclo Patrum desumptum, aut Ecclesiæ vniuersalis, aut ex Episcopi Alexandrini, cui id negotii commissum erat, præscripto, adduxisses, saltem aliquid effecisse videri potuisses. Nunc vero cum tuo Victorino, cuius rationes omnino erroneæ, ut supra audiuius, iudicatæ sunt, frustra triumphas: sane eius methodum tam diu durasse ipse tuus miratur Scaliger: Quare vero, inquit, periodus Dionysiana Victorianam in Gallia excludere non poterit, nescio. Sed ut reliqua tua pateant absurda, ipse huiusmet Gregorii adducemus verba. Sic enim lib. 10. c. 23. habet; *Dubietas pascha fuit ob hoc, quod in cyclo Victor, luna XV. pascha scripsit fieri: sed ne Christiani ut Iudei sub hac luna hac solennia celebrarent, addidit, Latini autem luna XXII. Ob hoc multi in Gallis XV. luna celebrauerant. Nos autem XXII. Victoris enim nomine intellexisse Victorium siue Victorinam non obscure tuus indicat Scaliger, hisce verbis: Sero tamen in Ecclesiis Gallie locum habuit (periodus Dionysiana) quæ adhuc Victorini prioris editionem retinebant, ut constat ex Gregorio Turonensi, &c.*

Exemplum ex Gregorio non facere ad rem, & Caluissum errare in determinatione temporis.

De emendat. templ. lib. 7.

De emendat. templ. lib. 2.

Secundo hoc testimonium contra te ipsum, Caluissi, attulisti, qui probare statueras veteribus in usu non fuisse positum, pascha celebrare luna quintadecima, cum potius contrarium ostenderis. De se enim solo testatur Gregorius, quod vicissim a secunda celebrauerit: de multis vero, qui eandem festiuitatem quintadecima luna peregerint, Fumus fugiens, quod aiunt, in ignem incidisti.

Tertio quod ais, exemplum illud accidisse anno æræ Christianæ 588. non leuiter erras. Non enim accidit anno 588. non cyclo solis 9. non cyclo lunæ 19. non termino paschali 17. Aprilis: neque pascha celebratum à Turonensibus 24. Aprilis est: imo etiā si reliqua omnia vera essent, hoc tamen falsum esse omnino conuincitur, dies enim 24. Aprilis eo anno in Sabbathum, non autem in Dominicam incidit, cum litera Dominicalis C. fuerit. En, Caluissi, ut solet te das! Humani generis conditionem oblitus, neminem te erroris conuincere posse putasti, qui errare in hac re omnino non posset.

7. Nullo autem negotio errasse te probabimus: omissa enim annorum Childeberti Regis cum Gregorii I. Pontificis Max. cōparatione, eorumque ad annos Christi reductione, quæ fusio rem requirent disputationem ad alia veritatis indicia, quæ tam procul accersenda minime sunt, nos conuertimus. Addidit Victor siue Victorinus, ut paulo ante ex loco Gregor. audiuius, pascha transferendum esse in 22. lunam, ne Christiani ut Iudei sub hac luna (quintadecima) hac solennia celebrarent. At per te Iudei semper celebrant in plenilunio, & quid est tuis tabulis plenilunio eruto, quæ anno 588. nequaquam in diē 18. Aprilis incidit, sed diē hūc præcessit biduo; fuit enim 16. Aprilis hora 19^æ ex tuis tabulis; Ergo anno 588. Christiani cum Iudeis concurrere non poterant; & propterea frustra omnino pascha à Gregorio

Caluissum una cum suo Scaligero errasse in exemplo Gregorii Turonensis, firmis demonstratur rationibus.

EX 15.

ex 15. in 22. traiectum esse lunam. Imo si calculum consulamus Iudæorum proprium, eo anno Christianos Iudæi mense præueniebant solido. Annus erat Iudæicus 4348. communis abundans; cyclus lunæ 16. character Neomeniæ Tifri 2. 14. 689. die 8. Septembris anni 587. ergo dies 15. Nisan solennitatis azymorum, in feriam cedit quintam 18. Martii, anni 588. qui dies à 18. Aprilis, in quo in paschate convenire debuerant, solido, ut diximus recedit mense.

Falsum esse Iudæorum Paschata semper ex Calvisii pleniluniorum tabulis haberi.

Ex quo exemplo, si id aliunde nondum didicisti, agnoscere tibi licet figmentum tuum, Iudæorum scilicet paschata è tuis patere pleniluniorum tabulis, cum illud plenilunium, quod Christianis paschale est, & ex tua elicitur pro paschate tabula, Iudæis non paschale esse possit: quemadmodum etiam exemplum clarissimum extat apud De Anabrosum supra cap. 5. relatum. Item Iudæi sæpe celebrant aut æquinoctium. Neque excusabis te, quod solum priorem tabulam annorum 76. paschatis Iudæorum deputaveris: nam præterquam quod idem etiam in illa possit accidere tabula, quod ad te arguendum sufficit, loquutus es præterea indeterminate de omnibus annis, de præteritis enim subitiis, *Iudæi enim pascha celebrant de una parte lunæ SEMPER in plenilunio*. Vniuersaliter autem hoc quod refutamus capite, ubi falso asseris. Nunquam fieri posse in veteri Calendario ut pascha cum Iudæis fiat, addis, *cum Iudæi semper in plenilunio id celebrent*.

Calvisii error aliter probatur.

Deinde idem Victorinus, cuius rationes Turonenses secuti sunt, cum terminos paschales aliter disposuerit, quam à Patribus Nicenis constitutum erat, reiecit videlicet in Aprili duobus ultimis terminis cyclorum lunæ 19. & 8. alios eorundem cyclorum ante diem 21. Martii substituerit, ut ex iis, quæ supra ex ipsiusmet Victorini verbis attulimus, clarissime constat, currentibus cyclis lunæ 19. & 8. pascha in Aprili nulla ratione celebrare potuit. At anno Christi 588 cyclus lunæ currebat 19. Ergo neque 18. neque 24. neque 25. Aprilis à Turonensibus pascha actum fuit; sed aut 21. aut 28. Martii (cum enim annus fuerit bissextus, cui Victorinus nescio quæ privilegia concessit, & 20. Martii non autem 21. pascha fieri prohibuerit, id in Aprilem, & iuxta Victorinum in secundum mensem translatum non videtur.) Idem enim qui iussit pascha transferri ex quinta decima luna in 22. iussit etiam currente cyclo lunæ 19. eo in casu pascha in Martio, non autem in Aprili peragi, ex quo rursus patet quam longe Scaliger cum assecla suo Calvisio à veritate abierit.

Sed esto, dicet aliquis, errasse eos in assignando tam termino quam festiuitate paschali, non sequitur hinc tamen eos in determinatione errasse anni, cum eo anno & terminus in Sabbathum in Martio incidere potuerit, & proxima die Dominica secundum fuisse pascha azymorum. At ista non solum nihil dicit aduersum nos, sed etiam tertium argumentum, quo Scaligeri ac Calvisii ostendamus errores nobis non petentibus ultro asserit: dies enim 18. Martii, in quo terminus ex sententia Victorini esse habebat anno, Sabbathum non fuit, sed feria quinta, in qua, ut supra ostendimus, Iudæi pascha fecerunt azymorum. Ergo omnino repugnat anno 588 accidisse de paschate id, quod refert Gregorius: fixum firmumque autem manet nobile illud par Mathematicorum, egyptie hallucinatum esse, quod illis notum non est: si Clavius vel centesimam citatorum tuorum partem commisisset, quanta, bone Deus coaceruasset verba quæ exoptasset conuicia, ut eum non tantum, ut iam fecisti, *hominem solidum, naturæ hebetiorem, ignorantem, imperitum, impudentem, impium, vafrum, fraudulentum, audacem, vastum provocato-*

Calvisii in Clavium conuicia.

sceleratorem, iniquum censorem, stulti commenti auctorem, &c. compellares & exagitar- res; sed & ad insignes pœnas, quas eum commeruisse criminatus es, vltimum sup- plicium adderes, & demum dignum eum, qui vna cum Calendario ad inferos a- mandaretur ostenderes?

Sed quæ cogitationes quæso mentem tuam tunc peruadebant, cum supra allata scribebas verba: *Primitiua Ecclesia certe, adeo abhorruit ab eorundem (Iudeorū) societate, vt NVN QV AM pascha, &c. idque exemplo ex Gregorio Turonensi de- sumpto stabilire conatus es? An non, cum de eo cogitasti, in mentem tibi venit illius, quod Gregorius antequam diceret se vigesima secunda luna celebrasse, præmiserat, multos in Galliis etiam quintadecima luna fecisse. Mihi sane cum cogitarem quo exemplo tibi monstrarem errorem tuum, dum asseris nunquam Pascha proximo post terminum die in primitiua Ecclesia actum esse, id ipsum exemplum in mentem venit, quod aptissimum vidi, non solum quo prædi- cta ostenderem, sed vt simul scrupulum mihi eximerem, quousque tempora tu primitiua Ecclesiæ produceres, illud enim exemplum te teste primitiua du- rante accidit Ecclesia. Cum enim quod tu negaras, exemplis ostendere statuis- sem & Christianos orthodoxos cum Iudæis in Paschate concurrisse, eo modo quo tu concurrere accipis, & die proximo post terminum Paschalem, siue quin- tadecima luna solennia sua peregrasse: in hoc parcum te reperi qui ad primitiuam solam Ecclesiā te alligaras: in illo contra satis liberalem: ais enim: *Nec sane VLLVM exemplum satis certum dari potest post Concilium Nicenum in annis iam mille & trecentis, quod Ecclesia vel SEMEL cum Iudæis in Paschate celebrando concurrerit.**

8 Vt igitur rem aggrediamur, tibiq; pro vtraq; parte vnum aut alterum de- mus exemplum, satis ne certum erit hoc, quod tu pro certo vedis? profecto tibi nobis velis, certa esse debent. Primum ergo exemplum est, id ipsum quod tu ad contrarium probandum adduxisti, tua enim te petunt tela, & nos dormientes trahimus rete. Eo autem anno quicumq; is demum fuerit, terminus Paschalis fuit Sabbatho, & proxima Dominica in quintadecima scilicet luna, eodem teste Gregorio, *multi, vt supra etiā retulimus, in Galliis decima quinta luna celebrauerunt, quod est primum. Et quia eadem Dominica Iudæi, vt idem testatur Gregorius, solemnitatem suam fecere, constat etiam secundum.*

Falsum esse nul- lum exemplū dari posse, quo iuxta Caluisti sententiam Ec- clesia in pascha te cum Iudæis concurrisse o- stendatur.

Alterum exemplum tam ob consensum tum Græcæ tum Latinae Ecclesiæ, quam ob vetustatem clarius est, in quo quamuis cum Iudæis tunc concursum non sit, quartadecima tamen luna in Sabbathum incidit, & proxima Dominica Pascha celebratum est. Habetur id Tomo I Epistolarum decretalium Summorū Pontificum, inter epistolas Hormisdæ Papæ, in epistola videlicet siue Relatione Ioannis Episcopi Constantinopolitani, ad eundem Hormisdam, Sic enim se ha- bet: *Instantis autem Dominicæ passionis numerum, qui vestris continetur litteris, ex repo- sitis apud nos diei Paschalis annalibus, recte habere significamus, & ante quidem scientes, & nunc scrupulosius requirentes, sine dubitatione mundi festiuitatem incolumēs vos celebrare XIII. Cal. Maiarum die optamus, qui est proprie nonusdecimus dies futuri Mēsis Aprilis &c. Data Constanti nopolī XIV. Calendas Februarii, Vitaliano & Rustico VV. CC. Coss. Idē ad eundem Pontificem Hormisdam scribunt Germanus Episcopus, Felix & Dio- scorius Diaconi, atq; Blandus presbyter hisce verbis: *De Pascha' die vestra beatitudo cognoscat concordare Orientalium cum Apostolica sede sententiam, vt XIII. Calend. Ma- iarum die festiuitas celebranda speretur sicut Ioannis quoq; Constantinopolitani Annistitis**

Alterum exem- plum paschatis proximo post terminum pa- schalem die ce- lebrati.

relatione clarebit. Fuit is annus quo litterę hę scriptę sunt, & culus Pascha indicant (eodem enim anno scriptas esse constat ex allatis) Christi 510. cuius cyclus lunar 8, litterę Dominicales E, D, b. sextus enim est, terminus Paschalis 18 Aprilis in Sabbatho, & sequenti die Dominica videlicet 13 Cal. Mai. siue 19 Aprilis Pascha.

Christianos cū
Iudæis in pas-
chate concurre-
runt in scitu
Caluissii, ex
Theophilo A-
lexandrino o-
renditur.

9 Verum enim vero quamuis exemplis istis Caluissius manifesti erroris conuictus sit: nihilominus tamen Antistitis Constantinopolitani placitis atq; auctoritate acquiescere fortassis recusabit, atq; Alexandrini testimonium postulabit, cui id muneris à Concilio Niceno demandatum sit. Nam *hac omnia*, inquit, Caluissius de Canonibus Paschalibus, *vt recte in Ecclesia obseruari possent, cum pauci essent, qui rationem motus lunaris, tum temporis intelligerent, & vno eodemq; die per vniuersum orbem Christianum Pascha celebraretur, decretum fuit. vt Episcopus Alexandrinus diem Paschatis ex motu lunari definitum singulis annis præscriberet, &c.* Peritissimus igitur Chronographus Caluissius hoc fieri potuisse nunquam putabit. At egregie fallitur. Dabimus enim & Alexandrini Antistitis exemplum siue testimonium, licet datum implicate, quod aiunt, in proximo exemplo iam sit, in quo vidimus, cōcordasse Orientalium cum Apostolica sede sententiam, in quorū numero cōprehensos fuisse Alexandrinos quis negabit? Sed clarius ita. Vidisti ne vnquā Caluissii, Theophili Alexandrini Præfatis epistolas, quas paschales appellare consueuimus. Habentur tres eiusmodi, si nescis in Auctuario Bibliothecę Patrum Tom. 3. in quibus sub finem idem Antistes Quadragesimalis i. e. unii initium, dies paschatis atq; Pentecostes indicat, ex iis tuę petitioni abunde satisfacere poterimus. Quoniā vero in illis, nec annus nec consules notati sunt, ne dicas tempus pro quo scriptę sunt nō satis esse certum, de illius primum oportet inquirere certitudine, & quidem epistolarum omnium, ne de vnus fide dubitatio, alterius etiam suspectam reddat.

Cardinalis Baro-
ni sententia
de numero epi-
stolarum Theo-
phili à S. Hiero-
nymo transla-
tarum.

In primis autem S. Hieronymum epistolarum harum interpretem esse, extra omnem est controuersiam. Quare videndum est, quot & quasnam Theophili epistolas Hieronymus interpretatus sit. Cardinalis Baronius Tom. 3. anno Christi 399. quinque ait omnino esse epistolas, quarum apud Hieronymū mentio fiat ab anno 399. vsque 404. scriptas, ex quibus tres tantum paschales illas extare dicit. Verum vt de tempore in vniuersum egregie probat Baronius, ita in numero epistolarum, earundemque in suos annos distributione aliquid desiderari videtur. Quod vt ostendamus, & simul debite in suos annos distribuamus epistolas, cuiuslibet epistolę epilogus, in quo paschatis cōtin. tu descriptio, asferenda est.

Quo die anni
pascha celebra-
tum: præscriptū
si, tribus Theo-
phili epistolis.

Epistola, quę primo loco poni solet & incipit, *Primum solemnitas auguste, &c.* sub finem sic habet: *Curemus diuersa vitiorum vulnera, &c. incipientes Quadragesimam à tricesima die mensis Mechir: & hebdomadam salutaris pasche, quinta die Pharmuthi finientesque ieiunia secundum Euāgelicas traditiones, vespere Sabbathi, decima die Pharmuthi, & illucescente statim Dominica festa celebremus vndecima die eiusdem mensis, iungentes & septem reliquas hebdomadas, sancta Pentecostes, &c.* E: autem vndecimus Pharmuthi idem qui sextus dies Aprilis, cui litera E adscripta est, quę necessario illo anno, pro quo hæc epistola scripta est, Dominicalis fuit, & pascha eodem die 6. Aprilis celebratum.

Altera epistola incipiens, *Christum Iesum Dominum gloria, &c.* in fine sic habet:
Et, f

Et, si Dei tribuerit clementia, cum Angelis merebimur Dominicum Pascha celebrare, habentes Quadragesima exordium ab octauo die mensis, qui secundum Aegyptios vocatur Phamenoth. Et ipso praeante vires attentius ieiunemus: hebdomada maioris; id est, Pascha venerabilis, die tertiadecima mensis Pharmuthi fundamenta iacientes: ita duntaxat, vt iuxta Evangelicas traditiones finiamus ieiunia, intempesta nocte, octauodecimo die supra dicti mensis Pharmuthi. Et altero die, qui Dominica resurrectionis est symbolum; id est, nonodecimo eiusdem mensis verum Pascha celebremus, adiungentes his septem reliquis hebdomadas, &c. Ergo eo anno ad cuius pascha indicandum scripta est hæc epistola, litera Dominicalis fuit F, nam hæc diei 14. Aprilis, qui 19. Pharmuthi respondet, affixa est, eoq; die sanctum Pascha celebratum.

Tertia denique epistola, cuius exordium est, Nunc quoque Dei viua sapientia, &c. sic tempora definit sacra. Incipient sanctæ Quadragesimæ ieiunia ab vndecimo die mensis Phamenoth, & hebdomada Dominica passionis sextadecima die mensis Pharmuthi. Et finiamus ieiunia resperere Sabbathi, vicesima prima die eiusdem mensis Pharmuthi, & sequenti die Dominica Pascha celebremus vicesima & secunda die eiusdem mensis, &c. Annus igitur cui hæc tempora congruunt literam Dominicæ diei indicem habuit B. ea videlicet, quæ diei 17. Aprilis, siue 22. Pharmuthi tributa est, in quo festiuitas Paschæ peracta est.

Baronius ergo ex quinque epistolis primam vult esse Synodicam, anno 399. datam: quæ non exrat. Secundam ait esse paschalem, deberique anno 400. ad pascha anni 401. indicandū, eamq; vt primam desiderari. Tres reliquas, quæ exstant, annis tribuit 401. 402. 403. eo ordine, quo supra positæ sunt, ad paschata definienda annorum 402. 403. & 404. Verum si quis paulo diligentius epistolas ac tempora, tum sancti Hieronymi verba inter se composuerit, facile colligeret, & epistolas tantum posse esse quatuor, & ex illis non eam, quæ Pascha anni 401. indicet desiderari: sed solum Synodicam; de illa vero si qua fuit, quæ pascha anni 403. præscribat, nullā omnino mentionem esse in Hieronymi à Baronio allatis verbis: duas vero reliquas recte ab eodem Baronio esse distributas.

Numerum quaternarium sic colligimus. S. Hieronymus in epistola 78. quæ est ad Pammachium & Marcellam, incipiente, Rursum Orientalibus vos locupletum mercibus; & Alexandrinæ opes primo Romam vere transmittite, &c. duarum facit mentionem epistolarum; eius nimirum quam tunc recenter translata vna cum sua epistola miserat, & alterius anno præcedenti congruētis. Sic enim habet: Si quid autem hic minus aduersus Originem dictum est: & in præteriti anni epistola continetur, & hæc quam modo vertimus, breuitati studens dicere plura non debuit. In apologia vero aduersus Ruffinum trium meminit, videlicet & harum duarum, de quibus nunc diximus, & illius quæ desideratur, synodice. Duas, inquit, synodicam & paschalem eius (Theophili Alexandrini) epistolas contra Originem illiusque discipulos; & aliam aduersus Apollinarium & eundem Originem per hoc ferme biennium interpretatus sum. De quarta demum idem loquitur Hieronymus in epistola 1. quam ad ipsum dedit Theophilum, eiusque ibi describit argumentum, quod cum vltima illa, quæ exrat optime conuenit. Ex his igitur numerus constat epistolarum quaternarius: ex dicendis vero nec plures nec pauciores fuisse, mox patebit.

Nunc singulæ epistolæ in singulis sunt collocandæ annis: quod paruo etiam sit negotio. Constat etenim scriptas esse tres priores gubernante Ecclesiâ Papa Anastasio, nam in eadem aduersus Ruffinum Apologia, in qua illarum epistola-

Quibus annis
debeat Theo-
phili epistolæ
ex Baronii sen-
tentia.

Quatuor tantū
non quinque
esse illas Theo-
phili epistolas.

Dux ex illis e-
pistolis suis at-
tribuuntur an-
nis.

rum, ut vidimus, fit mentio, etiam Anastasii Hieronymus meminit, & quidem superstitis: sic enim Ruffinum affatus est: *Syrutii iam in Domino dormientis proferes epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis*. Has autem esse duas Paschales priores, quæ nunc extant, è numero illarum trium, ex ipsarum constat argumentis; Epistola enim *Primum solemnitatis* (quæ minus recte primo ponitur loco) ea est, quam vna cum literis suis ad Pammachium & Marcellam transmissit, quod manifestissime eius ostendit argumentum, quod omnino congruit cum eo, quod in ipsis literis describit Hieronymus hisce verbis: *Quam (epistolam) sciatis in quatuor partes esse diuisam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Pascha celebrandum. In secundo & tertio loco Appollinarium & Originem iugulat. In quarto, id est, extremo, hereticos ad penitentiam cohortatur*. Quæ autem dicit in iisdem literis de præteriti anni epistola, esse nimirum cōtra Originem eiusque discipulos, perbelle in epistolam quadrat *Christum Iesum*, quæ in iis confutandis errorumque eorum aperiendis est tota. Cum igitur viuentem Anastasio nihil Theophili scriptorum præter tres epistolas illas Hieronymus transtulerit, ut idem aduersus Ruffinum loco testatur citato, dicens: *Duas, Synodicam, &c. & in adificationem Ecclesie legendas nostra lingua hominibus dedi: aliud operum eius (Theophili) nescio me transtulisse*. Cū Synodica autē perierit, & omnia, quæ de reliquis duabus dicit, binis hisce, *Christum Iesum, &c. Primum solemnitatis*, ad vnguem congruant, alias esse non posse clarissimum relinquitur. Quod maxime confirmatur etiam inde, quod iisdem Anastasii temporibus epistola ad Pammachium data sit, cuius in eadem meminit: *Beatum quoque Papam Anastasium eodem seruire, &c. cui multos imprecamur annos*. Manet ergo fixum, binas illas epistolas & viuentem Anastasio Pontifice Max. datas esse; & ratione temporis siue ordinis alteram alteram immedie consequi.

Quia autem communis est sententia Chronographorum Anastasii Papæ Pontificatum nec citius incepisse anno Christi 397. nec tardius desisse anno 405. quamuis alii plures, pauciores alii eiusdem tribuant Pontificatui, terminosque alii alios assignent, ex litera Dominicali quam epistola Paschales indicant, annus pro quo ipsa epistola scripta est, certissime eruitur. Ut epistola *Christum Iesum* diem paschatis assignat 14. Aprilis, in litera F, litera vero F toto illo temporis spacio Dominicalis non fuit, nisi anno 401. Ergo huic anno illa epistola necessario conuenit, Paschaque die 14. Aprilis celebratum fuit. Rursus cum epistola, *Primum solemnitatis*, Pascha ostendat die 6. Aprilis, atque adeo in litera E, litera autem E, toto tempore quod diuersimode Anastasio tribuitur Dominicalis nō fuerit nisi anno 402. consequens est, epistolam hanc pro hoc, & non pro alio anno scriptā esse, in quo Pascha 6. Aprilis actum fuit.

Definitio temporis pro tertia epistola.

Restat ut epistolæ, *Nunc quoque Dei*, suum attribuamus annum, quod faciemus breuiter, nam quamuis ea ad propositum nostrum non indigeat; tamē quo dicta de reliquis magis sibi constare ostendantur, illius etiam annum hoc loco inquirere volumus. Clarum autem est, nulli alii anno congruere, quā anno 404. eo quod post obitum Anastasii, & ante mortem Theophili, quæ in annum 412. coniici solet (imo etiam si multo tardius obierit, modo id ante annum 466. acciderit, de quo nemo dubitat) in nullo omnino anno Pascha die 17. Aprilis in litera B, id quod epistola indicat, celebrari potuerit: nam vel litera Dominicalis, vel quartadecima luna nimium repugnat. Scriptam illam esse post illas tres Synodicam videlicet, & Paschales duas supradictas, constat ex illis, quæ ex Apologia

logia Hieronymi aduersus Ruffinum attulimus, in qua præter illas tres epistolas se nihil Theophili operum interpretatum esse, haud obscure indicat.

10. Scio Caluissium hisce angustiis à nobis inclusum, omne quæsitum effugium, quo saluus euadere possit, vtque verisimile aliquid adferre videatur, dicturum binas illas priores epistolas translatis quidem tempore Anastasii Papæ ab Hieronymo esse, non autem hinc necessario sequi, illas ad paschata eorū, quos nos attulimus, annorum, præscribenda datas esse, sed aliquot annis ante hoc autem dici non posse sic manifestum fiet. Ab anno Christi 329. quem si non vitæ certe episcopatum Theophili præcessisse, nemo sanæ mētis dubitare potest, vsque ad annum 406. qui, vt patet ex supradictis, obitum Anastasii sequitur, nullus alius omnino est annus, in quo Pascha 14. Aprilis in litera F, vt habet epistola *Christum Iesum*, celebrari potuerit, quam annus 390. (is enim omnibus aliis proxime accedit) aut 401. in reliquis enim aut litera Dominicalis, aut quartadecima luna longe abhorret: sed anno 390. ex præscripto Theophili Episcopi Pascha die decimoquarto Aprilis celebratum non esse, duabus probari potest rationibus: Ergo nulli alii anno quam 401. illa epistola congruit. Prima ratio est, quod cum dicta epistola Originis damnet errores, Theophilus vero non nisi post annum 390. contra Originem scribere cœperit, clarum est eam Pascha 390. iam peractū non indicasse: tardius autem Theophilum contra Originem insurrexisse, optime probatur à Baronio, & saltem ex hoc colligi potest, quod Hieronymum & Ioannem Episcopum Hierosolymitanum dissidentes pacificare studuerit, vt videre est apud eundem Baronium anno 393. Imo Theophilum prorumpendi in Origenem opportunitatem nimium distulisse, ipse aduertit Hieronymus literis ad eundem datis: *Nobis, inquit, nihil esse antiquius quam Christi iura seruare, nec Patrum transferre terminos, semperque meminisse, Romanam fidem Apostolico ore laudatam: cuius se esse participem Alexandria Ecclesia gloriatur, super nefaria hæresi quod multam patientiam gerit, & putas Ecclesiæ visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate; multis sanctis displices, ne dum paucorum penitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat.*

Epistolas Theophili annis illis quibus à nobis adscribuntur, & non aliis cōuenire.

Theophilū tardius contra Originem scripsisse.

Altera ratio omnino conuincit anno 390. Pascha 14. Aprilis actum non esse, actum enim esset solido die ante terminum Paschalem, qui in diem 15. Aprilis incidit: biduo vero tam ante plenilunium, quod die 16. Aprilis, hora 9^æ factum est; quam ante pascha Iudæorum, seu festum azymorum, quod eo anno etiam ex calculo illorum in 16. incidit Aprilis: quod nemo concedet, nisi fortassis Caluissius, nimirum potius biduo voluisse Christianos præuenire Iudæos, quam legitimo tempore, sexto videlicet die post terminum paschalem, quot diebus videlicet post eum litera sequitur Dominicalis, legitimam peragere festiuitatem: & sic nos non solum quod proposuimus exemplum ex primitiua Ecclesia attulimus, paschatis in plenilunio aut cum Iudæis celebrari, sed etiam biduo, quod magis est, ante tam plenilunium quam Iudæorū festū peracti, sed credo suo iuramento Caluissius tantum sibi malum non accerset: quin ignem sentiens redibit ad fumum. Firmum igitur fixumque manet, epistolam *Christum Iesum*, nō alii quā 401. congruete anno.

Alteram epistolam, *Primum solemnisationis*, cum hanc proxime secutam esse satis constet, anno 402. conuenire pluribus vt probemus, operæ precium non est: Ad Caluissium igitur redeamus.

Anno Christi
401. Christianos
Pascha e-
gisse, & prima
die post termi-
num Pascha-
le, & in festo a-
zymorum Iudæo-
rum, quod vtrum-
que pertinaciter
negat Calu-
isius.

11. Videntur ne tibi hæc duo exempla Caluisi, qui Chronologus audis, satis certa? Si omnia in Chronologia tua tanta pollerent certitudine, absq; dubio amplissima facta in inscriptione Chronologiam ipsam vocares demonstratam. Dicis ne adhuc Caluisi illud tuum, *Nec sane VLLVM exemplum satis certum dari potest post Concilium Nicenum, in annis iam mille & trecentis, quod Ecclesia vel SEMEL cum Iudæis in Paschate celebrando concurrerit?* Dicisne adhuc eandem Ecclesiam NVNQUAM Pascha si decima quarta luna in Sabbathum inciderit, die sequenti egisse? Si adhuc persistas in tententia, ad moue manum calculator calculis, expedi calamum, conuoca tuos discipulos, pande pleniluniorum tabulas. En problema! Quo die Caluisi anno Christi 401. Paschale contigit plenilunium? Hoc responde. Quid hæres? loquere. Quid ais? tam longa ne mora, in tam expedita methodo: *longe compendiosorem, ais, & expeditiorem methodum inueniendi plenilunia Paschalia &c. excogitavi.* En plenilunium ex hac tua methodo Paschali, vt in 14. Aprilis feriam primam siue diem Dominicam horam 1 3½ inciderit! Iudæi autem, inquis, *Pascha semper transiit in plenilunio etiam si id incidat in feriam primam.* Ergo hoc anno 401. quo Pascha 14. Aprilis in litera F, ex præscripto Theophili Episcopi Alexandrini celebratum fuit, Christiani cum Iudæis concurrerunt. Ergo vllum exemplum dari posse meritis es. Rursus anno 401. terminus Paschalis incidit die tertio decimo Aprilis, in Sabbathum, & sequenti die Pascha actum fuit. Ergo id nunquam accidisse iterum mentitus es.

Fateberis forsitan Caluisi errasse te asserendo Iudæos semper in plenilunio Paschata celebrare: tuas te tabulas pleniluniorum, quod inde Paschata Iudæica discere liceat, plus æquo commendasse; calculum illorum proprium, ad propria venanda Paschata esse accersendum. Vtrumque tibi concedimus. En calculum Hebræorum. Annus Christi 401. currens, Iudæicus erat fluens 4161. embolimus deficiens, cyclo lunæ 19. character Neomeniæ Tisri 48.320 ipsa vero Neomenia politica propter translationem feria 5. die 6. Septembris anni Christi 400. Ergo decimus quintus dies Nisan, qui tibi Pascha dicitur, feria prima die decima quarta Aprilis, anni 401. ipsum autem plenilunium Nisan est 1.19.867. (parum à tuo ex tuis eruto tabulis discrepans) Itaque quocumq; te tandem veritas, semper inuenies anno 401. Pascha (siue azyma) Iudæorum incidisse in 14. Aprilis, eum videlicet diem, quo Christiani Resurrectionis Dominicæ egere solemnitatem. Quamobrem reuoca dictum Caluisi si sapias tuum: nega si vir candidus es, quam affirmasti assertionem tuam: *Nec sane VLLVM exemplum dari potest, quo Christianos cum Iudæis post Concilium Nicenum cōcurrere in Paschate ostendatur: nega primitiuam Ecclesiam (quæ tibi saltem vsq; ad annum Christi 588. durat) Pascha NVNQUAM proximo post terminum Paschalem die egisse.*

Aliud argumē-
tum, quo proba-
tur nō solitum
fuisse ex Patrū
præscripto Pa-
scha in 22. lunā
transire.

12. Quid quæso S. Ambrosio, in sua iam sæpius citata de Paschate epistola, tanto opere laborandum fuit, vt iis, qui Pascha quod in vicesimam primam lunam incidit, nimium translatum putarunt, exemplo, quo idem factum iam fuerit, ostenderet, si suppeditarunt alia, quibus etiam ultra vicesimam primam, hoc est, in 22. lunam vsque traiectum Pascha, tanquam à fortiori probare propositum potuit? Quid ni si primitiua Ecclesia Pascha ex Dominica quintadecima lunæ in vicesimam secundam lunam remouere consuevit, exempla annorum 326. 340. 346. 350. 370. 374. adduxit, in quibus omnibus terminus Paschalis in Sabbathum incidit, si moris fuit sequentem Dominicam in luna quintadecima cum

cumea, quæ proximè sequitur commutare? Cur ad annum confugit 373. in quo Pascha à termino septem dierum spacio remotum fit; si proximior annus 374. Pascha à termino per solidum octiduum disunctum subministrare poterat? In illo enim anno terminus incidit in Dominicam vicesimum videlicet quartum diem Martii, ac propterea in 31. eiusdem mensis Pascha translatus fuit: in hoc vero cum terminus in die 12. Aprilis Sabbathum repperit, Paschati sequenti die peragendo, impedimento minime fuit. Sane hic annus 374. maxime ab Ambrosio pro exempli afferri debuisse, si Pascha in vicesimam secundam lunam traiectum fuisset, eo quod si vnquam in dictam lunam traiciendum fuisset, tunc maxime debuisset, cum eodè die Dominico terminum proxime sequenti, die scilicet 13. Aprilis, solemnitas azymorum à Iudæis celebrata fuerit, id quod tam plenilunium in illum diem incidēs, quam proprius Hebræorum computus exactissime ostendit. Quod argumentum sufficiens omnino est, quo tertium ostēdamus ex primitiua Ecclesiæ exemplum, quo Christianos cum Iudæis Pascha celebrasse, (vt Pascha à Caluasio sumi solet) ad oculum demonstramus.

Aliud exemplum.

13. Quod si nostram Caluasi expetas sententiam, vtrum hisce à nobis relatis annis 374. 401. 594. Christiani vere cum Iudæis in celebrando Paschate concurrerint, nec ne, eam tibi libētissime ac planissime pandemus. Annis hisce celebratum à Christianis est Pascha luna quintadecima, seu proximo post terminū Paschalem die, quod non est cum Iudæis in Paschate societatem iniuisse, qui illud quartadecima luna iam ante peregerant. Id quod etiam de Paschatis quintadecima luna in Calendar. Gregoriano celebratis, vel celebrandis dictum volumus. Per medium ergo annulum traharis oportet, Caluasi, Calendarium Gregorianū aut immune à crimine pronuncies; aut Nicenos, eosq; qui proxime secuti sunt, eodem accuses crimine necesse est.

Vtrum reuera annis illis Christiani cum Iudæis in Paschate concurrerint.

Calumniæ igitur sunt quodais: *At vero non sic Pontificii agunt, qui, vt se à Concilio Niceno distinxerint, non solum cyculum solis, vt supra habuimus, (& nos supra tibi non absque ratione negauimus) corruerunt, sed etiam societatem cum Iudæis inueniunt, & frequenter cum eis Paschatis festiuitatem peragunt. Exemplum non à longinquo adducere nouisse habemus: Anno superiore, qui fuit æra Christiana 1609. hoc accidit, vt Pontificii cum Iudæis Pascha peragerent, id quod præsertim in locis, vbi Iudæi habitant, proculdubio animaduertuerunt. Pontifex ipse Roma obstupuit, quando vidit Iudæos Christi interfectores in Paschate agendo suos esse collegas. Hoc anno Pascha die sequente terminum Paschalem, more & instituto Patrum Nicenorum, quintadecima videlicet luna ab orthodoxis actum esse vitro damus, at illud cum Iudæis peractum esse negamus, & pernegamus. Probes illud licet characteribus Neomeniarum Tisri & Nisan: probes duplici & Astronomica & Politica translatione. Probes epilogismo siue Iudaico, siue Prutenico, nil nisi inscitiam tuam ac malitiam probas.*

Falsum esse, Calendar. Gregor. sæpe cū Iudæis pascha præscribere.

14. Quam prudēter autem fecisses, si vna cum Elencho tuo etiam calculum Hebræorum omisisses: etenim cum versatum te in illo ostentas, non nisi rudem te ac imperitum ostentas; qui nec duo Paschata ex illo colligere diceris, quin in altero turpiter erraris; non iam in horis, horarumque punctis, sed integro die Pascha plus debito postponendo: & tamen merhodum eam omnes te docturum, antequam eam ipse didiceris grandiloque iactas. In rem præsentem te perducam: veni & verba tua aud. *Frequentiss. enim sunt huius rei exempla, vt paucis*

Caluissum torpiter errasse, cū anno 1622. Catholicos cū Iudæis in Paschate conuersuros affirmat.

post

post annū anno era Christiana 1622. iterum Pontificii Iudaos Christi interfectores in pascha celebrando collegas assumunt. Erit annus Iudaicus 5282. (5382. Caluisti) cuius character plenilunii Paschalis est, die 27. Martii feria 1. hora septima 920. cyclo luna 8. epact. 18. quartadecima Paschatis, die vigesimo sexto Martii. feria septima, & sequenti die cum Iudeis Pascha.

Ita ne Iudæorum pascha determinare didicisti, vt feria Septima tibi sit prima; Sabbathum Dominica; quartadecima Nisan, quiutadecima eiusdem? Ita ne omnibus te imponere posse putas? Falleris Sethe, septem sunt septem, non vnū. Sed durum tibi videbatur, egregiam tuam tabulæ pleniluniorum methodum damnare, te teque mandacii arguere, qui dixeris ex illa paschata cōstare Iudæorum, qui illud semper in plenilunio peragant: itaq; cum inuenisses plenilunium paschale incidere in 27. Martii, in eum diem quintadecimam Nisan coniciendam potius censuisti, quam tabulam tuam cum paschatis Hebræorum, quod verum erat, non conuenire ingenue fateri. Verum si id agitasti consilium, stulte profecto postea fecisti, calculum addendo Hebræorum quo tete proderes. Nam quamuis characterem plenilunii Nisan recte exhibueris 1. 7. 920. meminisse tamen debuisses, Iudæos paschata sua, quæ dies sequuntur ciuiles siue politicos, vt tecum loquar, non ex characterem plenilunii petere, sed Neomenia constituta politica Nisan ab ea inclusiue 15. numerare dies, vt festiuitatem habeant azyorum.

Qua autem de caussa, quæso, in hoc secundo exemplo omisisti characteres Neomeniarum Tisri & Nisan, cum tamen eos pro anno 1609. in primo exemplo posueris? Putas ne me coniectura tuam mentem assequi posse? Si minus mentem, certe fraudem assequar. Nonne hæc est caussa? Si enim characterem Tisri, qui 5. 9. 86. est, expressisses, cum is Neomeniam in eadem figat feria quinta, nam translatione nec Astronomica nec politica opus habet, quilibet computo Hebræorum vel leuiter tinctus ex eo collegisset, tam Neomeniam Nisan, quam quintadecimam eius diem incidere in feriam septimam, non autem in primam, vt tu ad calumniandum Calendarium Gregorianum ex cerebro tuo finxisti; equidem annus communis ordinatus, qualis propositus est, ad feriam Neomeniæ Tisri, duos iubet addere regulares, vt colligitur feria Neomeniæ Nisan: sed 5. & 2. vidit componere 7. Sabbathum videlicet non Dominicam: idcirco ne fraus ipsius animaduertetur, qua pro Sabbatho Dominicā acceperat, nec characteres, nec Neomenias posuit. Cur non ergo illud tuum repetam?

O vir præcipua calliditate vaser.

Clauis doctior Caluisti in computo Hebræorum,

Sane aliqua caussa esse debebat, quæ te ne Neomenias exponeres, detinuit. Si non fraus saltem insecutia tua fuit, qua computare paschata Iudaica prohibitus fuisti: in quæstionem te implicaras, ex qua expedire te tam facile non poteras; saltem ignorantiam tuam aliis te doctioribus non exprobares. Si Clauis, inquit, Iudæorum Calendarium non intelligit. & paschata eorundem in futurum computare non potest, sciat Iudæorum festiuitates, & olim ab Episcopis, & hodie à multis esse præscriptas. Paulus Mittelburgensis prolixum catalogum recenset, &c. & Calendarium Iudaicum alias satis est apertum. Nos etiam, aliquando, eius methodum in Chronologicis dabimus. Rectius te Caluisti, Clauis Calendarium Iudæorum nouerat, nec opus te habebat magistro: præsertim tali, qui ipse magistro opus habet. Profecto in ludum denuo vocandus es, vt prius discere discas, quam docere. Vin' igitur Caluisti te mihi in disciplinā dare?

Breuis-

Brevissimam te docebo methodum, qua feriam solennitatis azymorum expiscari ex feria Neomenia Tisri anni proximè insequentis possis, etiam si tibi qualitas anni Iudaici nota non sit. Habita feria Neomenia Tisri anni Iudaici sequentis, eam diminuas binario, & qui relinquitur numerus (asse ascito, ut nosti, si subtractio fieri nequeat) feriam quaesitam indicat. Exemplum. anno Christi 1622. qui est Iudaicus 5382. Neomenia Tisri anni sequentis, hoc est 5383, incidit in feriam secundam, ablato binario remanet 0, id est feria 7. Ergo feria 7. Pascha azymorum fiet anno 1622, non autem feria 1. cum enim spacium temporis inter 15. Nisan, & Neomeniam Tisri anni sequentis, semper sit æquale, dierum nimirum 163, qualiscunq; tandem sit annus, embolimus, vel communis, numerus autem 163, per 7. diuisus relinquat binarium; constat propositum. Quod autem in nostro exemplo illa Tisri Neomenia cadat in feriam secundam, fortassis enim Caluissius tertiam mallet, ut ablato binario feria 1. maneret, ex caractere habetur. est enim 2, 17, 962, qui nullam admittit translationem, nam etiam si 17, 962. excedant 15, 988, attamen cum annus 5382. non sit proximus post embolismum, non habet locum Bartutakphat, & Neomenia in feria secunda permanet.

Caluissium se de errore vel fraude nullatione purgare posse.

Quod si Caluissius tam in hoc quam in aliis exemplis nullas posuisset horas, horarumque puncta, nullas translationes, nullum *Gadrat* dicerem, ut infelicem hominem crimine purgarem, eum Pascha hoc azymorum anni 1622. non computo eruisse, sed aut ex Ephemeridibus patroni sui Origani, qui id eodem modo, male in feriam primam coniecit, desumpsisse, aut certe ex tabulis illorum quos citat Pitati, vel Pauli Mittelburgensis, aut denique ex Cyclo, unde tabulae istae pendent, & quem vocant magnum, annorum videlicet 247: atque ita bonum virum deceptum fuisse, & pro feria 7. posuisse primam, fallacia aliorum. Verum & hoc modo vix purgari potuisset Caluissius, etiam si calculi atque characterum, ut dicebamus nullam omnino fecisset mentionem; idem enim Mittelburgensis quem affert, & qui *prolixum Catalogum recenset Fæstorum Iudaicorum, in sequentibus*, disertis verbis lectorem de fallacia admonet mox post ipsum Catalogum: *Circa prædicta est animaduertendum, inquit, quod lunationes post ducentos quadraginta septem annos non redeunt præcisè ad eandem horam in qua prius facta fuerat: ut ex tabulis Gamalielis (ex quibus siue similibus Caluissius suos collegit characteres) superius descriptis manifestum est: & quia differentia vnius horæ, immo diuersitas vnius minuti aliquando facit variare neomeniam anni in die vno, tutius est indagare Pascha & diem passionis domini, per regulas superius expositas.* Quid clarius dici potuisset Caluissio, si vidisti Catalogum, vidisti etiam quæ illum mox subsequuntur. Nulla omnino tibi est, quæ de fraude ac dolo te purget, excusatio. Nam etiam si tanquam ad vltimum refugium confugas ad Cyclum 247. annorum, dicasque ex illo non autem ex regulis Iudæos sua assuetos esse petere Paschata, non nisi fraudem fraudi, fucum fucio addes: Nam præterquam quod id expresse, ut audiuius neget Mittelburgensis, contraria etiam doceat Caluissii dilectus Magister Iosephus Scaliger, (a quo merito rursus vapulabit) extat non solum ipse computus Iudæorum, sed & tabulae in quibus Paschata pro futuris annis ab ipsis Iudæis supputata iam habentur, quæ litem omnino dirimunt, & Pascha azymorum anni æræ Christianæ 1622. in sabbathum 26. Martii reponunt, ut videre est in tabulis Eisdæ Vezini Astrologi, & aliorum, non autem in diem 27. mensis eiusdem,

Part. 2. lib. 8. cap. 3.

Bb

vt tu

ut tu in perniciem tuam finxisti. Recte igitur Caluifianis concludimus verbis.
Fucus & frans est Caluifii qui hac in ressententiam aliorum pretendit.

Caluifius ridieu-
 le Pontificem
 excommunica-
 tum atque ha-
 reticum pronū-
 ciat, qui pascha
 15. luna iuxta
 Patrum decre-
 ta præscribere
 audeat.

15. Sed quid magis ridiculum, & iocularius excogitari potuit, quam quod Musicus iste conditionis suæ oblitus Pontificem Maximū excommunicatū atq; hæreticum pronunciat, propterea q, eo modo, quo Patres, ut supra habuimus, cū Iudæis in paschate celebrādo concurrere ausus sit: *In meritū*, inquit, *paenam Ecclesie incurrit, & ab Ecclesia segregatus pro hæretico habetur: præsertim cū pertinaciter in eo errore perseveret, & de emendando Calendario suo nunquā cogitet.* immo postquā emendatissimū promulgauit, ne habet quidē quod de eo cogitet: sed neq; excusatione tua opus habet, dum addis. Quamquā sane Pontifex à Conditorib. huius Calendarii, præter opinionem in hanc fraudē deductus est, qui nunquā videntur de hoc errore cogitasse. Cum sibi persuassissent Pascha *à pascha* etiam in plenilunio ipso agi posse. Vbi iterū veris falsa permisces. Nam falsum est Pontificē à Reformatoribus in fraudē deductum esse: illud vero verissimū, eosdem nunquam de errore cogitasse, cum certo scirent errorē nullum esse, quoties ab Ecclesia sanctissima Paschæ solennitas in luna quintadecima peragenda cōmendatur. Sed neque minus ridiculus es, quā fuisti, dum quæ huc vsq; male dixisti, ita pessime cōcludis. *Sed tamē Pontifex de hoc errore admonitus, nisi calendariū corrigat, nō potest excusari.*

Fallacia Caluifii
 Pascha iuxta ve-
 tus calēdariū in
 plenilunium in-
 cidere nō posse.

16. Adhuc vnum cuius pene oblitus erā in medium est producendū Caluifii cōmentum. Nam non solū Calendariū Gregorianum iniuriose vituperat; sed etiam suum antiquū, seu Iulianum plus æquo cōmendat, atq; laudat: *Nobis quidem, ait, qui Pascha ad rationē veteris Calendarii agimus, quietis esse licet. Nunquā enim fieri potest, ut secundū vetus Calendariū cum Iudæis in Paschate agendo concurramus, cum Iudæi semper in plenilunio id celebrent, nos vero ad minimum die quinto post plenilunium: Valde immemor tui es Caluifi. Nonne supra cap. 15. dixeras in annis trecentis & duodecim ferè luna in anno nostro Iuliano vno die sedem suā anteuertit: Quomodo ergo semper quinto die minimū post plenilunium Pascha facietis? An non aliquando, si seculadurent, terminus Paschalis, qui à quartadecima motus lunaris apud vos nunc distat minimum quatrduo, distabit quinque, sex & pluribus diebus, quando ergo perueniet ad interuallum 23, 24, &c. dierum, vsq; ad mensem lunare, nonne rursus Pascha celebrabit in plenilunio? Et quomodo nunquā cum Iudæis concurreris, qui in annis 300000 (eo vsq; enim & tu Calendariū Gregorianum examinas) sexies saltem per omnia anni tempora, ver scilicet, æstatem, autumnū, & hyemem tanquam per nundinas, pascha vestrum circūducetis, & æquinoctium vernū per omnes omnino anni menses ac dies venale exponetis? Quando igitur æquinoctium vernū ex mensibus, hyemi propriē à maioribus additis, & ab his ad vernos per Iunium, Maium versus, Aprilem, ac Martium redieritis, atq; ad mensem Paschalem accessum feceritis: nonne sapissime proxima ante æquinoctiū vernum quartadecima luna Pascha celebrabit? At dices mundi finem hoc ne fiat impediturum: At nonne si tibi secula tā diu durant pro Calendario Gregoriano, durabunt etiā pro Iuliano? Nescio profecto operæ precium ne sit vterius pergere in examine tui Elenchi, cum in eo præter calumnias & falsitates vix aliud reperiatur. Certe in illis tibi exponēdis iam defatigati sumus: Quare antequam ad aliud me conferam caput examinandum, alio paulisper, quamuis non longe à scopo nostro, digredi placet, & ea sequēti capite prosequi, quæ nos docere, Caluifium addiscere non dedecet.*

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Quibus diebus in Calendario Paschales termini ex Patrum Concilii Niceni instituto affixi fuerint: quibusque item diebus Pascha ex eorundem decretis, proximis post idem Concilium 400. annis actum sit. Recensentur etiam Iudaeorum pro eodem tempore Paschata.

Opera pretium me facturum ratus sum, si antequam ad reliquas reliquorum capitum refellendas Caluissii calumnias accederem, duo hoc loco ad propositum nostrum, veritatemque stabiliendam vtilissima, praestarem; inquirerem nimirum, tum ex auctoribus & exemplis scriptorum, tum rationibus ex lunæ motu depromptis, quæ nam fuerint illæ quartædecimæ lunæ, vnius integri cycli enneadecaeterici, & quibus diebus additi, quas ex usu potissimo terminos dixere Paschales, idque probare ex institutis decretisque; celeberrimi illius Niceni Concilii, Constantini magni temporibus celebrati: tum etiâ per modum tabulæ quadrigentorum post idem Concilium annorum, tam Christianorum quam Iudaeorum Paschata eo consilio enumerare, ut inde tanquam ex armamentario bene instructo, contra nostrum aduersarium varia arma depromere possemus. Enim vero cum is in sequentibus sui prioris libri capitibus, totus in eo sit ut exemplis remotissimorum etiam seculorum ostendat, Calendariū Gregorianum à Patrum Nicenorum legibus longe recedere: Hoc vix alio poterit melius refutari argumento, quàm si itidem exemplis, non iam seculorum nunquam futurorum, sed reuera elapsorum, eadem quæ ille in Gregoriano reprehendit, nos ostenderimus proximis post dictum Concilium temporibus. (quando videlicet ipsum vetus Calendariū à nullo adhuc pro vitioso habitu fuit) non solum ut Patrum decretis consona, sed & usu Ecclesiæ Dei approbata accidisse.

Vidit atque præuidit, expauitque hæc spicula Caluissius, postquàm eadem etiam à Clauio emissæ sensit, & hanc ob causam summis studuit viribus eadem enervare. Hinc enim illud de exemplis & temporibus quæ Dionysius præcesserunt, nihil certi affirmari potest: Hinc qui termini Paschales fuerint, in obscuro est: Hinc condonandum antiquitati est: Hinc merito de exemplis illis dubitatur: &c. Sed non tam facile hinc exiis, Caluissi, alia tibi querenda sunt effugia: Tute hoc intristi, omne tibi exedundum est. In tuum ipsius caput, nostri proverbium, In tuum ipsius malum, ut paulo post videbimus, lunam deduces.

2. Itaque quod ad prius spectat caput, de terminis scilicet Paschalibus, iam nobis ad eorum cognitionem certo indagandam præcedenti capite via planissima strata atque complanata est: ostendunt enim tum illa, tum alia, quæ extant exempla, eos fuisse terminos, qui per traditionem in Calendario veteri ad nos usque peruenere. Nam de citimo ac ultimo qui dubitet nemo est, nec ipse Caluissius, hunc 18. Aprilis (etiam contra ipsius Canones) illum 21. Martii à Patribus Nicenis esse affixum: intermedios quoque fuisse eosdem, quos diximus, ostendunt omnia, quotquot à nobis obiter inquirentibus, occurrere exempla certa; de quibus breuiter nunc videndum est.

Omnium autem antiquissima exempla habentur ex illa, quam sapius iam allegauimus S. Ambrosii de Paschate epistola, cuius cum ætas, quantum

Causa cur hæc tractatio de terminis paschalibus inquirendis institueretur.

Caluissius exhorret & obscurare conatur exempla paschatuna proxime post Concilium Nicenum actorum. Lib. 1. cap. 20.

Eosdem fuisse apud Patres terminos paschales quos nunc vterque exhibet calend. exemplis probari posse. Exempla trium Paschatum ex S. Ambrosii epistola desumpta, e quibus tres termini paschales colliguntur.

ad nostrum attinet propositum, satis perspecta sit, in ea comprobanda diutius tempus terere noluimus. Eam enim epistolam scriptam esse pro Paschate anni Christi 387 satis inter auctores conuenit. In hac igitur epistola tria ad propositum nostrum aptissima se offerunt exempla: cum enim in omnibus tribus Pascha dicatur ex vna Dominica translaturum in aliam proximam sequentem, manifeste indicatur, terminum paschalem habuisse in Dominica præcedente, ex qua iuxta Concilii Niceni placita (nullus enim tunc Victor aut Victorinus quæ immutaret existerat) Pascha in sequentem Dominicam reiectum sit: Ergo si nobis compertum erit, in quem prior illa Dominica diem mensis inciderit, simul in quo die terminus paschalis illius anni fixus fuerit, constabit. Sic ergo illa habent exempla: Nam temporibus paulo superioribus, cum incidisset quartadecima luna mensis primi in Dominicam diem, sequenti a tera Dominica celebrata solemnitas est. Octogesimo enim nono anno, & nonagesimo tertio ex die imperii Diocletiani, cum quartadecima luna esset nono Kalendas Aprilis, nos celebrauimus Pascha pridie Kalendas Aprilis. Alexandrini quoque & Aegyptii, ut ipsi scripserunt, cum incidisset quartadecima luna vigesimo & octauo die Phamenoth, celebrauerunt Pascha quinta die Pharmuthii mensis, quæ est pridie Kal. Aprilis, ac sic conuenire nobiscum. Rursus nonagesimo & tertio anno, à die imperii Diocletiani, cum incidisset quartadecima luna in quatuordecimum diem Pharmuthii mensis, qui est quinto Idus Aprilis, quæ erat die Dominica, celebratum est Pascha Dominica sequenti, Pharmuthii primo & vigesimo die, qui fuit secundum nos sextus decimus Kalendas Mai. Acciderunt hæc annis æræ Christianæ 373, & 377, Cyclis lunæ 13, & 17, literis Dominicalibus F, & A. Habemus ergo duos alios terminos Paschales, alterum 9. Kal. April. hoc est 24. Martii, alterum 5. Idus April. hoc est, 9. die eiusdem. Tertium exemplum est id ipsum cuius causa epistola illa à B. Ambrosio conscripta est, de quo sic habet: Vnde si inciderit sicut futurum est proximè, quartadecima luna mensis primi die Dominica, quia neque Dominica ieiunare debemus, neque tertia decima luna die Sabbathi incidente ieiunium soluere, quod maxime die Passionis est exhibendum, in alteram hebdomadam celebritas Paschæ est differenda. Et post de hoc eodem: Ergo secundum Aegyptios primo mense celebraturi sumus Dominicam Pascha, hoc est, septimo Kalendas Mai, qui est trigesimus dies Pharmuthii mensis. Et prope finem epistolæ. Quoniam vigesima prima luna proximum Pascha celebrandum est. Ex hoc autem exemplo colligimus terminum paschalem Cycli lunæ 8, (accidit enim ut supra habuimus anno Christi 387.) 18. Aprilis, qui est ultimus, & quem etiam tum ex allato præcedente capite anni 510. exemplo, tum aliunde colligere potuissimus. Habentur quidem eadem in epistola alia duo exempla, incuria tamen librariorum corrupta, quæ de causâ etiam omisimus, & ea sola quæ indubitata sunt retinuimus: Nam etiam si in vulgaribus editionibus in primo pro anno Diocletiani 89. legatur tantum 80, quia tamen certitudo inde nostra non dependeat, eo quod ipse dies mensis in quo quartadecima fuerit luna, quod solum querimus, definiatur, deinde ipse locus tam à Lucido, quam ab aliis pristino nitor restituatur sit, nullo nobis ad finem nostrum consequendum impedimento esse poterat.

Duo termini paschales deducuntur ex 2. paschatis à Theophilo Alexandrino præscriptis.

Ex literis deinde Theophili Alexandrini Paschalibus, de quibus capite præcedente plura diximus, alios duos explicabimur paschales terminos. Etenim cum anno Christi 401. celebratum pascha sit, ut supra vidimus, in plenilunio, siue luna quintadecima die Aprilis. 14. terminus paschalis siue quartadecima luna.

luna omnino proximè, in die nimirum Aprilis 13. præcedere debuit. Deinde anno 404. Pascha actum die 17 Aprilis est, plenilunium vero ex calculo in diem 17. hor. 4³. incidit, terminum igitur paschalem proximè præcessisse in die eiusdem mensis decimo bonis deducitur rationibus. Citius esse non poterat, alias pascha in vltima mensis lunaris hebdomada tam contra decreta concilii, quam contra exemplum anni 401. celebratum esset. Si enim verbi gratia in nona fixa fuisset Aprilis quartadecima, ergo pascha in 17. eiusdem actum, coniectum in 22. vsque lunam fuisset. Sed neque tardius quam decimo die collocatus fuit terminus, quia illis temporibus termini plerumque adhuc præcedebant plenilunium, vt supra à nobis ostensum est, & allata iam exempla satis comprobant: quæ maxime in hoc exemplo vim suam obtinent, cum corrente cyclo lunæ 6, qui hoc anno 404. in vfu fuit, plenilunium non nisi anno 480. primo 10. Aprilis contigit. Ergo rursus duo nobis innotuere termini 10. & 13 Aprilis, cyclis lunæ 6, & 3: tertium enim exemplum in iisdem Theophili contentum epistolis, quâuis nihil contra terminum prout modo conspicitur habeat, non tamen vt ceteri euidenter ex datis elicitur.

Rursus ex S. Leonis Papæ ad Marcianum Imperatorem epistola, alia de Paschate celebrato habemus exempla, ex tribus tamen vnum solum proposito nostro aptum videtur. Nam etiam si reliqua duo iuxta terminos vsitatos Pascha celebratum esse egregie ostendant; attamen eorum loca, necessaria vix possunt colligi conclusionem. Id vero quod seligimus illud ipsum est de quo S. Pontifex dubitauit, & propterea Orientalium postulauit sententiam. Accidit anno Christi 455, cum epistola præcedente anno 16. Kalend. Iulii data sit Opilione V. C. Cos. in quo anno terminum paschalem in die 17. Aprilis fixum mansisse nulla dubitandi relinquitur causa. Illum namque diem præcedere non potuisse habetur ex Orientalium responso, qui vt patet ex litteris Prothefii Alexandrini, & Paschasini Lilibæi episcoporum ad eundem Romanum Pontificem datis, pascha die 24. Aprilis celebrandum censuere: ergo ne dicatur in vltimam ab ipsis dilatum mensis lunaris hebdomadam, quartadecima septimumdecimum Aprilis præcedere non poterat. Si vero dicatur terminum secutum esse eundem 17. Aprilis, sequeretur illud absurdum quod Romanus Pontifex censuisset ante quartadecimam celebrare lunam, videbatur enim illi agendum Pascha die 17. Celebratum autem esse iuxta Orientalium sententiam testatur eiusdem Leonis epistola ad episcopos Gallie & Hispanie data, quæ in ordine epistolarum est 70. Constat ergo nobis Cyclolunæ 19. terminum paschalem sedem suam in 17. tenuisse Aprilis. Sed eundem terminum tam Caluissius quam Scaliger vltro nobis anno 588. obtulere. Nam quamuis errauerint exemplum Gregorii Turonensis huic anno applicando; verum tamen est Cyclo lunæ 19. terminum paschalem ex Patrum Nicenorum sententia diem sibi vindicare Aprilis 17.

Errasse autem Magistrum cum discipulo fati superq; cap. præcedente ostensum est. Videndum nunc cui anno exemplum illud congruat, si fortassis inde alius pro re nostra se in conspectum daret paschalis terminus: Ex datis autem à Gregorio Turonense indiciis, terminum nimirum paschali in sabbatho, & Iudeorum paschate, quorum neutrum, quod turpe est, Caluissio fauet, decidere litem nondum licet, vtrumque enim & anno 590. & 594. ad vnguem conuenit (patebit ex sequenti tabula) quare alia ineunda via nobis est. Subiungit autem.

Alius terminus paschalis ex S. Leonis epistolis deducitur.

Cui anno pascha illud à Greg. Turonense descriptum conueniat.

Gregorius pro eodem anno: *Terramotus factus est magnus 18. Cal. mensis quinti, die quarto. Item: Sol eclipsim pertulit mense octauo mediante, & ita lumen eius minuit, ut rix quantum quinta lunæ cornua retinent ad lucendum haberet.* Prius indicium tribus annis conuenit & anno 538, & 590, & 594, dupliciter enim menses in præsentī negotio numerari poterant, vel à Ianuario, vel à Martio: Ad eclipsim ergo res tota deuoluta est: & quamuis hac in lite sententiam meam non facile interposuero, veritas tamen ad annum videtur inclinare 590, licet ad huc non omnem in partem: eclipsis enim (quantum superficiali collegimus calculo) in mense quidem accidit octobri, at non mediante, sed die eius tertio. Anno vero 594, eclipsis solis in 22. incidit Iulii, qui mensis nec vna nec alia numeratione octauus est. At anno 588. nulla omnino, quæ in nostro potuerit conspici hemisphærio, Solis contigit Eclipsis: vnde rursus Caluissius errorem suum, qui erroris conuinci tantopere optauerat, agnoscere poterit. Cum igitur tam ex dictis, quam ex aliis, quæ ad huc adferre liceret, anno 590 veritas fauere videatur, dabitur nobis pro cyclo lunæ 2. anno illo debito, terminus paschalis in sabbatho 25. Martii: ita ut iam in vniuersum terminos octo acquisierimus, ex quibus reliquos vndecim adiuuante epactarum doctrina infallibili propemodum ratione deducere liceat, id quod nunc aggredimur.

Investigatio omnium terminorum paschaliū ex quibus præcognitis.

3. Ut autem videat Caluissius quantum malum, quantamque sibi accersiuera rit perniciem, quod veritatem sibi oppugnandam duxerit, ex ipso boue quod dicunt, lora sumemus, & terminos paschales reliquos non solum methodo atque exemplo suo cap. 14. ex epactarum doctrina deducto, sed & quo ad eius fieri potest, verbis ipsius propriis indagabimus: quod enim eo loco ipse de Nouilunio, hoc nos de termino, siue quartadecima luna faciemus; siquidem ea ratione non solum Nouilunii, aut quartæ decimæ, sed cuiusuis etiam ætatis lunæ sedes in Calendario indagantur.

Descriptis

Descriptis igitur sequenti in tabella 29. diebus à 27. Martii vsque ad 18. Aprilis qui Concilli Niceni temporibus terminis paschalibus additi fuerunt, adscriptisque ad sinistrum terminis 8. iam inuentis, per notas suas ex Cyclo lunæ desumptas proprias, initium inquirendi à termino faciemus vltimo, Cyclo videlicet lunæ 8, diei 18 Aprilis adscripto. In Cyclo enim, ait Caluissius cap. 13, vt quicuis facile intelligit, nullum plane initium naturale est, vnde incipere possis sed si quod initium statuitur, id fieri sit, & eius causa aliunde sumitur Ergo termino siue Cyclo 8, tanquam primo inueniendorum ad dextram eidem diei 18. Aprilis adnotato, ad reliquos per seriem cyclorum lunæ naturalem, ab 8. videlicet ad nonū, à 9. ad decimū; & sic deinceps gradū faciem⁹, inuentosq; ad dextrā suis locis collocabim⁹: Sicenim fiet, vt dextris cū sinistris, iam ante exēplorū auctoritate inuētis, cōpositis, si nulla inter illos appareat discrepantia oēs omnino recte indagatos, pl⁹ quā probabili ratione concludere possimus.

Sit annus à iquis, cuius terminus Paschalis siue luna quartadecima incidat in diem 18. Aprilis, quo in Cal'edario vltim⁹ cōsistit termin⁹, tū proximus annus qui sequitur, habebit (ex nostra & antiquorū suppositione) epactas vndecim, quæ indicāt terminū hoc anno nō incidere in diē 18. Aprilis, sed ascendere per dies vndecim siue abesse à decimo octauo Aprilis, dieb. vndecim, & fieri 7. die Aprilis, Tertio anno iterū adduntur dies vndecim, & sunt epactæ hæc cū epactis anni præcedentis viginti duæ, quæ ostendunt terminū hoc anno viginti duob. dieb. distare à 18. Aprilis & fieri 27. Martii. Quarto anno iterū vndecim dies adiunguntur, quorum summa excreuit ad triginta dies, & ex his triginta absumuntur in mense embolimo, qui huius anno lunari insertus lunationes tredecim efficit, & tres Epactæ supererunt huic anno, quæ ostendunt terminum iterum accessisse fere ad diem 18. Aprilis, & tribus diebus tantum ab eo in anteriora distare, fieriq; die decimaquinta Aprilis. Iterum quinto anno vndecim dies adiecti facient epactam 14, quæ terminum quatuordecim diebus à 18. Aprilis abesse statuit, in die videlicet 4. Aprilis. Sexto anno vndecim epactæ efficiunt numerum epactarum 25 quibus terminus 25. diebus abesse à 18. Aprilis ostenditur, & fieri die 24. Martii, eo videlicet loco, quo supra ex Ambrosio eum anno 373. ex eodem Cyclo lunæ 13. fuisse inuenimus. Septimo anno iterum vndecim epactæ adiectæ, consiciunt numerum epactarum 36, ex quibus triginta pro mense embolimo abiciuntur, reliquæ vero sex reducant terminum in viciniam octauidecimi Aprilis, in diem 12. eiusdem, Octauo anno sunt epactæ 17. statuuntque terminum in die 1. Aprilis. Nono

Termini paschales.	Dies mensurum.	Termini Paschales.
16	21 Martii	16
	22	5
	23	
13	24	13
2	25	2
	26	
	27	10
	28	
	29	18
	30	7
	31	
	1 Aprilis	15
	2	4
	3	
	4	12
	5	1
	6	
	7	9
	8	
17	9	17
6	10	6
	11	
	12	14
3	13	3
	14	
	15	11
	16	
19	17	19
8	18	8

Tabella antiquorum terminorum Paschaliū.

anno epactæ excreſcunt ad 28, & exhibent terminum die 21. Martii, qui eſt citimus, vt ſupra monuimus. Decimo anno epactæ ſient in vna ſumma 39 : Ex quibus triginta pro mēſe embolimo abiectæ, relinquunt epactas nouem, quibus indicatur terminum fieri die 9. Aprilis, ita vt differentia ſit nouem dierum à 18. Aprilis ; cuius termini ſedem ſupra in ſecundo exemplo ex Ambroſio, currente eodem cyclo lunæ 17. reperimus. Vndecimo anno ſient epactæ 20, quibus terminus reſciſcitur in 29. Martii. Duodecimo anno ſient epactæ 31, ex quibus mēſis Embolimus abiectus, relinquit epactam vnicam, vnico die à 18. Aprilis terminum abducentem, & in 17. Aprilis ſiſtentem, quemadmodum ſupra idem terminus, eodem cyclo lunæ 19, ex epiſtola S. Leonis Papæ innotuit. Decimotertio anno Epactæ 12. figerent terminū in 6. die Aprilis, ſed reuertēte cyclo lunæ ad initium, à numero videlicet nouendenario, ad primum interuenit Saltus lunæ, quapropter pro epactis vndecim ſemper cyclo decimonono aſſumuntur epactæ duodecim, quæ epactæ 1. addita ad 13. hoc loco efficiunt, terminumque in diem 5. Aprilis reducunt. Decimoquarto anno per epactas 24. terminus indicatur die 25. Martii, quem etiam ſupra ex anno 590. deduximus. Decimoquinto anno ex epactis 35. mēſis abiectus terminum ſiſtit in 13. Aprilis, qui quintus dies à 18. Aprilis eſt, vt currente cyclo lunæ 3. ex Theophili Alexandrini primo exemplo ſupra etiam à nobis idem dies inuentus eſt. Decimoſexto anno per epactas 16. reducitur terminus in 2. Aprilis. Decimoſeptimo anno ſunt epactæ 27. & terminum oſtendunt die 22. Martii. Decimoſexto anno excreſcerent epactæ ad numerum 38. ſed dies triginta pro embolimo mēſe abiectæ relinquunt 8. epactas, & terminum 8 diebus à 18. Aprilis abeſſe oſtendunt, ſerique die 10. Aprilis, id quod aliud Theophili comprobat exemplum. Iterum pro decimo nono anno vndecim epactæ additæ ſunt numero 19. & terminum ſtatuunt die 30. Martii. Iam pro Cyclo Lunæ 8. ad has ſeptimi epactas iterum aſſumptæ epactæ vndecim, ſient in ſumma 30, & abiecto mēſe remanet 0, quod ſignum eſt nos rediſſe ad aſſumptum vnde digreſſi ſumus initium, terminumque ſequentis anni à 18. Aprilis diſtare nihil, ſed præciſè in eundem recidere diem.

Caluiſius eſt & rationem indagandi terminos paſchales, & ipſos terminos clare tradat, eoſ dein tamen in obſcuro latere parum ingenioſe affirmat.

4. En Caluiſi quam egregiam ex obſuro eruendis antiquis terminis paſchalibus, nobis præſtiteris operam ! ſaltem ad aliquid, nimirum ad tuis te pingendum coloribus, ad oſtendenda tibi tua conuicia, videtur prodeſſe Elenchus tuus. Sanè non tam coniectura quam auctoritatibus, ex quibus ſeptem ſaltem (Octauam enim anno 590, cum poſt Dionyſium ſit, nunc relinquimus) terminos certo deduximus, & neceſſariis rationibus, quibus reliquos 12. inueſtigauimus, nobis euidenter conſtat iſtum fuiſſe terminorum Paſchalium in Calendario ſive Alexandrino ſive Romano (breuitatis enim cauſa diebus uſi ſumus ac mēſibus Romanis) iuſſu Concilii Niceni diſpoſitum. Id q. credo vix aliquis negab. præter Caluiſium. Quod vero, inquit, ad aliora attinet, quæ aſſignantur in temporibus, quæ Dionyſium præceſſerunt, nihil certi de his affirmari poteſt. Nam & qui termini paſchales fuerint (non dubitat fuiſſe, ſed ſolum quinam) in obſcuro eſt, &c. Sed efficiam Caluiſi, efficiam vt fatearis etiam, & agnoſcas qui nam fuerint, hos nimirum quos recenſuimus, & non alios ; velis, nolis. Nec aliis quam tuis vtar rationibus, tuis te armis, quod dolebit, denuo te vincam. Nam quamuis idem poſſem ex amico tuo ſingulari Origano, qui eoſdem omnino aſſignat terminos, eundem videlicet aureorum numerorum in iſdem mēſibus diſpoſitum, ex quibus eoſdem omnino iſdem locis poſitis terminos Paſchales colligas. En quo encomio, en quo titulo ordinem illum prædicet ! *Calendarium Eccleſiaſticum*, inquit,

Origani antiquos terminos paſchales in lucem dediſſe. Introduc. E. phemer. Part. 1. cap. 3.

quit, ostendens aureos numeros per totum cyclum decennouennalem, quo & Ecclesia primum à temporibus Concilii Niceni, & postea ex constitutione Dionysii Exigui Abbatis Romani ad hac nostra tempora vsq; vsa est: quamuis inquam ab amico tuo iam victus sis; tamen quanta sit vestra amicitia; quanta apud te valeat illius auctoritas, (apud te summam esse testaris epistola tua) quanta erga illum fides, quam nec tibi ipsi seruas, cum ignotum mihi sit; non nisi tuis vtetur testimoniis; te ipsum Caluisi appello. Vt fatear quod res est: videtur mihi ludere Ludimagister iste andabatarū ludō: nam & termini paschales & multa alia etiam ipsi in obscuro sunt, donec ab urgente se apprehensus, detracta vitta agnoscat id esse, quod ipse minime putarat: aut certe similis videtur paruulis qui abscondere sese in latibulum putant, seseq; à nullo conspici, cum sua sponte clausis oculis neminem conspiciunt ipsi. Ita hic clausis oculis sedet in propatulo, seseq; latitare putat in angulo. Efficiem⁹ mox, Caluisi, vt detracta vitta, apertisq; oculis tuos agnoscas, quos ipse assignasti paschales terminos. Tu dices, quibus diebus tam in Martio quam in Aprili à Patribus fixi termini non fuerint: & nos, quod tibi in obscuro est, dicemus quibus diebus fixi fuerint.

Ludit Caluisius andabatarū paruulorumq; ludō.

Conferas te ad caput tuum 26. in quo iniquissime profecto, exprobras Claudio, quod mensem paschalem non plurimum quam 29. dierum constituerit, cum tamen in Expl. ca. Calend. cap. 10. Num. 8. & 9. causam huius optimam attulerit: fieri nimirum hac ratione, vt lunationes paschales magis congruentes efficiantur lunationibus aureorum numerorum Concilii Niceni, cuius decreta, inquit, sanctionesque in omnibus quo ad eius fieri potuit, & vt par fuit, retinuimus. Patres enim illius Concilii 29. tantum telegisse dies, his indicat verbis: Cum enim Patres Niceni Concilii nouilunius paschalis dies 29. assignauerint, qui ab octauo Martii vsque ad 5. Aprilis numerantur, facile in illis disponi potuerunt 19. aurei numeri ea lege, vt singuli lunationem conficerent 29. dierum. Ad hæc Caluisius pro modestia sua loco citato sic respondit: Fucus & fraus est C'auii, qui in hac reserentiam Conciliorum & Patrum prætendit: additq; Patres necessitate coactos, ea quæ fecerunt fecisse, & quibusdam diebus nullum terminū paschalem tribuisse: Quod igitur Patres ex necessitate, inquit, omiserunt, illud Clauius pro decreto assumit, & negat eo die (19. Aprilis) vllum terminum figi posse, (id quod suo loco examinabimus) Et paulo post: Deinde si verum est, quod nulla decimaquarta luna ibi figenda sit, vbi Patres olim terminum paschalem figere non potuerūt, & id pro sanctissimo decreto habendum: cur collocant quartamdecimam lunam in his diebus in mēse Martio, in die 23. 26. 28. 31. Quemadmodum & in his, in Aprili in die 3. 6. 8. 10. (11.) 14. 16. in quibus, vt & in decimo Aprilis nono, in nullo (mille) & fere trecētis annis nullus omnino terminus paschalis fixus fuit. Aperi nūc oculos Caluisi, & videbis terminos paschales ab annis iam mille & trecentis fere vsitatos, quæ antea tibi in obscuro erāt, in lucem te nunc produxisse. Nimirum in Martio diebus 23. 26. 28. & 31. item in Aprili diebus 3. 6. 8. 11. (error enim aut calami tui aut Typographi est, quo pro vndecimo positus decimus dies est, vt etiam nullo pro mille, vt ex sequentibus patet, vbi omnia & hos errores correctos repetis) 14. & 16. nullum fixum fuisse terminum. Ergo in reliquis diebus à 21. Martii vsque ad 18. Aprilis termini paschales à Patribus fixierant. Estne ista bona consequentia? Nam terminos paschales à conditoribus cycli paschalis eo tempore constitutos esse quo æquinoctium diei vicefimi primi Martii fixum est, id est, tempore Concilii Niceni, tu ipse capite 3. lib. 1. clari-

Cur in Calend. Gregorian. primus anni Ecclesiastici mensis cauus constitutus sit.

Quibus diebus in Calend. veteri ex sententia Caluisi nullus terminus paschalis fixus fuerit.

riſſime affirmas: quare cum termini fixi iam fuerint, non autem illis, quos tu aſſignas, diebus, ergo neceſſario in reliquis.

Caluiſum terminos paſchales, quos in obſcuro latere dixerat, in apertū produxiſſe.

Videamus nunc in tabella terminorū paſchaliū paulo ante à nobis propoſita, q̄ in tui gratiam hoc loco reſumere volumus, ſi dicta à te noſtris conſentiant:

Termini paſchales.	Dies men- ſium .	Termini Paſchales.	Epacta quarta- rum decima- rum.
16	21 Martii	16	XXIII.
	22	9	XXII.
	23		XXI.
13	24	13	XX.
2	25	2	XIX.
	26		XVIII.
	27	10	XVII.
	28		XVI.
	29	18	XV.
	30	7	XIV.
	31		XIII.
	1 Aprilis	15	XII.
	2	4	XI.
	3		X.
	4	12	IX.
	5	1	VIII.
	6		VII.
	7	9	VI.
	8		V.
17	9	17	IV.
6	10	6	III.
	11		II.
	12	14	I.
3	13	3	*
	14		XXIX.
	15	11	XXVIII.
	16		XXVII.
19	17	19	XXVI.
8	18	8	XXV. XXIV.

& ecce

& ecce præcisionem plusquam Mathematicam! En vt omnia ad vnguem tibi congruunt! En vt hic dies 23. 26. 28. 31. Martii, & dies 3. 6. 8. 11. 14. 16. ab omni paschali termino vacuos! decimumnonum Aprilis non adiungimus, tum non ad hunc, sed ad sequentem spectet mensem, id quod ipsa indicat in Calendario aureorum numerorum dispositio. Gratias tibi habemus quas possumus, Caluisci, maximas, pro fideli tua in eruendis antiquitatibus opera. *Statuam promeritus videris, quod in tantis rerum OBSCVRITATIBVS faciem alluxeris.* Audiamus te, quæso, de hoc iterum: vt simul cognoscamus, quare in enumeratis diebus terminus paschalis nullus locatus fuerit.

Causa autem, pergit Caluiscius, cur in hisce diebus terminus paschalis esse non potuit, est, quod nullum nouilunium (quartamdecimam lunam scribere debuit, sed quia more suo plenilunium substituere voluit, Caluisci calamus, Rectori suo renitens, nescio quo fato nouilunium exarauit) per epactam 21. 18. 16. 13. 10. 7. 5. 2. 29. 27. 24. tum temporis, quando termini præfigebantur, illis diebus indicari potuerit. Plus præstas Caluisci, quam petere vnquam à te ausi fuisset: nam non solum terminos paschales Concilli Niceni notos fecisti; sed etiam enumerando epactas, dispositum earundem in Calendario Gregoriano mirum in modum comprobas, qui ad vnguem vt illis temporibus se habeat; nisi quod nescio qua auctoritate epactam XXIV. non vna cum XXIII. in die decimo octauo Aprilis coniunxeris, sed seorsim vsque ad decimumnonum diem protruleris. En vt reliquæ omnes in ista tabula, in quam epactas quartodecimarum indices, ex Calendario Gregoriano transtulimus, tuis respondeant! nam & hic epactæ XXI. XVIII. & reliquæ à te enumeratæ diebus olim à terminis vacuis tributæ sunt: sed de epactis fusius infra. Fato autem omnino accidisse videtur, vt, ne vllum ex erroribus Typographicis petitem tibi excusandum maneret effugium, eadem omnino, quæ ad terminos paschales spectant, repetita volueris: sic enim paulo post habes: *in annis mille & trecentis terminus paschalis in die vicesimo tertio, vicesimo sexto, vicesimo octauo, trigesimo primo Martii, item in 3. 6. 8. 11. 14. 16. Aprilis, ex epacta 21. 18. 16. 13. 10. 7. 5. 2. 29. 27. nunquam fixus fuit.*

Quis fuerit epactarum in Calendario veteri ex traditione Caluisci dispositus.

5. Stabilita igitur ac confirmata terminorum paschalium certitudine, tam ex propria rei veritatis indagine, quam ex aduersariorum concessione, quin tabulam supradictam quadringentorum annorum proponamus, nihil est, quod amplius impedimento esse queat. Eam igitur cum sua declaratione sic accipe. In primam columnam annos Christi coniecimus, eos incipiendo ab anno trecentesimo vicesimo tertio, non quod eo anno Concilium Nicenum celebratum esse statuamus, sed quia ille omnium proximus eidem Concilio est, à quo cycli lunæ ab unitate incipiat. Sequens deinceps columna est aureorum numerorum, siue cyclorum lunæ, prout annis Christi congruunt. Tertia vna cum litera Dominicali qualitatem exhibet anni, cum is annus bissextus sit, qui binas, communis, qui vnā tantum habet literam. Quarta est, quæ continet plenilunia paschalia in diebus mensis aut Martii, aut Aprilis, prout litera M vel A illum vel hunc mensem indicat, horis etiam, ac horarum minutis à media nocte præcedente numeratis, & ex tabula plenilunio-

Declaratio sequentis tabulæ.

rum Caluifii fupputatis : hoſtem enim , vt conſueuimus , ſuo lubet gladio iugulare. In quinta columna ſequuntur termini Paſchales : & in ſexta, ipſe Paſchatis Chriſtianorum dies. Reliquæ , quæ deinceps ſequuntur columnæ , ad computum ſpectant Hebraicum , & prima quidem , ſiue ſeptima in ordine , Paſcha exhibet Iudæorum , eo modo , prout in eodem computo à Caluiſio accipitur , & primam designat azymorum diem , ſiue quinquamdecimam Niſan , in quem videlicet incidat & feriam , & menſis Martii vel Aprilis in Calendario Iuliani diem , eius anni æræ Chriſtianæ currentis , cui è regione reſponderet ; Iudaici vero præcedentis : anni enim ciuiles Iudæorum à Neomenia menſis Tiſri incipiunt , quæ in Auguſto & Septembri ſuperioris anni Chriſtiani præceſſerat. Oſtaua columna exhibet Neomeniam Tiſri politicam anni Iudaici è regione reſpondentis , & in Auguſto aut Septembri , (quos menſes literæ A & S indicant) currentis anni Chriſtiani , ea die ac feria locum habet , eum quem numeri adſcripti determinant . Nona deinde eiufdem Tiſri indicat Neomeniam Aſtronicam , quam characterem quidam recentiores vocant , in feria , horis & punctis , ſiue horarum minutis ab occaſu ſolis præcedente numeratis . Continet autem hora puncta Iudaica mille oſtingenta . Decima columna qualitatem oſtendit anni Iudaici eius , cuius Neomenia Tiſri in eadem linea tranſuerſa poſita eſt , idque binis literis , prior C vel E communis ne ſit vel Embolimus annus propoſitus , hoc eſt ; duodecimſus ne vel decimustertius lunationum indicat : poſterior , quæ eſt aut D , aut O , aut A , eundem annum aut Deficientem , aut Ordinatum , aut Abundantem eſſe commonſtrat : hoc eſt , ſi communis eſt , ſit ne trecentorum quinquaginta trium , aut trecentorum quinquaginta quatuor , aut trecentorum quinquaginta quinque dierum ; ſi vero Embolimus , dies ne trecentos oſtoginta tres , an trecentos oſtoginta quatuor , an trecentos oſtoginta quinque contineat . Vndecima columna eiufdem anni cyclum lunæ ; & duodecima ſiue vltima , ipſum anni Iudaici numerum complectitur . Res planior fiet vel vnico exemplo . Anno Chriſti Domini trecentefimo viceſimo quinto currente , quo Concilium Nicenum celebratum perhibetur , aureus numerus ſiue cyclus lunæ fuit 3 , litera Dominicalis vnica C , ac propterea annus communis , plenilunium Paſchale in decimaquarta Aprilis , hora 19. poſt mediam noctem , ſiue ſeptima poſt meridiem , minutis viginti quatuor incidit ; terminus Paſchalis 13. Aprilis præcedebat : & Paſcha decima oſtaua eiufdem ſequebatur . Paſcha azymorum Iudaicum feria quinta , die decimo quinto Aprilis eiufdem anni , Iudaici vero currentis 4085. cyclo lunæ 19. (quem annum & cyclum ſuperior oſtendit tranſuerſus ordo) Neomenia Tiſri ſequētis politica feria ſeptima , die vigefimo quinto Septembris , & character ipſe feria ſexta hora vndecima , minutis ſexcentis oſtoginta nouem ab occaſu æquinoctiali , eiufdem anni currentis Chriſti , quod eſt Iudaici quater milleſimi oſtuageſimi ſexti principium , qui communis abundans eſt , cyclo lunæ 1 : quæ omnia in eodem (exceptis anno quater milleſimo oſtuageſimo quinto , & cyclo lunæ Iudaico 19. vt monuimus) conſpiciuntur tranſuerſo ordine . & ſic de cæteris . Quando autem hæc ratio computandi Iudæorum inceperit , etſi variæ ſint ſententiæ , communis tamen eſt , nota-

tat-

tardius eam, quam circa Concilii Niceni tempora, aut non multo post, suum
sumpsisse exordium, vt anno Christi trecentesimo sexagesimo, quemadmo-
dum noster vult Caluissius. Sequitur nunc ipsa tabula.

Cc 3

Anni

Anni Chri- sti.	Cyclos Luna.	Litera Do- minicalis.	Plenilunium Paschale.		Terminus Pascha- lis.	Pascha Christia- norum.
			Dies.	Hor. Min.		
323	1	F	7 A	13 2	5 Apr.	7 A
324	2	E D	26 M	21 51	25 Mar.	29 M
325	3	C	14 A	19 23	13 Apr.	18 A
326	4	B	4 A	4 12	2 Apr.	3 A
327	5	A	24 M	13 9	22 Mar.	26 M
328	6	G F	11 A	10 33	10 Apr.	14 A
329	7	E	31 M	19 22	30 Mar.	6 A
330	8	D	19 A	16 54	18 Apr.	19 A
331	9	C	9 A	1 43	7 Apr.	11 A
332	10	B A	28 M	10 32	27 Mar.	2 A
333	11	G	16 A	8 4	15 Apr.	22 A
334	12	F	5 A	16 53	4 Apr.	7 A
335	13	E	26 M	1 42	24 Mar.	30 M
336	14	D C	12 A	23 15	12 Apr.	18 A
337	15	B	2 A	8 4	1 Apr.	3 A
338	16	A	22 M	16 52	21 Mar.	26 M
339	17	G	10 A	14 25	9 Apr.	15 A
340	18	F E	29 M	23 14	29 Mar.	30 M
341	19	D	17 A	20 46	17 Apr.	19 A
342	1	C	7 A	5 35	5 Apr.	11 A
343	2	B	27 M	14 24	25 Mar.	27 M
344	3	A G	14 A	11 56	13 Apr.	15 A
345	4	F	3 A	20 45	2 Apr.	7 A
346	5	E	24 M	5 34	22 Mar.	23 M
347	6	D	12 A	3 6	10 Apr.	12 A
348	7	C B	31 M	11 55	30 Mar.	3 A
349	8	A	19 A	9 28	18 Apr.	23 A
350	9	G	8 A	18 16	7 Apr.	8 A
351	10	F	29 M	3 5	27 Mar.	31 M
352	11	E D	16 A	0 38	15 Apr.	19 A
353	12	C	5 A	9 26	4 Apr.	11 A
354	13	B	25 M	18 15	24 Mar.	27 M
355	14	A	13 A	15 48	12 Apr.	16 A
356	15	G F	2 A	0 36	1 Apr.	7 A
357	16	E	22 M	9 25	21 Mar.	23 M
358	17	D	10 A	6 58	9 Apr.	12 A
359	18	C	30 M	15 46	29 Mar.	4 A
360	19	B A	17 A	13 19	17 Apr.	23 A
361	1	G	6 A	22 7	5 Apr.	8 A
362	2	F	27 M	6 56	25 Mar.	31 M

Pascha

Pascha lu- daorum. Fer. Dies.	Neomenia Tifri. Fer. Dies.	Character Neome- nia Tifri. Fer. Hor. Punct.	Quali- tas an- ni.	Cyclus Luna lud.	Anni lu- daici.
1 7 A	3 17 S	3 5 304	C O	18	4084
5 26 M	7 5 S	7 14 100	E A	19	4085
5 15 A	7 25 S	6 11 689	C A	1	4086
3 5 A	5 15 S	3 20 485	C O	2	4087
7 25 M	2 4 S	1 5 281	E D	3	4088
5 11 A	7 21 S	7 2 870	C A	4	4089
3 1 A	5 11 S	4 11 666	C O	5	4090
7 21 M	2 31 A	1 20 462	E D	6	4091
5 8 A	7 18 S	7 17 1051	C A	7	4092
3 28 M	5 7 S	5 2 847	E A	8	4093
3 17 A	5 27 S	4 0 356	C O	9	4094
7 6 A	2 16 S	1 9 152	C D	10	4095
3 25 M	5 4 S	5 17 1028	E A	11	4096
3 13 A	5 23 S	4 15 537	C O	12	4097
7 2 A	2 12 S	2 0 333	C A	13	4098
5 23 M	7 2 S	6 9 129	E D	14	4099
3 10 A	5 20 S	5 6 718	C O	15	4100
7 29 M	2 8 S	2 15 514	C A	16	4101
5 19 M	7 29 A	7 0 310	E A	17	4102
5 8 A	7 18 S	5 21 899	C D	18	4103
1 27 M	3 6 S	3 6 695	E O	19	4104
7 14 A	2 24 S	2 4 204	C A	1	4105
5 4 A	7 14 S	6 13 0	C A	2	4106
3 25 M	5 4 S	3 21 876	E D	3	4107
1 12 A	3 22 S	2 19 385	C O	4	4108
5 31 M	7 10 S	7 4 181	C A	5	4109
3 21 M	5 31 A	4 12 1057	E A	6	4110
3 10 A	5 20 S	3 10 566	C D	7	4111
7 30 M	2 9 S	7 19 362	E D	8	4112
5 16 A	7 26 S	6 16 951	C A	9	4113
3 6 A	5 16 S	4 1 747	C O	10	4114
7 26 M	2 5 S	1 10 543	E D	11	4115
5 13 A	7 23 S	7 8 52	C A	12	4116
3 2 A	5 12 S	4 16 928	C O	13	4117
7 22 M	2 1 S	2 1 724	E A	14	4118
7 11 A	2 21 S	7 23 233	C D	15	4119
3 30 M	5 9 S	5 8 29	C O	16	4120
7 18 M	2 28 A	2 16 905	E A	17	4121
7 7 A	2 17 S	1 14 414	C A	18	4122
5 28 M	7 7 S	5 23 210	E D	19	4123

Anni

Anni Chri- sti.	Cyclos Luna.	Litera Do- minicalis.	Plenilunium Paschale.		Terminus Pascha- lis.	Pascha Christia- norum.
			Dies.	Hor. Min.		
363	3	E	15 A	4 29	13 Apr.	20 A
364	4	D C	3 A	13 17	2 Apr.	4 A
365	5	B	23 M	22 6	22 Mar.	27 M
366	6	A	11 A	19 39	10 Apr.	16 A
367	7	G	1 A	4 27	30 Mar.	1 A
368	8	F E	19 A	2 0	18 Apr.	20 A
369	9	D	8 A	10 49	7 Apr.	12 A
370	10	C	28 M	19 37	27 Mar.	28 M
371	11	B	16 A	17 10	15 Apr.	17 A
372	12	A G	5 A	1 59	4 Apr.	8 A
373	13	F	25 M	10 48	24 Mar.	31 M
374	14	E	13 A	8 20	12 Apr.	13 A
375	15	D	2 A	17 9	1 Apr.	5 A
376	16	C B	22 M	1 57	21 Mar.	27 M
377	17	A	9 A	23 30	9 Apr.	16 A
378	18	G	30 M	8 19	29 Mar.	1 A
379	19	F	18 A	5 51	17 Apr.	21 A
380	1	E D	6 A	14 40	5 Apr.	12 A
381	2	C	26 M	23 29	25 Mar.	28 M
382	3	B	14 A	21 1	13 Apr.	17 A
383	4	A	4 A	5 50	2 Apr.	9 A
384	5	G F	23 M	14 39	22 Mar.	24 M
385	6	E	11 A	12 12	10 Apr.	13 A
386	7	D	31 M	21 0	30 Mar.	5 A
387	8	C	19 A	18 33	18 Apr.	25 A
388	9	B A	8 A	3 21	7 Apr.	9 A
389	10	G	28 M	12 10	27 Mar.	1 A
390	11	F	16 A	9 43	15 Apr.	21 A
391	12	E	5 A	18 31	4 Apr.	6 A
392	13	D C	25 M	3 20	24 Mar.	28 M
393	14	B	13 A	0 53	12 Apr.	17 A
394	15	A	2 A	9 41	1 Apr.	2 A
395	16	G	22 M	18 30	21 Mar.	25 M
396	17	F E	9 A	16 2	9 Apr.	13 A
397	18	D	30 M	0 51	29 Mar.	5 A
398	19	C	17 A	22 23	17 Apr.	18 A
399	1	B	7 A	7 12	5 Apr.	10 A
400	2	A G	26 M	16 1	25 Mar.	1 A
401	3	F	14 A	13 34	13 Apr.	14 A
402	4	E	3 A	22 21	2 Apr.	6 A

Pascha

Pascha lu daorum.	Neomenia Tisri.	CharaſterNe- omenia Tisri.	Quali- tas anni	Cyclus Luna lu daicus.	Anni Iudaici
Fer. Dies.	Fer. Dies.	Fer. hor. punct.			
3 15 A	5 25 S	4 20 799	C O		14124
7 3 A	2 13 S	2 5 595	C A		24125
5 24 M	7 3 S	6 14 391	E D		34126
3 11 A	5 21 S	5 11 980	C A		44127
1 1 A	3 11 S	2 20 776	C O		54128
5 20 M	7 30 A	7 5 572	E A		64129
5 9 A	7 19 S	6 3 81	C D		74130
1 28 M	3 7 S	3 11 957	E O		84131
7 16 A	2 26 S	2 9 466	C A		94132
5 5 A	7 15 S	6 18 262	C A		104133
3 26 M	5 5 S	4 3 58	E D		114134
1 13 A	3 23 S	3 0 647	C O		124135
5 2 A	7 12 S	7 9 443	C A		134136
3 22 M	5 1 S	4 18 239	E A		144137
3 11 A	5 21 S	3 15 828	C O		154138
7 31 M	2 10 S	1 0 624	C D		164139
3 19 M	5 29 A	5 9 420	E A		174140
3 7 A	5 17 S	4 6 1009	C O		184141
7 27 M	2 6 S	1 15 805	E D		194142
5 14 A	7 24 S	7 13 314	C A		14143
3 4 A	5 14 S	4 22 110	C O		24144
7 23 M	2 2 S	2 6 986	E A		34145
7 12 A	2 22 S	1 4 495	C D		44146
3 31 M	5 10 S	5 13 291	C A		54147
1 21 M	3 31 A	2 22 87	E O		64148
7 8 A	2 18 S	1 19 676	C A		74149
5 29 M	7 8 S	6 4 472	E D		84150
3 16 A	5 26 S	5 11 061	C O		94151
7 5 A	2 15 S	2 10 857	C A		104152
5 25 M	7 4 S	6 19 653	E D		114153
3 12 A	5 22 S	5 17 162	C A		124154
1 2 A	3 12 S	3 11 038	C O		134155
5 22 M	7 1 S	7 10 834	E A		144156
5 10 A	7 20 S	6 8 343	C A		154157
3 31 M	5 10 S	3 17 139	C O		164158
7 20 A	2 30 A	1 1 1015	E D		174159
5 7 A	7 17 S	6 23 524	C A		184160
3 27 M	5 6 S	4 8 320	E D		194161
1 14 A	3 24 S	3 5 909	C O		14162
5 3 A	7 13 S	7 14 705	C A		24163

Dd

Anni

A. n. Chri- sti.	Cycl. Luna.	Litra Domi- nicalis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.		Pascha Christia- norum.	
			Dies.	Hor.	Min.				
403	5	D	24 M	7	11	22	Mar	29	M
404	6	C B	11 A	4	44	10	Apr	17	A
405	7	A	31 M	13	32	30	Mar	2	A
406	8	G	19 A	11	5	18	Apr	22	A
407	9	F	8 A	19	54	7	Apr	14	A
408	10	E D	28 M	4	42	27	Mar	29	M
409	11	C	16 A	2	15	15	Apr	18	A
410	12	B	5 A	11	4	4	Apr	10	A
411	13	A	25 M	19	52	24	Mar	26	M
412	14	G F	12 A	17	25	12	Apr	14	A
413	15	E	2 A	2	14	1	Apr	6	A
414	16	D	22 M	11	2	21	Mar	22	M
415	17	C	10 A	8	35	9	Apr	11	A
416	18	B A	29 M	17	23	29	Mar	2	A
417	19	G	17 A	14	56	17	Apr	22	A
418	1	F	6 A	23	45	5	Apr	7	A
419	2	E	27 M	8	33	25	Mar	30	M
420	3	D C	14 A	6	6	13	Apr	18	A
421	4	B	3 A	14	55	2	Apr	3	A
422	5	A	23 M	23	43	22	Mar	26	M
423	6	G	11 A	21	16	10	Apr	15	A
424	7	F E	31 M	6	5	30	Mar	6	A
425	8	D	19 A	5	37	18	Apr	19	A
426	9	C	8 A	12	26	7	Apr	11	A
427	10	B	28 M	21	15	27	Mar	3	A
428	11	A G	15 A	18	47	15	Apr	22	A
429	12	F	5 A	3	36	4	Apr	7	A
430	13	E	25 M	12	21	24	Mar	30	M
431	14	D	13 A	9	57	12	Apr	19	A
432	15	C B	1 A	18	46	1	Apr	3	A
433	16	A	22 M	3	35	21	Mar	26	M
434	17	G	10 A	1	7	9	Apr	15	A
435	18	F	30 M	9	56	29	Mar	31	M
436	19	E D	17 A	7	29	17	Apr	19	A
437	1	C	6 A	16	17	5	Apr	11	A
438	2	B	27 M	1	16	25	Mar	27	M
439	3	A	14 A	22	39	13	Apr	16	A
440	4	G F	3 A	7	27	2	Apr	7	A
441	5	E	23 M	16	16	22	Mar	23	M
442	6	D	11 A	13	49	10	Apr	12	A

Pascha lu deorum.	Neomenia Tisri.	CharacterNe- omenia Tisri.	Quali- tas anni	Cyclus Luna lu daicus.	Anni Iudaici
Fer. Dies.	Fer. Dies.	Fer. hor. punct.			
3 24 M	5 3 S	4 23 50	1 E A	3 4	164
3 12 A	5 22 S	3 21 10	0 C O	4 4	165
7 1 A	2 11 S	1 5 88	6 C D	5 4	166
3 20 M	5 30 A	5 14 68	2 E A	6 4	167
3 9 A	5 19 S	4 12 19	1 C O	7 4	168
7 28 M	2 7 S	1 20 10	6 E A	8 4	169
7 17 A	2 27 S	7 18 57	6 C D	9 4	170
3 5 A	5 15 S	5 3 37	2 C O	10 4	171
7 25 M	2 4 S	2 12 16	8 E A	11 4	172
7 13 A	2 23 S	1 9 75	7 C A	12 4	173
5 3 A	7 13 S	5 18 55	3 C D	13 4	174
1 22 M	3 1 S	3 3 34	9 E O	14 4	175
7 10 A	2 20 S	2 0 93	8 C A	15 4	176
5 30 M	7 9 S	6 9 73	4 C A	16 4	177
3 20 M	5 30 A	3 18 53	0 E D	17 4	178
1 7 A	3 17 S	2 16 39	0 C O	18 4	179
5 27 M	7 6 S	7 0 91	5 E A	19 4	180
5 15 A	7 25 S	5 22 42	4 C D	1 4	181
1 3 A	3 13 S	3 7 22	0 C O	2 4	182
5 23 M	7 2 S	7 16 16	5 E A	3 4	183
5 12 A	7 22 S	6 13 60	5 C A	4 4	184
3 1 A	5 11 S	3 22 40	1 C O	5 4	185
7 21 M	2 31 A	1 7 19	7 E D	6 4	186
5 8 A	7 18 S	7 4 78	6 C A	7 4	187
3 29 M	5 8 S	4 13 58	2 E A	8 4	188
3 17 A	5 27 S	3 11 91	1 C O	9 4	189
7 6 A	2 16 S	7 19 96	7 C D	10 4	190
3 25 M	5 4 S	5 4 76	3 E A	11 4	191
3 14 A	5 24 S	4 2 27	2 C O	12 4	192
7 2 A	2 12 S	1 11 68	1 C A	13 4	193
5 23 M	7 2 S	5 19 94	4 E D	14 4	194
3 10 A	5 20 S	4 17 45	3 C O	15 4	195
7 30 M	2 9 S	2 2 24	9 C A	16 4	196
5 19 M	7 29 A	6 11 45	5 E D	17 4	197
3 6 A	5 16 S	5 8 63	4 C O	18 4	198
7 26 M	2 5 S	2 17 43	0 E A	19 4	199
7 15 A	2 25 S	1 14 10	1 C A	1 4	200
5 4 A	7 14 S	5 23 81	5 C D	2 4	201
1 23 M	3 2 S	3 8 61	1 E O	3 4	202
7 11 A	2 21 S	2 6 12	0 C A	4 4	203

Anni Chri- sti.	Cyc- lus Luna.	Littera Domi- nicalis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.	Pascha Christia- norum.	
			Dies.	Hor.	Min.			
443	7	C	31 M	22	37	30 Mar	4	A
444	8	B A	18 A	20	10	18 Apr	23	A
445	9	G	8 A	4	58	7 Apr	8	A
446	10	F	28 M	13	47	27 Mar	31	M
447	11	E	16 A	11	20	15 Apr	20	A
448	12	D C	4 A	20	8	4 Apr	11	A
449	13	B	25 M	4	57	24 Mar	27	M
450	14	A	13 A	2	30	12 Apr	16	A
451	15	G	2 A	11	18	1 Apr	8	A
452	16	F E	21 M	20	7	21 Mar	23	M
453	17	D	9 A	17	40	9 Apr	12	A
454	18	C	30 M	2	28	29 Mar	4	A
455	19	B	18 A	0	1	17 Apr	24	A
456	1	A G	6 A	8	50	5 Apr	8	A
457	2	F	26 M	17	38	25 Mar	31	M
458	3	E	14 A	15	11	13 Apr	20	A
459	4	D	4 A	0	0	2 Apr	5	A
460	5	C B	23 M	8	48	22 Mar	27	M
461	6	A	11 A	6	21	10 Apr	16	A
462	7	G	31 M	15	10	30 Mar	1	A
463	8	F	19 A	12	43	18 Apr	21	A
464	9	E D	7 A	21	31	7 Apr	12	A
465	10	C	28 M	6	20	27 Mar	28	M
466	11	B	16 A	3	53	15 Apr	17	A
467	12	A	5 A	12	41	4 Apr	9	A
468	13	G F	24 M	21	30	24 Mar	31	M
469	14	E	12 A	19	21	12 Apr	13	A
470	15	D	2 A	3	51	1 Apr	5	A
471	16	C	22 M	12	40	21 Mar	28	M
472	17	B A	9 A	10	12	9 Apr	16	A
473	18	G	29 M	19	1	29 Mar	1	A
474	19	F	17 A	16	34	17 Apr	21	A
475	1	E	7 A	1	22	5 Apr	6	A
476	2	D C	26 M	10	11	25 Mar	28	M
477	3	B	14 A	7	43	13 Apr	17	A
478	4	A	3 A	16	32	2 Apr	9	A
479	5	G	24 M	1	21	22 Mar	25	M
480	6	F E	10 A	22	53	10 Apr	13	A
481	7	D	31 M	7	42	30 Mar	5	A
482	8	C	19 A	5	15	18 Apr	25	A

Pascha Iu- daeorum, Fer. Dies.	Neomenia Tifri. Fer. Dies.	Character Neo- menia Tifri. Fer. Hor. Punct.	Quali- tas anni	Cyclus Luna Ind.	Anni Iuda- ci.
5 1 A	7 11 S	6 14 996	C A	5	4204
3 21 M	5 31 A	3 23 792	E D	6	4205
1 8 A	3 18 S	2 21 301	C O	7	4206
5 28 M	7 7 S	7 6 97	E A	8	4207
5 17 A	7 27 S	6 3 686	C A	9	4208
3 6 A	5 16 S	3 12 482	C O	10	4209
7 26 M	2 5 S	7 21 278	E D	11	4210
5 13 A	7 23 S	6 18 867	C A	12	4211
3 3 A	5 13 S	4 3 663	C O	13	4212
7 22 M	2 1 S	1 12 459	E D	14	4213
5 9 A	7 19 S	7 9 1048	C A	15	4214
3 30 M	5 9 S	4 18 844	C O	16	4215
7 19 M	2 19 A	2 3 640	E A	17	4216
7 7 A	2 17 S	1 1 149	C D	18	4217
3 26 M	5 5 S	5 9 1025	E A	19	4218
3 15 A	5 25 S	4 7 534	C O	1	4219
7 4 A	2 14 S	1 16 330	C A	2	4220
5 24 M	7 3 S	6 1 126	E D	3	4221
3 11 A	5 21 S	4 22 715	C O	4	4222
7 31 M	2 10 S	2 7 511	C A	5	4223
5 21 M	7 31 A	6 16 307	E D	6	4224
3 7 A	5 17 S	5 13 896	C A	7	4225
1 28 M	3 7 S	2 22 692	E O	8	4226
7 16 A	2 26 S	1 20 201	C A	9	4227
5 6 A	7 16 S	6 4 1077	C D	10	4228
1 24 M	3 3 S	3 13 873	E O	11	4229
7 12 A	2 22 S	1 11 382	C A	12	4230
5 2 A	7 12 S	6 20 178	C A	13	4231
3 23 M	5 2 S	4 4 1054	E D	14	4232
1 9 A	3 19 S	3 2 563	C O	15	4233
5 29 M	7 8 S	7 11 359	C A	16	4234
3 19 M	5 29 A	4 20 155	E A	17	4235
3 8 A	5 18 S	3 17 744	C O	18	4236
7 27 M	2 6 S	1 2 540	E D	19	4237
5 14 A	7 24 S	7 0 49	C A	1	4238
3 4 A	5 14 S	4 8 925	C O	2	4239
7 24 M	2 3 S	1 17 721	E D	3	4240
5 10 A	7 20 S	7 15 230	C A	4	4241
3 31 M	5 10 S	5 0 26	C O	5	4242
7 20 M	2 30 A	2 8 902	E A	6	4243

Dd 3

Anni

Anni Christi	Cyclos Luna.	Litera Domini- calis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.	Pascha Christia- norum.
			Dies.	Hor.	Min.		
483	9	B	8 A	14	3	7 Apr	10 A
484	10	A G	27 M	22	52	27 Mar	1 A
485	11	F	15 A	20	25	15 Apr	21 A
486	12	E	5 A	5	13	4 Apr	6 A
487	13	D	25 M	14	2	24 Mar	29 M
488	14	C B	12 A	11	35	12 Apr	17 A
489	15	A	1 A	20	23	1 Apr	2 A
490	16	G	22 M	5	12	21 Mar	25 M
491	17	F	10 A	2	45	9 Apr	14 A
492	18	E D	29 M	11	33	29 Mar	5 A
493	19	C	17 A	9	6	17 Apr	18 A
494	1	B	6 A	17	55	5 Apr	10 A
495	2	A	27 M	2	43	25 Mar	26 M
496	3	G F	14 A	0	16	13 Apr	14 A
497	4	E	3 A	9	5	2 Apr	6 A
498	5	D	23 M	17	53	12 Mar	29 M
499	6	C	11 A	15	26	10 Apr	11 A
500	7	B A	31 M	0	15	30 Mar	2 A
501	8	G	18 A	21	47	18 Apr	22 A
502	9	F	8 A	6	36	7 Apr	14 A
503	10	E	28 M	15	24	27 Mar	30 M
504	11	D C	15 A	12	57	15 Apr	18 A
505	12	B	4 A	21	46	4 Apr	10 A
506	13	A	25 M	6	34	24 Mar	26 M
507	14	G	13 A	4	7	12 Apr	15 A
508	15	F E	1 A	12	56	1 Apr	6 A
509	16	D	21 M	21	44	21 Mar	22 M
510	17	C	9 A	19	17	9 Apr	11 A
511	18	B	30 M	4	6	29 Mar	3 A
512	19	A G	17 A	1	38	17 Apr	22 A
513	1	F	6 A	10	27	5 Apr	7 A
514	2	E	26 M	19	16	25 Mar	30 M
515	3	D	14 A	16	48	13 Apr	19 A
516	4	C B	3 A	1	37	2 Apr	3 A
517	5	A	23 M	10	26	22 Mar	26 M
518	6	G	11 A	7	58	10 Apr	15 A
519	7	F	31 M	16	47	30 Mar	31 M
520	8	E D	18 A	14	20	18 Apr	19 A
521	9	C	7 A	23	8	7 Apr	11 A
522	10	B	28 M	7	57	27 Mar	3 A

Pascha

Pascha Iu- daorum, Fer. Dies.	Neomenia Tisri. Fer. Dies.	Character Neo- menia Tisri. Fer. Hor. Punct.	Quali- tas anni	Cyclus Lunæ Iud.	Anni Iudai- ci.
7 9 A 2	19 S 1	6 411	C D	7	4244
3 27 M 5	6 S 5	15 207	E A	8	4245
3 16 A 5	26 S 4	12 796	C O	9	4246
7 5 A 2	15 S 1	21 592	C A	10	4247
5 26 M 7	5 S 6	6 388	E D	11	4248
3 12 A 5	22 S 5	3 977	C O	12	4249
7 1 A 2	11 S 2	12 773	C A	13	4250
5 22 M 7	1 S 6	21 569	E A	14	4251
5 11 A 7	21 S 5	19 78	C D	15	4252
1 29 M 3	8 S 3	3 954	C O	16	4253
5 18 M 7	28 A 7	12 750	E A	17	4254
5 7 A 7	17 S 6	10 259	C A	18	4255
3 28 M 5	7 S 3	19 55	E D	19	4256
1 14 A 3	24 S 2	16 644	C O	1	4257
5 3 A 7	13 S 7	1 440	C A	2	4258
3 24 M 5	3 S 4	10 236	E D	3	4259
1 11 A 3	21 S 3	7 825	C O	4	4260
5 30 M 7	9 S 7	16 621	C A	5	4261
3 20 M 5	30 A 5	1 417	E A	6	4262
3 9 A 5	19 S 3	22 1006	C O	7	4263
7 29 M 2	8 S 1	7 802	E D	8	4264
5 15 A 7	25 S 7	5 311	C A	9	4265
3 5 A 5	15 S 4	14 107	C O	10	4266
7 25 M 2	4 S 1	22 983	E A	11	4267
7 14 A 2	24 S 7	20 492	C D	12	4268
3 1 A 5	11 S 5	5 288	C O	13	4269
7 21 M 2	31 A 2	14 84	E A	14	4270
7 10 A 2	20 S 1	13 673	C A	15	4271
5 31 M 7	10 S 5	20 469	C D	16	4272
1 18 M 3	28 A 3	5 265	E O	17	4273
7 6 A 2	16 S 2	2 854	C A	18	4274
5 27 M 7	6 S 6	11 650	E D	19	4275
3 14 A 5	24 S 5	9 159	C O	1	4276
7 2 A 2	12 S 2	17 1035	C A	2	4277
5 23 M 7	2 S 7	2 831	E A	3	4278
5 12 A 7	22 S 6	0 340	C D	4	4279
1 31 M 3	10 S 3	9 136	C O	5	4280
5 19 M 7	29 A 7	17 1012	E A	6	4281
7 8 A 7	18 S 6	15 521	C A	7	4282
3 29 M 5	8 S 4	0 317	E D	8	4283

Anni

Anni Christi	Cyclus Lune.	Litera Domi- nicalis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.	Pascha Christia- norum.	
			Dies.	Hor.	Min.			
523	11	A	16 A	5	30	15 Apr	16	A
524	12	G F	4 A	14	18	4 Apr	7	A
525	13	E	24 M	23	7	24 Mar	30	M
526	14	D	12 A	20	40	12 Apr	19	A
527	15	C	2 A	5	28	1 Apr	4	A
528	16	B A	21 M	14	17	21 Mar	26	M
529	17	G	9 A	11	50	9 Apr	15	A
530	18	F	29 M	20	38	29 Mar	31	M
531	19	E	17 A	18	11	17 Apr	20	A
532	1	D C	6 A	3	0	5 Apr	11	A
533	2	B	26 M	11	48	25 Mar	27	M
534	3	A	14 A	9	21	13 Apr	16	A
535	4	G	3 A	18	9	2 Apr	8	A
536	5	F E	23 M	2	58	22 Mar	23	M
537	6	D	11 A	0	31	10 Apr	12	A
538	7	C	31 M	9	20	30 Mar	4	A
539	8	B	19 A	6	52	18 Apr	24	A
540	9	A G	7 A	15	41	7 Apr	8	A
541	10	F	28 M	0	30	27 Mar	31	M
542	11	E	15 A	22	21	15 Apr	20	A
543	12	D	5 A	6	51	4 Apr	5	A
544	13	C B	24 M	15	41	24 Mar	27	M
545	14	A	12 A	13	12	12 Apr	16	A
546	15	G	1 A	22	1	1 Apr	8	A
547	16	F	22 M	6	49	21 Mar	24	M
548	17	E D	9 A	4	22	9 Apr	12	A
549	18	C	29 M	13	11	29 Mar	4	A
550	19	B	17 A	10	43	17 Apr	24	A
551	1	A	6 A	19	32	5 Apr	9	A
552	2	G F	26 M	4	21	25 Mar	31	M
553	3	E	14 A	1	53	13 Apr	20	A
554	4	D	3 A	10	42	2 Apr	5	A
555	5	C	23 M	19	31	22 Mar	28	M
556	6	B A	10 A	17	3	10 Apr	16	A
557	7	G	31 M	1	52	30 Mar	1	A
558	8	F	18 A	23	25	18 Apr	21	A
559	9	E	8 A	8	13	7 Apr	13	A
560	10	D C	27 M	17	2	27 Mar	28	M
561	11	B	15 A	14	35	15 Apr	17	A
562	12	A	4 A	23	23	4 Apr	9	A

Pascha

Pascha In daorum,	Neomenia Tisri.	Charaſter Neo- menia Tisri.	Quali- tas anni	Cyclu Luna	Anni Iudai- ci.
Fer. Dies.	Fer. Dies.	Fer. Hor. Punct.			
1 16 A 3	26 S 2	21 906	C O	9	4284
5 4 A 7	14 S 7	6 701	C A	10	4285
3 25 M 5	4 S 4	15 498	E A	11	4286
3 14 A 5	24 S 3	13 7	C O	12	4287
7 3 A 2	13 S 7	21 883	C D	13	4288
3 21 M 5	31 A 5	6 679	E A	14	4289
3 10 A 5	20 S 4	4 188	C O	15	4290
7 30 M 2	9 S 1	12 1064	C A	16	4291
5 20 M 7	30 A 5	21 860	E D	17	4292
3 6 A 5	16 S 4	19 369	C O	18	4293
7 26 M 2	5 S 2	4 165	E A	19	4294
7 15 A 2	25 S 1	1 754	C D	1	4295
3 3 A 5	13 S 5	10 550	C A	2	4296
1 23 M 3	2 S 2	19 346	E O	3	4297
7 11 A 2	21 S 1	16 935	C A	4	4298
5 1 A 7	11 S 6	1 731	C D	5	4299
1 20 M 3	30 A 3	10 527	E O	6	4300
7 7 A 2	17 S 2	8 36	C A	7	4301
5 28 M 7	7 S 6	16 912	E D	8	4302
3 15 A 5	25 S 5	14 421	C A	9	4303
1 5 A 3	15 S 2	23 217	C O	10	4304
5 24 M 7	3 S 7	8 13	E A	11	4305
5 13 A 7	23 S 6	5 602	C A	12	4306
3 3 A 5	13 S 3	14 398	C O	13	4307
7 23 M 2	2 S 7	23 194	E D	14	4308
5 9 A 7	19 S 6	20 783	C A	15	4309
3 30 M 5	9 S 4	5 579	C O	16	4310
7 19 M 2	29 A 1	14 375	E D	17	4311
5 6 A 7	16 S 7	11 964	C A	18	4312
3 26 M 5	5 S 4	20 760	E A	19	4313
3 15 A 5	25 S 3	18 269	C O	1	4314
7 4 A 2	14 S 1	3 65	C D	2	4315
3 23 M 5	2 S 5	11 941	E A	3	4316
3 11 A 2	21 S 4	9 450	C O	4	4317
7 31 M 2	10 S 1	18 246	C A	5	4318
5 21 M 7	31 A 6	3 42	E D	6	4319
3 8 A 5	18 S 5	0 631	C O	7	4320
7 27 M 2	6 S 2	9 427	E A	8	4321
7 16 A 2	26 S 1	6 1016	C D	9	4322
3 4 A 5	14 S 5	15 812	C A	10	4323

Ec

Anni

A. n. n. Chri- sti.	Cyclos Luna.	Litera Domi- nicalis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.	Pascha Christia- norum.
			Dies.	Hor.	Min.		
563	13	G	25	M	8 12	24 Mar	25 M
564	14	F E	12	A	5 44	12 Apr	13 A
565	15	D	1	A	14 33	1 Apr	5 A
566	16	C	21	M	23 22	21 Mar	28 M
567	17	B	9	A	20 54	9 Apr	10 A
568	18	A G	29	M	5 43	29 Mar	1 A
569	19	F	17	A	3 16	17 Apr	21 A
570	1	E	6	A	12 4	5 Apr	6 A
571	2	D	26	M	20 53	25 Mar	29 M
572	3	C B	13	A	18 26	13 Apr	17 A
573	4	A	3	A	3 14	2 Apr	9 A
574	5	G	23	M	12 3	22 Mar	25 M
575	6	F	11	A	9 36	10 Apr	14 A
576	7	E D	30	M	18 24	30 Mar	5 A
577	8	C	18	A	15 57	18 Apr	25 A
578	9	B	8	A	0 46	7 Apr	10 A
579	10	A	28	M	9 34	27 Mar	2 A
580	11	G F	15	A	7 4	15 Apr	21 A
581	12	E	4	A	15 56	4 Apr	6 A
582	13	D	25	M	0 44	24 Mar	29 M
583	14	C	12	A	22 17	12 Apr	8 A
584	15	B A	1	A	7 6	1 Apr	2 A
585	16	G	21	M	15 54	21 Mar	25 M
586	17	F	9	A	13 27	9 Apr	14 A
587	18	E	29	M	22 16	29 Mar	30 M
588	19	D C	16	A	19 48	17 Apr	18 A
589	1	B	6	A	4 37	5 Apr	10 A
590	2	A	26	M	13 25	25 Mar	26 M
591	3	G	14	A	10 58	13 Apr	15 A
592	4	F E	2	A	19 47	2 Apr	6 A
593	5	D	23	M	4 35	22 Apr	29 M
594	6	C	11	A	2 8	10 Apr	11 A
595	7	B	31	M	10 57	30 Mar	3 A
596	8	A G	18	A	8 29	18 Apr	22 A
597	9	F	7	A	17 18	7 Apr	14 A
598	10	E	28	M	2 57	27 Mar	30 M
599	11	D	15	A	23 39	5 Apr	19 A
600	12	C B	4	A	8 28	4 Apr	0 A
601	13	A	24	M	17 17	24 Mar	26 M
602	14	G	12	A	14 49	12 Apr	15 A

Pascha lu daorum, Fer. Dies.		Neomenia Tifri. Fer. Dies.		Charaſter Neo- menia Tifri. Fer. Hor. Punct.		Quali- tas anni.	Cyclus Luna Ind.	Anni Iuda- ei.
1	25 M	3	24 S	3	0	608 E	O	114324
7	12 A	2	22 S	1	22	117 C	A	124325
5	2 A	7	12 S	6	6	993 C	D	134326
1	21 M	3	31 A	3	15	789 E	O	144227
7	9 A	2	19 S	2	13	298 C	A	154328
5	29 M	7	8 S	6	22	94 C	A	164329
3	19 M	5	29 A	4	6	970 E	D	174330
1	6 A	3	16 S	3	4	479 C	O	184331
5	26 M	7	5 S	7	13	275 E	A	194332
5	14 A	7	24 S	6	10	864 C	A	14333
3	4 A	5	14 S	3	19	660 C	O	24334
7	24 M	2	3 S	1	4	456 E	D	34335
5	11 A	7	21 S	7	1	1045 C	A	44336
3	31 M	5	10 S	4	10	841 C	O	54337
7	20 M	2	30 A	1	19	637 E	D	64338
5	7 A	7	17 S	7	17	146 C	A	74339
3	28 M	5	7 S	5	1	1022 E	A	84340
3	16 A	5	26 S	3	23	531 C	O	94341
7	5 A	2	15 S	1	8	327 C	D	104342
3	24 M	5	3 S	5	17	125 E	A	114343
3	13 A	5	23 S	4	14	712 C	O	124344
7	1 A	2	11 S	1	23	508 C	A	134345
5	22 M	7	1 S	6	8	304 E	D	144346
3	9 A	5	19 S	5	5	893 C	O	154347
7	29 M	2	8 S	2	14	689 C	A	164348
5	18 M	7	28 A	6	23	485 E	A	174349
5	7 A	7	17 S	5	20	1074 C	D	184350
1	26 M	3	5 S	3	5	870 E	O	194351
7	14 A	2	24 S	2	13	379 C	A	14352
5	3 A	7	13 S	6	12	175 C	A	24353
3	24 M	5	3 S	3	20	1051 E	D	34354
1	11 A	3	21 S	1	18	560 C	O	44355
5	31 M	7	10 S	7	3	356 C	A	54356
3	20 M	5	30 A	4	12	152 E	A	64357
3	9 A	5	19 S	3	9	741 C	O	74358
7	29 M	2	8 S	7	18	537 E	D	84359
5	16 A	7	26 S	6	16	46 C	A	94360
3	5 A	5	15 S	4	0	922 C	O	104361
7	25 M	2	4 S	1	9	718 E	D	114362
5	12 A	7	22 S	7	7	227 C	A	124363

Anni Chri- sti.	Cyclos Luna.	Littera Domini- calis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.	Pascha Christia- norum.	
			Dies.	Hor.	Min.			
603	15	F	1 A	23	38	1 Apr	7	A
604	16	E D	21 M	8	27	21 Mar	22	M
605	17	C	9 A	5	59	9 Apr	11	A
606	18	B	29 M	14	48	29 Mar	3	A
607	19	A	17 A	12	21	17 Apr	23	A
608	1	G F	5 A	21	9	5 Apr	7	A
609	2	E	26 M	5	58	25 Mar	30	M
610	3	D	14 A	3	31	13 Apr	19	A
611	4	C	3 A	12	19	2 Apr	4	A
612	5	B A	22 M	21	8	22 Mar	26	M
613	6	G	10 A	18	41	10 Apr	15	A
614	7	F	31 M	3	30	30 Mar	31	M
615	8	E	19 A	1	2	18 Apr	20	A
616	9	D C	7 A	9	51	7 Apr	11	A
617	10	B	27 M	18	40	27 Mar	3	A
618	11	A	15 A	16	12	15 Apr	16	A
619	12	G	5 A	1	1	4 Apr	8	A
620	13	F E	24 M	9	50	24 Mar	30	M
621	14	D	12 A	7	22	12 Apr	19	A
622	15	C	1 A	16	10	1 Apr	4	A
623	16	B	22 M	0	59	21 Mar	27	M
624	17	A G	8 A	22	32	9 Apr	15	A
625	18	F	29 M	7	20	29 Mar	31	M
626	19	E	17 A	4	53	17 Apr	20	A
627	1	D	6 A	13	42	5 Apr	12	A
628	2	C B	25 M	22	30	25 Mar	27	M
629	3	A	13 A	20	3	13 Apr	16	A
630	4	G	3 A	4	52	2 Apr	8	A
631	5	F	23 M	13	40	22 Mar	24	M
632	6	E D	10 A	11	13	10 Apr	12	A
633	7	C	30 M	20	2	30 Mar	4	A
634	8	B	18 A	17	34	18 Apr	24	A
635	9	A	8 A	2	23	7 Apr	9	A
636	10	G F	27 M	11	12	27 Mar	31	M
637	11	E	15 A	8	44	15 Apr	20	A
638	12	D	4 A	17	33	4 Apr	5	A
639	13	C	25 M	2	22	24 Mar	28	M
640	14	A	11 A	23	54	12 Apr	16	A
641	15	G	1 A	8	43	1 Apr	8	A
642	16	F	21 M	17	32	21 Mar	24	M

Pascha lu daorum.	Neomenia Tisri.	Charaſter Ne- omeniæ Tisri.	Quali- tas anni.	Cyclus Lune lu- daicus.	Anni ludaici
Fer. Dies.	Fer. Dies.	Fer. hor. punct.			
3 2 A	5 12 S	4 16 23	C O	13	4364
7 21 M	2 31 A	2 0 899	E A	14	4365
7 10 A	2 20 S	7 22 408	C D	15	4366
3 29 M	5 8 S	5 7 204	C O	16	4367
7 18 M	2 28 A	2 16 0	E A	17	4368
7 6 A	2 16 S	1 13 589	C A	18	4369
5 27 M	7 6 S	5 22 385	E D	19	4370
3 14 A	5 24 S	4 19 974	C O	1	4371
7 3 A	2 13 S	2 4 770	C A	2	4372
5 23 M	7 2 S	6 13 566	E D	3	4373
3 10 A	5 20 S	5 11 75	C A	4	4374
1 31 M	3 10 S	2 19 951	C O	5	4375
5 20 M	7 30 A	7 4 747	E A	6	4376
5 8 A	7 18 S	5 2 256	C D	7	4377
1 27 M	3 6 S	3 11 52	E O	8	4378
7 15 A	2 25 S	2 8 641	C A	9	4379
5 5 A	7 15 S	6 17 437	C A	10	4380
3 25 M	5 4 S	4 2 233	E D	11	4381
1 12 A	3 22 S	2 23 822	C O	12	4382
5 1 A	7 11 S	7 8 618	C A	13	4383
3 22 M	5 1 S	4 17 414	E A	14	4384
3 10 A	5 20 S	3 14 1003	C O	15	4385
7 30 M	2 9 S	7 23 799	C D	16	4386
3 18 M	5 28 A	5 8 595	E A	17	4387
3 7 A	5 17 S	4 6 104	C O	18	4388
7 26 M	2 5 S	1 14 980	E D	19	4389
5 13 A	7 23 S	7 12 489	C A	1	4390
3 3 A	5 13 S	4 21 285	C O	2	4391
7 23 M	2 2 S	2 6 81	E A	3	4392
7 11	2 21 S	1 3 670	C D	4	4393
3 30 M	5 9 S	5 12 466	C A	5	4394
1 20 M	3 30 A	2 21 262	E O	6	4395
7 8 A	2 18 S	1 18 851	C A	7	4396
5 28 M	7 7 S	6 3 647	E D	8	4397
3 15 A	5 25 S	5 1 156	C O	9	4398
7 4 A	2 1 S	2 9 1032	C A	10	4399
5 25 M	7 4 S	6 18 828	E D	11	4400
3 11 A	5 21 S	5 16 337	C A	12	4401
1 1	3 11 S	3 1 133	C O	13	4402
5 21 M	7 31 A	7 9 1009	E A	14	4403

Anni Christi	Cyclus Luna.	Litera Domi- nicalis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Pascha'is.	Pascha Christia- norum.
			Dies.	Hor.	Min.		
643	17	E	9 A	15	4	9 Apr	13 A
644	18	D C	28 M	23	53	19 Mar	4 A
645	19	B	16 A	21	26	17 Apr	24 A
646	1	A	6 A	6	14	5 Apr	9 A
647	2	G	16 M	15	3	25 Mar	1 A
648	3	F E	13 A	12	36	13 Apr	20 A
649	4	D	2 A	21	24	2 Apr	5 A
650	5	C	23 M	6	15	22 Mar	28 M
651	6	B	11 A	3	46	10 Apr	17 A
652	7	A G	30 M	12	34	30 Apr	1 A
653	8	F	18 A	10	7	18 Apr	21 A
654	9	E	7 A	18	56	7 Apr	13 A
655	10	D	28 M	3	44	27 Mar	29 M
656	11	C B	15 A	1	17	15 Apr	17 A
657	12	A	4 A	10	5	4 Apr	9 A
658	13	G	24 M	18	54	24 Mar	25 M
659	14	F	12 A	16	27	12 Apr	14 A
660	15	E D	1 A	1	15	1 Apr	5 A
661	16	C	21 M	10	4	21 Mar	28 M
662	17	B	9 A	7	37	9 Apr	10 A
663	18	A	29 M	16	26	29 Mar	2 A
664	19	G F	16 A	13	58	17 Apr	21 A
665	1	E	5 A	22	47	5 Apr	6 A
666	2	D	26 M	7	35	25 Mar	29 M
667	3	C	14 A	4	8	13 Apr	18 A
668	4	B A	2 A	13	57	2 Apr	9 A
669	5	G	22 M	22	45	22 Mar	25 M
670	6	F	10 A	20	18	10 Apr	14 A
671	7	E	31 M	5	7	30 Mar	6 A
672	8	D C	18 A	2	39	18 Apr	25 A
673	9	B	7 A	11	28	7 Apr	10 A
674	10	A	27 M	20	17	27 Mar	2 A
675	11	G	15 A	17	50	15 Apr	22 A
676	12	F E	4 A	2	38	4 Apr	6 A
677	13	D	24 M	11	27	24 Mar	29 M
678	14	C	12 A	8	59	12 Apr	18 A
679	15	B	1 A	17	48	1 Apr	3 A
680	16	A G	21 M	2	37	21 Mar	25 M
681	17	F	9 A	0	9	9 Apr	14 A
682	18	E	29 M	8	58	29 Mar	30 M

Pascha

Pascha lu daorum.		Neomenia Tisri.		Charaſter omenia Tisri.		Ne- tas anni	Quali	Cyclus	Anni
Fer.	Dies.	Fer.	Dies.	Fer.	hor.	punct.		Luna lu daicus.	Iudaici
5	10 A	7	20 S	6	7	518	C A	15	4404
3	30 M	5	9 S	3	16	314	C O	16	4405
7	19 A	2	29 A	1	1	110	E D	17	4406
5	6 A	7	16 S	6	22	699	C A	18	4407
3	27 M	5	6 S	4	7	495	E D	19	4408
1	13 A	3	23 S	3	5	4	C O	1	4409
5	2 A	7	12 S	7	13	880	C A	2	4410
3	23 M	5	2 S	4	21	676	E A	3	4411
3	12 A	5	22 S	3	20	185	C O	4	4412
7	31 M	2	10 S	1	4	1061	C D	5	4413
3	19 M	5	29 A	5	13	857	E A	6	4414
3	8 A	5	18 S	4	11	366	C O	7	4415
7	28 M	2	7 S	1	20	162	E D	8	4416
5	14 A	7	24 S	7	17	751	C A	9	4417
3	4 A	5	14 S	5	2	547	C O	10	4418
7	24 M	2	3 S	2	11	343	E A	11	4419
7	13 A	2	23 S	1	8	932	C D	12	4420
3	31 M	5	10 S	5	17	728	C A	13	4421
1	21 M	3	31 A	3	2	524	E O	14	4422
7	9 A	2	19 S	2	0	31	C A	15	4423
5	30 M	7	9 S	6	8	909	C D	16	4424
1	17 M	3	27 A	3	17	705	E O	17	4425
7	5 A	2	15 S	2	15	214	C A	18	4426
5	26 M	7	5 S	7	0	10	E A	19	4427
5	15 A	7	25 S	5	21	599	C D	1	4428
1	2 A	3	12 S	3	6	395	C O	2	4929
5	22 M	7	1 S	7	15	191	E A	3	4430
5	11 A	7	21 S	5	12	780	C A	4	4431
3	1 A	5	11 S	3	21	576	C O	5	4432
7	20 M	2	30 A	1	6	372	E D	6	4433
5	7 A	7	17 S	7	3	961	C A	7	4434
3	28 M	5	7 S	4	12	757	E A	8	4435
3	17 A	5	27 S	3	10	266	C O	9	4436
7	5 A	2	15 S	7	19	62	C D	10	4437
3	24 M	5	3 S	5	3	938	E A	11	4438
3	13 A	5	23 S	4	1	447	C O	12	4439
7	2 A	2	12 S	1	10	243	C A	13	4440
5	22 M	7	1 S	5	19	39	E D	14	4441
3	9 A	5	19 S	4	16	628	C O	15	4442
7	29 M	2	8 S	2	1	424	C A	16	4443

Anno

Anni Christi	Cyclos Luna.	Litera Domi- nicalis.	Plenilunium Paschale.			Terminus Paschalis.	Pascha Christia- norum.	
			Dies.	Hor.	Min.			
683	19	D	17 A	6	31	17 Apr	19	A
684	1	C B	5 A	15	19	5 Apr	10	A
685	2	A	26 M	0	8	25 Mar	26	M
686	3	G	13 A	21	40	13 Apr	15	A
687	4	F	3 A	6	29	2 Apr	7	A
688	5	E D	22 M	15	18	22 Mar	29	M
689	6	C	10 A	12	51	10 Apr	11	A
690	7	B	30 M	21	39	30 Mar	3	A
691	8	A	18 A	19	12	18 Apr	23	A
692	9	G F	7 A	4	1	7 Apr	14	A
693	10	E	27 M	12	45	27 Mar	30	M
694	11	D	15 A	10	22	15 Apr	19	A
695	12	C	4 A	19	11	4 Apr	11	A
696	13	B A	24 M	3	59	24 Mar	26	M
697	14	G	12 A	1	32	12 Apr	15	A
698	15	F	1 A	10	20	1 Apr	7	A
699	16	E	21 M	19	9	21 Mar	23	M
700	17	D C	8 A	16	42	9 Apr	11	A
701	18	B	29 M	1	30	29 Mar	3	A
702	19	A	16 A	23	5	17 Apr	23	A
703	1	G	6 A	7	51	5 Apr	8	A
704	2	F E	25 M	16	40	25 Mar	30	M
705	3	D	13 A	14	13	13 Apr	19	A
706	4	C	2 A	23	1	2 Apr	4	A
707	5	B	23 M	7	50	22 Mar	27	M
708	6	A G	10 A	5	23	10 Apr	15	A
709	7	F	30 M	14	11	30 Mar	31	M
710	8	E	18 A	11	44	18 Apr	20	A
711	9	D	7 A	20	33	7 Apr	12	A
712	10	C B	27 M	5	21	27 Mar	3	A
713	11	A	15 A	2	54	15 Apr	16	A
714	12	G	4 A	11	43	4 Apr	8	A
715	13	F	24 M	20	31	24 Mar	31	M
716	14	E D	11 A	18	4	12 Apr	19	A
717	15	C	1 A	2	53	1 Apr	4	A
718	16	B	21 M	11	41	21 Mar	27	M
719	17	A	9 A	9	14	9 Apr	16	A
720	18	G F	28 M	18	3	29 Mar	31	M
721	19	E	16 A	15	35	17 Apr	20	A
722	1	D	6 M	0	24	5 Apr	12	A

Pascha

Pascha Iu- daeorum.	Neomenia Tisri.	Character Neome- niae Tisri.	Quali- tas an- ni.	Cyclus Luna Ind.	Anni Iu- daici.
Fer. Dies.	Fer. Dies.	Fer. Hor. Punct.			
5 19 M	7 29 A	6 10 220	E D	17	4444
3 5 A	5 15 S	5 7 809	C O	18	4445
7 25 M	2 4 S	2 16 605	E A	19	4446
7 14 A	2 24 S	1 14 114	C A	1	4447
5 4 A	7 14 S	5 22 990	C D	2	4448
1 22 M	3 1 S	3 7 786	E O	3	4449
7 10 A	2 20 S	2 5 295	C A	4	4450
5 31 M	7 10 S	6 14 91	C A	5	4451
3 21 M	5 31 A	3 22 967	E D	6	4452
1 7 A	3 17 S	2 10 476	C O	7	4453
5 27 M	7 6 S	7 5 272	E A	8	4454
5 16 A	7 26 S	6 2 861	C A	9	4455
3 6 A	5 16 S	3 11 657	C O	10	4456
7 25 M	2 4 S	7 20 453	E D	11	4457
5 12 A	7 22 S	6 17 1042	C A	12	4458
3 2 A	5 12 S	4 2 838	C O	13	4459
7 22 M	2 1 S	1 11 634	E D	14	4460
5 8 A	7 18 S	7 9 143	C A	15	4461
3 29 M	5 8 S	4 17 1019	C O	16	4462
7 18 M	2 28 A	2 2 815	E A	17	4463
7 7 A	2 17 S	5 0 324	C D	18	4464
3 25 M	5 4 S	5 9 120	E A	19	4465
3 14 A	5 24 S	4 6 709	C O	1	4466
7 3 A	2 13 S	1 15 505	C A	2	4467
5 24 M	7 3 S	6 0 301	E D	3	4468
3 10 A	5 20 S	4 21 890	C O	4	4469
7 30 M	2 9 S	2 6 686	C A	5	4470
5 20 M	7 30 A	6 15 482	E D	6	4471
3 7 A	5 17 S	5 12 1071	C A	7	4472
1 27 M	3 6 S	2 21 867	E O	8	4473
7 15 A	2 25 S	1 19 376	C A	9	4474
5 5 A	7 15 S	6 4 172	C D	10	4475
1 24 M	3 3 S	3 12 1048	E O	11	4476
7 11 A	2 21 S	2 10 557	C A	12	4477
5 1 A	7 11 S	6 19 353	C A	13	4478
3 22 M	5 1 S	4 4 149	E D	14	4479
1 9 A	3 19 S	3 1 738	C O	15	4480
5 18 M	7 7 S	7 10 534	C A	16	4481
3 18 M	5 28 A	4 19 330	E A	17	4482
3 7 A	5 17 S	3 16 919	C O	18	4483

Flura exempla
quæ Christiani
nos cū Iudæis
in paschate cō-
currisset, id quod
Caluissus ne-
gat, commen-
strant.

6. Videsne Caluissus, non tantum vnum, quod tibi dari postulabas, idque fieri posse nimis audacter negabas, sed multo plura exempla nos attulisse, quæ omnia Christianos pascha celebrasse eodem die, quo Iudæi solemnitatem azymorum, quod tu concurrere cum Iudæis determinas, comprobant.

En plusquam duas annorum decades! Eos ut in tabula præcedenti cito reperias, hic seorsim in vnam coniecimus tabellulam. Quod si manis dicere, in vtrumque enim videris esse paratus, tunc Christianos cum Iudæis concurrisset, quando pascha peregerunt in plenilunio medio, tantisper expectabis, donec sequenti capite ad proprium perueniamus locum, in quo ad tres decades fere annorum tibi enumerabimus, in quibus id accidisse tabula præcedens egregie commonstrat. Neque desunt exempla, quæ Christianos pascha ante Iudæos celebrasse ostendant, ut videre est annis Christi 326. 346. 351. 475. 495. Imo cū per te nihil iuuat, abstinere à societate Iudeorum in celebrando paschate decimaquarta luna (quæ tibi plenilunii dies dicitur) si sequenti die, quis ipsis se associet, at

343	465
347	496
367	499
370	519
374	523
394	536
401	543
414	563
418	570
421	590
441	594
445	614

nihilominus veteres Christianos sese illis ea ratione associasse, & proxime sequenti die post Iudæos celebrasse, quæ plurima in superiori tabula cōprobant exempla. Sane si diligens inquirendo fueris, proxime ad centum exempla reperies, vix enim quinque deerunt. Nos tibi saltem 48. hac tabella enumerabimus, quibus & proxime post Iudæos, & proxime post plenilunium siue in ipso plenilunio pascha actum est; reliqua in quibus plenilunium non assentitur, ne tecum litigare cogamur, sponte nostra omitterim. En tabellam! Si denique eos omnes in centum assumemus annos, in quibus ne Christiani cū Iudæis concurrerent, litera impeditum est Dominicali, feriarumque ordine, ut tu in simili fecisti lib. 1. cap. 3. & aliis locis, inueniemus non vnum tantum vnum, non vnam solum decadem, non tantum centuriam, sed etiam ipsos saltem centum quinquaginta annos, atque ita in omnibus hisce annis, ut tuis vtar verbis, etiam peccari potuisset (cum Iudæis concurrerendo) si dies Dominica proxime, vel biennio, vel triduo, etiam post terminum incidisset: ergo per te quod pascha celebratum in omnibus illis annis cum Iudæis non sit, & Dominica à termino remotior fuerit, casu sic accidisse manifestum est. De triduo exempla habes annis 327. 342. 351. &c. reliqua ipse inquiras, nos ad alia pergimus.

337	466	587
340	469	591
344	479	604
357	486	611
364	489	618
371	506	631
384	509	635
388	516	638
391	533	655
408	537	658
415	540	662
435	557	665
438	560	682
442	564	685
459	567	689
462	584	709

Caluissus male-
notæ Calendar.
Gregoriano ex-
ponat, id quod
in solute vitium
dici non potest.

Prius tamen non possumus non rursus in te notare in leuolum animū, atque erga Pontificem ac Calendarium Gregorianum singulare odium: enimvero cū scias Ecclesiam in determinatione paschatis, à Consilio saltem Niceno, à quo id ipsum siue institutum huc confirmatum est, usam fuisse semper cyclis, reiectis tā veris quam mediis motibus: fatearis deinde lib. 1. cap. 3. ne cum Iudæis celebretur, nunquam epactis (idem esse de aureorum numerorum cyclo, non negabis, qui alterum ab altero dependere non negas) quocumque etiam modo ordinentur, cauere pos-

se: hoc tamen ipsum vitio veritas Calendario Gregoriano, quod eo ipso quod vitari non potest, vitium proprie dicendum non est. Si Calēdarium Gregorianum Cyclos reieciisset, ab usu Ecclesiæ, ac Patrum Nicenorum Pontificios recessisse exclamasses: nunc cum per Cyclos progrediuntur, eaque quæ Cyclos necessario consequuntur, admittunt, eos à Concilio Niceno defecisse calumniaris. Verum si ab his & similibus cauere tibi voluisses, nectu calumniator esses, nec tuus extaret blenchus,

CAPYT OCTAVVM.

Falsissimum esse Pascha Christianorum in plenilunio celebrari non posse.

AIt Caluissius capite 20. *Pascha non recte in plenilunio celebrari.* Quare? quia vt viam sibi aperiret latiore ad calumniandum Gregorianum Calendariū ita ipsi statuendum videbatur. Nos (Sethus Caluissius) statuimus cum Ecclesiæ primitiua pascha in die plenilunii, etiamsi dies dominica fuerit (hoc est, etiamsi contrarium Ecclesiæ, etiam primitiua, etiam si contra Concilii Niceni decreta fuerit) non recte celebrari, sed illud reiiciendum esse in proximè sequentem Dominicam. Quid primitiua Ecclesiæ statuerit, iam audiui, nimirum non eadem quæ tu: illa sine ratione nihil, tu tuo pro arbitrio omnia; fixas ab illa leges refigis vt libet, & quia tertius ordine es cantor, summorum illud legislatorum vturpas: Nos statuimus, plus sane quam arroganter, immo & flagitiose, quod ea primitiua illi Ecclesiæ integerrimæ falsissimo imponas, de quibus ipsa ne cogitauit quidem. Sed audiamus reliqua quæ hic Musicus, iam Canonum factus & sacratoris Theologiæ arbitrarius doctor, probationis loco præceptis suis perperâ statutis, agglomerat.

2. Nos in Ecclesiâ, inquit, Noui testamenti in festiuitate Paschali nō celebramus *παράσκαυη* suæ memoriæ passionis & crucifixionis Christi, quæ accidit quartadecima die mensis primi in plenilunio. Ea enim semper biduo ante peragitur; sed celebramus Pascha *ἀναστάσις* memoriæ resurrectionis Christi, quæ accidit die decima sexta primi mensis, feria prima post primum diem azymorum, biduo post plenilunium. Ergo vt tempus Resurrectionis Dominice recte obseruemus, & Pascha etiam *παράσκαυη* suo plenilunio siue quartadecima mensis primi deputetur, Pascha non in plenilunio, quo Christus passus, mortuus & sepultus est, etiamsi dies dominica fuerit, sed ea Dominica, quæ proximè sequitur plenilunium, celebrandum est. Atque coronidis loco egregium addit mendacium: Et hæc est mens omnium, qui de Paschate cum Iudæis non agendo litteris aliquid mandarunt.

Sutor ne vltra crepidam: alias paulatim Caluissi vna cum notis statutis tuis nouas statues circa celebritatem Paschalem hæreses. Quartadecimani hæreses nota notati sunt, quod pascha quartadecima luna semper celebratum voluerint: qua nota tu notandus eris, qui non minus dissona ab usu Ecclesiæ audes proponere? Sane si verba argumenti tui, vt sonant, consideremus, ea, si quid probant, æque probant Pascha *ἀναστάσις* celebrari non posse proxima die post plenilunium, atq; in ipso plenilunio. Enim vero si Pascha *παράσκαυη* suo plenilunio, vt tu in consecutione habes, deputetur, idq; semper biduo ante Pascha *ἀναστάσις* peragitur, vt habes in antecedente; necessario sequitur Pascha *ἀναστάσις*, q; propriè Pascha *Noui Testamenti* vocas, nō solū nō fieri posse in plenilunio, sed ne quidē die proximo post pleniluniū, eo q; biduo saltē post pleniluniū sequi debeat: id videlicet q; tua supra pposita quæstione innuere vis⁹ es: Sed quid iuuat abstinere à societate

De Paschate in plenilunio non celebrando decretum Caluissicum.

Prima decreti Caluissici ratio.

Caluissi mendacium.

Absurda rationis Caluissicæ

*Iudeorum in celebrando paschate decima quarta luna (quæ tibi plenilunium est) sequenti die se ipsis affociet. Hoc vero adeo nouum est in Ecclesia, ut ne tuus Victorinus quidem in suo cyclo eo usque progressus sit. Taceo alia, quæ hinc haud obscure deduci possent. Ad hoc solum respondeas velim, Caluisti: nam etiam si ponamus te optime ratiocinatum esse, & pascha solum à plenilunio arcere voluisse, non habita ratione quo illud ablegares; an ideo ex eo quod dicis, Christus passus est in plenilunio, bene sequitur, ergo memoria resurrectionis fieri non potest in plenilunio. Negatur Caluisti, consequutio. Memoria enim Resurrectionis siue pascha *ἀναστήσις* fieri debet prout nobis ab Ecclesia præscriptum est; (quod tu nolens volens, qui Canones Concilii Nicensi admittis, admittere debes) sed secundum præscripta Ecclesiæ incidere potest pascha in plenilunium, ut ex præcedenti tabula 400. annorum clarissime constat; ubi Calendarium vitiosum habitum non fuit, ergo pascha celebrari aliquando in plenilunio, & multo magis proximo die post plenilunium & potest, & debet. Hoc Caluisti, hoc est, se à Concilio Niceno defecisse demonstrare. Neque à te hæretico opus habemus discere, in cuius memoriam in nouo testamento pascha celebremus, centuriis annorum antequam vel tu, vel tua nata erat hæresis, id cognitū erat; puriori tuæ Ecclesiæ, quæ talibus utitur Theologis, hæc prædica, vel etiam si mauis decanta. Audi vnum è Catholicorum sanctorumq; numero, B. videlicet Isidorum, quid ipse de paschate senserit: Cuius quidem diem paschatis resurrectionis, inquit, non solū pro eo celebramus, quod in eodem à mortuis (Christus) resurrexit: sed etiam pro aliis sacramentis, quæ per eundem significantur. Quia enim sicut dicit Apostolus, mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: transitus quidem de morte ad vitam in illa passione Domini, & resurrectione sacratus est. Nam & vocabulū istud, quod pascha dicitur, non Græcum, sed Hebraicum est, neque enim à passione, quam Græci dicunt *πάσχα*, sed à transitu Hebræo verbo pascha appellatum est: quod & maxime Euangelista expressit, cum celebraretur à Domino pascha cum discipulis suis. Cum vidisset, inquit, Iesus, quia venit hora eius, ut transiret de mundo ad Patrem. Transitus ergo de hac vita mortali in aliam vitam immortalem, hoc est de morte ad vitam in passione Domini & in resurrectione commendatur. Tales Caluisti audiendi sunt Theologi, non tui similes è Cantorum schola.*

In cuius memoriam celebratur pascha Christianum ex B. Isidoro. Lib. 1. de eccle. off. cap. 31.

Secunda Caluisti ratio.

3. Sed nō minorem quam prima arguit Theologum secunda ratio. Leges, ait, ceremoniales politia Iudaica sunt abrogata, nec licet Christianis eas instaurare, & cum Iudeis, qui leges istas adhuc obseruant, pascha transigere. Hoc enim modo inbecilliores offenderentur, & nos totius legis, ut Apostolus ait, rei fieremus, &c. Iudei autem pascha semper transigunt in plenilunio, &c. Ergo ne concurramus cum Iudeis, & nos obligemus legibus ceremonialibus, à quibus per Christum soluti sumus, pascha in plenilunio non est celebrandum. En nouum Apostolum Paulum, qui zelo Christianæ libertatis incensus, in faciem resistit Cephae, ne cogat gentes Iudaizare! Quasi vero pascha Christianum, etiam si celebraretur eadem plane hora, qua à Iudeis suum peragitur, id est, ad vesperā quartæ decimæ lunæ primi mensis, sit ceremonia Iudaica, hoc est, esus agni anniculi, cum lactucis agrestibus, &c. Tibi quidem & tui similibus hæreticis, qui nullam vobis reliquam fecistis solemnitatem paschatis Christiani, cum in synagogis vestris cultum præcipuum mystici agni, sacrosanctum nimirum corporis Christi Domini, & Eucharistiam nefarie abrogastis, si aliquod pascha celebraretis, non aliud fortasse esset pascha, quam aliqua ceremonia legalis: at nobis Catholicis, etsi conueniremus in tempore cum Iudeis in celebratione paschatis, non ta-

Crassa Caluisti rerum Christianarum ignorantio.

men

men in ea esset magis quid commune cum ipsis, quam si eodem die, quo illi vescuntur aut abstinent, & nos vescamur aut abstinemus, aut eadem nocte qua illi vigilant vel dormiunt, & nos vigilemus vel dormiamus. Nam convenire in tempore cum Iudæis, dummodo non vsurpetur aliqua eorum supersticio, non est, mi homo, si nescis, ceremonias politia Iudaicæ iam olim abrogatas, instaurare. Lex quidem Moysis à perfecta promulgatione legis Christi non solum mortua, sed & mortifera esse cœpit, & idcirco eam reuocare nefas est: at Ecclesia dū cauet, ne Christiani concurrant cum Iudæis in paschate celebrando, non est sollicita, ne ad abolitas eorum ceremonias redeamus, sed vt præter causas supra à nobis allatas, intelligamus etiam nostram paschatis celebritatem, et si eodē nomine appelletur, longe diuersam nobis esse oportere, à solemnitate paschali Iudæorum, illamque à nobis peragi in memoriam non egressionis de Ægypto, sed resurrectionis Christi Saluatoris, quæ vt post pascha illud Iudaicum, ita & in die Dominica contigit. Tu vero ita prorsus affecutus es mentem Ecclesiæ, sicut sententiam verborum Apostoli, qui vtramque perperam & abs re res interpretatus. Et quidem apud vos solemne est etiam mulierculis è Scriptura passim sententias in medium proferre, sed eas nec percipitis ipsi; nec ad sanam earum intelligentiam alios peruenire permittitis, dum eas plerumque aut mutilatas, aut perturbatas recitatis. Quid enim, obsecro, ad rem præsentem faciunt verba, quæ ex epistola ad Galatas cap. 5. desumpsisse videris: *Testificor autem rursus omni circumcidendi se, quoniam debitor est vniuersa legis faciendæ*: nusquam enim alias in suis epistolis asserit futurum, vt quod tu asseris, nos totius legis rei fieremus, Quod si ad locū relatum epistolæ ad Galatas respicis, cur eum ita mutas, & depravas ad arbitriū tuum? timor videlicet aliquis tibi mentem eripuit, dum sollicitus de amittenda libertate voluptuaria sensu, nētuis subiici legi Mosaicæ de ieiuniis, quæ ita exhorretis ac detestamini omnes hæretici nostrorum temporum, vt in illorum odium etiam legibus Ecclesiasticis bellum indixeritis. At eximo tibi istum scrupulum; facilius nempe est, vt Caluinista amplectatur legem Turcicam, quæ paradysum ventris & gulæ pollicetur, quam vt redeat ad ieiunia, & ad abstinentiā. Cetera, quæ hic repetis de paschate Iudæorum transigi solito in plenilunio, hic non amplius refuto, quia satis supra confutata iam sunt. Ad tertiam rationem progrediamur.

4. *Patres in Concilio Niceno, ait Caluissius tertio, sanciuerunt pascha non celebrandā decima quarta luna, si ea incidat in feriam primam, &c. Quartadecima autem est plenilunium, ideo etiam à computatoribus Græcis nunc τετραπεσέλιον, nunc πέντεσέλιον, à Latinis vero nunc plenilunium, nunc terminus paschalis appellatur.* Ergo. Minor, Caluissius, Minor est, quæ tibi negotium facessit, quam nec probasti, nec vnquam probare potes: non enim erat conueniens testimonium illorum. *Testimonia huius, subdis, multa adducere possemus, sed sufficet vnum atque alterum.* Ad ignorantiam nimirum tuam demonstrandam. Tot autem testimonia adducere poteris, quot in Scaligero tuo repereris, vnde & paulo ante allata, & à Clauio iam pridem refutata, de quo ne hiscere quidem audes, transulisti. Aut si ea potius ex quarto de emend. tempor. simpulisti, cur non etiam oculos coniecisti in paginam proxime sequentem, vbi sic habetur: *Et quamuis pascha recte obeatur plenilunio proxime post æquinoctium, &c.* En vnum testimonium non solum ad minorem propositionem; sed ad totū quod intendis probare confutandum! Item vidistine, quæ habet tuus vnicus Auctor

Cur Ecclesia pascha eodem tempore cum Iudæis fieri vetuerit.

Imperitia Caluissii & Caluisticorum in S. Scriptura citanda.

Tertia Caluissiana ratio.

Caluissium nec probasse, nec probare posse 14. lunam Patrib. Nicenis fuisse plenilunium.

14. Iurā non esse plenilunium testimonium Scaligeri.

Lib. 7. pag. 680, vbi ait, *Quartadecima luna PROPRIE ea est, quæ proxime antecedit plenilunium, hoc est parasceue Azymorum. Quartadecima Dominus passus, quæ tunc incidere solet in feriam sextam. Sequenti die plenilunium & solenne Azymorum fuit.* En alterum testimonium, quod iis, quæ tu ostendere conaris, è diametro aduersatur! Disce Caluisti à Magistro tuo. Nam etiam si deinde subiiciat: *At quoniam auctores Canonum Paschaliū per quartadecimam ipsam plenilunium intelligunt, quæ tamen potius quinta decima dicenda erat: hoc & prædictis nihil demit, & quia Auctores Canonum ita intellexisse nondum probatum est, tuæ probationi nihil addit.* Et quem ostendes præter Victorinum? Affer quæ habes testimonia. *Vt Victorini, ais, in præfatione sua magnæ periodi in verbis supra allegatis. Si plenilunium. &c.* Sed & supra tibi responsum est. Ergo ad aliud. *Sic Ioannes de Saxonia, &c.* At iste absq; dubio non loquitur de quartadecima temporis Patrum Nicenorum; sed de quartadecima prout sibi suo tempore aut paulo superioribus motui lunæ congruere visa est. Nihil ergo adhuc attulisti. Ad alia. *Sic multi alij, quod & ipse Clavius faterur.* Hic in summa habemus omnia testimonia. Qui sunt illi multi alij. Quæ dicis de Clauio, falleris: non ipse, vt tu, sibi contradicere solet. Auctores sciebat ipse adferri posse, qui quartadecimam lunam plenilunium vocant: at quomodo? cur hoc taces? Communiter enim duplici ratione de quartadecima vt plenilunio locuti sunt: nimirum non prout plenilunium, quemadmodum in cyclis fieri solet, *vbi diei solido vsuali æquiualeat, à media nocte ad proxime sequentem mediam noctem, vel ab alio termino ad similem numerato; sed prout est terminus communis vtriusque, & quartadecimæ, & quintadecimæ lunæ, aut illum proxime saltem circumstat; de quibus multa Pitratus: Stoflerinus autem Propositione 35. sic habet: Nullæ orbis nationes, Latina, Græca, Hebræa, Barbara asserunt lunam quartadecimā significare plenilunium, aut oppositionem luminarium: sed quintadecimam accipiunt pro plenilunio aut oppositione; sed quod prius Patres nōnunquā vocant lunā Paschalem quartadecimam, accipiendum est de quarta decima luna completa, inchoata tamen iam quintadecima.* Aut certe quidam, qui tam plenilunium, quam quartadecimam lunam pro eodem acceperunt die, ad certa respexerunt tempora, in quibus aut vere, aut saltem ex opinione illorum hoc acciderat, vt plenilunium plerumque cum quartadecima concurreret. Ex qua duplici quartadecimæ pro plenilunio acceptione, omnia quæ adferre posset, soluuntur Caluistiana argumenta; Auctorumque conciliantur discordantes sententiæ, vel si maius liberior loquendi modus explicatur.

Qua ratione
veteres 14. lunā
pleniluniū vo-
cauerint.

14. lunam Iude-
orum non esse
plenilunium vt
vult Caluistius.

Lib. 4. de emēd.
temp pag. 314.
col. 2.

Quod vero subdis: *Idq; sumptum est à Iudeorum consuetudine, qui mensem incipiebant à Φάσι à primum apparente luna post coniunctionem, & plenilunium sumēter vocabant quartadecimam, quemadmodum id ipsam videre est etiam in historia passionis Dominice.* Mirum in modum rursus hallucinaris Caluisti, & conspicillis, cum tuum legeras Scaligerum, vsus non es: eodem enim loco, vnde tu Ioannis de Saxonia descripsisti testimonium, voculasque illas græcas *πληροσέληνον* &c. paulo ante Ioannis de Saxonia verba, sic ait Scaliger *Quintadecima Iudeorum* (non quartadecima, male legisti Caluisti) *est plenilunium, vt omnes sciunt, præter Caluistium, qui nescit se idem omnino antea dixisse, vbi quintadecimam Nisan Iudeorum semper in plenilunium incidere verbis, & calculo asseruit.* Quamuis autem eo loco Scaliger quartadecimam Christianorum velit esse plenilunium, nisi in aliquo ex supradictis sensibus id dicat, omnino errat, quod illi nouum non est; attamen quintam

quintamdecimam lunam Iudæorum esse plenilunium contra te egregie dixit: *Quartamdecimam*, ut eodem loco habet, *Christianorum esse XV. Nisan Iudaici*, id est τῆς πανσέληνον. Quando amabo te vnam à te audiemus aliquando veritatem? An istam qua sequitur? perge igitur.

5. Christus enim nequaquam, inquit Caluissius, *quintadecima luna passus est*, ut Clavius pag. 49. sui Elenchi hallucinatur, sed *quartadecima*. Passus enim est eodem die, quando Iudæi suum agnum Paschalem comedebant, quique id faciebant, postquam Christum crucifixerunt, ut Ioannes Evangelista testatur. (S. Ioannem locutum de esu non agni, sed azymorum, grauiore te Caluissii Auctores interpretantur) & paulo post: Cum igitur eo ipso die, quo Christus crucifixus est, esset plenilunium, quo est eclipsis &c. retentum hoc fuit in Ecclesia, ut *quartadecima esset plenilunium*. Si hoc argumento aliquid probas, Caluissius, non *quartamdecimam esse plenilunium*, sed *quintamdecimam* probas, id quod & nos dicimus: Iudæis enim plenilunium, ut audiisti *quintadecima est*. Certe *quartamdecimam lunam esse diem ante plenilunium* nolis velis concedere debes. Dicis enim sæpe, Iudæos festum azymorum, quod tu pascha Iudaicum vocas, semper celebrare in plenilunio: hic vero, asseris agnum illos comedisse luna decimaquarta, ergo sequenti die, id est 15. luna erat festum azymorum, atque adeo plenilunium. De die vero passionis nequaquam Clavius, sed tu hallucinatus es: Concedit Clavius, Christum passum in plenilunio: in quartadecima negat ac pernegat: idem enim ipse q. Catholica asserit Ecclesia, idem q. SS. Patres innumeri: Et celebravit (Christus Dominus) pascha, inquit S. Ambrosius, hebdomade, in qua fuit quartadecima luna, quinta seria. Denique ipsa die (sicut superiora docent) Pascha cum discipulis manducavit. Sequenti autem die, hoc est, sexta seria, crucifixus est, luna quintadecima. Atque hinc etiam, Caluissius, si adhuc in errore hæres, quartamdecimam lunam non esse plenilunium discere potes. Sic Beda Venerabilis Cap. 60. Quia enim & Saluator noster, sicut Theophilus cuius supra memini, venerabilis Alexandria Episcopus scribit, decimaquarta quidem est traditus luna, hoc est, quinta post Sabbatum; decimaquinta autem crucifixus, die tertia resurrexit, hoc est, decima septima luna, quæ tunc in Dominica die videtur inuenta, sicut & ex Euangeliorum obseruatione comperimus. Hæc igitur, & plura alia pro Clauio pugnant testimonia. De tua vero quid tenendum sit sententia, audi Marcellum Francolinum: Nos autem non negamus, inquit, fuisse aliquot inter veteres, qui dicerent Christum crucifixum luna decimaquarta, ita quod Iudæi in vespere Parasceves comesturi erant agnum Paschalem, nam inter alios Tessaresca decantæ heretici hoc asserere audebant, ut vidimus superiore Cap. num. 6. Sed negamus B. Augustinum, aut alium classicum auctorem, qui nomine, aut memoria dignus sit, hanc opinionem sustinuisse: aut si quis eiusmodi ostendatur inter veteres, hic vel sub dubio, & alternatiue, vel non ex propria sententia, vel certe valde singularis talem habere opinionem reperietur: vel, ut habet capite præcedenti, quantum ad Christi passionem spectat, intelligi debet de luna quartadecima completa, prout diximus ad B. Epiphanium, non de quartadecima tantum inchoata & corrente.

Itaque neque ex hac tertia ratione quicquam probasti, aut attulisti, quo ostenderes Pascha non recte in plenilunio celebrari: non enim quartamdecimam lunam, sed quintamdecimam Patribus Nicensis fuisse plenilunium, pluribus tibi hætenus ostendimus argumentis, tum cap. 2. lib. 2. tum aliis locis passim: Cum igitur Patres prædicti vicecimam secundam lunam pro Paschate excluderint, necessario quintamdecimam, hoc est, plenilunium incluserunt.

Verum

Christum lunam
15. non 14. ut asserit
Caluissius,
passum esse.

14. lunam non
esse plenilunium
Caluissius nec
sario debet concedere.

Epist. 83.

De temp. hot.
canon. cap. 68.

14. lunam an-
quis fuisse ple-
nilunium ex Ca-
lend. Gregoria-
no ostendere
conatur, quod
est inepitum.

Verum quam vir simplex sis, hoc est, ut tu Clauium cōpellas, hebetioris ac-
minis, vel hinc constat, quod ex Calendario Gregoriano probare conaris termi-
num paschalem, ex sua institutione & Concilii Niceni decreto (hoc enim tibi
probandum est) deputatum esse plenilunio. Quid si terminus paschalis in Calen-
dario Gregoriano additus esset tertixdecimæ lunæ, aut decimæ septimæ, aut vi-
cesimæ, an inde probare posses, quod intēdis? Selegisti centuriam, in qua termi-
nus paschalis cum plenilunio medio plerumque in eundem diem incidit: quid si
tibi aliam centuriam opposuero, in qua terminus plerumque præcedit plenilu-
nium? an non tuum contra te attulisses argumētum, plenilunium enim vagum
esse in Calēdario, terminos stabiles, ipse scis, quamuis multa nescias: Deinde Re-
formatores epactas de industria ita in Calendario disposuissent, ut ipsæ plerumque
nouilunia sequantur, pluribus in locis testatur Clauius: idque non ea ex causa,
ut testarentur quartamdecimam Patribus Nicenis fuisse idem quod plenilunium;
sed alias ob rationes, ut videre est apud Clauium. At ex hoc necessario sequitur,
terminum paschalem siue quartamdecimam lunam propius ad plenilunium ac-
cedere, quam si epactæ plerumque cum nouiluniis in eisdem caderent dies. In
summa præter tuos errores & calumnias vix adhuc attulisti aliud; imo neque in
computo feliciores, quod omnino homini, qui se pro satis exercitato vendit,
turpe est. Nam in hac tua centuria annorum non vnum tantum commisisti er-
rorem, non dico iam, quod parum fortassis videri posset, in horarum minutis;
omitto 28. horas pro 23. positas esse, qui error Typographo adscribendus vide-
tur, taceo etiam errorem in solis feriis assignandis: sed diebus solidis aberrare ta-
lem computatorem, nimium est, ut anno 1756. pro 14. Aprilis, ponis 15. Aprilis:
anno 1760. pro 31. Martii & feria secunda, ponis primā Aprilis, feriā primā: an-
no 1764. pro 16. Aprilis, substituis 17. eiusdem: Sic anno 1765. pro die 5. Aprilis
scripsisti 6. Item anno 1772. debebas scribere diem 17. Aprilis, sed maluisti 18. Ita
anno 1792. calculus verus dat diem 6. Aprilis, erroneus tuus septimum, &c.

Caluissū à vero
aberrare multi-
pliciter.

Dolus Caluissii
in acceptione
dici.

Notanda deinde astutia etiam est, non enim semper simplex Caluissius: diem
nunc à meridie, nunc à media nocte inchoat, prout nimirum videt commodio-
rem hinc nasci sibi calumniandi materiam. Si enim in illa tua centum annorum
tabula, diem à meridie deriuasses, prout dicis Calendarium Gregorianum solitū
esse, mentitus esses in centenis annis (ab anno 1700 vsq; 1800.) in Calendario Gre-
goriano quartamdecimam lunam cum plenilunio in vnum eundemque diem coincidere no-
nages nouies, & in centenis annis vix semel die vno plenilunium præcedere; cum minimū
29. vel 30. annos inuenisses, in quib. quartadecima plenilunium præuertat. Cum
vero à media nocte diē incipias, tot inuenire nō potuisti: at nihilominus mētitus
es, cum quartadecima hac ratione in 24. annis plenilunium etiam sequatur. Nā
etiam si neque per hoc, neque per illud quicquam absurdi in Calendario Grego-
riano committatur, cyclos enim præcisionem Astronomicam assequi non pos-
se, etiam pueri norunt: falsum tamen pro vero vendere, ut tu facis Caluissii, hoc
absurdum est. Solertem te das, ut promissisti Caluissii, sed errando.

Quantum Cal-
uissii argumen-
tum.

Inepta Caluissii
argumentandi
ratio.

6. Quarta ad statuendum Caluissii statutum, ratio hæc est: Quarto iterum ex
Pontificiorum Calendario demonstramus, rectum non esse in plenilunio pascha celebrare. Nā
in subsequētib; annis ex centuriis horum temporum collectis, paschā in plenilunio, quod in
Dominicum diem incidit, nequaquam celebrant: sed illud ex plenilunio reiectum in sequenti
Dominicam transferunt. Noua profecto demonstrandi ratio! Si Calēdarium Gre-
gorianum

gorianum celebrandi paschatis est regula, nihil contra ipsum concludes. Sed credo Calendarium sibi ipsi aduersari ostendere conaris, quod nunc pascha celebret in plenilunio, nunc in sequentem traiciat Dominicam. At mirifice deciperis ipse, qui alios decipere te posse putas. Nunquam Calendarium Gregorianum Pascha ex quinta decima luna, quod plenilunium cyclicum est, in sequentem transfert Dominicam; sed quotiescunque in eam incidit Dominica, pascha celebrandum statuit: Contra ex Dominica quarta decima (quæ plenilunio deputata non est) perpetua lege perpetuo transferri iubet, quorum vtrumque statutis Concilii Niceni consentaneum est; & omnino per accidens est plenilunium medium aliquando in decimam quartam Cyclicam incidere. Cyclos, Caluisti, Cyclos quod tibi sapius inculcandum est; Cyclos in determinatione Paschatis sequitur Ecclesia, & ita à Concilio Niceno ad nos vsque secuta est, non plenilunia Astronomica, neque vera, neque media. Apage tu cum tuis pleniluniis, nam vt Christiani sequantur in ea re Iudeos interfectores Christi, etiam si id summis contendas viribus, non facile obrinebis.

Quod autem Calendarium vetus correctum est, causa non est cyclorum à rationibus Astronomicis per vnum, aut alterum diem digressio, hanc enim nemmo impedit, & q̃ tam patres Niceni (neque enim hoc ipsis ais in occasione non abulmili ignotum esse poterat, cum Episcopus Alexandrinus, cum Athanasio & aliis, qui Alexandria, vbi studium Astronomicum in primis florebat, eruditi erant, Concilio interesset) quam Reformatores optime sciebant: sed quia modum excedere inuenti sunt, sine spontaneæ emendationis spe vlla: Iam enim cycli solaris decem dies deuiationis attigerat, nec lunaris quin longius serperet intra quatruidi interuallum, quod iam confecerat, consistere poterat, idcirco in ordinem redacti sunt; non autem propter eam, quam secum fert dierum integrorum ratio, Cyclorumque ordinatæ periodi, quandam inuitabilem instabilitatem.

7. Pudeat ergo te audaciæ, ac insolentiæ tuæ, qua totam damnare non veris Ecclesiam, quæ Cyclis vtatur, suaque paschata ad epactas, siue aureos dirigat numero: epactæ enim, & aurei numeri mutuo nectuntur nexu, & vt tecum loquar, ex aureo numero epactarum doctrina dependet: epactas vero siue aureos numeros si per modum Cycli instituantur, necessario nonnunquam à rationibus coguntur defletere Astronomicis; id quod ipse concedis, minutioresque appellas errores, qui in huiusmodi cyclo, qualem Lilius excogitauit (aut à Patribus Nicenis excogitatus est) aut quouis alio excogitari adhuc potest, Ecclesiastico videlicet ac facili &c.) etiam si OPTIME instituantur, villo MODO vitari possunt, quando videlicet quarta decima luna vno vel altero die à plenilunio Paschali abit, vnde errores (si errores dicendi sunt) in Paschate celebrando committuntur. & tamen hoc loco summa profecto audacia, ne quid grauius dicam, statuta, ac consuetudines damnas Ecclesiæ: Deinde RECTVM esse non potest, criminari, ad epactas peccantes festos dies dirigere velle. Quæ enim de epactis hoc loco dicis, dici multo magis possunt de enneadecaeteride, ac aureis numeris Patrum Nicenorum: imo de ipso medio motu, qui & ipse à vero defleat, dici possent, vt libro primo manifestum fecimus. Atque hoc secundum est decretum, à Caluistio hoc capite recenter statutum. Vnde autem quæso hanc hausisti doctrinam, rectum non esse, ad Cyclos nonnunquam peccantes dies festos instituere? An quia peccatum rectum non est. Satis acutè.

Cur Calend. vetus correctum sit.
lib. 1. cap. 2.

Temeritas Caluisti qua vniuersalem Ecclesiam damnat, quod cyclos tabulis Astronomicis prætulit.
lib. 1. cap. 13.
lib. 1. cap. 29.

Alterum Decretum Caluistii cum.

Gg

At pec-

At peccatum hoc aliò, & aliò illud non rectum refertur. explicatione vltiore opus non est.

Tertium Decretum Caluisti- cum.

Cyclos, non plenilunio, esse Paschatis Christiani normam.

Quo nititur calend. Gregorianum fundamentum.

Caluisti mendacium exemplum dari non posse Paschatis in plenilunio acti.

Exempla paschalis in plenilunio actum.

8. Neque nos terrebis tertio tuo statuto charactere grandiusculo exarato, quo puriorem Ecclesiam tuam ad regulam instituere vis Iudaicam, nimirum: *Plenilunium Paschale est norma & scopus Paschatis agendi, non epactarum lubrica fides, &c.* Cycli, Cycli, Caluisti, fuerunt, sunt, & erunt in Ecclesia Catholica norma, & scopus Paschatis agendi, non pleniluniorum scrupulosa, ad horas nimirum ac minuta alligata ratio, quæ fons & origo omnium potest esse dissensionum: Cycli vero vbi modum exceßerint, tunc demum ad normam mediorum motuum in ordinem redigendi sunt. Certe neque Patres Concilii Niceni in statuto de Paschate Christiano, neque sacra scriptura in mandato Paschatis, quod Christianum ut figura præcessit, ullam vnquam fecerunt mentionem plenilunii. Vidisti ne deinde apud Clauium quotiescunque mentionem facit, Ecclesiam posthabitis veris motibus, ut mediis, semper addidisse, vel potius *Cyclis*? Cycli enim sunt, qui cum non nisi per integros progrediantur dies, Paschatis festum, quod maxime vrget Sancta Ecclesia, vno eodemque die ab vniuerso Christianorum cætu celebrandum exhibent, nullo habito respectu ad meridianorum & tabularum diuersitatem. Non igitur Ecclesia aut Calendarium Gregorianum, sed cantor Caluisti nititur *lubrico mendacissimoque fundamento*.

9. Fundamentum quo Calendarium Gregorianum nititur consensus est & vniò fidelium, Ecclesiæ auctoritas, Patrumque Nicenorum decreta, quæ quo ad eius fieri poterat, retenta atque restaurata sunt: vnde & illud habetur, quod tu hoc capite peruerse oppugnas, Pascha non solum posse, sed & debere celebrari in plenilunio Cyclico, siue quintadecima luna, quotiescunque quartadecima in Sabbathum incidit, siue deinde illud cum plenilunio medio conueniat, siue idẽ se quatur; cuius rei testimonium est luculentissimum capite præcedente exposita tabula; quæ te rursus mendacii arguit dicentem: *Non enim vel vnicum exemplum ab eo tempore, ex quo contentiones de paschate agendo cessarunt, & nos ex terminis paschalibus certi facti sumus, quo die mensis paschata in Ecclesia peracta sint, spacio nulle (& trecentorum ferè) annorum proxime exactorum, dari potest Paschatis in plenilunio acti.* Quo terrarum raperis Caluisti? Ultra hyperbolam hæc sunt, ad quid ista? Nonne tu ipse fateris, & quo tempore dissensiones sopitæ sint; & quando nos ex terminis paschalibus certi facti sumus? Reuocabo illa tibi in memoriam: En ut illud cap. 13. lib. 1. clarissime asseras: *Quemadmodum enim huiusmodi de paschate dissensiones, cum cyclus lune post tempora Diocletiani inuentus esset, & doctis innotuisset, sopitæ sunt: Ita & ante tempora Diocletiani si hæc doctrina publicata fuisset, hæc certamina in tantas flammæ exardescere non potuissent.* Sed cyclus lune, teste D. Ambrosio, tempore Niceni Concilii ab ipsis Patribus constitutus est, & ibidem doctis innotuit: id quod etiam ex iis quæ cap. 26. dicis clarissime deducitur; ergo per te tunc dissensiones sopitæ sunt. Hoc vero de terminis paschalibus capite superiori ex eodem capite tuo 26. probauimus, vbi tu terminos paschales omnes ad vnum vsque assignas, qui à mille & fere trecentis annis in Ecclesia in usu fuerint.

Respice iam Caluisti superiorem 400. annorum tabulam, & annos in quibus pascha in plenilunio actum est, enumera: vide an verum sit, ne vnicum quidem dari posse. Edissere, cur hæres? reperisti ne vnum? reperisti decem? reperisti viginti? reperisti plures? Luscus & lippus es, digito tibi eos ostendere oportet.

Vides

Vides ne annum 401. à Theophilo præscriptum Alexandrino? vides pascha actum esse die Aprilis quartodecimo? plenilunium quando accidit ex tuis tabulis? nonne eodem die sesqui hora à meridie? Ita procede in reliquis, & numero 29. inuenies: en hic tabellulam! Est ne hoc ne vnicum dari posse exemplum Paschatis in plenilunio acti, quid tibi videtur? Dices fortassis diem inchoandum esse à meridie præcedente, & plenilunium quod post meridiem accidit adscribendum diei sequenti: at hoc tibi non suadeo: nam hac ratione, & ex enumeratis in hac tabella annis non paucis pascha ante plenilunium esset celebratum; & plures accederent alii quibus pascha in ipsum incidit plenilunium: effugio nō datur locus. Imo si exemplo tuo Lib. 1. Cap. 3. eos etiam numeremus annos, in quibus littera Dominicalis tardiuscule terminum subsequens Paschalem impedimento fuit, quod Pascha in plenilunio transactum non sit, quam plurima exempla inueniremus similia.

330	465
343	496
347	499
350	516
367	519
370	523
374	536
394	543
401	563
414	570
421	590
425	594
438	614
441	585
445	

Sed quo non erumpat semel effrenata audacia attendamus; nam etiam si Caluissio vltro daremus, quæ & contra sua alibi allata, & contra veritatem ipsam affert, de terminorum Paschalium incertitudine, eosque solum à mille annis regnum tenuisse supponamus, nihilominus figmentum hoc est. *Non enim vel vnicū exemplum, &c. spacio mille annorum proxime exactorum, dari potest paschatis in plenilunio acti.* Enim vero duo saltem post annum Christi 600. numerantur anni, in quibus pascha ac plenilunium eodem die accidit, vt videre est in tabella capitis præcedentis in annis 614, & 685, & hoc quidem iuxta rationem Caluissii; nam si plenilunium pomeridianum diei tribuatur sequenti hisce duobus octo alia adnumerare licet exempla, annorum nimirum 611, 618, 631, 638, 658, 665, 689, & 709. At neque hic conquiescit Caluissii quidlibet dicendi licentia.

Adhuc clarius manifestatur Caluissii figmentum.

Audilector quid dicat: *Quod ad exempla attinet Paschatis, inquit, die proximo post terminum Paschalem acti, quorum magnum Catalogum Clauius in explicatione Calendarii apponit, non negamus Paschata post tempora Dionysii die sequente terminum paschalem acta esse: sed eadem Paschata in plenilunio acta esse pernegamus.* Et in margine adiungit. *Exempla qua adducit Clauius falsa sunt.* Falsa sunt Caluissii & hæc & plura alia quæ tu adducis. Non enim illis annis ostendere conatur Clauius Pascha celebrata in plenilunio esse medio; sed in cyclico siue luna quintadecima. Deinde non solum prædicta annorum duorum 614 & 685. (omittimus enim reliquos octo) exempla, sed & alia sex veritatem te negare atque pernegare commonstrant: inspicere rursus superiorem 400. annorum tabulam, & vide an non annis 536, 543, 563, 570, 590, 594. Pascha & die proximo post terminum Paschalem, & in ipso plenilunio medio actum sit: Nam Dionysium cyclum Paschalem scripsisse anno Christi 526. tuus habet Scaliger.

Aliud eadē de re Caluissii mendacium.

lib. 2 de emend. temp.

10. At nonne frustra conatus sum ipse, qui tibi exemplis paucorum ostendi annorum, & licitum & vltatum esse in Ecclesia, Pascha celebrare in plenilunio? Quid dico de spacio mille annorum proxime exactorum? Quid de mille & fere trecentis annis? Cum tamen te ipso teste iam per tria annorum millia ab exitu vsque Israelitarum ex Aegypto vsque ad nostrum seculum Pascha à DEO ita institutum & man-

Caluissius cōtra se ipsum testatur pascha in plenilunio & celebrandum, & celebratum esse Lib. 1. cap. 29.

datum in PLENILVNIO SEMPER celebraverimus; idque tam sancte à veteri ECCLÉSIA observari præceptum est, ut quattadecimanos olim hærescos damnaueris, qui vno die tantum ante plenilunium celebrabant. Idem Lib. 2. Cap. 6. & clarius fortassis asserit, atque non minus inscite quam ante, Pascha Iudæorum cum Christianorum confundit. Et si enim, inquit, lex de Paschate IN PLENILVNIO celebrando à DEO ipso lata, & ab Ecclesia tam veteris quam noui Testamenti ultra ter mille annos vsque ad nos observata est: tamen, &c. Inunc Caluisi, & ad valuas tuæ purioris Ecclesiæ, vna cum reliquis tuis mendaciis, hanc puris mam tuam affige calumniam. Quæ propter firmum manes, Pontificem, quoriescunque Pascha cum Iudæis in plenilunio agit, iudicio purioris Ecclesiæ hærescos damnari, & merito deponendum esse.

CAPVT NONVM.

Inscitia, criminationumque inuolucra, quæ capite 21 inuoluit Caluissus, euoluantur.

Caluissiana primi mensis definitio.

Explic. cal. cap. 2. Num. 2.

ANtequam Caluissus Pontificios Pascha in duodecimo mense agere, suo modo, hoc est, falsis criminationibus demonstret, alia rursus ratione duodecimum mensem determinat; ex definitione videlicet mensis primi, quem sic describit. *Primus mensis in Ecclesiastico anno est, cuius nouilunium proximum est æquinoctio verno.* nimirum quæcunque inepta, quæcunque friuola, quæcunque iam solide refutata corradere poterat, hæc suo inferuit & que inepto, friuolo, iam à Clauio, & aliis solide refutato Elencho; modo contra Calendarium Gregorianum, & Clauii facerent, de reliquo non cogitasse videtur aliud. Cur non Caluissi ad rationes, & argumenta ferre numerata Clauii respondes, antequam eadem, quæ alii frustra obiecerunt, frustra repeteres? Hæc taces, quæ omnes flagrant, & ad illa respondes, quæ nullus inquit; quæ nihil ad rem faciunt. Egregie profecto hanc primi mensis definitionem refutat Clauius; cur de illa files? cur non respondes? Non enim desunt, inquit Clauius, qui primum mensem aliter definiendum censent, (quod quid illis per imprudentiæ potius excidisse puto, quam ut mordicus sententiam suam tueri velint) eum videlicet mensem appellantes primum, cuius Nouilunium diei æquinoctii propinquius est sed hi maxime decipiuntur Nam cum fieri possit, ut duo Nouilunia equaliter ab æquinoctii die distent vnum quidem ante, alterum vero post, ambigi posset, & merito vtrum illorum pro Pascha celebritate eligendum foret. id quod exemplo ostendit, & subiungit: Manifestius hoc ex Cyclo decennouennæ i aurei Numeri intelligitur, quo Ecclesia Catholica à Concilio Niceno vsq; ad hanc Calendarii correctionem vsa est. In eo namq; aureum nouilunium 3. positum erat & ad diem 6. Martii, & ad diem 5. Aprilis. Quare cum perque dies equalis intervallus à die 21. Martii remotus sit, quod tam inter diem 6. & 21. Martii, quàm inter diem 5. Aprilis & 21. Martii, dies 14. intericiuntur, ambiguum erit num Nouilunium diei 6. Martii, Paschale sit, an potius illud, quod die 5. Aprilis contingit. Quartadecima luna, siue terminus Paschalis, Caluissi, est, qui primum anni Ecclesiastici determinat mensem; non autem Nouilunium proximius æquinoctio: quod vel hinc omnium constat manifestissime, quod omnia omnino Nouilunia quæ diem præcedebant octauum Martii ultimo mense adscripta sunt, quorum dubio procul multa propinquiora erant æquinoctio, quam ea quæ in quintum inciderent Aprilis diem, quæ tamè omnia, reiectis illis, primo mense ab Ecclesia deputata sunt.

Definitio

Definitioni ambigue non minus ambiguum annectis consecrarium: & quemadmodum ante, si statuamus duo Nouilunia æque abesse ab æquinoctio, ex definitione non habetur quod nam illorum primum mensem constituat; ita in eodem casu per tuum consecrarium quodnam ex duobus pleniluniis primo mensi tribuendum sit in ambiguo est; Cum vero, inquis, plenilunium sit medium cuiusvis mensis, æquidistans ab utroque Nouilunio, recte hinc concluditur, primum mensem esse, cuius plenilunium vel incidit in æquinoctium vernum, vel id proxime sequitur. Ergo quando plenilunium in æquinoctium incidit, & alterum proxime sequitur, quod nam ex his assumendum pro primo mense sit, neque ex consecrario prout consecrarium est, neque ex definitione constat. Imo ex plenilunio nihil aliud colligere iubes, quam intervallum maius, vel minus nouilunii ab æquinoctio: subdis enim: *Exp' enilunio enim de vtriusque nouilunii ad æquinoctium vernum propinquitate rectissime iudicari potest.* Quare si plenilunium consuluerimus, quod in æquinoctium incidit, illud nobis vtrumque nouilunium æque remotum indicat; atque adeo vtri primas demus adhuc dubitamus. Sin autem alterius, quod proxime sequitur plenilunium, sentetiam postulauerimus, id nobis de duobus Nouiluniis, inter quæ ipsum tenet medium, de quibus nemo dubitat, iudicium feret; tertium enim illud nouilunium quod secundum post æquinoctium est, iam ante ex numero eorum, quæ primum mensem constituunt, nouiluniorum reiectum est: recurrendum ergo ad male deducti consecrarii plenilunium denuo est; & ab hoc rursus ad definitionem; quod si fecerimus, & vsque ad defatigationem circulum nugatorium percurrere laborauerimus, concludendum tandem erit (si ea tantum considerata sunt, quæ hic in definitione, & in eo quod sequitur consecrario affert) ex duobus tum nouiluniis, tum pleniluniis non constare quod primi mensis sit. En Caluifi hominem acutissimum, ac vasserimum, acutissimis, ac vasserimis, acutiorem, & vasseriem, illum nimirum quem natura hebetiorem finxit! Ito ad librum secundum, eiusque caput tertium Num. 6. vbi regulas Paschales breui compendio dedimus; ibi, quis nam primus sit mensis discere poteris.

Ambiguum definitionem comitatur ambiguum consecrarium.

2. Pergit præscribendo leges Caluifius: Porro cum nouilunia, & plenilunia mensum, non tantum diebus, sed & horis, & minutis, quando accidunt definiantur; necesse est, ut idem etiam fiat in statuendo æquinoctio verno, ut comparatio propinquitatis secundum horas, & minuta institui possit. Sed hac in re ex te, qui omnia ad minutum reuocas, merito quaritur, cum per te necesse sit, ut idem fiat in æquinoctio, quod in nouiluniis, ac pleniluniis, cur non postea id feceris, & ex æquo vtriusque rationem inieris? Cur plenilunia ad horas, ac minuta in quemcunque demum diem incidat, annusque communis, bissextusue sit, reuocas: æquinoctium vero eodem in loco, ac die vicesimo scilicet primo Martii, in meridie fixum, ac immotum habere finis? Cur non vtraque aut ad medios motus, aut ad cyclos determinas? An quia alias aliam corradere non poteras calumniandi materiam? An quia novos tuos nefarios, ac nefastos fastos hac ratione instituendos tibi proposueras? Regula nimirum, ac norma infallibilis fastorum, ac Calendariorum vnicus Caluifius est: non autem consensus fidelium, Ecclesiæque consuetudo, & auctoritas, Patrumque, ac Pontificum decreta ac placita. *Æquinoctium vernum autem, inquis, putatur reductum ad vicesimum primum Martii; idque sic esse, vel non esse, iam non pugnamus.* Cur non idem de terminis pronuncias paschalibus, videlicet, termini paschales pu-

Caluifium Ecclesiam absque causa arctius adstringere ad motus lunares quam ad Solares.

tantur ad quartasdecimas lunas atque dies 21, 22 &c. Martii, & diem 1, 2 &c. Aprilis reducti; idque sic esse, vel non esse, iam non pugnamus? Sed hac ratione miles gloriosus *magno labore* sibi non parasset *magnam gloriam*. Elenchus gloriosus inglorius æternoque in silentio sepultus iacisset. Quæ autem quæso maior hic, quam ibi pugnandi ratio? Quasi vero Ecclesia Christi magis alligaretur ad minuta & puncta lunaria, quam solaria: ad sequendum prescius motus lunaris vestigia, quam solis. Pulchra ut luna ipsa, electa ut sol, vobis hæreticis utilis ut castorum acies ordinata: siue pugnes, siue non pugnes, eam nunquā expugnabis, contra quam nec præualebunt inferiorum portæ, ad minuta tua horaria minime alligatur. Nonne quemadmodum manente fixo æquinoctio, vnum minutum horarium, si minuta sequenda essent, lunaris motus Pascha ex mense in mensem traiecit: ita contra manentibus fixis terminis Paschalibus, vnum etiam minutum æquinoctii idem efficit? Quæ maior ratio ut illi mobiles, hoc vero statuatur fixum? Cycli, Cycli, Caluisti, ab Ecclesia approbati, tuam frangunt superbiam; dissensiones tollunt populorum; ad consensum inducunt Astronomorum discrepantiam; varietatē tollunt meridianorum; tabulas explodunt scrupulosas; epocharum excludunt incertitudinem. Qui si officio suo præesse negligenter incipiunt, qua via ac modo reducendi sint, ætate nostra didicimus: auctoritate videlicet Ecclesiæ atque Pontificum, non supercilio cantorum.

Vnius duorum
ue dierū à cal-
culis Astrono-
micis in calen-
dario discrepā-
tiam curandam
non esse.

Lib. 2. cap. 3.

Cap. 29.

Exempla quæ
Caluistius obii-
cit tanquam pa-
scha in ultimū
mensem rejiciāt

3. Merito igitur vnus duorumue dierum, Cyclorum à rationibus Astronomicis discrepantiam Ecclesia minime curat; Atq; hoc est quod *nec ipse Clavius negat, hoc in suo Calendario accidere; sed cyc'i epactarum vitio* (si vitium dicendum id est quod tot vitia tollit) *id fieri conqueritur nec VLLO MODO vitari posse*. Et falsissimum est quod subiicit: *In qua re tamen ut postea videbimus fallitur*, sed videamus nunc quod postea videndum de hoc proponit. Audiamus ut miser sui oblitus idem dicat, quod Clavius, imo plus quam Clavius; ait enim atq; vltro dat, ut supra audiuius, *ne cum Iudæis celebretur, nunquam epactis, quocunque etiam modo ordinatur cauere* posse: neq; hoc solum speciatim, sed & generatim, tam ea quæ hoc capite criminatur, quam in præcedente, atque pluribus etiam aliis locis, nemine virgente concedit: imo eadem numero verba quæ ante negauerat, de iis enim, quos & minutiores vocat errores, sic habet, *Non autem loquimur hic de minoribus quibusdam erroribus, qui in huiusmodi cyc'lo, qualē Lilius excogitauit, etiam si optime instituatur VLLO MODO vitari possunt, quando videlicet quartadecima luna vno vel altero die à plenilunio Paschali abit, unde errores in Paschate celebrando committuntur, quales fuerunt quos supra Cap. 19. & sequentibus recensuimus*: Sed hoc caput 21. est vnum ex iis quæ caput decimum nonum proxime sequuntur: Ergo non Clavius sed tu falleris: aut hic autibi mentitus es: non ibi (capite 29.) ergo hic. Quoties te oportet monere, mendacem debere esse memorem. Sed audi recordaris ne quanto fastu, quantaque audacia te cum Clauio positis conditionibus pugnaturum *cum magna spe victoria* obtuleris: nonne illæ conditiones omnia comprehendebant ea quæ Cycli necessario secum trahunt? At quid aliud hætenus attulisti, quam talia quæ ratione Cyclorum vitari nequeunt, in quibus tua videtur posita victoria. Optime sane conuenit in te tritum illud: Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

4. Venio iam ad tabellam tuam in qua exempla siue annos refers, in quibus, ut criminaris, *Pontificii contra tertium hunc Ecclesiæ de Paschate recte peragendo Canonem* peccant,

peccant, & pascha in duodecimo mense celebrant. eam cum brevis sit, huc transfere-
mus, vt ex vngue, quod aiunt, cognoscat lector leonem, in vna nimirum, omnes
conspiciat: Sic ergo habes: *Accidunt autem omnia in eiusmodi annis, in quibus est e-
pascha 23, & terminus pascha'is fitur in die 21. Martii. In hisce enim tantum contra hunc
Canonem peccari potest.*

Anni	Plenil. Paschalia.				Anni	Plenil. Paschalia.				
	<i>Epascha 23 Terminus 21. Martii.</i>	Dies	fer.	hor.	mi.	<i>Epascha 23 Ter Pasch. 21 Martii.</i>	Dies	fer.	hor.	mi.
1780	20 Mar	2	19	34		2524	21 Ma	3	7	45
2372	20 Ma	2	19	26		2581	21 Ma	4	9	22
1704	21 Ma	6	1	25		2972	21 Ma	7	7	59
1742	21 Ma	4	10	30		3564	21 Ma	7	7	49
1761	21 Ma	7	2	59		4213	21 Ma	1	9	19
1799	21 Ma	5	11	6		4232	21 Ma	4	1	50
2334	21 Ma	4	10	21		4270	21 Ma	2	10	54
2353	21 Ma	7	2	54		4289	21 Ma	5	3	28
2391	21 Ma	5	11	57		4460	21 Ma	1	8	18

Tabula Caluissiana.

Plenilunia Pascha'ia in hisce annis omnia incidunt vel in vicesimum diem Martii, vel in vicesimum primum in horas antemeridianas. Ideoque in hisce annis omnibus Pontificii Pascha peragunt in duodecimo mense contra Canones. Contra Canones videlicet canonicis: Canones Patrum nihil de horis, nihil de minutis præscribunt horarum.

Rursus autem ex te lubet quærere, cur quemadmodum ex tuis placitis, tuisque tabulis assignas plenilunia, non ex eadem tua sententia sedem statuas æquinoctii, quam pro Calendario Gregoriano semel iam, Capite nimirum decimo statuisti, diem vicesimum primum Martii, minutis octo post meridiem? Videbas nimirum si hoc facere voluisses tabellam tuam abituram in fumum ac nihilum: omnia namque eius plenilunia, sedem sequuntur æquinoctii. Imo etiam si eam posuisses mobilem, statutaque radice anni 1600, vt nos supra in tabula capitis octauæ Lib. secundi fecimus, per annum medium æquinoctiorum loca in quisiuisses, nihilominus tamen minimum octo ex tua tabula debuisses expungere annos. Si autem tuam assumpsisses radicem anni 1600. quam ponis in tabula capitis tertii, rursus tota tua tabula disparuisset.

*Inæqualis ratio
examinis Caluissiani.*

Sed demus & hæc tibi, an reliqua idcirco omnia sibi constabunt? Calculus tuus nullos admittet errores? Nouum hoc esset Caluissi non errare te, qui errare te non posse prædixeras; aut saltē vt erroris conuincereris æmulos prouocaras. Anno Christi 2391. Pascha fore dicis in vltimo mense, siue, vt tecum loquar, in duodecimo. Quare? Quia plenilunio tria solida defunt horarum minuta. O magnum in re parua nugatorem! Quasi vero Christi Ecclesia ex tribus dependeat horarum minutis, eaque ne negligentur *seruissime*, & quidem sub *pœna excommunicationis in Ecclesia prohibitum* sit! Quid si cantor male subduxisset calculum, & non solum tria non deessent minuta, sed & alia quinque superessent? An idcirco quasi à fædissimo liberabitur Ecclesia peccato, excommunicationisque

*Errores absurdæ
Caluissi.*

nisque expers manebit? Pudeat te tanta nugarum, tantæq; oscitantia, vilius certe operam tuam discendo, quam docendo collocaueris. Neque enim hic solus est error tuus: anno 1799 plenilunium asseris fore 2 Martii, hora 12, 8'. cum tamen ex pleniluniorum tuis tabulis horæ inueniantur 12, 8'. Et ita rursus per te Pontifici à peccato, quo eos falso accusasti, absoluti sunt. Nam idem est eodem anni plenilunium in tabula centuriæ 1700, quam supra capite 20 proposueras, ita determinaueras: nimirum 2 Martii, hora 12, 8', non autem hora 12, 6'. Elige quod vis: aut erroris te conuictum esse: aut mendacii. Atque hæc alia tunc sunt insignia, & trophæa victoriæ.

Caluissius examinat Calend. Gregorianum præter rationē ad remotissimam secula.

5. Notauit forsitan se erroneis istis exemplis parum profecturum, maxime cum ex tribus annorum millibus vix octodecim corradere posset: ad vltiora ergo secula vela facere instituit, vltraque ducenta nonaginta septem annorum millia anchoras iacere, eo illum sequatur qui velit, errorisque ipsum arguat, nobis tanto interuallo à Gregoriano Calendario recedere, aut Clauianos cancellos perrumpere non vacat, abeat ipse licet quantum velit, nos tamen, qui eas vias omnes iam dudum perspectas habemus, nequaquam effugiet. Notandum primis eius malicia est, cum enim eos annos, quibus Clauius æquationem suam superadditam adhibuit, examinare instituat: is autem eam vltra *ante annos vel etiam 200000* vt supra capite quarto, numero 4 habuimus. productum *non* expresse monuerit: terminum hunc Caluissius prætergredi non debet, imo tanto numero, qualis fere est medietas, illis enim addidit alia fere *cent* annorum millia. Id quod tibi Caluissius etiam aliis locis, vbi idem facis, dictum. Allegas quidem locum, in quo à Clauio proponitur tabula, quæ ad annum *vero* 310000 extenditur: At meminisse debebas eam potius exercitii, atque exempli causa allatam esse, quam æquationi vulgari congruam, sicut et annus 90006000, de quo expresse monet, facta suppositione, eum motui lunæ non responsurum, curamque in seculis istis remotioribus relinquendam merito esse. si qui futuri sunt, nostris posteris Si vero omnino per aliquam æquationem facilem, Liliæque non absimilem vltioris progredi velimus, *contenti simus*, ait pag. 181 *si nãq; æquatio ad annos 100000 vel etiam 200000 non multum à vero discrepet*. Igitur hæc exempla tua, quamuis pauca, nimirum 18 tantum, eaque duabus tabulis comprehensa examinare supersedeat: neque quo Calendario post trecenta millia annorum opus sit solliciti sumus.

Caluissius secū magis, quam cum Clauio pugnat.

At nonne lepidum hoc est, quod vbiq; fere pugnantiâ dicis: animi pendeo, neque sat scio vtrum Caluissius Clauio, an potius sibi pugnam indiderit: nam secum ipse sæpius, quam cum Clauio pugnat. Paulo ante dixerat de *annis in quibus est epacta 23, & terminus Paschalis* figitur in die 21 Martii. In hisce enim *TANTVM* inquit, *contra hunc Canonē peccari potest*. Nunc vero paulo post sic habet: *Ceterum ne quis putet* (Caluissium mentiri non posse) *huiusmodi errores, quod Pascha in duodecimo mense contra Canonem celebrent, TANTVM si terminus Paschalis in 21 Martii incidat, committi, videamus etiam exempla quadam ex alijs centurijs, in quibus etiam epacta 22, quæ terminum Paschalem in die 22 Martij statuit, peccatum hoc committit*. Summa autem centuriam 297600 &c. Sed accidit ipsi non solum quod Poëta ait, *Stultitia fugiunt vitia in contraria currunt*: sed et dum de vno mendacio cogitat, alterius obliuiscitur. Et excessit fingendi audacia modum. En recens aliud.

Avero etiam

6. *Notrum vetus Calendarium*, inquit, *hoc peccatum admittere non potest, cum terminus Pascha*

nus paschalis citimus fere vndecim diebus æquinoctium sequatur, ideoque & hic securis nobis esse licet. Docte profecto, vt nihil supra, plenilunium videlicet in Calendario Gregoriano à termino Paschali abiturum in annis 29000. ad biduum vsque: in veteri vero perpetuo eodem loco mansurum, tam plenilunium quam æquinoctium, ita vt citimus terminus Paschalis semper fere vndecim diebus æquinoctium, & Pascha ad minimum die quinto post plenilunium secuturum sit. Si in schola Caluissii talia committit ipse magister, qui se non rudem, sed satis exercitatum ab aliquot annis esse affirmat: quid non committent discipuli, nec dum satis exercitati? Macte vir, Caluissi, perge ita lucubrationibus tuis, æternas ad tenebras amandandis. Reuoca in mentem, quæ tibi in fine capitis sexti ostendimus, de Paschate vestro nundinario, quod spacio illo temporis quo vsque tu Calendarium examinas Gregorianum, sexies per omnes anni varietates, mensesque Ecclesiasticos circumducetis: ita vt nullus omnino error in Paschate celebrando excogitari possit, quem in Calendario vestro non committere possitis. Nonne expresse cap. 3. libri 1. hæc ponis verba: *Atque ita sæpissime Pascha in secundo mense, in mense vt Iudæi etiam num appellant impurorum celebramus?* (Quid ais Caluissi? purior Ecclesia in mense impurorum?) Ergo, si secula durent, aliquando sæpissime Pascha in tertio mense, in quarto, in quinto, in sexto, in septimo, in octauo, in nono, in decimo, in vndecimo, in duodecimo celebrabitis. Eadem enim prorsus caussa, quæ Pascha vobis ex primo in secundum transtulit mensem; eadem etiam ex secundo in tertium, & vsque in duodecimum transportabit. Frustra igitur tuam consolaris puriorem Ecclesiam, eam perpetuo in menselæ purorum permansturam. Ideoque & hic, inquit, securis nobis esse licebit. At nos securim inuenimus ad incidendam hanc securitatem tuam, ad incidenda, quæ passim occurrunt, mendacia tua. Tenedia libertas tua, vt haber prouerbiū, securi tenedia præcisa est.

CAPVT DECIMVM.

Caluissium sua potius quam Calendarii Gregoriani absurda probare, dum id Pascha cum Quartadecimanis agere frustra probat.

Pergit cap. 22. suo more demonstrare Caluissius, Pontificios celebrare Pascha cum Tessareshedecatis, siue cum Quartadecimanis hæreticis ante plenilunium. Et primo quidem testimonia adfert Clauii, quibus id non licere comprobat: at si tibi contra opposuero tua testimonia, quibus id in epactarum cyclo (& eadem de aliis cyclis est ratio) etiam si optime instituat, nullo modo vitari posse, vt aliquando quartadecima luna vno vel altero die à plenilunio Paschali non abeat, vnde errores (si quidem errores) in Paschate celebrando committuntur, vltro affirmas? Cum igitur cyclis promotibus Astronomicis vtendum Ecclesia edixerit, etiam ea, quæ cyclis necessario sequuntur, simul edixit: licebit ergo aliquando quod cyclus secum adfert cum quodam quasi errore, absque tamen contra Ecclesiam peccato, Pascha aut in ultimo mense, aut ante plenilunium, &c. peragere. Non negat ergo Clauius hoc accidere etiam, quamuis raro, cyclis in Calendario Gregoriano vltatis. Ad hoc igitur responde, cur Clauii verba deprauata ac mutilata, etsi distincto charactere, retuleris? An quia verebaris responsum hoc, Clauium ea ad hominem dixisse, eum videlicet, qui omnes omnino errores vitasse, atque epactas egregie digesse

Quædā incommoda ex cyclis oriunda vitari non posse, Caluissii testimonium cap. 29.

Hh

gloriat

Caluissū rursus
male referre
verba aliorum.

gloriatuſ sit? Ait Clauius loco à te citato in Elencho nimirum contra tuum Scaligerum pag. 118. *Quando igitur tua XIV. duobus diebus plenilunium antecedit, scito te contra canones peccare. I'u substitisti: Quando luna decimaquarta duobus diebus plenilunium antecedit, scito contra canonem peccari.*

Canon. 2. Cal.
Greg.

Eadem omnino fide, hæretica nimirum, refert verba canonis secundi Calendarii Gregoriani. Redditur eo in canone ratio, cur epactæ nouilunia media sequantur potius, quam cum iisdem in eundem diem incidant, nimirum cum nullus cyclus lunaris ad vnguem ca'culo Astronomico respondere possit, sed modo citius, modo tardius nouilunia indicet, maturo consilio, tanquam minus incōmodum epactas postpositas esse, ne cum Quartadecimanis hæreticis sacrosanctum Pasche hæ, vel in XIV. luna, vel ante e' ebretur, etiam contingat aliquando Pascha celebrari post diem 21. lunæ. Minus enim hoc peccatum est, ait Canon, quam si ante diem XIV. luna celebretur, vel in ultimo mense; quod esset absurdissimum. Absurdissimum vocat Calendarium Gregorianum id, quod cum cæteris paribus commode vitari potuisset, vitatum non fuisset: sed v'lo modo vitari posse tu ipse negas: Non ergo delirer egisti id asserendo simpliciter & absolute, quod non nisi conditionate positum erat: malitiose vero verba immutasti, & tanquam canonis propria diuerso caractere exhibuisti: Minus peccatum est, habes tu, Pascha celebrari secunda Dominica post decimam quartam lunæ, quam si illud cum Quartadecimanis hæreticis, vel in decimaquarta luna, vel ante, quod absurdissimum est peragas. Sed de his satis diximus lib. 1. cap. 4. Num. 8.

Caluissii in Clauium fingendi
licentia.

2. Deinde ut methodum serues, à criminationibus ad mendacia gradum facis. Hac autem aperta asseueratione, inquis, Clauius ut arbitror, persuadere conatur omnibus, Calendarium hoc Gregorianum ab hoc errore plane integrum esse, & omnino purum. Ita nimirum arbitraris, quia omnia tibi ad arbitrium fingis. Quo niteris fundamentum, qua ratione? An quia Clauius de hoc expresse admonuerit, cum dixerit: Deinde cauere non potest quin aliquando cyclus (quicumque tandem ille sit) offerat Pascha luna XIV. ante plenilunium medium celebrandum! Aut certe, quia ipse tabulam festorum mobilium ad annum v'sque Christi 5000. extruxerit, in eaque omnium annorum ab anno .600. Pascha, quartadecimas, & plenilunia Paschalia exhibuerit? Aut denique, quia ipsemet catalogum eorum annorum, in quibus ante pleniluniū aliquando Pascha celebrabitur contexuerit? Errores aliquos secum ferre cyclo-rum rationem aperte fatetur: cum vero nolle errores illos vocari, aut esse proprie Calendarii Ecclesiastici errores, vltro tibi concedimus.

Aliud Caluissii
figmentum de
pascharis in no
uilunio peragendis.

Verum tu his non contentus figmenta addere figmentis non dubitas, & ais quartadecimam siue terminum Paschalem nimirum ac frequentissime abire à plenilunio, adeo ut si ad Calendarium Gregorianum Pascha semper celebrandum esset, sapius id fieret in nouilunio, quam in plenilunio: quamuis cap. 19. dixeris: Toties enim fere Pontificii cum Iudeis in Paschate concurrunt, quoties quartadecima luna incidit in Sabbathum siue feriam 7. Id quod in vna annorum centuria observata proportionè plus decies accidere potest. Si ergo in quauis centuria decies celebrant in plenilunio (Iudeos enim semper in plenilunio celebrare Pascha dicis) quomodo fieri potest, ut in reliquis annis quartadecima tam prope à plenilunio accedat ad nouilunium, ut in eo Pascha celebrari possit? Conciliet hæc, qui meliori est ingenio. Sed esto, quartadecimā accedere ad nouilunium posse. Ideo ne ut hoc fiat permittit Calendarium Gregorianum? Nam ut sexcenta loca apud Clauium taceam, ipsum admonet Caléuazii Compendium, quid facto opus sit: Quod si quando, inquit, acciderit (varietas aut

aut dissensio anni atque mensium cum solis ac lunæ ratione) eadem hac vi bellissime in suum statum docet posse restitui, per intercalationem scilicet vel omissionem aliquot dierum in æquinoctio, per epactarum mutationem in motu lunari. Quis autem tam luscus erit, ut lunam nouam pro plenilunio habiturus sit? An non à luna bissexta, antequam eo peruenietur, correctionis, de qua admonet Calen. Gregorianum, quiuis præmonebitur? Quid quæso tanto torqueris Caluisci liuore? Quid imperitissime imperitorum animos contra Calendarium Gregorianum mendaciis tam apertis concitas? non illi eadem cum Calendario Iuliano conditio est: non eadem, quæ aureorum numerorum, epactarum est incommoditas, eadem pertinacia.

Sed cum deinde ex hoc, quod Clauius in tabula æquationis Liliانا, à se certas ob rationes extensa, ad annum 8100 adscripserit; *Huc vsque inclusive bene respondent nouilunia*, deducis eum affirmare, Pascha non posse aliquando ante plenilunium medium incidere, ante illum annum 8100. non nisi falsum deducis: locutus est Clauius de ratione cycli, & vulgari æquatione, respondere nimirum bene nouilunia; cui rei epactis videlicet indicibus, epactis cyclicis, quantum nimirum in ratione cycli ad propositum suum explicandum sufficit, hoc affirmat, & non aliud: etiam si aliquando ineuitabilis, ut tu ipse concedis, reperiatur discrepantia: quod nullibi negat Clauius, vel te ipso teste, qui capite præcedenti dixeras, *Nec ipse Clauius negat, hoc in suo Calendario accidere, sed cycli epactarum vitio id fieri conqueritur, nec vllō modo vitari posse.* En ut purum purumque criminatore agis! Imo & transcriptorem. Cur enim Clauii rursus immutasti verba, eaque ut Clauiana à tuis diuerso caractere exprimi? Iis enim, quæ paulo ante ex Clauio retulimus, tu substituis: *Huc vsque motus lunæ recte respondet.* Describere tabulam æquationis poteras, verba sacra Scripturæ, bullæ Pontificis Maximi, canonis Calendarii Gregoriani, Victorini & Clauii non poteras; saltem tua non pro talibus vendidisses, aut ea non transposita, deprauata, immutata, mutilata, male connexa, diuerso typo ac caractere imprimere iussisses.

3. Post hæc proponit criminator iste duas tabulas, in priori ex præcedentibus annis vsque ad centuriam seu annum Christi 8100 exempla aliquot corrasit, in quibus omnibus, ait, *quartadecima luna plenilunio Paschali prior est toto biduo, interdum triduo.* Vtrum verum dicat, bonas horas in examen male subducti calculi collocando experiri nolimus; corrigat ipse, si velit, suos errores; fallacem ipsum iam sapius experti sumus. Quoniam autem in allatis priori tabula exemplis, ob remotionem literæ Dominicalis à quartadecima, nunquam Pascha ante plenilunium celebrandum fatetur ad alteram pergimus tabulam. En septuaginta duo exempla, inquit, ex iis annis collecta, qui, referente Clauio, ad motum lunæ se recte habent (recte iam tibi illud tuum recte explicauimus) in quibus Gregoriani cum Tessareskadecatistis, siue *Quartadecimanis* hæreticis ab Ecclesia proscriptis, Pascha suum ante plenilunium celebrant, & quod peccatum eorum auget, deterioresque eos facit *Quartadecimanis*, qui nunquam quartadecimam suo Paschate antenerant, aut priores erant Iudæis.

Hi non solum die vno vel biduo illud ante plenilunium celebrant, quod absurdissimum esse Calendarium Gregorianum ipsum pronunciat; sed etiam sapissime in hisce annis, biduo antequam Iudæi suum agnum Paschalem mactent, & azymos comedant, Pascha agunt. Exemplum sit anno 2106. in quo Pascha Iudaicum propter Gadrat. feria tertia, die 20. Aprilis agitur, cum Pontificii suum peregerint die decimo octauo Aprilis. feria prima, cyclo lunæ 17.

Et sic in aliis exemplis, ut anno 2133, 2451, 2471, 2495 & reliquis, præsertim quando pascha in Aprili celebratur. Hæc Caluissius.

Dubium nullum esse potest quin hisce verbis Lectoris animum vehementius ad detestandum Calendarium Gregorianum commouere voluerit: sed bo- uem hunc aduersum se ipsum puluerem commouisse, veritatemque fumis ac nebulis inuoluisse, iis discussis manifestum faciemus. Et primo quidem exami- nanda esset ipsa tabula, nisi iam experti essemus Caluissium crimininationibus magis, quam calculo exercitatum esse, eumque ut in omnibus suis, ita etiam in calculo sibi similem, hoc est si quis, ut res ipsa est, loqui velit, erroribus ubique refertissimum esse: *Exempla, quibus id demonstratur, hæc sunt*: Anni Christi nimirum 2150, 2495, 4917, 5382, 5578, 5951 in quibus omnibus aut falsus est, aut fallere voluit, ut obi- ter hinc inde duce pleniluniorum tabula discurrendo inuenimus. Falsum igitur est eum exempla 72. corrasisse, in quibus pascha ante plenilunium celebrandum veniat.

Fraus Caluissii, qua diem diuer- si modo inchoat notatur.

4. Secundo dolo suo ac fraude utitur, quam supra capite 8, in homine isto notauimus; nimirum circa diei determinationem & acceptionem. Antea enim capite suo 20, ut ostenderet quartadecimanam cum plenilunio in Calendario Gregoriano sæpissimè incidere, diem à media nocte orsus est, sicut enim, quod prætenderat, plura se exempla adferre posse præuiderat. Hoc vero capite 22, quod præ manibus nunc habemus, stylum mutat, & diem à meridie præceden- te inchoat. Quare? quia hac ratione aduertit se vna cum erroribus exempla colligere posse 72. Si enim ut antea diem à media nocte incepisset, exempla non 72, sed transpositis characteribus 27, tantum reperisset, pro septuaginta duobus, videlicet viginti septem. Capite autem sequenti 23, rursus collum istud versatile pellem mutat, & diem non ut ante à meridie, sed rursus à media nocte numera- re incipit. Quare? ut liberius criminari ac fallere possit, ut videbimus. Si valet id quod ex Clauio citas, *Adscribimus plenilunium, quod post meridiem euenit, sequenti diei, &c.* cur idem non etiam cap. 20. & 23. seruasti? cur solum valebat Cap. 22? Si vero dies à media nocte, ut multis contendis, inchoandus est, cur idem non etiam hoc Capite seruasti? Cur pro 27, exemplis 72. enumeras? Nonne lectori hac fraude tua imponere voluisti? *Sed scito tamen te non omnibus imposuisse: sed esse, qui fucum tuum videant, absurditatem rei cognoscant, & fraudem tuam, quam magno labore excogitasti, sine labore & industria perscrutentur.*

Caluissius eadem numero pascha ta & citius & tardius à Ca- lend Gregoria- no præscripta ef- se criminatur. Cap. 23.

5. Tertium quod ex eadem eius tabella colligitur est, quod, ut eam multis repleret annorum exemplis, exempla transtulit ex tabula in tabulam; & vnum & idem Pascha, in vno eodemque anno Christi contentum, illi dicitur & cum Quartadecimanis ab Ecclesia proscriptis, & in mense secundo celebrandum. Quid dicis Caluissi? Quartadecimani ne celebrarunt in secundo mense? Ideo ne ab Ec- clesia proscripti sunt? Nonne tu ipse de duobus Canonibus quorum alter ne Pascha post 21. lunam agatur, cauet, *Alter, ne Pascha ex primo mense in secundum qui mensis impurorum dicitur, transferatur*, prohibet, aperte dicis, *sed leuiculi errores hi ab Ecclesia semper existimati sunt, quod creditum fuit, eos nulla ratione plane vitari posse. Ideo- que nullâ ignominia vnquam notari fuerunt, qui contra hosce Canones aliquid committe- rent?* Ergo Pascha agere in mense secundo non est agere cum Quartadeci- manis ab Ecclesia proscriptis. Si in posterum similia pura mendacia, ne noreris, proferre cupis, facias id intra parietes purioris Ecclesiæ tuæ, fortassis ibi quotidiana mendacia

mendacia, ob nimiam familiaritatem, non tam facile notantur: extra, ut vides, nimium propalantur. Annos ponis in posteriori illa tua tabula 3344. 3936. 5367. 5739. 5834. 5891. 5951. 6111. 6331. 7170. 8009. & de illis exclamas: En, &c. in quibus Gregoriani cum Teflareskæ decatitæ, siue Quartadecimanis hereticis ab Ecclesia proscriptis, Pascha suum ante plenilunium celebrant, &c. Item: Absurdissimum certe est, memoriæ resurrectionis Christi celebrare velle priusquam tempus memoriæ passionis, mortis, & sepulture aduenerit. Et deinde de iisdem numero annis, de iisdem omnino Paschatis, repetitis iisdem terminis Paschalibus, iisdemque pleniluniis, cap. 24. dicis: in quibus omnibus Pontificii suum Pascha in secundum mensem traiciunt, quod ut cuius ad oculum appareret, non tantum apposui ea plenilunia (quæ superius in hac huius 22. capitis tabula posuerat) qua Pontificii pro Paschalibus in secundo mense, in mense impurorum habent: sed adiunxi simul etiam plenilunia vere Paschalia in primo mense, &c. An non ista pura, imo impura sunt mendacia. Nonne manifestissime aut hic, aut ibi, aut, quod non omnino abs re, utrobique mentitum te esse, conuictus es? Quid dicam? Quid exclamem? propter hanc solam adeo absurdam & stultissimam opinionem Caluissii Elencho huic insertam, & ab Origano vna cum Elencho approbatam, Caluissianum Calendarium certe ipsum dignum esset, ut ad inferos amandaretur. Hoc opinor est illud, quod non est cuiusvis, sed, quod Caluissius solus non sine industria, magnoque labore ad magnam sibi parandam gloriam, ab aliquot annis perscrutatus est: nimirum in secundo mense Pascha celebrare, esse memoriæ resurrectionis Christi celebrare velle, priusquam tempus memoriæ passionis, mortis, & sepulture aduenerit. An non videtur tibi lector iste Calendariopæus in re Calendarii Christiani & Ecclesiastici bene versatus, & talis, cui correctio aut institutio Calendarii merito committenda sit? Nisi in æmulis tuis omnes, ut te erroris conuincant, prouocasses, nisi te ab aliquot annis exercitatum affirmasse, ista adscribere alicui errori poterant: nunc vero non nisi dolo ac fraudituz. Fateor (inquit S. Hierony. agens cum Ruffino, criminatore tibi non absimili) inter cuncta maledicta, qua vel obiicis, vel minaris, nihil ita à me repellendum est, quam fraus, dolus, infidelitas. Peccare enim hominis est; insidias tendere diaboli.

6. Eadem omnino arte vsus in priori tabula es, in qua inter reliquos recentes annos 29. nimirum 2114. 2171. 2706. 3135. 3154. 3211. 3287. 3306. 3325. 3363. 3382. 3431. 3602. 3659. 3803. 3917. 3955. 3974. 3993. 4031. 4050. 4623. 4642. 4919. 5815. 5853. 5872. 8047. 8066. atque hoc capite 22. affirmas, in hisce annis hoc peccatum per literam Dominicalem auerti; nimirum ne Pascha ad modum Teflareskæ decatitarum ante plenilunium celebretur. Capite vero 24. de iisdem omnino annis huc in finem cum iisdem terminis & pleniluniis Paschalibus in tabula collectis, ais, in quibus omnibus Pontificii suum Pascha in secundum mensem traiciunt. Magna profecto virtus, vis magna literæ Dominicali inest, quæ Pascha ex primo mense, in quo Teflareskæ decatitæ Pascha suum celebrare soliti erant, in secundum vsque ultra quatuor hebdomadas transportare valet! Quis vnquam hæc credidisset, nisi ea Musicus nobis decantasset? Macte virtute, ingenio, & inuentione, Caluissi, Age, festina, extrue Deo aram, para hostias, & vel Hecatomben immola pro inuentione tam abstrusa, & ab intelligentia hominum remotæ, & recondita ad excogitandum rei. Statuam promeritus videris, quod in tantis rerum obscuritatibus facem alluxeris. Quis alius tantam rem excogitare potuisset, cum eius nec vestigium, nec vola in tota Astronomia extet? Tibi igitur hæc laus merito debetur. At nonne te pudet, Caluissi, tam stultæ opinionis, quod credis, literam Dominicalem posse Pascha ex primo in secundum traicere mensem, aut certe

Stultissima Caluissi de litera Dominicali opinio, è verbis ipsius deducta

sari: Hoc hoc vocandum erat diuinum inuentum, non imperitia Clauis futura. (Agnoscis Lector vnde Caluifius modestiam suam didicerit, ex quo fonte criminationes suas hauferit?) Item, Diuina, diuina Iudæorum anni ratio potuit Liliis praire, quomodo & rem accuratius exequerentur, & existimationi suæ consulerent: Nimirum quomodo Pascha in Maium, Iunium, & vltius protruderent. Quid aliud restat quam vt à Paschate ad circumcisionem gradum faciat; quæ fortassis & causa est quod Clauium tanquam vastum aliquem ex cohortibus incircumcisorum Goliadum appellaueris.

Caluifii nescire paschata Iudaica computare, cumque sibi ipsi contradicere.

Sed antequam ex hac dimittaris Synagoga, monendus rursus es, antequam methodum Iudaicam, vt promittis doceas, eam vt ipse prius discas. Ais biduo præueniri Pascha Iudæorum siue quintumdecimum Nisan, à Paschate Christianorum annis 2471, & 2495: cum tamen in eundem diem incidant. In priori enim Character Tisri sequentis est 3. 12. 375, ipsa vero Neomenia feria tertia die 15 Septembris: sequitur ergo Pascha præcedere in feria prima die 5. Aprilis; In posteriori vero anno character Tisri proxime sequentis post pascha est 3. 2. 456, & Neomenia feria tertia die 10 Aprilis præcurrat. Polliceris multa Calu. si; & nihil aut parum præstas.

Rursus si verum est Quartadecimanos Pascha cum Iudæis agere, vt asseris, idque ante plenilunium, vt idem affirmas: ergo falsum est in quinque illis à te enumeratis annis 2106, 2133, 2451, 2471, 2495. Pascha Iudæorum à Paschate Calendarii Gregoriani præueniri biduo: & tantum abest vt præcedat hoc biduo, vt etiam solido die sequatur. Si dies inchoetur more communi, & Caluifii, à media nocte: in omnibus enim illis annis Pascha Calendarii Gregoriani & plenilunium, vnum eundemque diem occupant. At Caluifius citando suum *Gadrat*, fumum se posse ac caliginem obtendere putat, quibus ex oculis omnium lumen auferat. Nimirum rudis, Caluifii, esse debet, qui Caluifium se minime rudem affirmantem ac prædicantem rudem non inuenit.

Quid Caluifius cum exemplis suis contra calend. Gregorianum efficiat.

9. Scis ne Caluifii quid tu, aut quiuis alius tibi similis talibus, quæ adfers exempla, etiam si vera omnia essent, contra Calendarium Gregorianum efficere poterit? Ne titiuitium. Ea enim omnia per accidens, vt loquuntur se habent, & aliquando ita cogente cyclo quasi præter intentionem eneniunt, id quod Patres Concilii minime latere poterat: Neque contra hoc quicquam sanxere, aut aliquam tulere censuram. Istos fulmine suo feriere, qui aut per se, aut semper cum Iudæis, aut ante plenilunium Pascha celebrandum summa pertinacia contenderunt, vnitatemque fidelium tricis suis ac dissensionibus turbarunt. Id quod clarissime constat non solum ex damnatione Quartadecimanorum: sed etiam exemplis & paschatis proxime post Concilium Nicenum, aliquando cum Iudæis, aut ante plenilunium, iuxta Cycli normam celebratis, vt ex nostra 400. annorum tabula patet, euidentissime probatur. Quæ autem tu contra adfers, aut meræ calumniæ, aut mendacia sunt: quale etiam illud est à te impudentissime prolatum: *Patres Concilii Niceni, ais, adeo auersati sunt hunc errorem, vt ea seueritate ex Ecclesia eiecerint, vt exemp'um NVLLVM ex omni historia dari possit, in annis plus minus 1300, hunc error. m. admissum.* Hoc dico (omnino enim ita dicere cogis) impudentissimum tuum esse mendacium, nisi forte ea Paschata quæ ante plenilunium cum Iudæis celebrata sunt, cum ex ratione cycli & per accidens eo modo celebrata sunt, errorem hunc, sicut propriè error non est, non includere velis.

Caluifii signum quod pascha ante plenilunium medium nuncquam actū esse.

Verum,

Verum si hoc velles, neque etiam quod contra Calendarium Gregorianum hisceres, haberes. An idcirco verum dissimulas, Caluifi, vt tibi tutum sit, cum uoueris falsa defendere? An putas mendacii crassissimi ac manifestissimi argui non posse, eo quod addideris, *ex omni historia*? Nonne recordaris te omnes assignasse terminos Paschales atque ex obscuro eruisse, qui à mille & fere trecentis annis in usu fuere? aut ex aliqua historia eos desumpisti, aut quod rursum pessimum te arguit, è mente tua finxisti? Nonne recordaris te assèuerasse primitiuâ Ecclesiam prohibuisse, *Ne pascha in vltimam mensis lunaris hebdomadem reiciatur, in dominicam scilicet, quæ vicesimum primum diem mensis lunaris sequitur*? Ergo quando Dominica incidit proxime post terminum Paschalem, in ea Pascha celebratum fuit. Inspice igitur nostram tabulam, ex tuis terminis Paschalibus, ex tua pleniluniorum deductâ tabula. Anno proximo post Concilium, anno videlicet Christi 326, quo die Pascha peractum est? in quæ diem plenilunium incidit? Nonne Pascha die 3. Aprilis celebratum, plenilunium quod die 4. Aprilis Hora 4. confectum est præcessit: Ergo exemplum dari potest Paschatis ante plenilunium confecti: Ergo Iudæos Christiani die solido præuenerunt, qui te attestante semper in plenilunio celebrant: si vero computus illorû tunc in usu fuit, solido biduo Christiani præuenerunt, azyma enim celebrarunt Iudæi, quod tibi Pascha est, die 5. Aprilis. Neq; hoc solû inuenies exemplum, si diligenter tabulâ perlustraueris. Anno enim 350 Pascha suum Christiani peregerunt die Aprilis 8; Iudæi vero ex suo computo die decima Aprilis. Idem videre licet anno 346, quo Iudæorû computus Pascha exhibet 25 Martii, Christiani suû celebrarunt 23 Martii, sequente plenilunio in die 24 Martii, hora 5½. Sic anno Christi 475 Pascha Christianum actum est die 6 Aprilis, die solido sequente plenilunio in die 7 Aprilis, hora 1½, integro vero biduo Iudæorum Paschate, quod in diem octauum Aprilis incidit. Item anno Christi 495 idem accidit, Pascha namq; Christianum in diem 26 Martii incidit, Iudaicum biduo post in die 28 Martii, plenilunium die 27. Non exclaimas Caluifi, *absurdissimum certe est, memoriam resurrectionis, &c? Patres Concilii Niceni adeo auersari sunt, &c?* En vt rursus mendacem te inuenerimus.

Exempla pascha-
rum ante pleni-
lunium celebra-
torum.

Fortassis instas miser, vt tibi ex historia aliquod afferatur exemplum; allata ex nulla esse desumpta historia: Mereri ea exempla fidem historicam non puto esse qui negare vellent; neq; tu potes, nisi mendacem te afferas: fortassis facies, vt semel veritatē te dixisse probes. Quid ergo, si tibi etiam ex historia Pascha Christianum adferri possit ante plenilunium celebrati: fateberis ne & hoc te mentitum esse? Ius mihi quo contra Calendarium Gregorianum usus es cōcede, & dabo exemplum: concede nimirum vt diem à meridie præcedente, vt tu in exemplis, quæ attulisti, fecisti, & ecce exemplum! Theophilus Alexandrinus & supra cap. 6. Num. 9. habuimus, in sua epistola paschali, quæ incipit *Christum Iesum*, præscripsit Pascha anno Christi 401. (vt probauimus) celebrandū die 19. Pharmuti, hoc est, die 14 Aprilis, in quo pleniluniū incidit sesquihora post meridiem, atq; adeo diei 15. Aprilis adscribendū: Ergo ex historia habetur exemplū Paschatis ante pleniluniū celebrati; id q, quod nimis confidenter tu negasti: & rursus erroris, vel si minus, mendacii conuictus es. Scis Caluifi quid facias vt hinc exeas? Dicas epistolam Paschalem nō esse historiam, & sic, si superis placuerit, libereris. Vereor tamen vt tibi annus 590 ex Gregorio Turonensi obici possit; & sic neq; hac ratione exhibis. Noster es, Caluifi, noster es.

Exemplum ex
Theophilo pas-
chatis ante ple-
nilunium cele-
brati.

Alia exempla.

Quod si eodem iure uti velimus, & plenilunium post meridiem accidens, sequenti tribuere diei, adhuc plura exempla dare poterimus Paschatis ante plenilunium peracti: alia sex saltem, ad sex enumerata ex prioribus binis post Concilium centuriis desumpta adiungemus; annos videlicet 330, 343, 370, 421, 441, & 519: ita ut una in summa 12 saltem numeremus. Tu ad annum Christi vique 8022, ex centuriis nimirum sexagintaquatuor, ne 72 quidem exempla corradere pro tua tabula ex Calendario Gregoriano potuisti: hic ex binis tantum 12 afferuntur: ergo ex 64, si proportio esset instituenda, darentur 384, non autem tantum 72: sed nos, ut tu, in similibus nugis non hæremus: tibi ad magnam parandam gloriam, nisi calumnias & mendacia adnumerare velis, non supererit aliud. Denique si in tabulam cōicere vellemus etiam eos annos, in quibus ne Pascha ante plenilunium celebratum sit, Dominica inter quartamdecimam & plenilunium non interueniente impeditum est; quod tu in tabula tua priori fecisti, sat magnum illorum ex paucis centuriis contexere possemus catalogum.

Alia Caluissii mendacia.

10. Sufficere profecto Caluissio pro vno capite poterat tot errores ac mendacia, quot illi ostendimus, sed iuxta artis præcepta, ut eo rediret oratio, unde derivata est, mendacia initio posita, insigni aliquo ac notabili in fine coronata voluit. Nostrium etiam vetus Calendarium, inquit, ab hoc errore adeo liberum est, ut ultra quarrum diem SEMPER Pascha Iudaicum sequatur. Nam si de celebratione Paschatis ante plenilunium simpliciter loquamur, non post multa secula, si durabunt, per nouilunium cum suo Paschate ad plenilunium accedent, illudque vno die, duobus, triduo, quatruiduo, &c. ante plenilunium celebrabunt, adeo liberum est ab hoc errore vetus Calendarium. Sed de his fusius suo loco. Hicce, credo, Caluissius interim contentus esse poterit.

CAPVT VNDECIMUM.

Quæ de traiectione Paschatis in ultimam mensis lunaris hebdomadam, ac mensem secundum Sethis afferat.

Quæ belle Caluissius errores veteris Calendarii excusare sciat.

Restant adhuc bini Canones, inquit cap. 23 Caluissius, postquam vnum & alterum superius refutatum præmisit mendacium. Contra quos in Paschate agendo peccari potest, quorum prior est, ne Dominica, quæ proxime plenilunium sequitur, prætereatur, & Pascha post tertium lunæ quadrantem post vicesimam primam lunam agatur, Alter ne Pascha ex primo mense in secundum, qui mensis impurorum dicitur, transferatur. Quam bene Canones à Caluissio relati sint, supralib. 2. cap. 3. vidimus: nec opus est pluribus nugis Caluissianis inhærere. Hoc tamen notatu dignum videtur, cum hi duo errores in Calendario veteri ita radices egerint altas, ut non nisi casu accidat, ut cum Caluissio loquar, eos non committi, aut Pascha celebrari legitimum, quam pulchre eos Caluissius, qui provinciam antiquum Calendarium defendendi, Gregorianumque oppugnandi suscepit, imminuere atque excusare sciat. Sed leuiculi, inquit, errores hi ab Ecclesia semper existimati sunt, quod creditum fuit, eos nulla ratione vitari posse. Ideoque nulla ignominia vnquam notati fuerunt, qui contra hosce canones aliquid committerent. Ita nimirum leuiculum est, quod Caluissius sæpissime committit: grauiusculum vel potius grauisimum id, quod raro alii. Festuca in oculo Caluissii, trabs in proximi oculo. En ut leuiculus noster Caluissius leuiculos sciat appellare,

lare, errorculos Calendarii veteris! Ecquisnam Angelorum reuelauit tibi creditum fuisse, hosce errores vitari nulla ratione posse: alios vero posse? An quia Concilii temporibus ita frequenter occurrebant? Hic enim pro erroribus leuiculis non leuiculam deduxisses coniecturam. At contrarium mi homo accidit: Nullus enim omnino error ex illis à te enumeratis, proximis post Concilium temporibus, minus frequenter commissus est, quam isti duo, vt ex nostra constat 400 annorum tabula. Itaque rursus falsum pro vero attulisti; qui non leuiculus error est.

2. Vera caussa, cur errores isti leuiculi visi sint, ea est; quia nemo vnquã fuit, qui ad turbãdam vnitatem in celebratione Paschatis fidelium, illud semper aut in senescente luna, aut in secundo mense agendum contenderet. Non enim alia de caussa Quartadecimani anathematis fulmine ex Ecclesia profligati sunt, quã quia opinioni suã pertinaciter inhæserant, eamq; iam in hæresin traxerant. Cæteri vero errores, quicunque fuerint, quocunque etiam nomine eos appellaueris, qui cyclo duce aliquando contigerant, leuiculi non minus, quam duo paulo ante allati visi sunt; grauiusculi ob hæresin, quam oderant, Quartadecimanorũ. Quod si tunc temporis extitissent, qui secundum mensem, aut lunæ senectam ordinationibus Patrum, vnioniq; fidelium, vt tu nunc cum antiquo tuo facis Calendario, pertinaciter præferre voluissent, eadem, qua Quartadecimani ignominia, eadem censura, eadem excommunicationis pœna mulctati fuissent, perturbatores vnionis, rebelles Ecclesiæ, quæ Pascha ab omnibus vno eodemque die agendum edixerat.

Cur quidã veteris Calendarii errores leuiculi habiti sint.

Post hæc instituit comparationem inter vetus, & Gregorianum Calendarium: & quamuis suũ vetus *contra hosce leuiculos sapius in vno cyclo* peccare vltro concedat: Gregorianum tamen adhuc tanquã deterius condemnat: id quod quam iuste fiat, infra suo loco videbimus.

Quod vero ad annum vsq; Christi quinquies millesimum, non plura nouem exemplis, quibus Calendarium Gregorianum de Paschate in vltimam coniecto lunam reum faceres, magno tuo labore colligere potuisti, miseret me tui Caluisci: quare, ne quid ad materiam tuam addidisse videar, in tabulam ac calculum tuum, imo in errores tuos, qui absque dubio nullo modo deerunt, inquirere super sedabo. Quod si falsa me duci suspicione existimas, calculos annorum 1612, 1778, 1774, 2068, 2680 recolligere poteris, erroresque, nisi denuo erraueris, facile inuenies, quãuis ab eo, qui ab aliquot annis exercitatus est, supputatos iam præsciueris.

Caluisci erroris calculus.

Pudebat Caluiseum fortassis tam parui exemplorum numeri: vltraigitur trecenta annorum millia nuncios suos ablegat, vt inde aliquot in subsidium exempli alia adferant: verum cum hic terminus, quem Clauius contentiosus & obtrectatoribus præfixerat, per centum mille prætereatur annos; Caluisci si post tot secula redierit, in examinando operam nostram promittimus. Inuenit miser illis in seculis remotissimis, nescio quam duorum triumve dierum quartadecimæ Calendarii Gregoriani discrepantiam, & mox exclamat impudens: *Macte vir Clauis, perge ita emendationibus tuis, &c. Si ita perrexeris, non multum aberis à nostro Calendario veteri Iuliano* &c. Aberrat quartadecima Calendarii veteris iisdem in seculis forte quatuor aut sex diebus, duplum nimirum vt non multum absit? Quid dicis Caluisci? Nonne pudet te huius comparationis? Errores tui Calendarii

Ineptum Caluisci examen, iniqua eius comparatio.

rii veteris non per dies, non per septimanas, non per menses; sed per annos numerandi sunt, ut infra ostendemus, & adhuc dicere audes, hos ab illis non multum abesse? Sed grauissima tua mendacia leuiculi sunt tibi errores.

Caluifio pascha
ea quas ante me-
moriā passio-
nis Christi præ-
uenire dixerat,
nunc in secun-
do mense collo-
cat.

3. Venio nunc ad alterum genus leuiculorum errorum de quibus Caluifius cap. 24 nimirum: si Pascha præterito mense primo, ait, in secundo impurorum agatur. More igitur suo in corradendis exemplis, quibus id accidere in Calendario Gregoriano probet, totus est, & ita intentus, ut etiam ea exempla miser homo hic repetat, de quibus cap. 22. exclamauerat. Absurdissimum certe est, memoriā resurrectionis Christi celebrare velle, priusquam tempus memoriæ Passionis, mortis & sepulture aduenierit. Nunc vero de iisdem dicit Pascha fieri in mense impurorum. Nimirum Pascha celebrari in mense secundo, seu impurorum, qui memoriā resurrectionis solido mense consequitur, est celebrari ante memoriā Passionis. Quis præsentium, quis posterorum Caluifii acumen non admirabitur? Neque hoc de vno aut altero asseruit exemplo; sed de pluribus. In hac enim huius capitis tabula sunt, ait ipse, exempla quinquaginta septem, in quibus omnibus Pontificii suum Pascha in secundum mensem traiciunt, ex his si demas, quæ antea posuerat tanquam ea in quibus memoriā Passionis præueniatur, aut beneficio litteræ Dominicalis paucis diebus post agatur, quæ sunt numero quadraginta capite præcedente à nobis enumerata, remanent Caluifio non plura, quam 17: His si rursus ea auferamus in quibus aut calculo falsus est, aut fallere voluit ipse, quæ sunt 4, annorum scilicet 6187, 6865, 7113, & 7447, remanent misero computatori nostro, ex sex millibus quadringentis annis, ex quibus ea collegit, in sua tabula non plura quàm 13. An non miseret, Origane, te tui amici singularis? Turpe profecto est illum, qui alios prouocauit ut erroris ab ipsis conuincatur, nec vnā paucorum exemplorum tabellulam sine erroribus proponere publice potuisse; suam satis non posse extollere solertiam artemque, atque aliorum contra deprimere ac cauillari modestiam. Audiamus ipsum: Inuenias enim hodie quosdam, inquit, qui vel viginti annis vel amplius mathematicas artes se trad. re posse profitentur, cum nec integrorum partes in arithmeticis vnquam publice proponere tanto temporis spacio potuerint, multo minus in logica eos versatos necesse est. Si non ista audacia & arrogantia fuisset, ne verbum quidem de hisce erroribus fecissem. Equidem & ego numeros mediocriter tractare didici; attamen calculos meos tanta certitudine, quanta suos Caluifius, præditos esse nūquam prædicarim: quam facile enim sit labi hominem, homo didici; & Caluifium supra humanam se se extollere conditionem expertus sum.

Arrogantia Cal-
uifii.
Lib. 2. cap. 2.

Caluifium nec-
dum pugnam,
quam iactat, in-
cepisse.

4. Labet autem hoc loco omisissis Caluifii, quæ parum obesse, parum prodesse possunt, mendaciis reliquis tanti per sistere gradum, atq; quid hætenus à milite glorioso contra Clauium ac Calendarium Gregorianum præstitum sit, dispicere. Subingressus Caluifius Mæstlini lubrica vestigia, manus cum Clauio, acceptatis conditionibus propositis, conferere statuit: in hæc, dicebat, à Clauio conditiones dictas forti animo descendam; & quasi ceteros omnes inertia argueret, addidit, Ego (Sethus Caluifius) congregiar cum ipso magna spe victoria. Ex dictis igitur conditionibus prima erat, ut lib. 2. cap. 7. audiuius, demonstrandos alios præter quatuor, qui in nullo euitari possent cyclo, esse errores. Quid tanto tempore tanta mora, tot verbis à Caluifio factum est? Præter absurda conuicia & mendacia quæ admisit, contra Clauium; aut Calendarium Gregorianum illud

ludinum effecit, vt magno cum labore aliquot eorum exemplis quatuor illos errores quando committi in Calendario Gregoriano ostenderit: id quod nemo illi vnquam negauit: id quod Clauius ipse vltro fassus est: id quod in cyclo epactarum necessario accidere, neq; vilo modo vitari posse ipse etiam Caluissius testatus est: Adhuc ergo frustra omnino contendit. De æquinoctiū enim mutabilitate, quæ primum constituit Cyclorum errorem, ea quæ attulit Libro secundo refutauimus: quæ vero de regressu ad tempora præterita, cyclo solari & litteræ Dominicali addidit, conuicia esse ostensum est; quin ipsemet illam æquinoctiū mutabilitatem inuitabilem proclamat: *Æquinoctiū sedem, inquit, certam futuro tempore NEMO præstare potest.* De reliquis porro tribus erroribus (errores vocamus, quia ita Caluissio placuit, simpliciter enim, vt cum Clauio loquar, errores dicendi non sunt) egit in hisce quæ hoc libro attulimus. Vnde tantum abest vt de victoria Caluissii aliquid dici possit, vt miles gloriosus nec ad pugnam adhuc descenderit. Si pugnas se se (ad sudorem enim vsq; laborasse non negarim) existimat; neq; pugna seruauit conditiones, neq; aliam quam priorum mendaciorum errorumq; reportauit victoriam: certe miserum ante omnem cecidisse pugnam, nostra ostendunt argumenta.

Pergamus igitur ad alia, vt videamus an tandem post tantam operam frustra impensam, in medio libri sui, iuxta dictas conditiones pugnam capeßere audeat. Forti igitur animo sis, Caluissi, & ad tam præclarum facinus audendum manus admove. *Hic Rhodus, hic Saltus.*

CAPVT DVODECIMVM.

Ea quæ de annis ac mensibus lunaribus, nec non de copulatione epactarum cap. 25. & 27. contra Calendarium Gregorianum affert Caluissius, refelluntur.

VNo verbo quicquid est in Calendario Gregoriano Caluissio displicet; quia non placet Gregorius, quia non placet Summus Pontifex, quia non placet Ecclesia Catholica. Absolutis exemplorum catalogis ad alia criminanda se conuertit, & quidem capite 25, quod catalogos proximè sequitur, *Gregorianum Calendarium inchoare à mense maio contra naturam anni lunaris cauillatur*: longum miscens sermonem de lunaris anni modo, de primo mense, eiusq; initio; & nescio quæ tribus integris capitibus sexcenta alia ex Calendario Gregoriano disputanda aduocat; sed vt solent cæci. Nam in calce disputationis, in fine nimirū capitis 27, vnde nam conditores Calendarii Gregoriani annū lunarem ac primum mensem incipiant, tunc primū inuestigare incipit: *Quarere vltius quispiam posset, ait, an conditores Calendarii Gregoriani reuera annū à die octaua Martii inciperent; cū Clauius subinde clamitet epactas à mense Ianuario incipiendas.* Egregiè Caluissi agis rem tuā, lege ac methodo procedis optima; condemnādo videlicet primū anni lunaris initium, & tunc demum quale illud sit inquirendo! primum mensem Calendarii Gregoriani cauillaris esse contra naturam anni, & nescis quis nam eius Calendarii ac anni sit primus mensis. Ne igitur vna cum isto Ludimagistro nostro ludamus andabatarum ludo, vittam illi detrahemus, eique annum cum suo initio in Calendario ostendemus: & tunc demum præposterarum eius calumnias examinabimus.

Caluissius ad propositam à se loco ineptissimo quæstionem, ineptissime etiā, nequid grauius dicam, respondet. *Respondeo, inquit, Clauium sibi ipsi in hac re*

aperte contradicere. Si enim ~~pascha~~ à Ianuario incipiunt, & ibi mensis primus constituitur, cur Clavius sedulo cauet, ne Pascha, vel in duodecimo vel in secundo mense celebretur, sed ut ea festiuitas semper primo mense referuetur. Quem igitur iam facit primum mensem? Num Ianuarius: nequaquam, sed mensem Martium. Non enim veretur, ne Pascha aliquando in Decembri, vel Februario celebretur, sed vult Paschatu rationem à mense Martio, vbi æquinoctiū est, inchoari. Primum ergo mensem & anni initium in Martio, & quidem à die octauo Martij: & duodecimum, qui hunc precedit, & secundum, qui hunc sequitur, facit. Tantum fucus est Clauui quo imperitioribus imponit. Tantum fucus est tuus Caluifi, quo imperitior imperitis te imponere posse putas. Tu imperite tibi imponis, & onus quod ferre non vales, superimponis. Aperi Ludimagister oculos.

Annum lunare
in Calend Grego-
riano esse du-
plicem, ciuile
& Ecclesiasticū.

De anno Eccle-
siastico, eiusq;
modo.

2. Annus lunaris in Calendario Gregoriano duplex est: (& suo modo etiam Calendario veteri conuenit) Alter institutionem suam à festiuitate accepit Paschatu: alter à mensibus & anno solari, quem simpliciter sequuntur Christiani in historiis ac tabulis suis, vsuque politico. Vnde licet vterq; rationem sequatur anni politici, tamen distinctionis gratia non incongrue illum appellabimus Ecclesiasticum; hunc vero ciuilem siue politicum. Et quidem Ecclesiasticum Christiani, secuti sacre Scripturæ vestigia, iuxta eius præscripta exoriri sunt, ita ut primus mensis illis diceretur lunaris, cuius quartadecima luna in æquinoctii verni diem incideret (quod in 21 Martii in Concilio Niceno fixerāt) vel eundem proxime sequeretur: lunis quartisdecimis, ne dissensiones ob varietatem motus lunaris ac tabularum orirentur, quemadmodum æquinoctio, præscribentes per cyclum enneadecaetericum sedes suas in mensibus solaribus fixas ac stabiles. Ergo nouilunium cyclicum, quod in 8. Martii vel proxime post incideret, primi mensis, primumque anni esse edixerunt, limite constituto altero, quem vagans hoc principium nunquam egrederetur, Aprilis die quinto, sexto omnino secluso; reliquis vero mensibus alterne plerumque 30 & 29 diebus attributis, ex quo spacium ad discurrendum 29 dierum principium illud consecutum est. Hinc autem secutum est, primo, ut quodcunque nouilunium aliquem ex hisce 29 diebus attingeret, illud initium daret & anno, & primo mense. Secundo, ut menses primi dierum 29, siue caui essent omnes. Tertio, ut quidam anni lunares duodecim complerentur mensibus, quidam tertiumdecimum adsciscerent. Quæ omnia ex decretis Concilii Niceni ita ordinata sunt, atque à posteris obseruata: quæ est ratio anni lunaris Ecclesiastici, de quo regulæ Paschales, & nos huc vsq; locuti sumus, quotiescunq; anni lunaris, primi, secundi, vltimi, &c. mensis mentionem fecimus. Eam rationem Calendarii Gregoriani artifices auctoritate promoti maiorum, quo ad eius fieri poterat, ad vnguem secuti sunt, retinueruntq; inuiolatam. Atque de hoc anno eiusque initio, multa habet Clavius in explicatione Calendarii, maxime autem cap. 5. Num. 2, 3 & 8. De hoc locutus est quotiescunque quoad celebrationem Paschatu de primo, secundo, vltimo mense locutus est. Respectu huius epactas XXV. & XXI V. & non alias, sexies in Calendario associarunt Reformatores. Secundum hunc, Caluifi, *Clavius sedulo cauet, ne Pascha vel in vltimo (non in duodecimo, ut tu inscite loqueris) vel in secundo mense celebretur, sed ut ea festiuitas semper primo mense referuetur.* Nihil de Ianuario, nihil de Martio (nisi in quantum implicite, ut vocant, inuoluitur). nihil de Decembri, nihil de Februario, ut tu nugaris, admiscens.

De ratione an-

Alter annus lunaris ad solarem refertur totus, eiusque menses; atque cum Pascha-

Paschate quod agat nihil habet, in Calendario Gregoriano ob eius antiquum ^{nilunaris ciui-} vsum retentus ac ordinatus, spectat enim ad rem ciuilem & æconomicam, in ^{lia.} qua non minimum habet vsum: ex eo scitur, quænam lunatio huic vel illi debeat mensi anni solaris: commodè subministrat currentem anni propositi epactam, nouiluniorumque indicem, &c. Incipit hic annus quantum fieri potest vna cum ipso anno solari, non enim semper nouilunium primum, quod huius anni caput est, Calendis Ianuarii conficitur: sed modo in iisdem nascitur Calendis, modo citius, tardius nunquam, lunatio tamen ipsa siue primus mensis, hoc modo acceptus, semper in Ianuario expirat. Etenim ex omnium computatorum doctrina, lunatio quæ tuis ei tribuitur mensi, in quo finitur, vt suo loco cõtra nugas Caluissianas palam faciemus, vnde ea lunatio prima dicitur huius anni atq; Ianuarii, quæ in aliquo Ianuarii dierum finitur, vnde cunque tandem ortum suum ducat; Suos habet etiam annos embolimæos, suos menses embolimos; alternis 30 & 29 dierum, vt plurimum progreditur, &c. quæ omnia fusissime à Clauio describuntur cap. 17 per totum, quo lectorem remittimus. Huc etiam spectant, quas Clavius exhibet cap. 16, lunationum tabulæ, in quibus per totum ostendit cyclum epactarum, quænam lunationes constituent primum mensem, quæ secundum, quæ duodecimum, quæ tertiumdecimum. Intuitu deinde huius anni epactæ in Calendario Gregoriano distributæ sunt, copulatione binarum epactarum (in genere non in specie) de qua supra, excepta; prima, quæ est *, & XXX denotat, diei primo Ianuarii attributa est; secunda XXIIX, diei secundo, &c. Huic anno proprie inferuit epacta currens, quamuis nõ ad hunc, sed ad solarem, quotannis mutetur, atque cum eodem munus suum exercere incipit, stabile enim spectat non vagum principium. Atque hoc est, Caluissii, quod Clavius non *subinde* tantum, sed *æpissime*, & per totum cap. 17 (de quo apud te alium silentium, licet in aliis etiam ipsas paginas numeraueris) *clamitet*, epactas à *mensis Ianuario incipientas*.

De hisce igitur duobus annis lunaribus, & de ordine mensium locis distinctis, distinctissime Clavius verba fecit, explicauitque nimirum locis citatis, cap. 1. & 17. de vtroque vero simul, prout videlicet sub eodem comprehenduntur genere, cap. 8. Quæ omnia cum Cantor noster rerum Calendarii non adeo gnarus, non intellexisset, aut intelligere noluiisset, ad conuicia & mendacia, iuxta inueteratam suam consuetudinem confugit: *Clavius sibi ipsi in hac re aperte contradicere* criminatus est. Deinde etiam si non diuersis locis rem hanc tractasset, nihilominus confusio nulla oriri posset inter vtrumque annum lunarem, cum prioris nunquam mentio fiat, quin inuoluatur etiam sermo de Paschate: quod in posteriori nequaquam accidit: nam etiam si in hoc lunationum meminerit Paschalius Clavius; alio tamen id sit respectu, quam cum de priore anno sermo est, ita vt mox alter ab altero discernatur. Apertissime igitur constat, quod sit *Tantum fucus* Caluissii, quo imperitioribus imponit.

3. Neque noua hæc duplex anni lunaris ratio est. Hinc enim in eo cycli lunaris à decem nouennali emanauit distinctio, vt videre est apud Paulum de Mittelburgo, quæ hodie tamen exoleuit: idem enim cyclus prout variis locis inchoatur, varias gignere potest anni rationes & principia. De simili etiam diuisione Beda sermone instituit cap. 55. de rat. temp. *Quinta*, ait, *circuli decennouenalis regione lunaris cyclus includitur, à quarto eas incipiens, & tertio completur in anno, qui proprie*

Clavius nequaquam sibi contradicere, aut vtrumque annum lunarem inter se confundere.

Etiā apud veteres duplicem fuisse anni lunaris rationem.

Roma-

Romanorum est, & ad mensem Ianuarium pertinens: nam sicut annus quisque decennonalu circuli propter legalem Hebraeorum observationem à Paschali mense inchoat, ibidemq; finitur: ita hic Romanorum institutione à luna Ianuarii mensis inchoat, atque ibi definit, sicut & ille, sic & iste, primum & secundum communes annos, tertium habet embolismum, quartum & quintum communes, &c. Iudæos denique etiam vsurpasse duplicem annum lunarem, quorum alterum à mense Tisri, alterum à mense Nisan inciperent, notius est, quam vt verbis indigeat.

4. Hisce igitur quæstioni à Caluissio propositæ satis opinor responsum est; non mendaciis, vt ipse respondit, sed comprobata veritate. Ex quibus etiam quæstioni, quam huic eodem loco annectit, satisfacere licebit. Sin vterius, inquit Caluissius, queritur, cum Clauius à primo mense ex octaua Martii epactas retrorsum in Ianuarium extendat, cur non à die octaua Ianuarii à prima epacta X X I I I menses & epactas numeret, sed aliud principium faciat à primo Ianuarii, atque ita geminum principium anni Ecclesiastici proponat, causam ego reddere non possum, paedagogica enim illa institutio, vt hinc doceatur, quæ sit sequentis anni epacta, tanti non est, vt absurdum hoc in ordinandis epactis committi debeat. M. rum profecto Paedagogum Caluissium vel semel saltem suam fatentem ignorantiam: ex tantæ superbiæ tumoribus emanasse tandem riuulum aliquem fictæ humilitatis. Quare autem causam reddere non potes: an, quia effectus nusquam fuit, nisi in figmento cerebri tui, cur autem non vt effectum, ita etiam finxisti causam? Aut certe ideo respondere non potes, quia paedagogice instituisti paedagogicam quæstionem? Vbi, quæso te, vsquam in Clauio reperisti, eum à primo mense ex octauo Martii epactas retrorsum in Ianuarium extendere? Scias te hoc ex figmento cerebri tui dicere, & verum non esse. Nihil enim de hoc habet Clauius, quando epactas per Calendarium distribuere docet; imo cap. x. o. vbi quo artificio epactæ in Calendario describantur fuse explicat, se à Ianuario incipere, easque ad finem vsque Calendarii extendere, expresse commemorat. Initio ergo facto, inquit, ab epacta * in principio Ianuarii, scribitur epacta X X I X ad secundum diem, &c. Item Num. i. eodem cap. Quia vero epactarum distributionem in Calendario à primo die Ianuarii inchoauimus, &c. Itaque si libentius legere voluisses, quâ calumniari Clauium, neque hoc tibi excidisset mendacium: vidisses etiam epactam X X I I I non esse natura sua primam, sed forte illi locum illum in die 7. Martii in distributione epactarum in specie obligasse, & prius occupasse suum locum in anno lunari civili, quam principatum sibi in Ecclesiastico vendicasse; eo, quod ab illo, vel potius ab anno solari, non ab hoc distributio epactarum inceperit. Figmentum similiter tuum est, Clauium geminum principium anni Ecclesiastici eiusdem proponere: proponit ipse geminum principium, sed gemini anni, vt explicauimus. Ito igitur Paedagoge cum paedagogica tua institutione, & paedagogicis quæstionibus ad pueros tuos instituendos.

Quibus rationibus nixus Caluissius primum mensem cauū esse voluit.

5. His hunc in modum præmissis, ad nostrum reuertimur propositum, ad refellendas nimirum nugas & calumnias Caluissianas. Cauillatur ipse annum inchoatum esse lunarem à mense cauo. Esto. Quid inde? Quid mali? Audiamus. Contra naturam anni lunaris est. Nimirum contra naturam illius, cuius natura ex hypothesi Caluissiana hæc est, vt à mense incipiat non cauo. acurè. Quid aliud? Secundo. Historia testantur, omnes gentes, quæ anno lunari vsi sunt, primum mensem sui anni plenum fecisse, hoc est triginta dierum: secundum vero cauum, siue vigintinouem dierum, &c. vt ita alternis à principio anni vsque ad finem, menses pleni & caui essent. sed quicquid fecerunt

fecerunt gentes, imitari debent Christiani. Ergo. En argumenta Caluissiana ferrea! Si Clauius ista obtulisset, mox obieciisset Caluissius, *Ad argumenta, qua ab exemplis ducuntur, responderi solet, ea infirma esse, &c.* nunc vero demonstrationis vim obtinent. Sed introspeciamus penitus rationes eius. Ponamus aliquid dixisse hominem, qui nihil dixit.

Contra naturam anni lunaris est, inquit, necesse est enim, vt menses perfectiores *Resutantur rationes Caluissianæ.* precedant, imperfectiores sequantur. Ignoramus profecto Caluissium tam apud gentes, quam apud Christianos prædicas Philosophiam. Natura videlicet perfectum prius, tunc imperfectum edit: hic rerum ordo; hac itur ad artē via, doctæ Caluissi, vt omnia. Sane si quæ natura annis istis lunaribus esse potest, ea est, quam ab institutione accepit hominum, qui si naturam sibi rerum effectricem proposuerant imitandam, ab imperfecto ad perfectum fecere gradum, à mense cauo, ad plenum; id quod in nostro est factum anno Ecclesiastico. Sed tu, credo, non tam mensē, quam mensam experis in primis plenam.

Secundo rursus Christianos ad Iudæos, & gentes abiegas, vt inde rationem anni Ecclesiastici discant. Nonne insanus Caluissius? Quid Christi Ecclesiæ cum gentibus? Conditores Calen. Gregoriani in anno Ecclesiastico secuti sunt Ecclesiasticos, Concilium nimirum Nicenū, quod annū hunc à mense cauo statuit incipiendum: plus autem valet apud nos eius Concilii auctoritas, Patrumque consensus, quam omnium omnino gentium consuetudo. Quid puriori tuæ placeat Ecclesiæ, tu videris. Quare ex amico tuo singulari Origano, vnde antiqui annum hunc inceperint, responsum forte dabit tibi in introductio. Ephemerid. part. 1. cap. 3.

6. Quid autem, si tibi etiam in Calendario Gregoriano annum lunarem darem, incipientem à mense pleno, temperabis ne tibi à calumniis? vix credo. En in anno lunari ciuili, ciuiles secuti sunt, si quæ esse possent, leges, en annum à pleno mense incipiunt! Inspice lunationum omnium tabulas, an non primæ omnes plenæ sunt, vnâ illâ, quam saltus lunæ excauat, exceptâ. Itaque noli amplius de nobis conqueri, quod *contra omnium gentium consuetudinem annum à cauo mense incipiamus.* Sed dices, id propter gentes factū non esse; quod vltro tibi damus.

7. Sed pergit pædagogus docēdo, existimans se agere in ludo cū pueris, nempe, si auctor Calendarii Grego. non in Aprili, sed in Martio binas copulasset epactas, præter cauum mensem primum euitasset etiam illud inconueniens in Februario, *Falsum est, Cal. Gregor. mensis omnes in Februario constitucere plenos.* ubi alias præter naturam menses omnes plenos fecit & triginta dierum, quod singulis quadrienniis in anno bissextili mensem triginta & vnius dierum auctuarii quasi loco reliquis addit. Quod cum contra mensis lunaris naturam sit, nullo modo certe probari potest. Quam rursus Caluissius ignorantiam produs tuam! menses in Februario esse plenos omnes, cum tamen quatuor aut quinque tantum initio finiantur, atque adeo ipsi tantū pleni sint; reliqui sequentes omnes post binarum epactarum copulam caui, quorū paucos bissexto reddidit plenos, 30, non autem, vt tu fingis, 31 dierum. Imo, etiā si nouo more eos dicas menses esse Februariū, quorum plenilunia obtinent Februario, nihilominus tamen falsum est, eos omnes esse plenos. Sed forte tibi Grammatico menses in Februario, & menses Februarii nō iidem erunt: de quo aliorum esto iudicium. Quibus & hoc discutiēdum relinquo, quod ais mensem 31 dierum esse quasi contra mensis lunaris naturam, mensem vero dierum 28 non item. Quare? *Responso facili est: Quia hic nasceretur in fine anni, non autem ille.*

K k

ille.

ille. Quasi vero finis anni, demat aut addat aliquid naturæ mensis lunaris. Rectius hoc: priorem occurrere sæpius, posteriorem tardius. *Sed responsio facilis est: Rectius electum illud cum Concilii Niceni Patribus; quam hoc ex consensu omnium populorum, Christiano excepto.*

Alia Caluiffi
criminatio de
cauo mense di-
luicuz.

8. *Habent & aliam causam, subiicit nugator, cur annum à pleno mense incipere nolint, quam vereor, si proposuero, neris excipiat. Dicunt, futurum ut in fine annorum aliquorum interdum mensis duobus diebus decurtetur, & fiat tantum dierum viginti septem. Sed quibus in annis id accidet? anno inquit à Christo nato 15200, item 38000, item 60800, item 83600. In hisce quatuor annis ultimum mensem dierum tantum viginti septem futurum aiunt. Proh Deum atque hominum fidem, in quas minutissimas res hie homines curas suas diuidunt, & in quanta secula de legitimo Calendario recte conformando eas extendunt, &c. Cauillator es Caluiffi: criminator es. Audiamus quid dicat Clauius, ut constet, quæ mentiatur Caluiffus. Rei huius cur potius binæ epactæ in Aprili & reliquis quinque mensibus copulatæ, quam in Martio aut aliis sint, ex quo, tanquam ex sua causa proficiscitur id, quod calumniatur hic Caluiffus; anni nempe Ecclesiastici à cauo mense exordium, reddit Clauius rationem capite 10. Num. 8. hanc quippe instituens quæstionem: *Sed roget quis, cur in æquatione mensium lunarium, hoc est, in collocatione duarum epactarum ad vnum eundemque diem in sex locis Calendarii, ut lunationes constituentur alternis dierum 30 & 29, assumpta sint hæc duo XXV. XXIV. (posita è regione diei 5 Februarii; 5 Aprilis; &c.) potius quam aliæ duæ, cum æque bene id fieri potuerit in quibuscunque duabus epactis, &c. Si inquam, ita roget quis, is sciat, electas fuisse potissimum duas hæc epactas XXV. XXIV. ad æquationem lunæ, quod hac ratione lunationes secundum cyclum 30 epactarum, præsertim (quod magis ad rem facit) 30 lunationes Paschales magis congruentes efficiantur lunationibus aureorum numerorum Concilii Niceni, cuius decreta, sanctionesque in omnibus, quoad eius fieri potuit, & ut par fuit, retinuimus. Isdem enim propemodum locis factam esse æquationem lunæ, videmus per aureos numeros antiqui Calendarii, quibus facta eadem est in Calendario nouo per epactas XXV. & XXIV. Hæc Caluiffi, hæc est adæquata ac potissima causa huius copulationis, eiusque effectus: non autem ea, quam tu hic affers. Obiecit hoc, quod tu affers, Vietæ Clauius, qui quamvis auctoritate Patrum permorus, eosdem limites terminorum Paschalium retinuit, tamen menses Paschales omnes 30 fecit dierum, eum nimirum hanc ob causam (præterquam quod in Ecclesia inusitatum sit) in suo Calendario lunationes quasdam instituere 28 dierum tantum, & in mutationibus epactarum extra ordinem dierum tantum 27, enumerando illi ad annum usque 5000 exempla quam plurima, & comparando ea cum Calendario Gregoriano, quod in illud incidat incommodum ad annum Christi usque; 100000 quater tantum, anno nimirum 15200 & reliquis à te recensitis; non quidem in lunationibus ultimis, ut tu male afferis, sed in primis. Vides ne criminator, ut fide hæretica omnia referas, & imperitioribus imponas!**

Caluiffus Clauio nunc exprobrat, nunc ab eodem expostulat seculorum productionem.

Cap. 12.

Risu excipiendos reputas eos, qui in Calend. Gregoriano rationem habuerint anni 83600, cachinnis tu excipiendus, qui in eo rationem habendam putas anni 298500, & eo amplius; hoc est, ducentis & quindecim annorum millib. amplius tuo à te allato anno. Et si tunc Lilius (etià si is æquationem suam ultra annum 5000 non extenderit) aliquid à vero putatio abeat, eo quod tu mentiaris, siue eum, siue Clauium æquationem illam promississe perpetuam, tu iniquissime in Clauium hisce inueharis verbis: *Quo ceciderunt tua promissa (nūquam promissa)*

quam

quam egregie id præstat? vide tantum hac exempla (centuriæ 298500) nonne & Pontifici, Romano Imperatori, Regibus, & Principibus plerisque totius Europæ, imo toti orbi Christiano hoc modo turpissime imposuisti? O hominem ad criminandum alios natum! Si Clavius rationem habet seculorum remotorum, idque tantum comparationis causa, exclamas: Proh Deum atque hominum fidem, &c. in quanta secula, &c. Si vero seculorum ultra illa adducenda quindecim millia annorum rationem non habet, rursus exclamas, eum Pontifici, Imperatori, totiq; orbi imposuisse. Magna cura credo tenet Pontificem, Imperatorem, Regesque, quo Calendario uti velint post trecenta annorum millia. Magnus profecto Caluissius nugator es, criminatorem maximus. Atq; hoc est primum absurdum, quod eruditos (quorum Prædagogus Seth primus) offendit, nimirum Gregorianum Calendarium inchoare annum à merse cauo, in fine capituli huius 25 ponit absurdorum genitor, rudisq; Caluissius. sed effecimus credo, ne eo offendantur amplius eruditio tua.

9. Transeamus nunc ab hoc ad cap. 27, vtriusque enim materia in idem fere recidit, simili elaborata artificio: etenim quod epacta in Calendario Gregoriano sint absurdè copulata & præscripta, calumniatur hoc loco Caluissius, absurdum vero Reformatorem hac in re quod sit, hisce indicat verbis: pueriliter hallucinati sunt in eo, inquit, quod non vltimum & primum mensis diem alternatim copularunt, sed vltimum & penultimum, quod contra naturam mensis lunaris est, qui hac violenta copulatione misere decurtatur, id 3 sic demonstratur. Demonstrationes Caluissianæ quanti sint roboris experti iam sumus, sed robustissima hæc: Patres Concilii Niceni, inquit, si diei octauo mensis Martii, qui primus est dies mensis Paschalis, primam etiam epactam, quæ primum mensis diem indicare debebat, qualis est in ordine epactarum X XIX. (ordine enim retrogrado numerantur) addidissent, & sequentes epactas ordine inde, ut debebant, retrogrado numerassent, omnium optime epactas distribuissent. Atq; hæc est propositio maior. Minor hæc est: At vero cum hoc factum non sit, conditores etiam Calendarii Gregoriani ab hac rectificatione (Caluissiana seu Scaligeriana) abstinerunt, & epactam, quam diei octauo Martii scripserunt X XII, cum primum mensis Paschalis nouilunium, & citimum indicet, primum fecerunt & quæ proximè hanc præcedit, & remotissimum nouilunium Paschale indicat, videlicet: X XIV, ultimam. Ergo neq; conditores Calendarii Gregoriani omnium optime epactas distribuerunt. Ergo vna cum Patribus Concilii Niceni pueriliter hallucinati sunt. En egregiam demonstrationem! Ut Syre te, inquit Torrentianus senex, cū tua monstratione magnus perdat Iupiter, in longe minore: quæ tandem imprecatione tu dignus es, Caluissi, qui publico scripto ita Patres Niceni Concilii tractare audes. Hoc, Caluissi, hoc est se à Concilio Niceno defecisse demonstrare; non autem Patres illos aut Reformatores pueriliter errasse: sed demonstrare voluisti te non puerorum, sed hæreticorum more errare; id quod etiam sine demonstratione tibi creditur.

10. Neq; iam laboro, ut defectus atq; errores tuæ distributionis epactarum recolligam: qui absque dubio minime deerunt: eorum sane non leue est indicium id, quod dicis de priori, in qua binas epactas *, XXIX eidem diei alligas, quod menses Paschales inde nascantur pleni, & omnes triginta dierum; quod falsum est, cum enim eadem epacta * inueniatur & 8 Martii, & 6 Aprilis die, mensis incipiens ab epacta *, & octaua Martii, qui idcirco Paschalis est, profecto dies continet non nisi 29. Quod si contendere velis currente epacta *, mensem Paschale incipere non 8 Martii, sed sexta Aprilis: ergo annum lunarem non ab 8 Martii incipis, sed à die 9. cum nouilunium index * in octauo Martii, non primum nouilunium,

De capite 27
Elenchi.

Caluissius Reformatores Calendarii pueriliter errasse dicit, quod Patres Nicenos in distributione epactarum secuti sunt.

Elench. cap. 22

Absurda distributionis epactarum Caluissianæ

sed vltimum indicet : ergo neque epacta XXIX prima erit, sed XXVII I: ergo falsum est te primam epactam cum vltima copulasse. Rursus aliud in hac distributione, qui omnia ad aſciam edolaſſe te reputas, cōmittis abſurdum, etenim cum dicas primos meſes omneſeſſe plenos, coarctas eorum initia in ſpacium 29. tantum dierum; tot enim numerantur ab 8. Martii vſque ad 5. Aprilis, in quo omneſeſſe 30. epactæ collocatæ ſunt : niſi denuo dicere velis epactam * in 8. Martii non eſſe primam; ſed & denuo audies abſurda conſequentia. Contra in poſteriore diſtributione initiis cauorum meſium aſſignas ſpacium dierum triginta, quod polito ingenio etiam non conuenit. Rursus falſum eſt te in prima diſpoſitione primam copulaſſe epactam cum vltimā; primam & ſecundam copulaſti dum * & XXIX copulaſti. Denique neque hoc vltiſti abſurdum, quin eodem in cyclo tuo Nouilunia eundem diem obtinere poſſint. Et hæc vnicuiq; obuia ſunt: reliqua magis abdita inquirere ſponte omittimus. Sufficiunt hæc ad oſtendendum diſtributionem tuam, nequaquam, vt gloriaris, omnium optimā eſſe: & vel ab ipſo tuo condemnatur Scaligero. Si duas epactas in vnum contubernium coniungere opus erat, inquit in Iſagogicis, non melius poterat quam in 31. Ianuarii &c. Si melius non poterat; ergo tu falſus es: Si vero tua omnium optima eſt; falſus Scaliger eſt. Verum vtrumque & falſum eſſe, & fallere certifiſimum eſt: Nodum, quod aiunt, in ſcirpo quærit vterque.

Caluiſius inſcite reprehendit copulam binarum epactarum in calend. Gregoriano.

II. Dicebat Clauius liberum fuiſſe has vel illas alternis in meſibus copulare epactas: quid ad hoc criminator noſter? Reſpondeo, inquit, Clauium hoc ex ſigmento cerebri ſui dicere, & verum non eſſe. Mirum proſecto ſi liberum non fuit, ex libertate tamen factum eſſe. At male factum eſſe criminatur. Si obiciſas ſecutos Reformatores eſſe in hoc veſtigia Patrum: pueriliter & ipſos erraſſe audies; & quidem hoc demonſtratur demonſtratione Caluiſiana. Vocas demonſtrationem hanc nullam; aut impiam? Neque tunc cauſæ ſuæ deerit Caluiſius: demonſtrationi addet demonſtrationem. Audiamus ipſum. In iſis enim annis, qui à certo die ducuntur, neceſſario prima epacta habetur, quæ illi diei aſſigitur. Inde enim abſolutis triginta diebus (cur non 29?) ad alium meſem tranſitur, vt ſciri poſſit quis ſit primus, quis ſecundus, quis tertius meſis, &c. Tranſeant nunc iſta: quid inde? Et, ſi annus à pleno meſe incipere debet, NECESSARIO primo diei vltima epacta cum prima aſſigitur, quod non ſit, ſi à cauo meſe initium ducitur. Ibi enim coniunctio hæc differtur vſque ad initium meſis ſecundi. Doctiſſima ſane & cantore digna demonſtratio, id ipſum aſſumens quod demonſtrandum eſt! hoc ipſum Caluiſi in quæſtione eſt, cur neceſſario primo diei vltima epacta cum prima aſſigenda ſit, &c. Si neceſſarium eſt cur id ipſum tu neceſſario non ſeruatiſti, in priori tua diſtributione, in qua primam cum ſecunda primo diei aſſixiſti? Nonne ridiculus es fingendo neceſſitatem, vbi nulla omnino eſt neceſſitas? Si enim quæras quare id neceſſe ſit, reſpondetur vt vltimus meſis dies coniungi cum initio ſequentis meſis poſſit. Si inſtes vnde huic rei incumbat neceſſitas; hic ſilentium eſt; hoc opus, hic labor; quæſtio in ſe ipſam circuli inſtar reuoluitur.

Sed demus Caluiſio hoc primæ & vltimæ epactarum collegium; concedamus illi vltimum diem meſis, cum primo ſequentis debere coniungi; an ideo id fieri in quouis lunaris cycli anno poterit? Quid reſponſi das Caluiſi? fieri non poteſt, inquis, fruſtra ergo es. Quid ergo contendis? neceſſe eſt vt id aliquando fiat, ais, videlicet, quando initium anni, ad primam epactam redit, quod ſit fere ſingulis nouende-

cim an-

cinnamio. Sed vnde hæc oritur necessitas? Rursus ne quod dicas non habes? nullum ne argumentum? nulla demonstratio? nulla responsio? Quid si ego tibi tuis responderem verbis. *Respondeo Caluissium hoc ex figmento sui cerebri dicere, & verum non esse.*

Sed & hoc demus Caluissio, necesse nimirum esse *vt id aliquando fiat*, coniunctionem nimirum dierum primi & vltimi duorum mensium immediate se se sequentium: abstinebis ne à calumniis, si id fiat in Calendario etiam Gregoriano? minime credo, id enim contra tuum propositum est. Sed audi currente epacta XXIIII. nonne vltimus mensis dies cum initio sequentis mensis coniungitur in Calendario Gregoriano? Quid nunc habes quod calumniaris? an quia id non accidit currente epacta prima? Sed quæ maior ratio? quæ necessitas? De lana caprina Caluissi disputas. Certissimum igitur est Caluissium hoc ex figmento cerebri sui dicere, & verum non esse, epactas absurde in Calendario Gregoriano distributas esse.

CAPYT DECIMVM TERTIVM.

Quam contumeliose Caluissius tractare pergat mensem paschalem, terminos paschales, eorundemque Institutores.

IN eadem adhuc versatur Caluissius materia, eamque vt noui aliquid attulisse videri possit, aliter atque aliter proponit, cum tamen aliud non agat quam vt primum mensem anni Ecclesiastici in Calendario Gregoriano conuiciis oneret. Capite 25. displicuit illi esse eum cauum; capite vero 27. contra binas epactas XXV, & XXIII. eidem diei adscriptas, tanquam caui mensis caussam inuehitur: hic vero capite 26. calumniatur *Gregorianum Calendarium mensem Paschalem facere tantum viginti noue dierum, repugnante motu lunari*. Quasi vero mensis primus, de quo antea locutus erat, & mensis Paschalis, non vnus & idem esset; aut continere eundem 29. dies, & esse cauum inter se differrent. Sed ita solet eruditus Caluissius, vt clarius infra videbimus L. b. 4. Cap. 1.

2. Ad antiquam deinde redit cantor cantilenam, huic videlicet mensi tribuendos fuisse non 29. tantum, sed dies triginta denuo inculcat: *Quod cum Gregoriani, inquit, non fecerint, sed geminas epactas, hoc est duo nouilunia vel duo plenilunia in vno die copulauerint, natura ipsi repugnant*. Magnus profecto nugator es, maior tamen calumniator: nam si vllibi, hoc capite certe purum putumque criminatorem agis: Notissimum est, & tibi & toti mundo, Calendarium nostrum Christianum ex prima sui institutione, ac natura quam habere potest, propria, reiectis horis ac fragmentis, dies recipere non integros: cum igitur iuxta communem sententiam mensis lunaris Synodicus naturalis secundum medium motum ultra dies integros contineat ad huc horas 12. cum tribus circiter horarum quadrantibus, necessario illi in Calendario attribuendi erant dies aut 29, aut 30. Ergo consultandum erat Conditoribus Calendarii Gregoriani, quam ex his pro primo siue Paschali mense potius eligerent magnitudinem: consultationi huic mox finem imposuit electio Patrum Nicenorum, qui eodem in dubio reiectis 30. diebus, 29. tantum selegerant, naturam ipsam, vt supra diximus, imitantes,

Cur primus mē
sis in cal. Grego-
riano cauus sit,
in eiusq; repre-
hensione Calui-
ssium iniquissi-
mum agere cri-
minatorem.

quæ imperfectis præmissis ad perfectiora sibi struit gradû. Præualuit itaq; atq; plus potuit apud Conditores Calendarii antiqua Ecclesiæ consuetudo, Concilii-que Niceni auctoritas, quam inutilis illa, quam intrudendam absque vlla necessitate putat hæreticus, nouitas. Sane si hac in electione reperiri potest aliqua, vt calumniatur Caluissius, naturæ repugnantia, eadem profecto inuenitur in electione ipsius, vtraque enim magnitudo à naturali deflectit mense; illa per defectum, hæc per excessum. Certissimum autem est si Conditores Gregoriani anni selegissent mensem Paschalem dierum 30, mox calumniatorem Caluissium diris eos insectaturum fuisse exclamationibus. Pontificios à Concilio Niceno defecisse, id quod proprium est criminatorem, quorum personam vt cantor hic induit, ita egregie eam sustinet.

3. Neque hic conquiescit calumniatoris animus, calumniis addit probra & conuicia. Dicebat Clauius ex eo quod mense Paschali in Calendario tributi sint non plures quam 29. dies, sequi vt aliquando in spacium horum 29. dierum plenilunius Paschalibus destinatum, nullum ex medio motu cadat cæleste plenilunium: Addam, vt res clarius sit, ipsa Clauii verba loci eius quem ipse citat Caluissius in *explicatione Calendarii* pag. 394. editionis videlicet primæ Cap. 19. Num. 6. Sic enim patebit lectori, Caluissii in Clauium & omnes orthodoxos odium, & criminandi licentia. Mirabile, inquit Clauius, magis videri hoc debet, quod subiungam, Ecclesiam scilicet si non sequeretur Cyc'um, sed medios motus obseruaret, (Hos enim potius assumere deberet, quam veros, si aliquos motus cælestes sibi proponeret sequendos; quod medii motus aequales sint, veri autem inæquales) plerisque annis nullum Pascha legitimum habere posse. Cum enim in Concilio Niceno, quod postea à pluribus Conciliis, & Decretis Pontificum confirmatum fuit, dies tantum 29. Plenilunius Paschalibus dicatur, nimirum diebus 22. Martii cum sequentibus vsque ad diem 19. Aprilis inclusivæ, ita vt plenilunium quodcunque ante diem 22. Martii, aut post diem 19. Aprilis occurrere aptum non sit ad pascha celebrandum, quod illud ad vltimum, hoc vero ad secundum mensem pertineat, vt ex dictis perspicuum est; fieri potest, vt in annis quibusdam nullum Plenilunium medium in aliquo illorum 29. dierum reperiatur, sed in Martio quidem præcurrat diem 22, in Aprili vero diem 19. consequatur. Quid ergo tunc agat Ecclesia? transigat ne annos illos sine solennitate Paschali? minime; sed relicto plenilunio Astronomico, inquit lunam XIII. ex cyclo, quæ vel in diem 21. Martii, vel in diem 18. Aprilis incurrit, quamvis ea secundum leges Astronomorum (positis tamen iisdem terminis Pasche à Concilio ac Patribus præscriptis) spectet vel ad vltimum mensem, vel ad secundum. Quid autem ad hoc Caluissius? Sed audire, ait, acumen Clauii in Astronomicis? Putat annos quosdam esse, in quibus nullum sit plenilunium primi mensis. Res mira, nisi fortassis illud plenilunium carminibus cælo deductum fuit? Si enim nullum plenilunium primi mensis, ergo nec primus mensis. Loquimur de anno Ecclesiastico, & de mensibus Lunaribus, qui incipiunt à nouilunio, & desinunt in nouilunium quorum medium semper est plenilunium. Si non primus mensis, ergo nec secundus, nec tertius erit, & quem tandem habebunt annum. Et facta obiectione Clauii, 29 tantum dies plenilunius Paschalibus destinatos esse, criminari sic prosequitur: Va' de imperitum Astronomis oportuit esse, qui tantum viginti nouem dies mense Lunari destinauit, cum contineat supra illos dies horas etiam duodecim, & minuta 44. Aut si peritus, valde audacem, qui motibus cælestibus tantum temporis spacium adimere se posse arbitratus est: IMPUDENTES vero & IMPIOS esse necesse est, qui quod sciunt, verum non esse, editis tamen ita esse debere sanciunt: Hoc est vim cælo asferre. En homuncionis leuissimi contra Decreta Patrum maledicen-

Aliquando primum mensem cyclicum non cōprehendere plenilunium primi mensis secundum mediū morum accepti

Quibus criminatōibus prædicta calumniatur Caluissius.

dicentiam! Videtis nunc vos *purioris Ecclesie* affeclæ, quanti faciat, quos propugnare se simulat impius Seth cantor vester, Concilii Niceni Patres, eorumque placita? Videtis ne pædagoguli erga viros grauissimos obseruantiam? maledictis in Clauium satiari non potest in contextu, nisi iisdem etiam margines repleat, vt *Reprehensio iusta* (cum tamen sit iniustissima) (*Clauii, Clauii illatio imperita. Audacia Clauii. Impudentia Clauii. Fraus Clauii.* At ipse hisce titulis dignissimus, quæ admodum inter se ante, duos annos lunares confundere voluit, vt criminandi congereret materiam; ita eadem arte duos nunc confundit primos menses cyclicum, & illum qui pure respicit medium motum. Nullum ex his proprio suo carere plenilunio affirmat Clauius, vt ei imponit Caluissius; sed quia primus mensis Cycli contineat tantum ex præscripto Patrum dies 29, contingere posse vt plenilunium primi mensis iuxta medium motum considerati, extra hos dies 29 reperiat; atque adeo si Ecclesia medios vellet sequi motus, & nihilominus retinere terminos paschales Patrum, mensemque primum cyclicum, fore, vt primus ille mensis contineret plenilunium medium, non primi mensis, sed vel vltimi, vel secundi. Hęc enim & non alia, si res ad primum trahatur mensem, ex Clauianis verbis deduci potest consecutio.

4. Nonne eodem prorsus modo impudentissime homuncio quo tu contra Patres Nicenos argumentaris, contra te iridem argumentari licet, & quidẽ tuis verbis? Nimirũ: *Valde imperitũ Astronomia oportuit esse qui triginta dies mensi lunari destinauit, cũ cõtineat tãtum 29. dies, horas duodecim, & minuta 44. Aut si peritus valde audacẽ, qui motib. celestibus tantũ temporis spaciũ addere se posse arbitratus est. Impudentes vero & impios esse necesse est, qui quod sciunt, verũ nõ esse scriptis publicis ita esse debere sanciant: Hoc est vim calo afferre.* Deinde cũ in spaciũ 30. illorum dierũ quos siue terminis Paschalib. siue primo mensi attribuendos contendis duo plenilunia ex medio motu incidere possint, quorum alterũ, si medium spectes motũ, & primi mensis sit, & dictante cyclo reiiciendum, nonne eodẽ modo tũ dici poterit, annos quosdam esse, in quibus nullum sit plenilunium primi mensis: & si nullum plenilunium primi mensis, ergo nec primus mensis: Item, si non primus mensis; ergo nec secundus, nec tertius erit, & quem tandem habebunt annum? &c. Quid habes pædagoge quod contra ex tua aut Grammatica aut Astronomia afferre possis? Alterutrum profecto in terminis designandis Paschalibus necessario in Calendario subeundum erat; aut aliquando intra illos terminos nullum reperiri posse plenilunium celeste medium: aut aliquando loco vnus, duo: Vtrumque incommodum videri poterat: & quodnam Reformatõribus erat eligendum hoc ne, vel illud? Sufficiens illis & iustissima ratio fuit, non tam eligere, quod elegerunt Patres Concilii Niceni, quam retinere id, quod per traditionem & vsum Ecclesiæ à Patribus illis acceperant. Quod vero etiam contra ipsos Patres totamque inueheris Ecclesiã Catholicam, merito vt ethnicus & publicanus esses habendus, & vno verbo expediendus. Sane cur in reliquis tuis nugis & calumniis expendendis tempus amplius teram, vix vllam video rationem. Si propter quasi innatum odium erga Pontificem Ecclesiæ Catholicæ caput, Catholicosque omnes, maxime vero Religiosos, Ecclesiæque defensores, quod vna cum hæresi lactis instar imbibisti, hisce parcere noluisse, item venerandi Concilii, cuius auctoritas S. Augustino plurimisque aliis viris Sanctis, iuxta ac grauissimis instar fuit Euangeliorum, Patribus pepercisses.

Iusta criminatio Caluissii retorasio.

Caluissii conuicia magis Patres Nicenos quam Clauium petere.

5. Sed

Caluisti conuicia omnes attingere.

Lib. I. cap. 6.

Caluisti sibi ipsi contradicere de distributione epactarum Patrum Nicenorum.

Caluistum arte mentiendi nimis frequenter & imperite uti.

5. Sed, inquit Caluistius, *nec quisquam Patrum vel Astronomorum veterum hoc ita esse decreuit. Fucus & fraus est Clauii, qui in hac re sententiam Conciliorum & Patrum præten- dit.* Non in hos, dicet, sed in Pontificem, contra Imperatorem, contra Reges & Principes inuehor; hi enim *edictis ita esse debere sanciunt*: hi mensẽ Paschalem 29 tantum dierum edictis promulgarunt, approbarunt, receperunt, & recipiendũ ac obleruandum curarunt. Ecquid melius Caluisti? Nonne vides te vnum esse contra omnes, maiores, minores, sacros, profanos, quotquot hoc tempore sunt, Catholicos æque ac hæreticos, quotquot fuerunt à Concilio, saltem Niceno ad nos vsque orthodoxos? Nonne adhuc in puriori Ecclesia, in qua tu cantare soles, mensẽ Paschalem retinetis dierum tantum 29, eumque retinendũ potius, quam vt eadem die in vnitae Ecclesiæ Catholice & omnium fidelium, Pascha nobiscum celebret, seminator discordiarum summis laboras viribus; omnesque adhortaris, *neurbationibus contractuum, negotiorumque ciuiliũ, & dissimilitudine etiam ceremoniarum Ecclesiasticarum, in celebrandis diuerso tempore festiuitatibus, & aliarum rerum ex diuersis Calendariis originem trahentium, permoueantur*? Nonne hos omnes vocas *impudentes & impios*? Neque de hoc crimine vnquam in æternum te purgare poteris.

6. Nam quod ais: *Nec enim Patres vnquam prohibuerunt, ne epacta 24 in die sexto Aprilis figeretur: sed cum iis temporibus eius vsus nõ esset, nullum terminum Paschalem in die 19 Aprilis, quo quartadecima epacta, in die 6. Aprilis fixa, pertingit, figere potuerunt. Quod igitur Patres ex necessitate omiserunt, illud Clauius pro decreto assumit, & negat eo die vllum terminum figi posse.* Fucus & fraus tua est, Caluisti, qui in hac re necessitatem præ- tendis. Mendacium est tuum, eos epactam X X I V in die 6 Aprilis fixam voluisse, si verum est, quod de reliquis epactis paulo post afferis, vt iam ostendemus. Quoties iam te admonui mendacem debere esse memorem? Vide vt oblitus sis te demonstrasse, quemadmodum capite præcedente à nobis relatum est, Patres Niceni confessus non solum potuisse, sed & debuisse facere mensẽ Paschalem 30 dierum. Ergo quod eum fecerunt 29 tantum dierum, nulla coacti necessitate, sed deliberato fecerunt, & *edictis ita esse debere* (anticipatio enim lunaris, vt tu ais, incognita ipsis fuit) in perpetuum sanciuerunt. Nonne cap. 27 id expresse dicis: *Si iam iidem Patres (Concilii Niceni) huic diei octauo mensis Martii, qui primus dies est mensis Pascha'is, primam etiam epactam, quæ primum mensis diem indicare debebat, qualis est in ordine epactarum X X I X (ordine enim retrogrado numerantur) addidissent, & sequentes epactas ordine inde, vt D E B E B A N T, retrogrado numerassent, omnium optime epactas distribuissent, & ambitus mensis Paschalis dierum T R I G I N T A factus esset, &c.* At vero cum hoc factum non sit, conditores etiam Calendarii Gregoriani ab hac recta (si superis placet) ratione abstinerunt. Ergo si debebant, & non fecerunt, libere, & non necessario non fecerunt: Ad impossibile enim nemo tenetur.

Ita imperitus es Caluisti, quippe *natura hebetior*, vt ne mendacio quidem, quo tamen pro re tua frequentissime indiges, vt i scias; atq; adeo si Platonem audiamus, à te auferendum esset omne mendacium: sed habebit quod agat, cui id muneris commissum fuerit. Necessitas quidem incumbet tibi mentiendi, qui Calendarium Gregorianum oppugnare voluisti: at quæ erat necessitas id oppugnandi? Sane Origenes, qui inter reliqua sua dogmata, Catholica auerſatur Ecclesia, etiam hoc habuisse dicitur, vt aliquando mentiri posse concederet, tibi id nunquam concessisset: *Homo autem, inquit, cui incumbit necessitas mentiendi, dili-*

genter

genter attendat, ut sic interdum vtatur mendacio, quomodo condimento atque medicamine, ut seruet mensuram eius, neque excedat terminos. Tu plane excedis terminos: mentiris enim Patres mensẽ Paschalem 30 dierum facere, aut terminum Paschalem in 19 Aprilis figere non potuisse, aut denique cum non fixerint locum figendi ibi reliquisse: decimus nonus dies Aprilis, Caluisi, extra terminos est; extra mensuram est; mendacium hoc condimentum non est: etenim tu te ipsum manifestas; non solum quod dicis, eos aliter rem instituere & potuisse, & debuisse; sed & talia concedas, ex quibus apertissime colligitur, epactam XXIV non in 6, sed 5 Aprilis fixam fuisse.

7. Deinde nonne liberum erat omnino Patribus, qui cyclum enneadecatericum instituerunt, eum in Calẽdario disponere uti voluissent? quis ipsos coegit ad eligendum potius 29, quam 30 dies? cur nõ poterant quartadecimarum indices omnes vno die deorsum detrudere, ut & cum plenilunio in eundem diem inciderent, & vnus eorum 19 Aprilis occuparet, essetque limes Paschatis plenilunii vltimus. *Quare citima Neomenia Paschalis semper hærebit octauo Martii, inquit Vieta, quamuis & ipse Calendarii Gregoriani opptignator, remotissima Aprilis quinto, sunt hi limites à Patribus Nicenis præstituti, quos egredi nefas est. Salua enim oportet, & illibata manere eorum decreta.*

Patres Nicenos pro spacio terminorum i Paschaliu libere elegisse 29 tantum dies.

Possemus sane, si vellemus, pluribus id ostendere testimoniis, Patres pro spacio illo terminorum Paschalium non plures quam 29 dies elegisse; non enim deesset nobis Beda venerabilis, non Rabanus, non alii, (videat qui velit de hoc Pittatum cap. 8. Paschalium canonum) at magis placet id ex ordinatione numerorum aureorum in Calendario veteri, & ex iis, quæ nobis affert hoc capite ipse Caluiscus, demonstrare clartus: enim uero, si ex hisce datis ostenderimus eandem fuisse apud Patres illos sanctissimos epactarum per Calendarium distributionem, saltem in mensibus Aprili & Martio, quæ nunc in Calendario Gregoriano cernitur, nostrum nobis constabit propositum. Satis omnino autem conuenit inter auctores aureorum numerorum in Calendario veteri dispositum, saltem in Aprili & Martio, eundem prorsus esse, quem Patres Niceni præscriperant, & qui ex Calendario Alexandrino in Romanum translatus ad nos vsque peruenit. Ergo si iis in locis figamus epactas, quas nobis pro tempore Concilii Niceni dat Caluiscus, quibus eas tunc fixas fuisse voluit, easque vna cum reliquis tam ex serie epactarum propria, quam ex aureorum numerorum in Calendario ordine indagatis, contulerimus cum iis, quæ habentur in Calendario Gregoriano, dispositum eundem, vel non eundem esse concludere certo poterimus. Age ergo rem ipsam aggrediamur.

L1

Expo-

Eandē fuisse apud Patres Nicenos epactarū dispositionem cū Cal. Gregoriano, ex Caluissii demonstrationib.

Aur. num.	Dies Martii.	Epacta antiqua.	Epact. Calend. Gregoriani.
16	8		XXIII.
5	9		XXII.
	10	21	XXI.
13	11	XX	XX.
2	12	XIX	XIX.
	13	18	XVIII.
10	14	XVII	XVII.
	15	16	XVI.
18	16	XV	XV.
7	17	XIV	XIV.
	18	13	XIII.
15	19	XII	XII.
4	20	XI	XI.
	21	10	X.
12	22	IX	IX.
1	23	VIII	VIII.
	24	7	VII.
9	25	VI	VI.
	26	5	V.
17	27	IV	IV.
6	28	III	III.
	29	2	II.
14	30	1	I.
3	31	*	*
	1 Apr.	29	XXIX.
11	2	XXVIII.	XXVIII.
	3	27	XXVII.
19	4		XXVI.
8	5		XXV. XXIV.
16	6	XXIII	XXIII.
5	7	XXII	XXII.
	8	XXI	XXI.
13	9	XX	XX.
2	10	XIX	XIX.

Exponatur tabella, in qua dies mensium Martii & Aprilis cum suis aureis numeris nouiluniorum indicibus ex Calendario veteri translatis, saltem ab 8 Martii vsq; ad 10 Aprilis binis in columnis descripti sint. Dedit autem nobis hoc capite 16 Caluissius, vt supra c. 7 Nu 4. recensuimus, epactas quarundecimarum indices, nimirum epactā 21, 18, 16, 13, 10, 7, 5, 2, 29, & 27, pro diebus Martii 23, 26, 28, 31; & 3, 6, 8, 11, 14, 16 Aprilis (epactam enim 24 à Caluissio non recipimus, de ea enim est quaestio, & ex hisce datis vbinam ponenda sit in dā ramus) ergo earundem epactarum nouilunia, abiectis nimirum ex singulis expositorum dierum numeris diebus 13, constabunt nobis earundem epactarum, vt nouiluniorum indices sunt, sedes in Calendario. Scribantur ergo in tertia columna huius tabulae. Iam docente ipsa epactarum serie, eam videlicet deorsum continuando, vacuas sedes sic replebimus: infra epactā 21 scribatur, quae serie retrograda sequitur epacta XX; (diuersis vtimur characteribus, vt data epactae ab inuentis distinguatur) infra XX ponatur epacta XIX; & sic de reliquis vsque ad diē 3 Aprilis, qui epactam 7 ex

traditione Caluissii sibi vendicat. Cum igitur aurei numeri 8 Martii mensē Paschalem incipiant, eumq; vna cum cyclo in diē 5 Aprilis finiāt; eo quod mox sequenti diē 6 Aprilis idem aureus numerus 16, à quo mensis & cyclos inceperat, repetatur, secundoque mensi det initium; ad spaciū Paschale & cycli epactarum replendū supersunt nobis dies tantum quatuor, epactae vero quinque; nimirum dies 8 & 9 Martii, vna cum 4 & 5 Aprilis; epactae vero XXIII, XXII, itē XXVI, XXV,

XXV. & XXIV. Vt ergo hæc 5 epactæ in 4 distribuuntur dies, binæ sunt attribuendæ uni ex his 4 diebus: cui Caluifi? Nulli velles miser, cū singulis singulas velles hoc in spacio, & extra illud duas copulare epactas: At Patres voluere. En vt in prima columna quatuor ordine continuo paulo post Aprilis initium cernis aureos numeros, cum tamen alibi idem nō appareat, & post binos saltem ordo interrumpatur. Vbi vis vt binas copulemus epactas? In principio mēsis videris exclamare Caluifi cōpingendam *primam cum vltima, hoc est, epactā XXIII cum XXIV, vt natura fert*: at hoc vt fiat tua natura non fert, quæ semper in contraria fertur: nonne, vt supra audiuius, epactæ Paschali XXIV attribuisti diem 6 Aprilis: ergo eadem in principio mēsis esse non potest, in eodem enim mēse duæ eiusdem quantitatis non dātur epactæ Paschales. Si enim has duas in 8 Martii copulaueris, aut ibi principium mēsis esse non poterit, aut epacta XXIV in 6 Aprilis extra terminos Paschales eiicitur. Vides ne Caluifi, in quantas tu te coniecieris angustias: in quem te, quo exire nunquam poteris, cōcluseris labyrinthum? Ergo necessario Caluifi, non in Martio, sed in Aprili duæ sunt epactæ sociandæ. Vbi nam? quo in die? Nonne necessario quarto aut quinto eius mēsis dies? Fiat ergo in quinto: & ecce ordinem epactarum ex Patrum, tuoq; præscripto, in tertia propositæ tabellæ columna prorsus eundem cum eo, qui in quarta columna descriptus habetur, & quem præ se fert Calendarium Gregorianum, quemque tu ita calumniaris.

In nunc Caluifi, & exclama Patres Concilii Niceni *impudentes & impios esse*. In nunc & mendacium tuum vendito, *Fucus & fraus est Clauii, qui in hacre sententiam Conciliorum & Patrum prætendit*. Impudentia & impietas tua est, non Patrum Nicenorum. Fucus & fraus tua est, non Clauii. *Habent igitur iam, qui mendacissimū hūc Elenchum tanto applausu receperunt, quod ipsos mordeat* (Caluifi enim conscientia callum obduxisse videtur, neque remorsus recipere vllos) *cum videant se à criminatione Patrum male deceptos esse*.

3. Ad insulsum porro argumentum tuum, quo vtrum plus tibi nocueris, an nobis profueris, incertum est: nimirum cum Patres in decimonono Aprilis terminum Paschalem nullum collocauerint, eos qui Patres imitari voluissent, neq; iis in locis, vbi olim termini vlli erant, terminos collocare debuisse, responsio in promptu est. Aliud nimirum esse extremorum limitum constitutionem: aliud terminorum intermediorum inter se dispositum. Dies 19 Aprilis extra limites Caluifi est, & à numero quartadecimarum Paschalium à Patribus seclusus ac remotus est: reliqua vero loca omnia à præstitutis à Patribus terminis circūdantur, quæ ob maiorem epactarum cum lunæ motu concordia omnia terminis Paschalibus repleta sunt, vt suis temporibus in vsum assumerentur, quos æquationes assumēdos præscriberent. Limites extremi reformatione non indigebāt; sed intermedii termini: imo ad limites extremos, quoad eius fieri poterat, ratio lunaris reducta est.

Nam quemadmodum tanta fuit apud conditores Calendarii Gregor. Concilii Niceni auctoritas, vt æquinoctium ad nullum alium diem, quam ad 21 Martii, in quo id à Patribus fixum erat, reductū voluerint; & vt ibi retineretur quantum fieri posset, propriam instituerint anni solaris æquationem: ita eadem omnino auctoritas tanti apud eosdem conditores fuit momenti, vt extremos limites quartadecimarum Paschalium, ad nullos alios dies reductos voluerint, quam

Insulsum Caluifi argumentū aut extremos terminos Paschales etiā, aut nullos fuisse mutandos, re-
furatur.

ad 21 Martii, decimumque octauum Aprilis, ubi eos à Patribus fixos repererant: & ut ibidem, quoad eius fieri posset, retinerentur, specialem etiam ordinarunt anni lunaris modum, Nec ibi maior quam hic ratio, illa reductio vituperari non potest; ergo neque hæc. Er quemadmodum in hisce est paritas: ita in ratione intercalandi, & in limitibus extremis ac intermediis est disparitas, atque adeo obiectio Caluissii omnino insulsa. Idem enim est ac si diceret: Cur in quibusdam annis & centesimis non intercalatur, cum tamen Patres in omnibus intercalatum voluerint? Aliud enim est terminos omnino transgredi, aliud intra terminos iuxta propriam æquationis rationem sese continere.

Aliud simile argumentum ex-
ploditur.

Eiusdem deinde farina etiam est illud, quod sequitur Caluissii argumentum, videlicet aliquibus in seculis in Calendario Gregoriano epactam XXIII, in v. u. non esse, ac propterea nullum in 21 Martii cadere posse terminum Paschalem: ex quo deducitur extremos limites posse constringi in angustias 28 tantum dierum. Verum dum hoc dicis miser, non vides te rursus in tuum ipsius incurrere maucronem, etenim in tua epactarum distributione, in qua spatium terminis Paschalibus debitum 30 constituis dierum, & tale esse debere summis contendis viribus, idem accidere potest, ut aliquando alteruter extremorum limitum nullam recipiat Paschalem quartamdecimam: ergo & tu extremos tunc limites in angustias coges 29 dierum: imo in priori distributione, quando epacta 1, quæ in 5 figitur Aprilis, in usu non est, idem spatium 28 tantum continet dies, in diem enim primum, hoc est, in 8 Martii has duas collocasti epactas *, XXIX; in sexto vero Aprilis rursus sequitur *, initium dans mensi secundo; at à die 8 Martii, usque ad 4 Aprilis, quæ epactæ 1 sedem proxime præcedit, dies numerantur non plures 28, & quod absurdius est; hoc spatium debere dare initia iis mensibus, qui omnes pleni sint, atque 30 dierum, cum illud in Calendario Gregor. quantum fieri poterat, destinatum erat tantummodo canis. Nihil ergo contra hoc dicere poteris, quod non à fortiori in te mox retorqueatur. Quod si dicere velis, per accidens esse, à quando extremum limitem quartamdecimam Paschalem non recipere, eumque per se nulla ratione excludere, cum locum suum nulla ratione mutet: id Caluissii pro nobis dices: & sic de reliquis. Verum illud, quod in Calendario Gregoriano accidit, tibi *πυρρὸ τοῦ καρχέδν & ὑμὶν τὸ αὐτὸ ἀσφῆρ* dicitur, idem si tibi accidat, pulchrum est artificium, nuper à Caluissio excogitatum, laudibusque in cælum usque, vel ab ipso Atlante extollendum.

Pluris fecisse
Calen. Grego-
riani cōditores
cōsensum fide-
lium, quam o-
mnium gentiū,
cōtra præcepta
Caluissii.

9. Resolutis in fumum ac nebulas, iisque dissipatis Caluissii cantoris argumentationibus ac demonstrationibus, ad ea, quæ inde deducit pergimus bellissima confectaria: Sed vide, inquit, quod precium Clauus hinc auferat. Primum omnes menses primos sui anni, præterquam vnum atque alterum, contra omnium gentium consensum canos facere cogitur. At Clauus vitro fatetur, atque mirifice gloriatur se pluris fecisse vniuersalem vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem, Patrum Nicenorum conuentum, consensumque Christianorum, quam omnium gentium consensum: & contra eundem omnium gentium consensum, Christianum, non Iudaicum, aut Turcicum inuicem iruisse Calendarium. Ad secundum.

Deinde ex eadem causa omnes in Februario menses plenos facit, imo auctarii loco pro sua liberalitate quouis quarto anno exacto in anno bissextili mensem, qui debebat esse (si gentes non Christianos sequi maluisset) vigintinovem dierum, facit triginta vnus dies, ut supra etiam meminimus. Et nos etiam tibi supra respondimus. Tu eadem sapius repetis, ut aliquid dixisse videaris. Perge.

10. Tercio

10. Tertiopadagogicam illam distinctionem inter duplicem epactam, cardinalitiam alteram & rubram, & alteram Ethiopissam & atram, quæ maxime deformis macula est, in corpore alias minime pu'chro adhibere necesse non habuisset, nisi hæc epactas hac in cellula concludisset. Deformis noster Ludimagister in alta sibi videtur sedere cathedra; & quicquid reliquorum reliquis in Academicis est magistrorū, præceptorūq; inertes illi sunt pædagogi. Epacta 25 diuersa a reliquis coloris aut characteris à conditoribus Calend. Gregoriani excogitata est, vt cum epacta XXVI sexies in Calendario coniuncta, absurdum auerteret in re Calendarii non paruum: Nisi enim hoc fiat, inquit Clavius continget, vt in vno & eodem Cyclo decennouennali, in quo vtraque Epacta XXV, XXIII est in vsu, duæ lunationes sexies in anno incidant in vnum eundemque diem, & eidem diei duo aurei numeri ascribantur & c: quod est absurdum, & contra rationem Cycli decennouennalis, cum Nouilunia, vt supra ostendimus, ad eosdem dies, nisi post 19. annos elapsos, redire non possint. Esse autem absurdum, & vt ea Patribus & habitum, & præcautum esse, notat etiam Paulus Mittelburgenfis Lib. 3. In locatione embolismorum præci Patres, inquit, hoc obseruarunt, quod nunquam fecerunt eos terminari in die quem alius numerus occupasset, ne duo numeri e regione vnius & eiusdem diei collocarentur, quia hoc indecens esset & à motu celesti alienum. est enim impossibile duas lunationes celestes eiusdem Cycli contingere in eodem die. At pædagogus noster ait esse pædagogicam distinctionem, nec ea opus fuisse, nisi duas illas eo in loco concludisset simul epactas, quæ profecto maxime deformis est macula in pædologo alias, vt sibi videtur, maxime erudito: magnæ profecto rursus te te accusasti ignorantis: quasvunque enim duas ex triginta epactis immediate se se, vt fit, sequentes, vel vbiunque in Calendario coniungas, nisi simili vtaris artificio, in dictum omnino incidet absurdum, cum semper epactæ coniunctæ simul eodem in cyclo aliquibus sæculis vsui erunt. id quod ex tabula epactarum expansa nullo ostenditur negotio. Assumpta namque quacunque ex 30. litteris, currentibus duobus quibusdam aureis numeris vnderario ab inuicem distantibus, epactæ duæ immediate se se in serie sua sequentes simul concurrent, atque adeo duo Nouilunia, duæ quartædecimæ & c, eo in cyclo in eum diem incidisse monstrabunt, vbi ipsæ coniunctæ sunt, nisi huic rei occurratur, eo quo diximus remedio. Exempli gratia sub aureis numeris 1, & 12 omnes omnino epactæ dicta ratione concurrunt, vt è regione litteræ P. maiusculæ, epactæ VIII & IX: è regione litteræ N, epactæ VII. & VIII: è regione M, & VI. & VII. & sic de reliquis. Idem cum aliis epactis accedit sub aureis numeris 2 & 13: etenim in linea transversa litteræ P, reperies epactas XIX, & XX: in linea N, XVIII. & XIX, & c. Et sic de aureis numeris, 3, & 14. iudica. Itē de aureis numeris, 4 & 15. Idem accedit sub aureis numeris 5 & 16, sub 6 & 17: sub 7 & 18: Item sub 8 & 19. Sic epactæ *, XXIX, quas Caluissius in vnum coniecit contubernium, concurrunt in linea litteræ N, sub aureis numeris 3, & 14: in linea litteræ G, sub 6 & 17: Item in ordine litteræ B, sub aureis numeris 1, & 12. Sic in ordine litteræ t, minusculæ, concurrunt sub aureis numeris 4, & 15: & ita in aliis etiam ordinibus litterarum, sub aliis aureis numeris idem euenit. Falsum igitur est Caluissii, quod auctor istius distinctionis, ea necesse non habuisset, nisi hæc epactas hac in cellula concludisset: & quia tu pædodge eam in tua distributione epactarum omisit, præter alia etiam in hanc pædagogicam incidisti absurditatem.

Quod vero quarto ais ex hac, vt tu eam vocas, illegitima copulatione, peccata in

Cur in Calend. Gregoriano binæ epactæ diuersi coloris copulatæ sint: vbi pædagogica pædagogi Caluissii infecta detegitur.
Explic. cal. cap. 10. Nu. 4.

celebratione paschatis admitti & plurima & fœdissima, falsissimum est. Simpliciter enim peccata non admittuntur, ut sepe aduertit Clauius. Hoc certissimum est, quomodocunque tandem epactas Calendario inscripserint, & reliqua omnia instituerint, etiam ad vnguem, atque adeo eo modo quo tu præcipis; maledicentiam tamen tuam minime euitassent: aliud enim est quam calendariū, quod tibi pædagogulo dolet, dolebitque magis ac magis, neque auertes, vnamquam, rumparis licet.

Sequi autem quinto non omnes menses Paschales in Calendario Gregoriano esse cauos, sed aliquando vnum aut alterum plenos, currentibus nimirum epactis duabus XXIII. & 25 si id tibi non placet, displiceat licet, & parum interest: reddit huiusce rei Clauius, sicut & omnium fere quas oppugnās, rationes sufficientissimas, ad quas tu primum respondere debuisses, antequam in conuicia & calumnias prorumperes, si potuisses: sed facilius tibi hoc, quam illud fuit.

11. *Hæc omnia, concludit tandem Caluissius, Calendarium Gregorianum adeo deformant, ut sæpius miratus sim, cur hoc quod facillime vitare potuissent, ut postea audiemus, admittere voluerint. Illud postea vereor ut vnquam postea venturum sit: certe antea omnium optime epactas distribuisti. & tamen te nihil profe. isse ipse, qui posteriora appellas, fateri cogis: mendacia Caluissii, etiamli mēdacii firmentur, non nisi mendacia sunt. Suspiciatus tandem fui, & ergit, aliam subesse causam, quam deprehendo hæc esse, ne Pascha aliquando in die 26. Aprilis celebretur, & diem Marci Euangelistæ transcendat, quod contra suum breuiarium esset, quod remotissimum Paschalem terminum definit in die Marci Euangelistæ, in die 25. Aprilis, iuxta inconditum suum versiculum*

Extremum Pascha monstrat tua passio Marce.

Si tibi non sapit hic, en alium antiquorum Computatorum versiculum!

Pascha nec vndenas Aprileis ante Calendas,

Nec post septenas Maii valet esse Calendas.

Sed pergamus. Ab hoc versiculo, addit, ne conditores Calendarii Gregoriani discederent, quidvis audendum statuerunt, & ma'uerunt per errores ex hisce male ordinatis epactis provenientes, ab Ecclesia in iudicio antiquioris & purioris Ecclesiæ se iungi, &c. Vnde autem Caluissii versiculi isti suum traxerunt ortum? nonne inde quod tam menses Paschales, quam extremi limites spacio 29 tantummodo dierum conclusi fuerint, & vltimus terminus vsque in 18. Aprilis, nec vltra productus; atque adeo incidente Dominica in 18. Aprilis ex ordinatione Patrum, quæ in termino Paschali celebrare Pascha vetuerat, Pascha in 25. Aprilis transigendum fuit, qui fuit remotissimus, quo Pascha rite celebrari poterat dies? Non propter versiculum sed propter rem ipsam, propter quam versiculus excogitatus erat, Patrum videlicet Nicenorum sanctionem, termini extremi paschales inuiolati à conditoribus Calendarii Gregoriani retenti sunt. Et tantum abest ut ab Ecclesia hac de re seiuncti dici possint, ut potius eo ipso coniunctissimos se se præstiterint. Rem denique absque versiculo, si ea quæ diximus nondum satis faciunt, ex Æthiopum siue Abissinorum computo Ecclesiastico sic accipe: *Pascha vicesima sexta Magabith inferius non descendet: & tricesima Miazia non erit maior.* hoc est, Pascha non præcedat diem 26 Megabith, nec 30 diem Miazia sequatur. at 26 Megabith respondere diei 22 Martii siue vndecimo Cal. April. & tricesimum Miazia eandem esse diem cum 25 Martii, siue 7. Cal. Maii, qui S. Marco sacer est, tuus habet

Non versiculos
sed decreta Pa-
trum versiculis
contenta Refor-
matores obser-
uata voluisse.

habet Scaliger septimo de emendat. temp. qui de eodem Abissinorum computo hæc subicit: *Nemo negauerit præstantiorem thesaurum antiquitatis Christianæ hodie non extare: & multa hinc nos doceri, quæ alto obliuionis silentio obruta erant.* Sed ridiculus profecto pædagogus es, cum puriori Ecclesiæ tuæ, quam ipse tu cantor eius ab Ecclesiæ Christi vniuersali ac Catholica, Ecclesiæ scilicet per antonomasiam dicta, & à qua conditores Calendarii Gregoriani seiungi se voluisse mentiris, distinguis, faterisque esse aliam atque diuersam (ab Ecclesiæ seiungi iudicio purioris Ecclesiæ dicis) eamque non nisi comparate ex tua comparatorum doctrina, antiquam & puram appellare audes, talem quippe, (siquidem Lutheranus es, & non potius fides tua cum nomine congruit) quæ nuper ex Luthero ac Catharina Borra nata, si recentiores Caluinistarum aliasque quæ postea ex equo illo profiliere Troiano impuriore spectes ecclesias, aliquo modo antiquior & purior dici possit. At te huius Ecclesiæ cantorem putabam: quis te eius nunc constituit præconem, ad publice eius proclamanda iudicia? interfuisti ne consilio? Erras cantor, fortassis præter te tale iudicium adeo à vero alienum nemo unquam somniauit.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Capita 28. & 29. Caluissii, de aliis Calendarii Gregoriani erratis, ad examen adducuntur.

Sed nondum calumniarum finis, nec illum quis ante finem Elenchi facile inueniet. Cap. 28. ait, *Epactas in Calendario Gregoriano male esse equatas*: at quomodo id probat? exemplis aliquot, duarum centuriarum 1700 & 8000 ostendit, permanente eodem termino Paschali in calendario, plenilunia Paschalia hisce terminis congruentia, vno aut altero die inter se differre; mendacium enim est id discriminis esse binorum dierum solidorum, si id quod de hoc discrimine ait Caluissius intelligi debeat de omnibus, nullū certe excludit. Verum cum de hoc ipso Clauius sapius monuerit, rationemque attulerit cur Cyclus terminum Paschalem modo exhibeat ante plenilunium, modo in plenilunio, & cui aliquando post: & Caluissius ad ea non satis respondeat; imo ipsemet cap. 29, vt iam iam audiemus, vltro fateatur, ea quæ hic vituperat, nulla ratione in vltro Calendario, quod per Cyclum epactarum, qualem Lilius excogitauit, quomodocunque instituitur, vitari posse, frustra in nugis cum nugatore tempus tereremus, si in hisce immorari vellemus: quod enim spectat ad vltiora secula, id suis in locis à nobis refertur ac refutatur: ad sequens igitur 29. caput transimus, in quo criminatore ostendere conatur, *Calendarium Gregorianum multos alios fœdiores errores continere.*

2. Et primum quidem ex Bulla Pontificia quædam adfert, quæ non solum contra mentem Pontificis explicat, sed & ipsa Bullæ verba corrupta, mutilata, transposita &c. refert, vt hoc Lib. cap. 4. pluribus ostendimus, & ea quæ de perpetuitate Calendarii Gregoriani mentitus est, solidè refutauimus.

Ostendit deinde disertissimis verbis se congressui cum Clauio, quem miles gloriosus magna spe victoria, iam pridem iactauerat, ne dum initium dedisse: sed fere cum omnibus hisce, quæ iam præmiserat se frustra fuisse: se sequere tandem

De cap. 28. Elenchi.

Caluissium nūc primum ad pugnam se conferre, hæcenus æquum egisse.

promissis stare velle indicat. Non autem loquimur, inquit, hic de minutioribus quibusdam erroribus, qui in huiusmodi cyclo, qualem Lilius excogitauit, etiamsi optime instituat, nullo modo vitari possunt, quando videlicet quartadecima luna vno vel altero die à plenilunio Paschali abit, unde errores in Paschate celebrando committuntur, quales fuerunt, quos supra cap. 19. & sequentibus recensuimus, nec loquimur de æquinoctii mutabilitate, cuius sedem certam futuro tempore nemo præstare potest, Quod est primum. hæc enim omnia Clauius suis comprehendit pugnae conditionibus. Sed loquimur, pergit, de eiusmodi vitiis, quæ plane absurda sunt & prorsus inaudita, quæ toti Astronomie, veritati & canonibus Ecclesiæ ex diametro repugnant, de eiusmodi erroribus, inquam, loquimur, quorum absurditatem nemo vnquam verbis satis exprimere poterit. Quod est secundum. Recte tamen dicis Caluisti, absurditates illas verbis exprimi non posse: vbi enim nullæ absurditates, verbis eas exprimi nequeunt, nisi inauditis & mendacibus: in medio mendaciorum tibi interdum etiam nolenti excidit veritas.

Errores Calen.
Gregor. 224800
annis post mū-
di finem Calui-
sius futuros
prædicat.

At rogo te Caluisti, quando hæc omnia erunt? Erit sane tribulatio magna, qualis non fuit ab initio. Quo fugiamus Caluisti tunc ab ira furoris tui? quoniam mons absurditates istas tegere poterit? Tu qui futura prænosces, ostende nobis tempora illa, ne imparatos nos repente obruant. *Ut igitur videamus*, ait, *quam belle cycli epactarum Lilius ad medium motum luna decurrat, sumamus centuriam 227800, cui Lilius ascribit litteram K, & ad eius ordinem secundum aureum numerum epactarum sumere iubet. Tu vates tam bonus es, & tamen non meminit amplius, te prædictis extremum mundi diem venturum longe ante mille quadringentos annos. Ergo id, quod hic vaticinaris minimum ducentis viginti quatuor annorum milibus & octingentis post mundi finem erit: merito ergo conquereris conditores Calendarii Gregoriani, & Pontificem, & Imperatorem, & totius orbis terrarum Reges & Principes in fraudem induxisse: quando enim tot milibus annorum post mundi finem redituri sunt, & hæc inuenturi in Calendario suo absurditates, quæ, Deus bone, calamitates illæ erunt? eorum sane lamentationes nemo vnquam verbis satis exprimere poterit. Vides ne Caluisti, ut disputationem instituas de lana caprina, vel te ipso iudice? Nonne tu ipse exclamas de multo minori numero annorum: *Proh Deum atque hominum fidem, in quas minutissimas res hîc homines curas suas diuidunt, & in quanta secula de legissimo Calendario recte conformando eas extendunt.**

Lilium æquationem suam nõ
vltra annum
5000 extendisse.
Clauium vero methodum
ipsum, non productionem
seculorum ostendere voluisse.

Neque Lilius Calendarium, vel potius æquationes suas vltra 5000 annos extendit, multo minus anno 227800 litteram K, vt tu ais, adscribere iussit. Nam et si Clauius eius æquationem iuxta ipsius rationem longius produxerit, idque se facere ex mente & sententia auctoris dixerit; nunquam tamen asseruit Lilius sententiam fuisse eam, quæ aut in infinitum, aut ad remotiora secula eandem æquationem protendere iuberet; aiebat quidem Clauius, *Atque hoc modo ex auctoris Calendaris sententia continuabitur tabula æquationis in infinitum*; verum aliud nihil inde deduci potest, quam si prosequendus esset Lilius æquandi modus, prout ab ipso ad annum vsque 5000 præscriptus est, is tali ratione produci posset in infinitum: non autem quod sententia aut Lilius aut Clauius, aut vllius alterius fuerit, eum esse sine vlla interruptione producendum atque sequendum: iuxta mentem incepti methodi tabulam extendit; non iuxta mentem productionis seculorum. Verum de his fusius disputauimus capite 4.

Aliquot Caluisti mendacia.

Itaque mendacium purum est Lilius promittere se vbique, & in illis seculis remotissimis quartadecimam, per illam solam æquationem annotaturum
iis die-

iis diebus, ad quos proxime sequitur plenilunium Patchale.

Mendacium quoque est Pontificem affirmare id in Calendario vbiq̃e factum esse; si Calendarium etiam ad æquationes remotioraque secula extendis, sed falsum, de qua sæpe mentio fit æquatione extraordinaria; aut id non vt plurimum intelligendum sit, & certos continere limites.

Mendacium denique est, quod dicis de anno Christi 3 10000. *Hucusque extendit Lilius suum Calendarium.*

3. Cætera, quæ addis de emendatione Clauii supra cap. 4. à nobis refutata sunt, quidque Clauius tam de sua quam de Liliæ æquatione falsus sit retulimus, quæ tu vbiq̃e subdole dissimulas, & malitiose retices: ea enim sunt, Caluisci, quæ tibi caput frangunt, atque tua conuicia & mendacia in apertum producunt; & ideo hoc loco denuo tibi recitanda. Sic autem ait Clauius: *Atque hoc vnum est ex præcipuis, quæ in epistola ad Lectorem nos Calendario Aloysii Liliæ adiecturos recepimus: QVAMVIS id simpliciter NECESSARIVM NON sit. Nam satis est, vt dixi æquationem ex mente auctoris præscriptam, vniformem sane, ac facilem ad aliquot millia annorum recte epactas ostendere. Quando enim posteri deprehendent, eam non amplius veras epactas exhibere, quod ante annum 8200 non contingeret, facile alia litera tabula expansa vel superior, vel inferior assumi poterit, prout videlicet nouilunia ascendisse vel descendisse in Calendario deprehensa fuerint, vt Num. 15, 16 & 19 docebimus: vt propterea non videatur expedire, vt ratio æquationis difficilior Ecclesiæ proponatur, præsertim cum hoc perpetuitati Calendarii non obstat, vt Num. 18 dicemus. En Caluisci, vt tua comparent conuicia & mendacia! Nonne etiam si secula duratura vltra ducenta vigintisex annorum millia essent, vtroque modo, & æquatione Gregoriana & Clauiana cautum diligentissime est, ne quartadecima a eo sit loco ad nouilunium, quo ad plenilunium esse debebat, vt tu futurum mentiris. Sed de his satis superque alibi differuimus.*

4. Excogitauit autem cantor noster subtilem rursus quæstionem, quam audire atque dissoluere, antequam ad alia pergamus, oportet. *Sed queritur iam, inquit, vtrum Astronomi, quos peritissimos huius rei Pontifex ex præcipuis Christiani orbis partibus euocauit, & integro decennio Roma in congregatione Calendarii (vt Clauius loquitur) immensis sumptibus aluit, queritur, inquam, an hosce Calendarii sui errores animaduertierint.* Brevis ac facilis est, Caluisci, responsio: Errores Calendarii sui neque tunc agnoscebant, neque nunc agnoscunt: quia nulli sunt: etenim antequam aliqui, qui vere errores dici possint, in Calendario firmum locum obtinere possint, quibus rationibus præueniendum sit, pluribus præmonuerunt, vt videre est apud Clauium cap. 12. Verum neque hoc magni fecerunt, quamuis de hoc posteros admonitos voluerint, ne aliquis Caluiscus id ipsum obiicere posset, posterus nimirum non satis esse prouisum, nemo enim tunc de annis illis, deque Calendario nunquam vsui futuro sollicitus erat, vt nunc est solers Caluiscus; qui etsi finem mundi longe ante 1400 annos prædicat, tamen de coordinando Calendario, quod in æternū dureret, consilia agit. Sed tu Caluisci rectius faceres, si de alia potius æternitate, deque anima tua misera cogitares, quidque illi futurum sit, non iam post tot millia annorum, sed quid hodie, quid cras. Hoc Caluisci cogita: Et si quid temporis ex solitis laboribus superest, id, vt in hunc

usum conferre possis, cura.

Æquationes
Calend. Grego.
emendatione
Clauiana super
addita opus nō
habere.

Calen. Grego-
riani errores a-
gnitos. nō esse,
quia nulli.

Quam intemperanter Caluſius capite 30. in æquationem epactarum Clauianam inuehatur.

Excellentia calendar. Gregoriana in quo consistat.

EXcellentiam Calendarii Gregoriani, quæ sane vt non parua est, ita non modico etiam liuore, ac inuidia torquet atque discruciat animos maleuolorum, in duobus potissimum consistere capitibus, & Clauius sæpe inculcat, & ex se clarissimum est. Alterum elegantissima illa est, nec vnquam satis laudata, tetracositeridum ordinatio, qua auctores eius rationi communis intercalationis excessu peccanti, ex illa ipsa ratione attulere remedium: vt quemadmodum quarto quoq; anno vnus interponitur dies, ita in quatuor annis centesimis, non amplius quatuor intercalarentur, sed quarto quoq; tantum vnus. quare effectum est, vt vulgari quadam ratione anni vulgares per quam plurima futura secula sine vilo, qui vituperari posset, discrimine, ad motum solis decurrerent.

Alterum est Cycli epactarum, remotis aureis numeris, in Calendario per omnes anni dies, & in tabula epactarum expansa cum cyclo lunæ dispositio: ex qua re conditores eius consecuti sunt, vt quæcunque institueretur epactarum æquatio, quæcunque etiam esset anni solaris ratio, semper tamen firma fixaque permaneret illa ordinatio; quæ etiam causa fuit cur Calendarium perpetuum appellandum duxerint.

Possit iisdem motibus Liliæ epactarum æquationem durare saltem ad 13. annorum millia posse; & adhibita æquatione extraordinaria, in perpetuum.

Atq; hæc vt præcipua in Calendario sunt, ita illis meliora nemo adhuc excogitare potuit. quibus Lilius suam adiunxit epactarum æquationem siue tabulæ expansæ epactarum vsum talem, vt quotiescunq; Nouilunia in Calendario vno die præter solitum ascendisse vel descendisse reperirentur; alia etiam epactarum transuersus ordo in tabula epactarum expansa proxime superior vel inferior in vsum assumeretur, ad nouilunia in Calendario indicanda, nullo instituto, ob causas cap. 4. recensitas, strictiori mensis lunaris postpositi cum hisce in tabula expansa triginta epactis, vinculo. Enim vero etiam si nulla omnino, quod tamen credibile non est, interuentura esset magnitudinis vtriusque anni, quod ad cognitionem nostram, mutatio; quæ per se causa ex præscripto Reformatorum emendationis esset: nihilominus antequam vnus aut alter postponatur mensis lunaris (quia tunc tandem deuiatio in ratione epactarum extraordinaria in diem excrecere poterit) à nostro tempore, ad illa vsque elabentur saltem tredecim annorum millia; quo annorum numero Lilius merito contentus esse poterat. Et ita Clauius videtur ratiocinatus: satius enim ille iudicauit, vt ex iis patet quæ Cap. præcedente ex eo retulimus, rationem Liliæ sane facillimam & generalissimam, quæ aliquot annorum millibus nullum ostendit defectum, inuariatam retinere, restituto per æquationem extraordinariam, quoties opus esset, defectu, quam aliis eam inuoluere tricis.

Clauium super addidisse æquationem pro annis 100000 vel 300000.

2. Verum cum quibusdam sciolis pauca visa essent tot annorum millia, Clauius videns hisce se paruo etiam negotio satis facere posse, aliam addidit ex suo Liliæ iam ante vna cum Calendario promulgatæ æquationem, qua illa, si annorum magnitudines supponantur eædem, saltem ad centena, vel ducentena annorum millia produceretur: eleganti id instituens ratiocinio; quod cum pedagogus Caluſius *natura hebetior* plene capere, nō posset, eo audaciz ac superbia

bix progressus est, vt non solū illud vituperare, sed & ipsum Clauium hominem & grauissimum, & doctissimum, quod ipsius æterna testantur monumenta, tanquam aliquem è schola cantorum stipitem tractare, & quod grauis est, cum fatuis ac morionibus comparare præsumpserit.

Duo enim erant, quæ Clauium ad hunc quem proposuit modum, reiectis omnibus aliis inuitauerat: alterum nimirum, vt fundamentis ac rationibus Lillii, si non vnde quaque, saltem in potioribus, & ferme per omnia adhærescere ea ratione se posse præuiderat: alterum quod quemadmodum Reformatores in æquatione anni solaris, vt diximus, reliquis omnibus relictis, ad exemplum communis formulæ quadriennii, suas instituerunt & disposuerunt in tetracoseterides centurias, eandem vtroque vulgo perquam accommodatissimam seruantes intercalandi rationem: ita Clauius ad exemplum communis epactarum ad motum lunarem per dies in Calendario coordinationis & ad æquationis, quæ fit per alternam binarum earundem epactarum copulam, alternas & ipse, quæ centuriis destinari solent, copulauit litteras epactales. quo remedio effectum est, vt æquatio epactarum Lillii (facta quæ ante suppositione) sine vllō omnino, qui in re vulgari ac Ecclesiastica alicuius esse posset momenti, errore, ad ducenta etiam millia annorum prorogata dici possit. Etenim, quod notandum est, nulla omnino, quemadmodum neque anni solaris, quæ ad vsum Ecclesiasticum ac vulgi per integrorum annorum faciles periodos instituta sit, durare in perpetuum potest epactarum cum motu lunari ad æquationem, pluribus enim abundant rationes Astronomicæ dierum horarumque fragmentis, quæ tam facile in facilem periodum colligi non possunt.

Ad hoc igitur inquit Clauius, si attendisset Lilius, & de anno Lunar i sic rationcinatus esset prædicte, quemadmodum de anno fecit solari; & vt sibi in centuriis proposuit imitandum communem quadriennemalem æquationem; ita in iisdem centuriis quoad epactas diebus postpositionis accommodandas, proposuisset sibi communem in Calendario epactarum æquationem; tanto intervallo, ipsius æquationes, si ad remotiora quam ipse fecit, secula extendenda essent, à vero non abirent: Hinc inquam est, quod ait Clauius: *Atque omnia hæc, quæ de constructione tabulæ æquationis, ex sententia auctoris Calendarii dicta sunt, vera essent, si in Calendario omnes 30. Epactæ ordine describerentur, vt in Ianuario, Martio, Maio, Iulio, Octobri, ac Decembri collocata sunt, & nunquam binæ Epactæ XXV. XXVIII. eundem diem occuparent, vt fieri videmus in Februario, Aprili, Iunio, Augusto, Septembri & Nouembri. quod tamen necessarium est, vt menses lunares sint alternis 30. ac 29. dierum, vt Cap. 10. Num. 3. declarauimus.* hoc est, si menses lunares omnes essent 30. dierum, etiam dies postpositionis siue litteræ epactales 30. pro mense in tabula epactarum expansa, & æquationis computari possent. Etenim Clauius hoc loco pro motu lunari per se & absolute considerato, eundem accipit, tanquam aliquid notius, & magis ad propositum tuum faciens, prout idem epactis iam applicatus, & in Calendario iam dispositus erat per signa sua, quæ sunt eadem epactæ: non secus ac dies anni ac mensium Calendario inscripti, signa sunt motus solaris: qui loquendi modus communis est non solum apud Rhetores, sed & maxime apud Philosophos, qui sæpius attribuunt effectibus, passionibus consequentibus, signis &c. tanquam iis quæ magis nota sunt ea, quæ proprie debentur ipsis causis, & rationibus à priori. Atq; hæc ratio explican-

Causæ superadditur æquationis Clauianæ.

Clauium potius rationem cui niteretur sua æquatio, quam causam à prioræ defectus Lillianæ explicare voluisse. Explic. cal. cap. 12. Num. 10.

di hoc loco proprie fecit ad rem Clauii, qui magis intentus erat ad rationem facilem ac vulgarem emendationis, ac æquationes prorogandi tradendam, quam ad causam erroris (ita lubet improprie loqui, vere enim error non est, cum Lilius ad vltima secula progredi noluerit, nec ad ea æquationem suam extendere) Lilius, à priore explicandam, quod tanto magis fuisset superfluum, quanto minus Clavius ipsum suum prorogandi modum necessarium putat: quamuis causam illam satis etiam clare assignauerit: nimirum omnia ea, quæ à se de modo æquandi ex mente Liliidicta essent, vera fore, si nunquam binas epactas in Calendario coniungi necesse fuisset, sed semper triginta solidum referret mensem: id quod verissimum est; neminero si mensis lunaris præcise esset 30 dierum, & cetera, vt nunc, consentirent, etiam ipsa ratio æquandi, eiusque quibus vtitur fundamenta perpetua forent. Cum igitur res secus se habeat, & ipse Lilius nihilominus in tabula æquationis epactarum expansa non solum singulis diebus postpositis attribuerit singulas epactas, sed & (si vltra annos 5000 extendatur æquationis tabula vt fecit Clavius) singulis mensibus singula epactarum tricenaria, ac si mensis cõstaret 30 diebus, recte hinc aliquo modo deduci poterat, ea de qua diximus causa erroris, si æquationes producenda forent. At Clavius pro sua qua valuit perspicacitate, vigoreque ingenii, plura quam pædagogus quispiam, præuidens, studio ab hisce explicandis abstinuit; & suo tantum fini intentus, his præmissis, mox & ad fundamentum suæ rationis æquationis vulgaris, qua æquationes Liliiductæ producerentur constituendum, & ad docendum qua ratione vel ipse Lilius, si de anno lunari, quemadmodum fecit de solari, ratiocinari voluisset, æquandi modum à posteriore, vt cum Philosophis loquar, colligere atque experiri potuisset, sese contulit. Sic igitur pergit.

Ita enim compertum est si ab epacta XXI inclusive in Ianuario, qua litera B, maiuscula respondet (a litera B maiuscula incipit, eo quod ipsa anno 1900 congruat, in quo prima finitur centuria, à qua ipse postpositiones lunares regulariter numerat) numeretur postpositio luna ex superiori tabula reperta, retrogrado ordine tam diu recte numerari epactam, quamdiu postpositio illa maior non est 27, quia non transgredimur tunc diem 5 Februarii, cui duæ epactæ XXV. XXIV ascriptæ sunt. At quando maior est luna postpositio, quam 27, fit error aliquis (non determinat hunc errorem, parvus ne sit an magnus, diem enim, si proprie loqui velimus, nondum attingere poterat id, quod Clavius minime fugit) in epacta inuenienda, quia sub die 5 Februarii non collocatur epacta XXIV, sed XXIII. ideoque epacta XXIII cum litera D maiuscula respondebit tunc aureo numero 3, non autem epacta XXIV cum litera E maiuscula, quando postpositio luna est 28, quod continget anno 8200, ita vt tunc post annum 8100 fiat descensus à litera F maiuscula, per duas literas vsque ad D maiusculam, non autem per vnā tantum. Idemque accidet infra 5 diem Aprilis 3 Iunii, &c. Varietatem hanc epactarum æquationis, & reliqua, quæ supra c. 4. retulimus.

Caluissū verba
Clauii immu-
tare, & in alie-
nū sensum tor-
quere.

4. Clavius autem de illa causa, quæ ipsum vti diximus, minime latere poterat, à priori disputare noluisse, sed tantum contentiosis viam, qua æquationes Liliiductæ opus esset producere vltius possent, ostendere sibi præfixisse, manifestissimum est, & ita clarum, vt falsarium Caluissium, quo latiore sibi ad calumniandū aperiret campum, permouerit, ad illa, ex quo id apertissimū est, mendaci suæ explicatione summo studio offuscanda. Etenim neq; qua ratione vel à priori innotuerit vitium illud conditionatū, vel alteri innotescere posset ostendere

dere necesse duxit, & tantum rationem proponit, qua sibi, vel cuius alteri à posteriore occurrere poterat; nihil nec affirmans nec negans de alia ratione. *Sed cū diligentius, inquit, postea tabulam illam æquationis epactarum ad annos 300000 post annum 1600 ex mente auctoris Calendarii extensam* (quippe ad primam annorum millia novilunia media supputavi) *deprehendi novilunia epactarum à cœlestibus noviluniis plus æquo discrepare.* Non affirmat ipse se tunc primum eo modo per calculum discrepan-
tiam illam deprehendisse: multæ enim aliæ causæ esse possunt, ob quas calculum illum instituerit: neque etiam necessario sequitur, eum tunc primum de causâ cogitare cepisse, quamvis subiungat: *Atque ita cum huius rei causam exquirerem, atq; ut obrectatoribus, quo ad eius fieri potest, satisfacerem, rationem, Deo iuvante, adinveni, quæ epacta, etiam ad seculi longissime distantia, ad annos saltem 100000 vel etiam 200000 inveniuntur, quarum novilunia à cœlestibus noviluniis non multum dissentiant, &c.* Cum causam exquirerem, ait Clavius, *rationem adinveni, quæ epacta, &c.* En quam clare habet, eum potissimum de sua superaddita tractare æquatione, eiusque fundamento! En quam clare apparet cum de inuentione loquitur, eum non de causâ, sed de modi æquationes producendi inuentione loqui: non enim ait, cum causam exquirerem, eam adinveni, aut causam adinveni; sed *rationem adinveni, quæ, &c.* En ut ex his in apertum producit peruersus Caluissii animus, atq; ad quidlibet arguendum paratus: etenim caput hoc, quod hic refutamur, sic inscribit: *Clavium errorum in Calendario Gregoriano causam finxisse friuolam, & à veritate alienâ.* Deinde mox initio capitis. Clavius, inquit, *hisce tantis Calendarii Gregoriani malis medicinam allaturus, inquit, primum de causâ, quæ epactarum æquatio in tanta absurda præcipitur, EAMQUE DEO ADIVVANTE se inuenisse tandem gloriatur.* Item; non male fecit Clavius, quod de causâ pessima huius affectionis inquisueris, & gratulamur ei, quod Deo iuvante eam inuenerit. Item; *Verba tua,* (alloquitur Clavius) *nihil aliud volunt, nisi hanc, quam dixi, esse veram illorum absurdorum in Calendario Gregoriano causam, quam tandem DEO ADIVVANTE INVENERIS, hisce enim verbis vteris pag. 176. (explicat. Calendarii edit. primæ.)* Hisce tu Caluissi vteris figmentis, ut Clavio imponas, quemadmodum patet ex Clavio loco allato, ex pag. 176.

Explic. pag 176

Quod si de ipsa Clauiana superaddita æquatione à se inuenta loqui velimus, quid ad rem propositam commodius excogitari poterat, ad æquationes videlicet Lilianas ulterius prorogandas? quid aptius, & ad vulgi captum accommodatius? Etenim si illud spectes, facta prima anno 8200 interruptio, secunda opus non erit nisi annis tredecim millibus & septingentis post primam, &c. Si hoc attendas, quid facilius, quam alternis vicibus literam Epactalem E, omittere? Si denique rationem ipsam consideres, quid promptius, quam quod quemadmodum epactæ per Calendarium dispositæ quam proxime cum lunaribus consentiunt rationibus; ita quando aberrare incipiunt per eandem ipsam viam, ad officium reducantur. Ergo sane omnibus diligentissime consideratis (quamplurima autem ea sunt) quid hisce duab. æquationibus, Liliana ac Clauiana præferrem, nondum video.

Clavianam superadditam æquationem & ad propositum & ad vulgi captum commodissimam esse.

§. Verum satis bene Clavius perispectum habebat hac sua æquatione nunquam fore opus, quæ & causâ fuit, cur eam obiter tantum explicauerit, prætermittens multa, quæ, si in usum ea adhibenda esset, annorari poterant: quale illud est, quamvis eadē in centuria à litera F ad D descendendum esset, id tamē eodem ipso anno fortassis minus cōgrue fieret? quamvis etiam hoc ipsum in re

Clavius superadditam æquationem Lillianam cum extraordinaria præfert.

Ecclesiastica ac morali parum aut nihil afferre posset incommodi) sed in ipso ceturiz principio ab F ad E ; & alio deinde eiusdem ceturiz anno ab E ad D. & sic de reliquis. Hac etiam de causa nihil prorsus de ea introducenda ab illo tribunali sancitum quicquam est, aut posteris quicquam præscriptum: immo ut monuimus, Clavius ipse illam, quam Extraordinariam Cap. 4. vocauimus, huic suæ præferendum duxit : & solum contentiosis quibusdam cantoribus ac Ludimagistrellis ostendere voluit, qua ratione æquatio Liliana quinquies decies interrupta ad vsque ducenta millia annorum producere possit: quæ si illis minus arrideat, relinquere eam poterunt, & post duodecim aut tredecim mille annos, tunc scilicet quando alia æquatione opus habebunt, de alia sibi poterunt providere, præsertim cum hoc remedium Clavianum, vel ipso Clauio attestante simpliciter necessarium non sit: & satis æquationem ex mente auctoris præscriptam, uniformem sane ac facilem, ad aliquot millia annorum recte Epactas ostendere. Quod si ob incertitudinem motuum aliqua æquatio extraordinaria aliquando adhibenda sit, facile alia litera tabula expansa vel superior vel inferior assumi poterit, prout videlicet Nouilunia ascendisse, vel descendisse in Calendario deprehensa fuerint, id quod factis Clavianis suppositionibus ante annum 8200. non continget. Et hoc cum cantor noster citando Claviium subdole omiserit, iterato ei inculcandum fuit.

Quibus probris Caluissius Clavianam æquationem, Claviiumque ipsum excipit.

6. Sed quid ad hæc Caluissius? id quod solet. Et primo, ut paulo ante vidimus, & verba Clauii immutat, & sensu ea induit friuolo & à veritate alieno, quod Clavius de ratione, qua Epactæ longius producantur dicit, id ipse ad causam discrepantiæ traducit.

Deinde cum pro ratione substituisset causam, eam etiam explicare pergit fide Caluissiana: Videlicet quod Luna, inquit, si mora & postpositione sua, ad huiusmodi in Calendario Gregoriano cellam, ubi duæ epactæ coniunctæ sunt, peruenierit, non satis attendat, quod binæ epactæ intus conclusæ sint, quibus singulis vnius diei mora debetur: sed prætereat, quasi vna tantum epacta suum ibi tabernaculum fixerit, &c. Tum digna cantore apostrophe ad Claviium conuersus: Macæ virtute ingenio, & inuentione Clauii, exclamat, Age, festina, extrue DEO aram, para hostias, & vel Hecatomben immola pro INVENTIONE tam abstrusa, & ab intelligentia hominum remota, & recondita ad excogitandum rei, &c. additque sexcenta alia ludicra.

Neque satis visum erat ita lusisse cum homine moderatissimo, & à Regibus ac principibus honorato viro, nisi eum fatuo ac morioni cuidam Nicolao olim Saxonum Ducibus à voluptatibus equiparasset. Non ouum ono inquit, similis est, Clauii, atque hæc opinio huius Nicolai cum tua sententia: nisi quod fatuus ille animi sui simplicitatem simpliciore sermone prodidit: tu vero magno verborum apparatu etiam sapientissimos infatuare conaris. Denique postquam alia adiecisset conuicia, rursus exclamat: Quid dicam? Quid exclamem? propter hanc solam adeo absurdam & stultissimam opinionem Clauii calendario huic insertam, & à Pontifice approbatam, calendarium certe ipsum dignum esset, ut ad inferos arrandaretur; ne opprobrio esset toti orbi Christiano, tam præstantissimis Mathematicis & Astronomis in omnibus suis partibus referro, qui putabuntur hoc stultissimum Clauii commentum approbasse. Hæc sola causa sufficit cur non solum non admittatur calendarium hoc: sed potius reiiciatur & eo remoueat, ut ne fama quidem eius ad auribus nostris perferatur &c. En lector hominis intemperatissimi improbitatem, En ut nihil in reprehensionibus satiari nequit! Qua seueritate putas accipiendum tunc esse, si pro meritis tractari deberet? maledicta quidem maledictis non compen-

compenfauero: neque id decet Christianum hominem: at tamen calumniatori huic fua fubinde monftranda eft impudentia, fi forte eam quam in fuis fcriptis inani occæcatus gloria cupidine conſpicere non poteft, ex aliorum poſſit.

7. Non ero Caluiſi tui ſimilis, arguam te & ſtatuum contra faciem tuam, vt in te videas condemnata, quæ falſo in aliis criminariſ. Quid tibi quæſo prodeſt publico ſcripto tot in Clauium cauillationes congerere. Quodnam malum Clauius perpetrauit vt tantopere in eum commoueare? an quia ipſe *obtreſſatoribus, quo ad eius fieri poſſet, ſatisfacere ſtuderit*: an quia modeſtiſſime plerumque aduerſarios ſuos exceperit, ideo tu hac modeſtia abuti debebas? Chriſtianum ne decet hominem male velle iis qui nec labori, nec ſumptibus parcendo toti orbi in reſtituenda, quæ te ipſo teſte vitium fecerat, temporum ratione prodeſſe, quantum poterant, vt ſtuderant, ita perfecerant. Neq; tu, neq; alius, verſes te hinc, verſes te inde, rumparis deniq; licet, vnquam oſtendes aliquid contra Calendarium Gregorianum, quod alicuius ſit momenti, & non à Conditoribus ſit præuiſum, & præcautum. Iulii Cæſaris hominis ethnici ea in re ita laudas factum, vt cum te deficiant verba tua, aliena accerſas: Gregorii vero XIII. Summi Paſtoris, qui ex Cæſaris Calendario quam plurimos ſuſtulit errores, ad inferos amandandum cenſes Calendarium. Videbis ſuo loco quantum interſit inter Iulianum & Gregorianum Calendarium.

Caluiſius iuſte reprehenditur.

Eſto deinde vera eſſe ea quæ tu ei imponis. Eſto Clauium eo loco cauſſam à priori aſſignare voluiſſe. Eſto etiam illam quam aſſignare videtur, nullo modo cauſſam dici poſſe. Eſto male inſtitutam eſſe æquationem Clauianam & quam plurimum à vero abire. Eſto illam à Clauio tanquam ſimpliciter neceſſariam proclamatam, & ab ipſo poſteris etiam imperatam eſſe: quæ tamen nec dum tibi conceſſerimus nec vllus vnquam concedet. An ideo cum ea omnia non niſi poſt ſex mille & quingentos annos ex eius ſuppoſito uſu veniât, & interea temporis reliqua omnia officio ſuo præclare fungantur, nunc *Calendarium ipſum dignum eſſet, vt ad inferos amandaretur*? An ideo *hac ſola cauſa ſufficit, cur non ſolum non admittatur Calendarium hoc, ſed potius reiſciatur & eo remoueatur, vt ne fama quidem eius ad aures noſtras perferatur*? Si tale tu iudicium fers de opinione, quam fingis, erronea, vnius hominis, quæ nulli omnino vnquam nocere poteſt; quale nam de hæreticis veſtris erroribus, qui non tantum putantur aut finguntur, ſed re ipſa tales ſunt, qui & animæ & corpori nocent, & vtriq; æternum afferunt exitium, ferendum erit iudicium? Vides ne tandem obtreſſator malitiam tuam: ſentis ne liuoris ac odii tui tormentum? Animū tibi ipſi dente rodīs canino, ac mordes, & interim ab æmulis tuis rideris; & pro magna gloria, quam tibi magno labore parare ad ſudorem uſq; laboraueras, magnam paraſti ignominiam.

Caluiſium limi-
tes modeſtiæ
transgreſſum eſ-
ſe, etiam ſi vera
eſſent ea quæ de
Clauio falſo
cit.

Quis deniq; non ridebit ſtultam opinionem tuam, qui putas, quod quæcunque Clauius in libro explicationis Caleſtarii dixerit, tanquam vera ac inſallibilia à Pontifice approbata eſſe, vt ſi verbi gratia in aliquo calculo, vt facile accideret ſolet, falſus ſit, ille nihilominus, tanquam Pontificio decreto approbatus, pro vero & irrefragabili habendus ſit? *Sed nihil præterea addam,*

*& indigna eſt hac ſtultitia quæ reſu-
tetur.*

CAPVT

*Sethus non Clauium, sed seipsum iniquum Calendarii
censorem esse probat.*

Caluissius nullū
subterfugit suā
causā iudicē.

Conditiones
censoris iniqui
ex præscripto
Caluissii.

Methodum in
genere cōmo-
dā non esse im-
probendam ob
particularia
quædam in-
commoda.
Isag. lib. 7.

Infrima Calui-
sii primæ con-
ditionis probatio

VT plura eadem de materia Caluissius texeret capita, maiusque ederet volumē, proponit eadem aliter atque aliter, pergitque calumniari Clauianam æquationem, & cap. 31 asserit, *Clauium agere iniquum censorem in Calendario Gregoriano emendando, idque male emendasse*, & hoc tanta audacia ac confidentia facit, vt nullum omnino iudicem causæ suæ subterfugere videatur. *Hoc verum esse*, inquit, *ita planum faciam, vt sperem me vel ipso Clauio, vel Pontifice Romano iudice, causam obtinere posse*. Ita ne miles gloriose, cum pugnando te parū proficere videas, imo vulnera iam sentias, victorem ad tribunal euocas; & ex milite gloriofo, repente accusator factus es? audaciam tamen simulare te potius, quam aliquid per sentiscesse animi crediderim, qui tales appellare iudices audeas *Canes, qui proteruius latrās, timidiore esse solent*. Videamus de causā; iudicem facile inueniemus.

Proprietates iniqui censoris quadripartita complectitur propositione, eamque se de Clauio demonstraturum iactat. Propositio hæc est: Iniquus censoris est, *Primum, Qui quæ bona sunt in aliquo scripto, non solum falsitatis arguit, sed & corrumpit, & vitium inquinat. Secundo, qui, quæ falsa sunt, vera esse pronuntiat. Tercio, qui errorem, quæ scibi inuenit, maiorem esse pronuntiat, quam reuera est. Quarto, qui emendando tantumdem errat, atque is, cuius errata corrigere conatur*. Hæc omnia æquatione epactarum Clauiana anno Christi 8200 primo adhibenda, si ita Rectoribus Ecclesiæ visum fuerit, se demonstraturum pollicetur: idque facere conatur, more suo corradendo aliquot exempla Paschatum, nunquam fortassis celebrandorum: quæ omnia quamuis vno verbo expediri possent; totaque Caluissiana demonstratio in nihilum redigi: lubet tamen progredi per singula capita, vt singulæ nobis constent proprietates iniqui censoris Caluissii. Enimvero respondere illi possemus non solum ad ea, quæ supra atculimus, maxime cap. 4. huius libri, ex quo spicula omnia Caluissiana in ipsum Caluissium retorquerentur. Sed & generatim hoc verū est, non propterea facilem aliquam ac vulgo accommodam damnandam esse æquandi rationem, eo quod interdum vno aut altero die defleat à rationibus Astronomicis, cum id in omnibus cyclicis ac vulgaribus æquationibus vniueniat: imo vel ipsomet Præceptoris sui Scaligeri iudicio nihil exemplis efficit hic eius discipulus: *Quod si interdum, inquit Scaliger, rationes nostræ Ephemeridum terminos non assequuntur, quamuis hoc rarissime accidit, non est culpa epilogismi nostri, sed inæqualitatis quæ ἀνομαλίας fideris*: (quando vero Clauius simile quid obiicit, mox friuolum id Caluissio, atque à veritate alienum est, fucus & fraus, &c.) *quæ, vt dixi, vt rarissime euenit, ita, quando euenit, ferenda est, & non ideo propter illam vniuersa methodus damnanda*. Quæ enim ipse dicit de suis epilogismis & ephemeridibus; hæc nos verius de cyclicis siue æquationibus vulgaribus, & mediis motibus dicere possumus. Verum vt diximus, ad singula lubet descendere, ne Caluissius putet eius nos aut timere actionem, aut rationes, quas tanto labore ac artificio excogitauit, nos, quod absit, flocci pendere.

2. *Quod ad primum attinet, quod Clauius, quæ bona sunt, & quæ nullius erroris recte ar-
gui possunt, falsitatis arguat, & eadem emendando corrumpat*, adducit exempla ex cen-
tura

turia 9200 quam totam, si vltimum excipias annum, in tabula erroribus calculi Caluifiani refertissimam (tædet eos enumerare, iam enim in aliis Arithmeticiu- Calculi Caluifiani erroribus.
hunc fallacem inuenimus, & numerus errorum nimium excrescit, etenim ex 99 annis non plures quatuor ab errore liberi sunt) proponit, ostenditque epactas Lillianas rectius se habere Clauianis, eo quod hæc tardiores sint illis, & nimium postpositæ. Sed facile respondetur; etenim cum methodus Clauiana vulgari nitatur epactarum per ipsum Calendarium dispositarum æquatione, quæ non expectat in principio anni quinquagesimum nonum diem, vt ibi, quâdo duo menses à Ianuarii principio numerati primo sexaginta possent fieri dierum, vnū per binarum epactarum copulam auferat; sed citius; fit vt etiam Clauii superaddita æquatio in postponendis epactis aliquantum præueniat: id quod etiam in æquatione accidit anni solaris, vt lib. 2. diximus, & nullo modo reprehendi potest: ergo neque hoc loco propter istud particulare, vniuersa methodus damnanda esset: etiam si reuera epactæ Clauianæ nimium postpositæ essent; quod tamen nondum conceditur.

Non fugit Caluifium hæc hoc modo considerata nullius esse ponderis, vt ergo in firmis suis rationibus robur aliquod adderet, ad malas suas confugit artes, ad fraudes nimirum, dolos ac mēdacia: at infelici, vt videbimus, successu. Enim- Caluifius ad malas confugit artes.
vero dum totus est in vno homo *natura bebetior*, reliquorum omnium obliuiscitur, & dum magnū magno labore sibi cōparare per fas & nefas studet numerum exemplorum, ac centuriarū, fallacia alia aliam trudit, & miser suo ipsius laqueo capitur. Et primo quidem quo longius epactas Clauianas à nouiluniis ac pleniluniis in posteriora remoueat, in applicatione quartædecimæ ad motum lunare seruata vult Clauii regulam: *Non enim quouis modo, inquit, applicari debet sed hac regula, quam Clauius sæpius repetit, vt quartædecima quam proxime plenilunium præcedat.* In applicatione vero dierum mensis ad eūdem motum lunarem, quia videbat propius epactas coniungi cum nouiluniis ac pleniluniis ad regulam Clauianam, qua nouilunium siue plenilunium post meridiem cōfectum sequenti diei adscribendum Clauius ipso Caluifio teste censet, ab ea subdole deficit, & ad suā transfugit. Probatur hoc ipso Caluifii exemplo. Anno quarto huius centuriæ, ait, Clauii epacta 25 nouilunium exhibet die 5 Aprilis: sed nouilunium eo anno factum est die 2 Aprilis. feria quinta (saltem vnum exemplum sine errore afferres; feria sexta Caluifi) integro triduo ante præfinitum tempus. Plenilunium tribuit diei 17 Aprilis, hor. 9. min. 31 à media nocte; ablato semisse mōsis lunaris, cadit nouilunium in 2 Aprilis, hor. 3 min. 9, post meridiem, atque adeo ex regula Clauiana diei 3 Aprilis adscribendum; vt ergo colligere posset triduum cantor noster, suam adduxit à media nocte cantilenam. & sic de reliquis in hac centuria.

Sed quem hic reportat Caluifius fructum? Non alium, quam quod rursus e- Caluifii fallacia
gregie se mentitum esse comprobet, cum dicit de epactis Clauianis huius centuriæ, eas quartasdecimas suas semper plenilunio postponere: *quarum quartædecima, inquit, SEMPER sequuntur plenilunium, vt plurimum integro die:* cum tamen sæpiissime cum plenilunio in eundem incidant diem: ergo non semper sequuntur.

Tertio alia est Caluifii fraus, vt epactas vitii damnare possit, quod eas nunc cū Alia fraus Cal-
Nouilunio, nunc cum plenilunio comparat: hac enim ratione quasi semper in-
uenit, quod calumniatur: cum epactæ quæmodocunq; ordinentur, vt plurimū ab alterutro secessum facere cogantur.

Na

Quarto

Alia crassa Caluifi industria.

Caluifius cōtra se taceretur Pascha recte in plenilunio celebrari.

Quarto dolos dolis confarcinat, nam quod Clauui *epacta longissime aberrant* & nouiluniis, & quidem *toto triduo*, in eadem *hac centuria quadragies quater*, crassissimum est mendacium. Enimvero si plenilunia diebus accommodentur ex regula Clauui, pro *quadragies quater* substituendum fuisset cantori tantum *sexies*, quod illi minime placuit. Verum et si serues Caluifi regulam, nihilominus plus quam solidam annorum decadem, ex 44, quis tollere debet, qui non vna cum cantore mendax audire vult.

3. Quinto de hac eadem centuria affirmat, eam iuxta æquationem Lillii, cuius quartasdecimas exposuit, ex illis esse, *qua bona sunt, & qua NVLLIVS ERRORIS RECTE argui possunt*. Item, *Lillii æquationem veram, iustam & legitimam esse, ut cuius decima quarta luna proxime plenilunium precedat, & qua in celebrando Paschate NVNQVAM in hac quidem centuria errat*. Ergo à te Caluifi non recte argui potest erroris, Paschatis in plenilunio celebratio, sed falsa, iniusta, & illegitima, te ipso teste, est illa reprehensio. Ergo omnia, quæ attulisti cap. 20 (quod nos refutauimus cap. 8) in quo demonstrare te iactabas, *Pascha non recte in plenilunio celebrari*, falsa cōmenta & figmenta tua sunt; & quod magno labore ex cantorum Theologia, & Victorini ex Scaligero deprompta auctoritate, demonstrare conatus es, hoc nunc in irritum cadit, hoc tu nunc ipse negas quod asserueras, quæve extruxeras, nunc ipse euertis. *Quapropter firmum manet, Pontificem, quotiescunque Pascha cum Iudeis* (qui per te semper in plenilunio agunt) *in plenilunio agit, indicio purioris Ecclesie, eiusque cantoris Sethi, nulla ratione hereseos damnari, aut merito depnendum esse*. Sed esse celebrationem *veram, iustam, & legitimam*, talemque, *que nullius erroris recte argui possit*. Enimvero quartadecima Lillii, *qua in celebrando Paschate NVNQVAM in hac quidem centuria errat*, in hac eadem centuria Pascha in plenilunio celebrandum exhibet, si-

Anni Christi	Liter. Dom.	Lillii luna XIV.	Plenilun. Pasch.		Dies Paschatis.
			Dies.	Hor. min.	
9200	B A	1 Apr.	1 A.	20 48	2 Apr.
9203	E	29 Mar.	30 M.	11 59	30 Mar.
9207	G	14 Apr.	15 A.	9 41	15 Apr.
9210	E D	21 Mar.	21 M.	22 9	22 Mar.
9227	C	3 Apr.	4 A.	2 2	4 Apr.
9231	E	18 Apr.	19 A.	14 45	20 Apr.
9234	A	15 Apr.	16 A.	5 54	16 Apr.
9144	C B	26 Mar.	26 M.	12 13	27 Mar.
9247	F	23 Mar.	24 M.	3 23	24 Mar.
9251	A	8 Apr.	8 A.	16 6	9 Apr.
9254	D	4 Apr.	5 A.	7 16	5 Apr.
9271	D	28 Mar.	28 M.	17 27	29 Mar.
9274	G	24 Mar.	25 M.	8 37	25 Mar.
9278	B	9 Apr.	9 A.	21 20	10 Apr.
9298	E	29 Mar.	29 M.	22 40	30 Mar.

ipsarum loco literas Dominicales, cum ipso die Paschatis substituimus: aliosq; errores crassiores correximus.

Sexto

Sexto error nullus erit, Pascha celebrari in ultimo lune quadrante, etsi id ipsum prohibeas. Nam quartadecima Lili, *qua in celebrando Paschate NVNQVAM in hac quidem centuria errat*, in hac ipsa centuria iuxta tuam regulam, Pascha ex plenilunio siue 15 luna, in ultimum traicit mensis quadrantem, siue 22 lunam octies tantum, toties nimirum precise vno dempto, quoties tu Clauium eiusdem erroris accusas, & quidem iis ipsis annis, 9200 & 9298 annis exceptis, quibus Lilius abstinet, anno vero 9288 idem committit: in reliquis vero quo ad hoc omnino pares sunt Clauius & Lilius, annis videl. 9220, 9230, 9237, 9257, 9261, 9277, 9281, in quibus Pascha iisdem omnino diebus celebrant. Ergo si Lilius *nunquam in hac quidem centuria errat*, Pascha celebrare in 22 luna error non est. Et tu erroris huius Clauium male accusas, cum dicis: *Tertium errorem etiam, quo Pascha in diem 22 mensis Paschalis reuocatur contra Canones, nouies admittit, & primo quidem statim in initio huius centuria, postea anno 10, 30, 37, 57, 61, 78, 81, 98, atq; ita Clauius cum suis epactis multipliciter impingit, &c.* Enimvero si eadem omnino Paschata Lilio erronea non sunt, neque erunt Clauio. Vides ne plumbee Caluifi, vt iuxta sponsones tuas solerem te des?

Septimo non solū miser iste musicus ædificator, ea, quæ antea magno labore construxerat, multisq; fulcris firmauerat ca. 20 de Paschate plenilunii, hic euerit: ed & omnia fere, quæ cap. 19; 21, 22, 23 & 24 erexit propugnacula, nunc solo æquat; nimirum *nullius erroris recte argui posse* affirmat, quod interdum in Calen. Gregoriano Pascha per accidens aut cum Iudæis, aut cum Quartadecimanis, siue in plenilunio, siue ante pleniluniū: in secundo vel ultimo mense; vel etiam in ultima mēsis lunaris hebdomada, futurū præscribatur: id nempe quod Clauius, quod nos quod pleriq; asserunt. Audiamus enim Caluifi testimonium centuriā 9200 cum suis epactis, quartisdecimis, & Pascharis ad Lili normam institutis, ex numero esse illorum, *quæ bona sunt, & quæ nullius erroris recte argui possunt*. Itē centuriam illam talem esse, *quæ in celebrando Paschate NVNQVAM errat*. Sed idem omnino se probare, imo demonstrare posse de aliis, affirmat; *Possē, inquit, idem demonstrare in aliis centuriis, vt in centuria 8200, 8500, 8800, 9100, 9500, 9800, 10100, 10400, 10700, 11000, 11700, 12000, 12300, 12600, 14200, & in aliis, in quibus omnib. Lilius epactas RECTE æquauit, &c.* At putas ne Caluifi, in his ipsis centuriis Pascha ex illa epactarū æquatione, non aliquādo celebrandū venire & in plenilunio, & (si diē inchoaueris, vt in similib. soles, à meridie etiam) ante plenilunium (propter quæ omnes antea excommunicatos ac hæreseos damnatos voluisti) tum in secundo ac ultimo mense, & in ultima deniq; mensis lunaris hebdomada. Quod si ita est, vt inō dubitamus, fieri posse, (tempus enim in hisce inquirendis terere nolimus) ergo non solū *erroris recte argui* hæc Caluifi, non posse demonstrasti, verū etiā in predictis capitib. te iniquum egisse censorem, *qui, quæ bona & legitima sunt in hoc Calendario, erroris argueris, &c.* eadem opera probasti, nemine id à te exigente.

Octauo falsissimum est, idem omnino eum posse demonstrare in supra enumeratis centuriis, quæ de centuria 9200 demonstrauerat, quod *decimaquarta luna proxime plenilunium præcedit, &c.* cum non in omnib. illis eadē reperiatur quartadecimarum cum pleniluniis connexio, vt facile patebit cuiq; periculū faciēti.

Nono ait infelix iste censor, vt audiuius, *posse idem demonstrare, &c. & in ALIIS, in quibus omnibus Lilius epactas recte æquauit, quas tamen Clauius calumniatur, & quasi falsas traducit, & in vitiosissimas conuertit.* In aliis præter supra recensitas

Caluifi *ob* contradicit, cū Pascha nunc bene, nunc male 22 luna celebrari alicui:

Caluifi *omnes* fere errores, quos ante Calen. Gregor. obiecerat, nūc nullos affirmas

C. Iul. seipsum vt iniquū censorem condemnat. Alia Caluifi falsitas.

Caluifi *rursus* se iniquū censorem demonstrat.

centurias, iactat se demonstrare posse, Liliū recte epactas æquasse, easq; Clauium male emendasse, cum tamen nulla alia centuria post 8200, & præter enumeratas superfit, quam centuria 9400, in quibus Caluissius, quando ipse & Clauium & Liliū emendare se putat, cum Lilio conueniat: cum ergo reliquas omnes ipse Caluissius lib. 2. cap. 4. mutauerit, aliasque illis, quam Lilius attribuit epactas; saltem in illis aliis centuriis, quas mutauit, & hic tamen recte se habere affirmat, propriis Caluissius damnatur verbis, seseque iniquum fatetur censorem, qui, *qua bona & legitima sunt in hoc Calendario, erroris arguat, & eadem emendando corrumpat: & in quibus omnibus Lilius epactas recte æquauit, eas tamen Caluissius calumniatur, & quasi falsas traducit, & in vitiosissimas conuertit.* Iam prius Caluim te non uimus, ut cauere in alium dicere, quod statim in te retorqueri possit, sed id nondum didicisti. Disce Caluissii diligentius præmeditari an, equam scribas, quid scribas, & contra quem scribas. Cum cantoribus, Caluissi, ac paedagogis fortassis manus conferere poteris; ab Astronomis & Mathematicis tibi caueto, alia ipsi quam tu & Scaliger tuus utuntur Astronomia, quam nondum didicisti. De te ergo Caluissi, non de Clauio primam propositionis tuæ demonstrasti partē, de qua, quæ nos hic attulimus, tibi posse sufficere arbitror. Pergamus ad sequentem propositionem, quod uidelicet Clauius epactas, quæ maxime errant, pro bonis ac legitimis habeas, & proclamet.

De secunda ini-
qui censoris
condicione.

4. Ita iniquus censor Caluissius, quod probare conatur ex centuria 5800, quam etiam erroribus scatente refert tabula, magnus iste Arithmeticus, & in logistica versatissimus. In hac autem centuria cum epactæ dierum postpositionis, iuxta statutum à Clauio fundamentum æquatione nondum indigeant, Clauius eam intactam reliquit, & idcirco Caluissius eandem ad calumniandum selegit. Quod si illi obicias doctrinam magistri, propter generalem nimirum aliquā methodum facilem, particularia quædam esse ferenda incommoda, mox audies responsum. Respondeo, ait, si ordo æquationis epactarum ab initio recte institutus fuisset, huiusmodi emendatione Calendarium non indiguisset. At Caluissi, non quod tibi recte institutum videtur, id omnibus videtur: explicauimus cap. 4. rationes, ob quas merito illa, quæ tibi placet æquatio omiſsa est: explicauimus cap. præcedente, quare etiam Clauius in tuam non iuerit sententiam: quo te remittimus. Fixum ergo manet ob facilem & quæ suis nitatur rationibus cyclorum methodum, quædā esse ferenda; neq; tua Clauianæ præferenda. Sed veniamus ad particularia.

Caluissi inſig-
næ mendacium.

Primo, *Errores autem, ait, qui in hac centuria committuntur, hi fere sunt. Quadragies septies quartadecima plenilunium integro biduo præcedit, contra canonem, &c.* Festina lente Paedagoge, ne offendas pedibus: quadragies ne septies pleniluniū integro biduo præcedit? Strenue profecto pugnas Caluissi, plagamque inſigis aratri: egregie sane mentiris: tua te arguit tabula, tuus calculus, quæ nō quadragies septies, sed decies & quater tantum quartadecimam biduo ante plenilunium exhibet: mendacium annorum 33, vna in centuria nimium est Caluissi, id enim & rusti, innotabunt, cum ad æquet trientem. Qua fronte quæſo afferere talia ausus es: & simul alios, ut te erroris conuincant, prouocare? Quid amabo te respondere poteris?

Caluissius aut
prædictū men-
dacium, aut ma-
litiæ se hypo-

Enimvero vix credo te ita impudentem esse, ut, (quod est secundum) eodem in capite, pauca post verba, eademque in materia hypothesim tuam inuertere, & diem non ut ante à media nocte, sed à meridie deducere audeas. Nonne inſig-
nis

gnishæc esset versutia, & nimis crassa astutia, epactis Clauianis duos inter se diuersos ac per 12 horas à se distantes, ad quos se conforment, præfigere terminos, ita vt si posteriores sint, cum termino essent comparandæ anteriore; si vero anteriores, cum posteriore; ex qua necessario semper haberes discrepantiam? Quid mauis Caluisi; aut hunc fateri dolum, homine, qui est *natura hebetior*, dignum; aut ter atque trigies te esse mentitum? alterutrum fatearis necesse est. Adhibe in consilium Origanum tuum.

thesin mutasse
fateri debet.

Tertio demus Caluissium posterius elegisse, nondum tamen infelix homo liber ex hoc exhibit labyrintho, sed erunt, qui plura ab eo, quæ adhuc in sinu gestat, exigent mendacia, vel eandem sepius proponunt optionem, donec cupiens vitare alterutrum, incidat in vtrumque. Etenim si diem vt ante, & vt faciendum pluribus, alibi commendat, à media nocte inchoat, rursus inuenietur mendax, quando dicitur, quod centuria 5800 affirmat, quod nunquam quartadecima vel semel plenilunium postea promoueretur, si quartadecima per integrum diem promoueretur: cum eadem quartadecima cum plenilunio in eundem diem incidat decies septies, annis videlicet 8, 12 (incidit enim plenilunium hoc anno in 24. Martii, non in 25, vt tu ponis); 3, 24, 28, 29, 32, 48, 49, 65, 68, 69, 70, 84, 86, 88, 89, vt videre licet ex tua tabula; ergo si vno die eadem quartadecima promoueretur, necessario ipsa decies septies plenilunium die sequeretur solido, id nimirum, quod tu ante Clauio ita exprobasti, & idcirco impudentissime iniquum censorem appellasti.

Aliud Caluissi
falsum cōmen-
tum.

Quarto, ait, de eadem centuria 5800: *sexies celebratur Pascha cum Iudeis, vt anno huius centuria 20, 51, 71, 78, 98, & initio*, saltem in honorem nominis tui Seth, cum de Iudeis sermo est veritatē dixisses: Tu es magister in Israel, & ignoras annis 5800, 20, 71, & 98 Iudæorū Pascha, (ita enim tu 15 Nisan appellas) non solum nō incidere in feriam primam, sed & integro mense post Pascha Christianorum? Tu ne es, qui nobis promittis computum Hebræorum? Tu ne es, qui supra creparas *Gadras, characteres Tisri, & Nisan, Astronomicas & politicas translationes, annos Iudaicos?* En Magister inspicere tabellam hanc, an recte se habeat.

Aliud Caluissi
figmentum.

Anni Chri- sti.	Pascha Chri- stianorum.	Character Neome- nia Tisri sequen- tis.	Neomenia Tisri.	Pascha Iu- daeorum.
	Dies. Mensf.	Fer. Hor. Punct.	Fer. Mensf.	Fer. Mensf.
5800	6 Apr.	4 17 510	5 16 Oct.	3 6 Maii
5820	26 Mar.	4 18 486	5 5 Oct.	3 25 Ap.
5871	2 Apr.	4 14 164	5 12 Oct.	3 2 Maii
5898	3 Apr.	4 19 426	5 13 Oct.	3 3 Maii

Vide censor inique Seth, quod nobis errores & mēdacia afferas, vt aliis tuum imponere possis nomen. Sed nondum est finis.

Quinto addit: *Octies celebratur Pascha ante plenilunium cum Quartadecimanis hebreis, vt anno huius centuria 3, 7, 23, 27, 34, 54, 74, 91. Idque foedissimo errore, vt cap. 22 vidimus.* Tu Caluissi, tu foedissimos committis errores: nam & hic multum à verò abis; si enim diem à media nocte incipis, vt tua fert sententia, ex his octo annis auferre debes medietatē, annos nimirum 7, 27, 54, & 74, in quibus Pascha celebratur eodem die, in quem incidit plenilunium, atque adeo nō ante plenilunium, vt tu

Alius Caluissi
error.

Nn 3 falso

falso dicis. Ex reliquis quatuor si rursus demas medietatem (vt habeas tres continue proportionales) remanebunt tibi, & vix quidem, duo; nam absq; 41. minutis, etiam annus 3 te defereret: reliqui autem duo, 34 videlicet & 91, tibi eripiuntur, eo quod paulo post afferas, in illis Pascha fieri non in primo, sed in secundo mense, atq; adeo nulla ratione cum hæreticis à Concilio Niceno damnatis: *atque ita Cantor cum suis exemplis multipliciter impingit, & Elenchū suū alias vbiq; errorum maculis sordatum, magis magisq; inquinat.* En vt maculare pergat!

Alia Caluissii
contradictio.

Sexto, *Quinquies præterea*, inquit. *Pascha ex primo & legitimo mense, in mensem secundum, qui est impurorum, traicitur, vt anno huius centuria 15, 34, 53, 72, 91.* En vt miser decipiendo se decipit! annos 34, & 91, antea numerauerat inter illos, quibus *fædissimo errore* Pascha celebratur ante tempus debitum, citat enim cap. 22, vb: sic habebat: *Absurdissimum certe est, memoriam resurrectionis Christi celebrare velle, priusquam tempus memoria passionis, mortis, & sepultura aduenerit.* Nunc vero dicit, in iisdē annis Pascha celebrari post tempus legitimum. *Conciliet hac, qui meliori est ingenio.* Ante erant *fædissimi errores*, nunc *leuiculi* sunt. An non tibi lector homo iste videtur leuiculus simul & iniquus censor.

Alia à Caluissio
temere dicta.

Septimo, *Ceterum, non hac tantum centuria*, concludit cantor, *quam proposui, in Calendario hoc inuenitur, in qua tot errores committuntur: & tamen ab omnibus errorib. libera à Clauio proclamat: sed plurimas habet sui similes, vt centuriam 3600, 900, 4900, 5200, 5500, 6100, 6400, 6500, 6800, 7100, 7400, 7700, 8000, 8100: &c.* Eodē omnino modo, Caluissi, has centurias ab errorib. liberas proclamat Clauius, quo alias quam plurimas (quæ etiam tibi in tua probantur emendatione) liberas pronunciat; nec istas magis quam alias, quæ sibi probantur, vt tu menti videris; omnib. fere centuriis inesse quædam concedit, quæ ob constantem methodum ac cyclorum commodum omnino ferenda sint. Verum tot errores omnib. hisce inesse, quot tu de centuria 5800 afferis, quamuis in plerisque mentiaris, facile credo, quis accurato examine inueniret etiam falsum: nobis, quia errores, vt sæpe monuimus, minime dicuntur, & proinde hisce in nugis tempus terere non placet: contulimus tamen centurias 3600, 3900, & 4900 cum tabula Clauii temporaria festorum ac pleniluniorum ad annum Christi 5000 extensam, quartæ decimæ videlicet cum pleniluniis, saltem quoad dies, nulla habita ratione horarum, & reperimus obiter percurrente, in duabus quidem, centuria nimirum 3000, & 4900 plus quam bessem in qualibet quartæ decimæ cum plenilunio cōcursum; in tertia pauci deerunt ad bessem anni, atq; adeo si vno die essent promouendæ quartæ decimæ, multæ illarum plenilunia sequerentur. Ex quibus omnib. manifestū est, te rursus à vero multum deflexisse, vt soles, & iniquū censorem te probasse.

De tertia cōdi-
tione iniqui
censoris.

5. *Accedimus ad tertiam propositionem, quæ est, quod Clauius Calendarium Gregorianum maiorum vitiorum arguit, quam reuera insunt.* Hæc Caluissius; quibus paulo post addit: *Exempla huius rei præbent tot anni fere, quot Clauius emendatione egere dicit, paucis quibusdam exceptis.* Et tu Caluissi, tot fere committis mendacia, quot verba scribis, paucis quibusdam exceptis. Certe hic paucis verbis multa complexus es mendaciorum millia.

Primo enim Clauius aperte fatetur, emendationem suam *simpliciter necessariam* non esse: sed satis esse æquationem Lilianam, vt supra capite 14. Num. 3. ex Clauio audiuius. *Quare simpliciter Calendarium Gregorianum nullorum arguit vitiorum.*

Secundo

Secundo facta suppositione quam Clavius facit, epactæ, quibus ipse adhibuit æquationem suam popularem, ex æquatione Liliana, si paucas ab initio emendationis numeratas excipias centurias, peccât defectu, & quartasdecimas citius debito exhibent: ex æquatione vero Clauii plerumq; peccant excessu, aliquâdo etiam defectu, sæpius enim quartasdecimas tardius ponunt, & vltra loca sua trahunt: (loquimur de peccatis largo modo, absolute enim nullum occurrit, vt sæpe monuimus.) Ergo siue alter peccet defectu, & alter excessu, aut vterq; in eodem, si quantitas defectus vel excessus vtriusq; pares sint, paria sunt pronuncianda peccata: minus tamen peccatum videtur esse Caluissio deflexus per excessum, eo quod ea ratione Pascha sæpius aut in secundum mensem, aut in vltimum lunæ quadrantem Pascha detruditur, quos Caluissius leuiculos tatum vocat errores; quam si abeat per defectum, Pascha nimirum anticipando, quod idē Caluissius hæreseos notat notâ. Ex quo sequitur, etiam si essent pares Lilius & Clavius in quantitate recessus, adhuc tamen iudicio Caluissii, Clauii causa melior iudicanda, quam Lili: quid ergo si Clavius multis partibus propius accedit, nonne ex ore tuo Caluissii multorum es damnandus rursus mendaciorum, nimirum *tot fere, quot Clavius emendatione egere dicit annos, paucis quibusdam exceptis*? Quot ergo erunt? Dignus numerator Caluissius, qui sui ipsius numeret numerosa mendacia: audiamus ipsum: *Sunt autem, inquit, anni, quibus Clavius limam adhibuit, si numeres plus quam ducenta & nonaginta millia.* Nimium dicis Caluissii, ego plane tot ausus nō fuissē tibi obicere: videbam quidem statim ab initio nimis magnū me debere subire laborem, si exemplō quorundam, qui Apologetica conscripserunt, calumniatoris enumerare vellem mendacia; & idcirco abstinendum duxi: verū tantum ac tam ingentem numerum, suspicatus nō sum: numeratore sane opus habent, qui, vt tu, ab aliquot iam annis exercitatus sit. Si tamen & tibi nimius videtur iste numerus, iuuabo te, & ostendam, qua ratione vnico mendacio, aliquot millibus spongiam obducere possis.

Tertio dicis: *Sunt autē anni, quibus Clavius limā adhibuit si numeres, plus quam ducenta & nonaginta millia*; si te hic mentitum fatearis per nonaginta millia annorū, eo quod Clavius non semel tantum dicat, suam se æquationem ad centum, vel etiā ducenta millia tantum annorum extensam velle: tabellam enim illam, in qua eā producit ad annum vsq; 3 10000, exempli & exercitii causa tantum ab ipso allatam esse, satis constat, quemadmodum etiam ob hanc, & alias causas ipsam tabulam æquationis Lilianam ad eum vsq; extendit annum, eo q, ante illam bis saltē expresse monuit, se ad summum ad annos 20 0000 tatum produxisse; ita etiam id exemplis declaratum voluit, cum addat exemplum anni 267800, quod terminū præfixum plus quā sexaginta sex millib. annis excurrit. Legisti ne quando illa, de quibus paulo post dicemus, exscripsisti & mutilasti Clauiana verba, *Ceterum frustra, &c.* ea, quæ dicit in margine? Nonne hæc sunt: *Frustra inquiri literam tabula expansa post 100000 vel 200000 annos per superiora præcepta.* Hoc vnico igitur delere poteris, si placet, ad nonaginta millia mendacia. Nisi fortassis aliquis acutior hunc numerū non modo delendū, sed duplicandū eo ipso esse contendat. *Kath Meiser gut/welcher dem Ziel am nechsten sey: Hariolare coniectore optime, vter propior scopo sit*, illene, qui numerum 90 millium deletum, an ille, qui duplicatum velit.

Quarto, sed neq; hic satiatur avari animus; diuitiæ sunt cumulandæ diuitiis, de prædictis enim ducentis & nonaginta millibus sic habet: *ex quibus si ducenta & quinquaginta*.

Caluissii in
mera cōmitto-
re mendacia, cū
Clauii Lilianā
æquationē cor-
rupisse & ad an-
nū 310000 vsq;
emendasse as-
firmat.

quinquaginta annorum millia seligas, quos Clavius emendando non solum de maioribus erroribus calumniatus est, sed etiam corripit, non errabis. En accedunt alia ducenta & quinquaginta millia, quæ mendacia si omnia ad longum extendere, probare, & huc apponere vellem, iniuriam facerem & lectoribus & reipub. in perdenda charta.

Alia in quibus Caluissius à vero deflexit, aperitur.

Quinto, ad hanc tertiam propositionis partem probandam præmissis istis mendaciis, centuriam selegit 267 600, quæ cum terminum à Clauio præfixum plurimum prætergrediatur, & sic tota probatio vnico cadat ictu; placet tamen audire quid boni allaturus sit, quidq; pro suo depositurus thesauro. Exempla dicit se tantum asferre velle, *Ex quibus lector de reliquis coniecturam faciat, Sumam, inquit, istos annos ex centuria 297 600. cui Lilius præfigit litteram K (Clavius illam præfigit ea conditione si æquatio Liliæ ex mente ipsius extendenda fuisset, iuxta nimirum eius fundamenta, ac inceptâ tabulâ) Clavius contra negat hanc litteram centurie huic quadrare, & transcendendas esse litteras xx, donec peruenias ad litteram t, & hanc præficiendam huic centuria affirmat (sumpta hæc sunt ex tabella supradicta, quam Clavius exercitii causa attulisse satis ostendimus) Arguit ita Calendarium, quod in quarta decima sua figenda viginti duobus diebus à vero suo loco aberrauit. Quali vero illa centuria cum hisce litteris, ad Calendarium spectaret Gregorianum promulgatum. Deinde non solum in eo à vero abis, Caluissius, quod ultra scopum præfixum excurrens; sed etiam mentiris cum dicis Clavius affirmasse id, quod nunquam ab eo nec ad negandum, nec ad affirmandum propositum fuit. Nullibi inuenietur hoc in Clauio, quod emendationem suam, maxime in illis remotioribus annis, normam ac regulam esse velit, ad quam deflexiones Liliæ exigendæ sint: aut ita præcise se omnia restituisse affirmat, vt nullam omnino reliquerit discrepantiam. Hoc quidem dixit, *Contenti ergo sumus, si nostra æquatio vsque ad annos 100000 vel etiam 200000 non multum à vero discrepet*: Supponit ergo iam in illis remotioribus annis aliquam esse, quamuis non multam discrepantiam. Ergo noluit affirmare Lilium tantum deflexisse, quantum ipse Clavius per suam æquationem, aut litterarum transcensum indicasset: Ergo toties tu mentiris, quoties idem repetis: & vna cum propositione, falsa eius est probatio: nisi quod te ipsum rursus iniquum censorem probaueris.*

De 4.ª conditione iniqui censoris.)

6. Restat quartum, inquit, vt etiam demonstrem Clavius tantundem & toties errare in suo emendato Calendario, ac Lilius in non emendato. Vidit acutus iste cantor, se paulo ante dixisse in illis seculis, quæ secundum ipsum certò nunquam futura sunt, & quidem apud nos idem in valde probabili existit estimatione, post ducenta nonaginta sex millia annorum Epactas Lilianas à pleniluniis deficere vnde viginti diebus; cum igitur Clauianæ tunc reperiantur eadem plenilunia excedere duobus, vel tribus diebus, sibi nunc incumbere aduertit probandum discrepantiam trium dierum, æqualem esse, aut maiorem etiam quam dierum 19; quomodo autem id efficeret miser diu multumque hæsisse videtur. Quod si veritatem potius quam mendacia asferre maluisset, alia ratione Clavius ac Lilius in erroribus pares esse perfacile ostendere potuisset. Enim vero cum neuter aliquid quod verè & simpliciter error dici possit committit; non solum quod ea secula in quibus reuera aliquis error, qui vere error dici mereatur, vt putamus, nunquam erunt; sed etiam quia Lilius annum 5000. prætergressus non est, & Clavius in suo modo, quem tamen simpliciter adhibendum non censuit intra terminos annorum 100000. aut 200000. se continuit; deniq; etiam si futura

futura essent illa secula, tamen quomodo cauendi sint ab utroque iam præuisum est: ut nimirum in tabula epactarum expansa extra ordinem transcensus sursum deorsumue fiat; & si æquinoctii sedes vacillet per eiectionem aut admissionem diei, aut dierum, extraordinariam firmetur: & tunc rursus si ante factum non fuisset, epactæ in ordinem redigantur: quod fore dixerant sine vllius in Calendario rei immutatione: ex quo etiam constat quid, si stricte ac proprie loqui velimus, Calendarium dici possit.

Quod ergo iam Caluissius sibi primo fingat nescio quæ imaginaria secula ac Paschata, & prædictis subdole dissimulatis de illis absolute sic pronunciet: *Lilius igitur agit pascha semper ante plenilunium, interdum etiam in secundo mense: Clauius contra, cum sua quartadecima semper sequatur plenilunium, Pascha sapissime reiciit in vicissimam secundam vel vicesimam tertiam lunam, interdum Pascha in duodecimo mense agit.* Uterque igitur hoc modo assumit sibi errores, qui hæreseos damnati sunt. &c. & tandem concludat: *Nonne hinc apparet Lilius & Clauium erroribus inter se esse pares?* Sunt somnia Caluissii pura & omnino ridenda, quis enim non rideret, quod is qui diu extremum mundi longe ante 1400. annos affore prædicat, eos hæreseos damnet, quos tot seculis post illum diem Pascha celebraturos fingit? Tua Caluissii tua hæresis ex pluribus iam pridem à SS. Patribus ac Conciliis damnatis erroribus conflata, est vera hæresis: illi sunt verè errores, qui adeo execrabiles olim visi sunt, ut qui eos committerent, ab Ecclesia seiungendos esse, Ecclesia ipsa decerneret.

Secundo etiam si supponamus vera esse quæ in hac comparisone dicuntur, Caluissii mendacia nulla tamen ratione deduci inde poterit *Lilium & Clauium erroribus inter se esse pares.* Enim vero cum ipse dicat Lilium agere Pascha SEMPER ante plenilunium, & interdum etiam in secundo mense: necessario hinc sequitur Lilium Pascha nunquam recte agere (loquimur ex suppositione, mendacia scilicet Caluissii mendacia non esse) De Clauio autem asserat, eo quod sua quartadecima semper sequatur plenilunium, pascha sapissime (non semper) reiciat in vltimum lunæ quadrantem, interdum in duodecimum mensem: necessario sequitur Clauium sæpe sæpius Pascha legitimo exhibere tempore: tunc nimirum quando Dominica proxime post terminum sequitur Paschalem, isque non sit in 21. vel 22. Martii, ut apparet vel ex ipsa calumniatoris tabula, in qua paulo ante ex centuria 297600. triginta duos annos exhibuit, quorum medietas saltem, si epactæ Clauianæ ponendæ forent, ut à Caluissio ponuntur, ex illa positione Paschata dat legitima. Ergo ex ipsismet Caluissianis præmissis deducitur falsissimam illam esse conclusionem, *Lilium & Clauium erroribus inter se esse pares.* nisi velit neutrum simpliciter errasse; quod verissimum est.

7. Tertio cum vidisset ridiculam suam rationem etiam ipsis hæreticis purioris Ecclesie affeculis ridiculam fore, artem suam ad demonstrationes conuertit: *Est si autem hoc ita est; inquit, tamen demonstrabimus idem exemplis aliquot annorum ex vna centuria tantum desumptis, quam Clauius à Lilio male æquatam asserit, & ut emendetur opus esse in inuenienda epacta, ut viginti due litera transcenduntur.* Cum igitur Lilium huic centurie ratione epactarum dedit literam f, ergo si viginti due litera transcenduntur, Clauius habet literam p. secundum quam suas epactas dirigere iubet: Cum vero hæcenus ad fastidium vsque demonstratum sit, quartadecimas lunas à plenilunio tam in Liliana quam in Clauiana ratione multipliciter aberrare, examinabimus hoc in loco tantum epactas, QVÆ NOVILVNIVM OSTENDERE DEBENT, & nouiluniis mediis ad prutenicas tabulas

numeratis, ex utroque latere apponamus epactas, ex altero Lilianas, ex altero Clauianas, cum die mensis adscripto, ut comparatio errorum sit facilior. Rursus cantor noster ultra ducenta nonaginta millia annorum saltum facit, ut corradere aliquid possit, quod calumniatur. Hæc quamuis de centuria dicantur, longe ultra terminum à Clauio præstitutum, excurrente, est enim hæc centuria 298500, ut ex tabula patet, referre tamen hic ad verbum voluimus, ut æquus lector hominis nequitiam videat, atque ex hisce iudicet, non solum de proposita controuersia, sed & quid in vniuersum de re Calendarii Caluissio credendum sit: si etenim in illis quas vocat demonstrationes, tam fraudulentus inuenitur, quid fiet in aliis? Audisti enim ipsum fateri se præcise ac pure rationem & comparisonem instituere velle epactarum *quæ nouilunium ostendere debent*: & post quando petulantissime in Clauium debacchatur, cæteris addit; *Quid tibi videtur Clauie ipsum appellare, quantum interesse putas inter tuas & Lilii epactas* RATIONE NOUILVNII? Ipsam huc transferemus, cum brevis sit, Caluissii tabulam, ut æquus lector, quem præter Clauium appellat in margine iudicem: *Videat ergo nunc iudex, ait, Clauii vel Lilii epactas propiores sint nouilunio*, munere suo rite fungi possit. Sic ergo habet Caluissii tabula dolis atque erroribus refertissima,

Aum

Tabula Caluian

Anni	Epacta Lilii.	Dies mensis.	Noiil. Paschalia.			Epacta Clauui	Dies mensis.
			Dies	fer.	hor. mi.		
298501	15	16 Mar	3 Apr	1	16 45	23	8 Mar
298509	14	17 Mar	5 Apr	6	5 26	22	9 Mar
298520	15	16 Mar	3 Apr	4	9 17	23	8 Mar
298528	14	17 Mar	4 Apr	1	21 58	22	9 Mar
298539	15	16 Mar	4 Apr	7	1 50	23	8 Mar
298558	15	16 Mar	3 Apr	2	18 22	23	8 Mar
298566	14	17 Mar	5 Apr	7	7 3	22	9 Mar
298577	15	16 Mar	3 Apr	5	10 55	23	8 Mar
298585	14	17 Mar	4 Apr	2	23 36	22	9 Mar
298596	15	16 Mar	3 Apr	1	3 27	23	8 Mar
298560	7	24 Mar	12 Mar	4	12 0	15	16 Mar
298561	18	13 Mar	31 Mar	3	9 32	26	4 Apr
298562	29	1 Apr	21 Mar	7	18 21	7	24 Mar
298563	10	21 Mar	10 Mar	5	3 9	18	13 Mar
298564	21	10 Mar	28 Mar	4	0 42	29	1 Apr
298565	2	29 Mar	17 Mar	1	9 31	10	21 Mar
298567	25	25 Mar	25 Mar	4	15 52	3	28 Mar
298568	6	14 Mar	14 Mar	4	0 41	14	17 Mar
298569	17	2 Apr	1 Mar	7	22 13	25	5 Apr
298570	28	22 Mar	22 Mar	5	7 2	6	25 Mar
298571	9	22 Mar	11 Mar	2	15 51	17	14 Mar
298572	20	11 Mar	28 Mar	1	13 23	28	2 Apr
298573	1	30 Mar	17 Mar	5	22 12	9	22 Mar
298574	12	19 Mar	7 Mar	3	7 0	20	11 Mar

De hac porro tabula sic habet: Huiusmodi exempla multa millia in hoc Calendario Gregoriano, si necesse esset, inueniri possent, sed hac hoc loco sufficiant. Nath Ritter &c. Haviolare coniector optime vter propior scopo sit. An Clauui epacta propiores sint nouilunio, an vero Lilii? Nouilunia scopus sunt quem sagittarii suis epactis petunt, quem Ecclesia monstrare volunt, ut inde quar: am decimam sumant, ad Pascha recte secundum Canones celebrandum. Numera quanto temporis spacio à scopo suo aberrant. Clauius ut plurimum aberrat diebus 25, Lilii 19: &c.

8. Confugit ad dolum malum insidiarum iste artitex, quo supra cap. 16. vsus est, & quem uos hoc Lib. cap. 2. Num. 8. aperuimus. Nam initio tabulae, ut lectori mox quod intendebat sub aspectum poneret, Lilium nimirum etiam si erret per dies 19, Clauium tamen magis adhuc deuicare, & errorem ad 25. dies vsque producere, annos proponit decem hinc inde à primo huius centuriae vsque ad annum 96. collectos; in quib. quamuis epactasumat ex tabula æquationis Liliana, de quib. expresse monuit Clauius nunquam in usum accipiendas esse; neq; Lilium eo vsq; progredi, aut epactas æquare voluisse: eis tamen posito q. assumenda

Caluissii nequitia qua epactis Clauianis non debita attribuit Nouilunia, easque 21. diebus aberrare impudenter mentitur.

essent, Nouilunia media attribuit Caluissius debita. At cum Nouilunia exhibenda essent, epactis Clauianis debita, ipse non ea, quæ expositis epactis debentur; sed alia, solido mense tardiora iustis, iniuste illis adscribit, vel quod idem est, nouiluniis in tabella propositis epactas adscribit Clauianas, non eas quæ ad illa nouilunia indicanda à Clauio deputatæ sunt (etiam si ad illa secula æquationem suam productam voluisset; sed illas quas æquatio Nouiluniis tribuit illis, quæ integro mense priora sunt. Atque ita putabat se fallacia ista crassa lectori imponere posse, falsumque extorquere iudicium. Exempli gratia anno 298501, qui primus est in hac tabula Nouilunium exponit conficiendum in 3. Aprilis, feria prima, hora post mediam noctem 16, minutis 45, epactam Lilianam XV. ponit præcedere in die 16. Martii, quod (siquidem eo usque Liliانا æquatio, quod nemo vnquam ne per somnium quidem futurum sibi finxit, sine vlla correctione producenda esset) recte quidem se habet. Epactam vero Clauii quæ hoc Nouilunium ostendere debeat ait esse XXIII. non iam eam quæ in 6. Aprilis sedem suam fixit, & ex æquatione Clauii (facta prædicta suppositione) ad expositum nouilunium ostendendum destinata est; sed eam esse mentitur, quæ in 8. Martii reperitur. idem facit in annis 20, 39, 58, 77, & 96, & in annis 9, 28, 66, & 85, epactæ XXII. non adscribit diem 7 Aprilis, qui respectu expositorum nouiluniorum illi proprie debetur, ex ipsa æquationis methodo, sed vt magnam representet discrepantiam, diem ei attribuit 9. Martii, & ita in Lilianis reperitur differentia dierum 18, & 19: in Clauianis vero dierum 26, & 25, & de hisce numeris qui maior sit omnium appellat iudicium. At homo fraudulentissime cur non pro Clauii epactis selegisti dies ex Februatio aut Ianuario, & non tantum 25. dierum, sed ad 55, vel 84. errorem collegisti? nonne idem admonuimus capite 2? An quia hunc dolum putabas notatum iri, illum vero facile latere posse? natura hebetior es Caluissi, quàm vt fallaciis tam apertis ac pinguib. decipere possis.

Dolum Caluissianū nimis crassum esse.

Caluissius arguens se suis mendacem demonstrat.

Enim vero vt probemus te in illis decem annis epactarum Clauianarum loca falsa subdole annotasse, op^o nullo modo habemus subtiliori calculo, quo ex cōparatione lunationū mediarum & cyclicarum, illas epactas expositis Nouiluniis nō deberi ostendamus: cū facilius id ex tuis verbis deducere liceat. Neq; op^o etiam est vt procul abeamus, & loca colligamus, vbi sæpissime dicis Clauii peccare excessu, & medicinā eius excedere modū; ex quo sequitur epactas eius Nouilunia correspondentia, nō præcedere, vt hic mentiris, sed sequi: Multo minus ad ea quæ in falsa probatione tertiæ partis propositionis tuæ paulo ante attulisti, confugiendum nobis est, vbi aiebas: *Epacta enim quæ nouilunium indicare debebat, semper sequitur nouilunium quinque diebus*, & quidē de centuria 297600, quæ hanc præcedit 9. tantū centuriis. Ex his quæ hoc loco, hac quartā parte, de hac ipsa cēturia attulisti, tuam tibi ostendemus impudentē malitiam. Nonne paulo ante ad epactas Clauianas ex Lilianis inuestigandas, à littera epactali f, viginti duas post illam numerare iussisti litteras, vt dares litteram p, ex sententia Clauii? post illā, dico, non ante illam, alias non p, (progrediuntur enim litteræ epactales, quoad ordinē alphabeti, retrogradē) sed M inuenisses. Nonne aiebas: *Ergo si viginti due litteræ transcenduntur, Clauius habet litteram p, secundum quam suas epactas dirigere iubet*? Ergo ipse fateris epactas Clauianas, quæ cum Lilianis eiusq; debito Nouilunio cōparari debeant, obtinere vigesimum secundū locum post Lilianas, in hac cēturia: eandem enim esse rationem de epactis, quæ de earum litteris sub eodem

aureo

aureo numero, & ex se clarissimum est, & tu ipse loco literarum epactis vteris eiusdem cycli lunæ, siue aurei numeri. Ergo ex propriis tuis suppositis pro anno verbi gratia 298501, qui est primus tabulæ, epacta Clauiana, quæ cum epacta Liliana XV in 16 Martii fixa, ac nouiluniū 3 Aprilis conferre debet, est illa, quæ vigesima secunda est post illam Lilianam, si ergo post epactam XV, diei 16 Martii præfixa numeres epactas 22, nimirum XIV in 17 Martii, XIII in 18 Martii, &c. inuenies quidem eam, quam tu posuisti epactam XXIII, sed non in 8 Martii positam, sed eam, quæ diei 6 Aprilis præfecta est, quæ à nouilunio suo non 25 aut 26 diebus, vt tu insigniter mentiris, remota est, sed triduo tantum; atque adeo ex tua regula, quam dedisti de epactis cap. 16, quartadecima plenilunio suo posterior est die vno tantum: & sic de reliquis nouem annis in principio tabulæ: vt anno nono huius centuriæ vigesima secunda epacta post Lilianam XIV in die 17 Martii locata, est epacta XXI diei 7 Aprilis tributa, & à nouilunio suo 5 Aprilis, biduo tantum abest; & ex regula Caluissiana quartadecima cum plenilunio eodem die coniungetur. Vides Caluiss, quam insigniter impudens sis, quam hebes; & artis tuæ mentiendi ac decipiendi, quam exeres, imperitus?

Quid autem tibi videtur Origane de amico tuo singulari, quem tantopere commendasti, tuisque epistolis honoratum voluisti? Nonne egregium ipse agit sycphantam, & tu vna cum ipso, qui putidum eius Elenchum approbasti, & ad vsum publicum promouisti: Nonne egregie ipse demonstrat, *Clauium vt plurimum aberrare diebus 25?* Nemo certe, Origane, nisi qui præiudicio nimio ab hominibus omnia ad libitum ordinantibus seductus falsa pro veris, obliqua pro rectis, lubens amplectitur. Ex tuo te ore iudico. Miser iste, vt aliquid erroris ostendere posset, non solum opus habebat excurrere terminos præscriptos, & vltra annorum ducet nonaginta sex millia virgulam suam extendere censoriam, sed etiam quando eo peruenit, vidit se nihil efficere posse, nisi impudenter valde ac insigniter mentiretur. Quid Origane amico das consilii? Lente quidem, monet quidam, amicus fias, at factus, permanere coneris. Nihil ne occurret effugii, nihil excusationis, quo amicum tuum tanto crimine liberes?

Quid si iuberis ipsum numerare viginti duas epactas, non post 16 vel 17 Martii deorsum, sed ante illum sursum? fac periculum. Verum reperiēs plus Caluissū quā Clauium tibi aduersantem, nam hoc modo nec epactā XXIII, aut XXII; nec in diem 8, aut 9 Martii numeratio incidet, quod tamen ipsi necesse est. Ego plane quod vtrique suggeram non habeo. Nullum aliud prorsus manet effugium, quā vt dicatis vos loqui de nouiluniis ratione Paschatis ac mensis Paschalis, & propterea vos adscripsisse nouilunio 3 Aprilis epactam Clauianam XXIII in 8 Martii positam, non autem eam, quæ sibi diem 6 Aprilis vendicat, eo quod ad nouilunium Paschale indicandum in Calendario Gregoriano, apta nō iudicetur: atque ita recte adhuc concludi posse, Clauium aberrare 25 diebus. Sed hoc modo turpius vos dabit, mihi que ansam præbebitis ordine incepto progrediendi.

Quarto enim hoc Caluissū dicere nec posse, nec debere, nemo seuerius Caluissio id prohibet: quod multis ostēdi posset; sufficiat vna atq; altera ratio. Primo enim id prohibet numeratio viginti duarum literarum seu epactarum, de qua Caluissius absolute locutus est, nulla ratione se ad Pascha tantum cōstringendo, & quæ neque adstringi ad Pascha potest. Secundo vetatur à sua, quam præmisit confessione, de qua supra, vbi disertis fatetur verbis, se examinare velle *hoc in lo-*

Lib. 2. cap. 6.

David Origanus vt suū iuuet amicū admonetur.

Caluissū excusationē se errores epactarū respectu non lunæ, sed paschalis indicaro voluisse, prætexere non posse.

co tantum epactas, quæ nouilunium ostendere debent, &c. Nec ad rem facit, quod postea addat: *Quærat quispiam vel ad tuas (Clauui) vel ad Liliæ epactas nouilunia Paschalia, &c.* Epactæ enim non solum ad nouilunia Paschalia indicanda ordinatæ sunt; sed ad reliqua omnia per totum annum: & ex illo ordine iudicandum est, de epactarum certitudine; quando enim de illa sermo instituitur, ut hic fecit Caluissius, Pascha nullo modo inuoluitur. Tertio, paulo ante, in hac eadē quartæ partis probatione friuola, ubi proprie de Paschate ac eius quartadecima vniuersaliter loquitur, atque ad nullam omnino se adstringit: annorum centuriam, comparando quartadecimā Clauui cū suo plenilunio sic habet: *Clauius contra, cum sua quartadecima SEMPER sequatur plenilunium, Pascha sepius reuicet in vice simam secundam, vel vice simam tertiam lunam, interdum Pascha in duodecimo mense agit.* Ergo etiam epacta nouilunii index, nouiluniū semper sequi debet, & nullo modo antecedere. Quarto idem probatur ex Caluissii falsa tertiæ partis probatione, ubi cum proprie etiam de Paschate disputabat, ac in tabula exemplorum ex centuria 297600 desumptorum, Lilianas Clauianasque epactas cum motu medio lunę compararet; nihilominus tamen epactæ Clauianæ tribuit suum plenilunium debitum, etiam si illud Paschale non esset; ut quartadecimæ epactæ XXII in 22 Martii fixæ, annis 70 & 89, attribuit plenilunium diei 20 Martii adscriptum, quod Paschale non est; atque adeo cum eadem epacta XXII in 9 Martii fixa, confert nouilunium in 5 Martii confectum, non autem (ut hic fecit) nouilunium Aprilis. Idem omnino præstitit in tabula capitis 32, & centuria 301700, ubi similiter non nisi de Paschate agit, & tamen epactis Clauianis XXII & XXIII, in 22 & 21 Martii constitutis, non associat plenilunia Paschalia Aprilis, sed plenilunia Martii non Paschalia; ut videre est annis eius centuriæ 5, 16, 24, 35, 54, 62, 73, 81, & 92. Ergo multo minus hic, ubi de Paschate non agebatur, eidem epactæ XXII, nouilunium Aprilis obtrudi poterat. Imo in eadem centuria 301700. loquens de errore epactarum Clauui in indicandis nouiluniis nequaquam 25 aut 26 dierum eum facit; sed *quatrinduo vel quinquenduo nouilunium* epactas antecedere asserit. Quinto, etiam si hæc quatuor rationes non essent, hæc sola Caluissii patefacit malitiam, quam supra cap. 2. innuimus, nimirum, quando comparatio fiat epactarum cum motu lunari correspondenti, æquinoctium cum illis immiscendum non esse; non enim habent quod agant epactæ nouiluniorum indices, cum æquinoctio; neque solis adscribendum est, quod pluribus debetur: id enim non solum stultum, sed & iniustum est. Ecquisnam tam perfrectæ frontis erit, qui dicere audeat, Concilii Niceni Patres in distributione aureorum numerorum ac collocatione indicum nouiluniorum errasse diebus 29, eo quod aureus numerus 16 diei 8 Martii adscriptus, distet à nouilunio aliquo anno in die 5 Aprilis commissio, 29 diebus; cum non ad hoc, sed ad illud, quod tunc in 7 Martii confectum est nouilunium, aureus ille numerus diei 8 Martii positus spectet? Sed ita tractat epactas Clauianas Caluissius. Vltimo deniq; à simili ostenditur propositum: in Calendario enim veteri, in quo aurei numeri hoc nostro tempore sequuntur ut plurimum nouilunia 4 aut 5 diebus, nemo vnquam extitit, qui cum de aureorum numerorum ac lunaris motus cōparatione sermonem faceret, aureis numeris errorem 26 aut 25 dierum adscriberet: imo ipse calumniator Caluissius, cum mox in initio libri sui de aureorum numerorum errore, prout iam non ut indices nouiluniorum consideraretur, sed ut termini Paschales nulla ratione illis adscribit errorem

errorem 25 dierum, sed quatuor tantum; quamuis pro quartadecima accipiat plenilunium, quod suo loco refutauimus: *termini Pascha'es, qui olim plenilunia recte indicabant, à plenilunii loco quatriddi spacio absunt.* Nam eadem ratione qua ipse hoc loco Clauianas calumniatur epactas, ita quis aureos numeros Calend. veteris calumniari posset, à suis nimirum nouiluniis eos recessisse spacio dierum 25; quod tamen falsissimum est, & à nemine haecenus auditum. Quapropter firmum fixumq; manet Caluifi, impudentissimum te calumniatorem esse, quem neque cum tota sua Astrologia iuuare possit, aut à crimine purgare amicus tuus singularis Origanus. Nonne impudentissime etiam de tua epactarum æquatione hoc modo quis ratiocinari posset, tibiq; ostendere non solum errorem 25 dierum, sed etiam plurium. Videbas miser mendacium tuum (posito quod vtriusq; equatio producenda foret) *Clauium tantundem & toties errare in suo emendato Calēdario, ac Lilius in non emendato, non nisi mendacio confirmari posse.* Sed non sunt omnes stipites, qui te non agnoscant, dolumq; tuum non notent. *Clauius ut plurimum aberrat diebus 25, Lilius 19, idq; te demonstraturum aiebas, epactis, qua nouilunium ostendere debent; nonne recte, vel te ipso iudice, in te rursus retorquetur illud tuum Terentianum: Ut Syre te cum tua monstrazione magnus perdat Iupiter? Promisisti te id ostensurum, nullum reiiciens iudicem: quo ceciderunt tua promissa? quam egregie id praestas? confiteberis ne tandem de tuis erroribus?* Hæc Caluifi sunt, qua plane absurda sunt, & prorsus inaudita. Hæc reuera talia sunt, quorum absurditatem nemo vnquam verbis satis exprimere poterit.

9. Quinto, si intueamur reliquam Caluifianæ tabulæ partem, quam plurima alia se in conspectum dabunt absurda. Dicit de ea calumniator: *Clauius ut plurimum aberrat diebus 25, Lilius 19; & tamen etiam si illi daremus in decem illis annis reuera Clauium aberrasse 25 diebus, quod tamen falsissimum ostensum est: nihilominus mentitur se tabula illa demonstrasse id accidere ut plurimum, cum id solum appareat ex 10 exemplis initio positis, in reliquis 14 differentia inter epactam Clauianam & nouilunii diem, quatriddium, aut ad summum quinque dies non excedit; & in Lilianis nullibi 19 dies adæquet.* Alia Caluifiana absurda.

Sexto miserrime deprauauit epactas Lilianas, eas nunc ponit nouilunia antecedere, nunc sequi, nunc cum illis in eundem diem incidere: primum euenit plerisque annis; secundum cernitur in annis 60, 62, 63, 65, 69, 71, 73 & 74; tertium habetur in annis 67, 68, & 70. Imo nec ipsa nouilunia iusta exhibet, te testimonio sint nouilunia annorum 62, 72, 73, 74, in quibus omnibus solido die à veris aberrat. Nimirum solus Sethus Caluifius est, qui erroris convinci non possit. Ipse solus est, qui aliquam formam meliorem, quam Gregoriana visa est, proponere ausus est. Non enim est cuiusuis iniquum agere censorem. Quis enim vnquam tam stolidus ac impudens extitit, qui nouiluniorum indices, ex vna eademq; æquatione eiusdem auctoris, in vna eademq; annorum centuria à nouiluniis suis aberrare dixerit nunc diebus 19, nunc 18, nunc 17, nunc 13, nunc 12, nunc 11, nunc 2, nunc vno die, nunc nullo, ut fecit Caluifius de Lilianis: & Clauianas nunc diebus 26, nunc 25, nunc 5, nunc 4, nunc 3 tantum abire pronunciat. Conciliet hæc, qui meliori est ingenio. Nonne per omnes sui quadripartitæ propositionis partes, egregie seipsum iniquum censorem probauit Caluifius? Iudicium esto cuiusuis.

Septimo ac si omnes à Clauio, quas de æquatione epactarum vltiore, suaque emendatione ponit conditiones, sancte seruasset: ac si iustam ac legitimam insti-

instituiſſet comparationem: imo ac ſi ſtipites & trunci è cantorũ ſchola prognati ſectores omnes eſſent, eiufq; abſurdas & apertiſſimas fallacias, cuiſlibet obuias, nemo notaſſet, tanquã parta iam victoria, ſuam allegans errorum tabulam, Clauio mirum in modum inſultat. *Vide tantum hac exempla, inquit, nonne & Pontifici, Romano Imperatori, Regibusq; & Principibus pleriq; totius Europa, imo toti orbi Chriſtiano hoc modo turpiſſime impoſuiſti? Quid in Calendario Chriſtiano inſtituendo excogitari poteſt, quod plus aberret?* &c. Illud nimirum Calendarium, quod (etiã ſi contra mentem Clauii eoſque producat ſine vlla correptione) poſt ducenta nonaginta ſex annorum millia tantum, & non amplius, aberrat in nouiluniis indicadis, quantum poſt pauca ſecula vetus à Patribus Nicenis inſtitutum nunc aberrat. Nonne hoc magnum eſt piaculum? O nugatorem! ò calumniatorem!

Caluiſius examinat Calend. ad aliquot centena millia annorum, ratione valde inæquali.

10. Antequam autẽ ulterius progrediar, ſcire ex te aueo Caluiſi, cum tu Calendarium Gregorianum examines vltra ducenta nonaginta millia annorum, & inde pronuncies Pontificios, vt tu loqueris, Paſcha celebrare modo cum Iudaïs, & propterea excommunicari; modo ante plenilunium, & hæreſis idcirco damnari, modo in vltimo, ſiue, vt tu inepte loqueris, in duodecimo & ſecundo menſe, &c. inuoluant autem Paſchata etiam æquinoctia; quomodo ſine examine æquinoctii iſta tua falſa & futilia iudicia dare poteras, cum neſcias, quĩ in illis remotis ſeculis primus, ſecundus, aut vltimus menſis futurus ſit? Vnde habes æquinoctium perpetuo in 21 Martii permanſurum. Tu, qui omnia ad lapidem Lydium ac motus cœleſtes examinãda contendis, cur id, quod primum eſſe debebat, neglexiſti? Cur tanta ſcrupuloſitate lunarem motum perſequeris, & ſolarem omnino negligis? An quia Calendarium Gregorianum, quo ad æquinoctii ſedem, vt perfectum approbas? Quid ais? Ruſum ne obmuteſcis? Scis ne annum ſolarem eſſe, ac fore in perpetuum illum, quem nunc dat æquatio Gregoriana? Scis ne eam, quam aſſumpſiſti menſis lunaris magnitudinem, eſſe reuera eam, quam luna in cœlo conficit, nulloq; à tua vel deficere, vel eandem excedere minimo ſcrupulo, quod toties multiplicatũ, in notabilem quãtitatem excreſcere non poſſit? Si iſta neſcis, ſicuti reuera hoc, & plura alia magis obuia, neſcis, cur adeo audacter exclamare audeas: *Lilius igitur agit Paſcha ſemper ante plenilunium, interdum etiam in ſecundo menſe. Clavius contra, cum ſua quartadecima ſemper ſequatur plenilunium, &c. Vterque igitur hoc modo aſſumit ſibi errores, qui hæreſeos damnati ſunt. Item, atque ita vterque, tam Lilius quam Clavius, ſingulas ſibi hæreſeos notas aſſumunt, dum ſinguli huiusmodi errores, qui hæreſeos notati ſunt, ſequentur.* Tu hæreticos futuros prænuncias poſt multa millia annorum, de quibus an vnquã futura ſint, nec tu, nec quiſquam mortalium quicquam ſcire poteſt. Supra audiſti hæretice qui ratione Paſchatis dicti hæretici ſint, aut dicẽdi. Aliud porro eſt, aut exercitii ſiue explanationis cauſſa, aut poſitis conditionibus, aut denique ad hominem, Paſchata futurorum ſeculorum examinare, quod fecit Clavius: aliud vero falſis ac doloſis examinibus, vt tu, alios hæreſeos damnare vellẽ. Satis præcauit Clavius ac docuit, quomodo extraordinariis æquationibus erroribus, ſi obreperent, occurrẽdum ſit: quæ omnia à te ſubdole aut diſſimulatur, aut falſa interpretatione corrumpuntur.

Caluiſius ea, quæ ſi ſeſcedes de vterque aut Calendario.

11. Videtur autem muſicus noſter ſubodoratus iſta ſibi iuſte obijci poſſe, abſoluta igitur qua ſe iniquum declarauit cenſorem actione, ſolitis ſuis artibus præuenire caſtudet. Ergo vt lectori fucum faceret, poſtquam multos malitioſe

reti-

reticuiſſet ac diſſimulaſſet Clauii rationes, & Calend. Gregoriani præſidia, quæ-
dā, ac ſi in omnibus fidem ſeruauerit, Clauii argumenta, quib. peti ſe videbat, &
quidem iſſis Clauianis verbis referre voluit: at quomodo? ea, quæ potiſſimum
contra ipſum erant ſubdole omiſit, & falſarie truncauit, audiamus ipſum Calui-
ſium: *Mirum autem fortæſſe alicui videri poſſet, Clauium, Aſtronomia & Mathematica-
rum rerum ſcientia clarifſimum virum, in tantos errores imprudentem pro' apſum eſſe, cum i-
pſe gloriatur, ſe in multa annorum millia noniluxia computaſſe. Reſpondeo Clauium non in-
ſcium eſſe ſuorum errorum: ſed eos prauidiſſe, & alicubi etiam eos indicare, & ſateri motum
lunarem ſuis epactis reſpondere nolle. Sic enim loquitur in explicatione calendarii cap. 12.
pag. 181. En vt locum citet ac paginam vt omnem à ſe amoueat doli mali ſuſpi-
cionem. Incipit ergo referre verba Clauii ſatis fideliter, eaque vt à ſuis digno-
ſcerentur diuerſo exhibet charactere hac ratione.*

*Ceterum fruſtra, ac ſine fructu tantus inſumitur labor in Epactis ad tam multa anno-
rum millia inquirendis. Deinde ſine vlla mentione ſe omiſiſſe aliquid, nulla addi-
ta nota &c. aut, & paulo poſt, vt ſolemus, tanquam omnino nihil præteriſſet, eo-
dem charactere in cōtinuo contextu, ac ſi cauſam huius fruſtranei laboris, vna
cum Clauio fideliter redderet, ita prolequitur: Nam perdifficile eſſe, ne dicam im-
poſſibile præſcribi poſſe æquationis rationem, etiamſi artificio adhibeatur, quæ poſt plura
annorum millia motibus celeſtibus (quod ad Lunas XIII: quod caput eſt, attinet) congruat,
facile tibi quicuiſque perſuadebit, ſi attento animo conſideres, non pauca ſcrupu'a in ſingu'arum
lunationum calculo omitti, quæ in centenſis annorum mil'ibus nō paruum poſſint errorem in-
ducere. Haſtenus Clauius. Cum tamen Clauius aliam eamque principem præmiſe-
rit cauſam, eam nimis ob quam nec Lilius, nec vllus Reformatorum æqua-
tiones ad remotiora ſecula extenſas voluit, quod vt euidentius appareat, fide
verè germana, non hæretica, aut Caluiſtiſtica, ipſa verba Clauii adſcribam.*

Clauii verba &
Caluiſio muri-
lata.

*Ceterum fruſtra, inquit Clauius, ac ſine fructu tantus inſumitur labor in Epactis ad
tam multa annorum millia inquirendis, vt paulo ante, priuſquam conſtructionem tabulæ die-
rum anni traderemus, diximus. Cum enim incertum ſit, an anticipatio Lunæ per vnum diem
in 312 $\frac{1}{2}$ annis, & per 8. in annis 2500. Solis autem in 400. annis per 3. dies tam diu moti-
bus celeſtibus reſponſura ſit, nec ne: iure optimo CVRA hæc POSTERIS relinquenda videtur,
qui facile ex iis quæ Num. 15. 16. & 19. ſcripturi ſumus æquationem aliter, vt nimirum illi
ſeculo congruat, inſtituere poterunt. Nam perdifficile eſſe, ne dicam impoſſibile, &c. vt paulo
ante retulimus ex Caluiſio, nimirum vltra prædictam cauſam potiorẽ de in-
certitudine vtriuſque anni eſſe etiam hanc, quod in lunationum calculo ad con-
ſtituendos Cyclos populares, non pauca ſcrupula negligantur, quæ ſæpius repe-
tita magnum poſſint in multis millibus annis gignere errorem. Idem poſtea ad-
dit accidere in Cyclo æquationis anni ſolaris.*

Clauiana verba
ſincere relata.

Vides ne æquiſſime lector, te enim appello, quam fideliter Clauius cauſam
tradiderit cur æquationes fruſtra ad remotiora ſecula protendantur; & quam
conſona ſint iis, quæ nos Cap. 4. diſputauimus; atque quomodo ſe referat ad ea
quæ paulo ante eadem de re dixerat, ſatis nimirum eſſe epactas facili illa Lili-
ana ratione æquatas, ad aliquot annorum millia recte ſe ſe habere? Vides ne quam
parum imo vt nihil, obrectatores contra Calendarium Gregorianum afferre
poſſint, niſi ad malas ſuas confugiant artes; ad fraudes nimirum & mendacia:
vt maniſeſtiſſime apparet in Caluiſio, quem ſæpiſſime iam in flagranti depre-
hendimus flagitio.

Caluissius loco
actionis gratia-
rū eos, qui tem-
pora emenda-
runt, maledicis
& conuiciis dis-
cerpt.

Caluissii menda-
cium.

Incertitudinem
motuum cele-
stium sufficien-
tem esse causā,
cur æquationes
calendarii ad re-
motiora secula
extendendæ nõ
sint.

Aliæ Caluissianæ
calumniæ.

12. Quam autem machinatori acto hoc fraudis suæ fundamento superstru-
xerit machinam videndum nunc est. mirabitur profecto quilibet homines in
tantam delabiam mentiam simul ac impudentiam posse, ut rei quæ ad utilitatem
ac decorem totius reip. Christianæ & sapienter & feliciter excogitata est; & iis
qui in ea excogitanda & explicanda iussu maiorum diligentem nauarunt ope-
ram, loco actionis gratiarum obrectari adhuc, ac maledictis & conuiciis one-
rare eos tam insolenter audeant. Cur Clauis præscribis, ait obrectator, quod
nouisti falsum esse, & nulla ratione ad normam dirigiposse? Cur Calendarium hoc vel in-
stitutum, vel interpolasti, cuius rationem dicis, esse perdifficilem, imò impossibilem? Cur pro-
fiteris te scire & calendarium emendare posse, quod nescis & impossibile esse dicere? &
post alias criminationes, sic aperte mentitur: *Haberis ergo, quæ Calendarium hoc re-
cepistis, veram de Calendario Gregoriano ex ore ipsius Clauis sententiam, quod videlicet non
certa ratione, quæ ex Astronomicis fundamentis, ex motibus celestibus deducta sit, nitatur,
sed quod ex coniectura & opinione sit constructum. Cuius ratio vera, etiam si artificium adbi-
beatur, perdifficilis sit, imò impossibilis, atque ita motibus celestibus congruere non pos-
sit.*

Hinc iam plane intellige Caluissi te aut Clauii libros de Calendario omnino
non intelligere, aut hic impudentissime mentiri dum Calendarium a se non cer-
tis niti rationibus. Nonne fuisse illæ ab ipso explicatæ sunt? & tam certæ sunt,
quam certæ ex Astronomia pronuntiari possunt: methodo nititur certa,
& incertæ rationes Astronomicas motusque celestes, non incerto, sed cer-
to applicat modo. Quod autem incertitudinem illam motuum celestium,
quos humana nondum perfecte assequi potuit industria, pro causa sufficien-
ti allegat Clauius, quare æquationes quæ illis superstruuntur ad remotiora se-
cula extendendæ non sint, rerum se Astronomicarum eo ipso peritissimum
probat, quemadmodum contra tu te ignorantissimum, qui id carpat.
Certe Tycho Brahe rerum Astronomicarum nostrorum temporum facile
princeps, cum tota sua vita in hoc studium incubuisset, & expensas in illa fe-
cisset maximas, vsusque esset industria summa, optimisque instrumentis; ni-
hilominus tamen Solis omnium astrorum notissimi motum, ultra annos du-
centos in præcedentia, & per totidem in consequentia, tanquam certum ac in-
fallibilem producere ausus non est: & tu impudentissime vis Clauium certitudi-
nem promittere debuisse ad annorum trecenta millia? Apage rerum Mathe-
maticarum ignorantissime, apage calumniator impudentissime.

Denique quæ addis de anno 90006000 in signe sunt testimonium calum-
niæ tuæ, quilibet enim qui Clauium legerit illud exemplum ab ipso regulæ ex-
plicandæ causa allatum esse, aduertet: nullo autem modo quod æquationes
eiusque productas voluerit; cum expresse contrarium ibidem habeat. Neque
magis aut aliter litteram F, huic seculo responsuram dixit, quam litteram C, an-
no 301700 in tabula Lillii, ad eius regulam ostendendam responsuram pronun-
ciauit: Sic etiam litteram Dominicalem F, capite 21 anno 34689. conuenire
dixit, ut regulam inueniendi litteram Dominicalem manifestiorem redder-
et: siue postea reuera responsura sit, si nimirum tetracosiieteridum ordo
nunquam interruptetur; siue non, & ob intercalationis formulam inter-
ruptam alia accipienda foret, si secula duratura essent: hoc ad rem non facie-
bat.

Sethus

Sethus igitur Caluissius *puriore Ecclesia* cantor, per omnes suæ propositionis *Sethus Caluissius* quadripartitæ partes, non Clauium, sed se ipsum iniquum censorem manifestissime probauit; cuius rei gratia cuiusuis æqui lectoris appello iudicium: quilibet *iniquus censor* enim reuera dicere poterit: Ex ore tuo te iudico censor nequam. Quis nam autem de hoc iniquo censore, & iudicio cuiusuis æqui iudicis, & sua propria sententia condemnato supplicium, & quale sustinere debeat, meam non interpono sententiam, sed ei relinquo qui dixit: *Mihi vindicta: ego retribuam.* Sufficiet nobis nos veritatem à mendacijs, & calumnijs huius criminatoris vindicasse. *Pergamus igitur ad alia.*

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

*De iniquissima calendarii Gregoriani cum Iuliano siue veteri
comparatione à Caluissio capite 32. Elenchi instituta.*

SI quis vnquam sine fronte extitit mortaliū, is profecto tecum Caluissius nequaquam comparandus est, qui hoc capite audeas inire fastorum Iuliani ac Gregoriani comparisonem: & quod omnem excedit impudentiam, imo & insaniam, concludere, ac publice proclamare: *In Calendario Gregoriano frequentiores & fadiore errores committi, quam in Calendario nostro Iuliano siue veteri.* Quæ amabo te cum hæc scribebas cogitationes animum tenebant tuum? Existimabas ne tam acute te ac callide tua proponere posse, vt aliqua verisimilitudine induta lectoribus, id quod intendebas, persuasura essent: aut certe præ te non luscōs solum omnes, sed & cæcos, & omnino plumbeos reputabas, qui apertissima tua mendacia assequi ac dignoscere non valerent? Impudentiam tuam qua dolo nimis crasso epactas conferebas cum nouilunijs sibi non debitis, merito in admirationem trahere lectorem cap. præcedente diximus: quid nunc de plumbea hac dicam fallacia; disparitas enim non iam in paucis diebus aut vno consistit mense, vt ante; Sed in multis millibus annorum! admiranda ne, ridenda, an vero detestanda erit? Audiamus quæso vel ipso pædagogo Caluissio indignissima, & primo quidem vt se se militem ostendet gloriosum; rationemque reddat peracti certaminis.

Clauius enim, inquit, in prouocatione sua, cuius mentionem fecimus supra cap. 7. primum sibi vult demonstrari: Plura quam quatuor errorum genera in Calendario Gregoriano contineri, & deinde in eodem frequentius peccari, quam in nostro Iuliano. Tempus sane est vt tandem aliquando quam strenue pugnaueris Gnathonibus tuis explices, quod vt rectius facias, condiciones eas quas te impleuisse iam aut hoc capite impleturum putas, recenseres: reliquas suo in loco allaturus. Perge igitur, & quæ tanto temporis spacio egeris explica. De primo, ais satis diximus, & multo plura, quam quatuor errorum genera Calendario Gregoriano inesse manifestissimis exemplis demonstrauimus. Non solum satis te dixisse ipsi fatemur, sed & multo plura, quam vnquam à te expectare, aut postulare quisquam ausus fuisset. Nimirum quantum ad illos spectat quatuor errores (errores propriè nec Clauius nec nos appellamus) eos non solum esse ex minoribus quibusdam erroribus, qui in huius-

Caluissius rationem reddit peracti certaminis

Elench. Cap. 22.

Pp 2

modi

Cap. 31.

*modi Cyclo, qualem Lilius excogitauit, etiam si OPTIME instituat, nullo modo vitari possunt, quando videlicet quartadecima vno vel altero die, à plenilunio Pascha'i abit, unde errores in Paschate celebrando committuntur, quales fuerunt quos supra Cap. 19. & sequentibus recensuisti: Sed & eam, quæ illos non vnquam exhibet, vt capite præcedenti diximus, Liliæ æquationem veram, iustam & legitimam esse. Quod vero gloria-riste plures alios ostendisse errores, error tuus est, qui proprio nomine vocatur mendacium, tibi valde familiaris. Primum enim mensem anni Ecclesiastici cauum esse, nullo modo error est: epactarum vero æquationes si sumantur iuxta auctorum mentem, & cautelas, neque extendantur ultra terminos ab illis præscriptos, cauillari nequaquam potes, vt suis locis manifestum fecimus. ac præter hæc & aliqua alia pura mendacia, attulisti nihil: Ergo cum dicis *multo plura quam quatuor errorum genera Calendario Gregoriano inesse, manifestissimis exemplis demonstrauimus*, manifestissime mentiris: imo illos quatuor nullos esse, quod nemo à te petebat, vltro affirmasti; atque adeo quo ad hanc primam conditionem miles gloriosus victus cecidisti: & quidem priorum mendaciorum ac fallaciarum mole ita obrutus; vt spem omnem resurgendi tibi ipsi præcideris. Videndum nunc est quid de secunda conditione, & quibus mendaciis probare coneris, in Calendario Gregoriano plures & foediores contineri errores, quam in veteri.*

Calendarii Ecclesiastici perfectio in quo consistat.

2. Antequam autem demonstrationes adducamus Caluissianas, breuiter ostendendum est, in quo perfectio consistat Calendarii, & quid de vtroque tam Gregoriano quam veteri, Caluissius in præcedentibus scripserit: sic enim fiet vt non solum verum iudicium de bonitate Calendariorum a quouis dari possit; sed & quam hoc loco in apertum producere intendimus, clarissime elucescat iniqua comparatio, & iniquum iniqui censoris iudicium: imo vt æquum iudicium ex ipso ore aduersarii eliciatur. Primum clarum est. cum enim Calendarium Christianum, de quo disputamus, nihil aliud sit, quam Ecclesiastica atque ciuilis ad facilem vniuersalem ac vniuniformem vsu accommodata methodica ratio numerandi annos, menses, ac septimanas; motibus solis ac lunæ mediis siue vniuniformibus bene consentiens: illud calendarium perfectius ac paucioribus erroribus obnoxium erit, quod propius ad has accedit proprietates. priorem partem descriptionis huius consistere in Cyclorum ratione, & extra omnem est controuersiam, & in ecclesia Catholica saltem à Concilio Niceno semper ita habita, vsuque auctoritate, ac decretis tam illius quam aliorum Conciliorum, ac Pontificum fundata ac comprobata. & hæc cyclorum ratio in vtroque reperitur calendario, tam veteri quam Gregoriano. Quæstio igitur potissimum circa alteram versatur partem, quod nam ex his duobus solis ac lunæ rationibus melius consentiat: in quo nam æquinoctium firmitus hæreat; nouiluniorumque indices suo rectius fungantur munere: nam quod hic vicerit in omnibus vicerit.

Calendarium Gregorianum ex Caluissii concessione in æquinoctio, nouiluniis, & solis & lunæ rationibus parum abdicare.

Secundum sic manifestum faciemus, & primo quidem quid de Calendario Gregoriano ipse Caluissius sentiat audiemus. Quod igitur attinet ad æquinoctium, cuius sedem certam futuro tempore, vt Caluissius vtar verbis, *nemo prædicare potest*, ita certum ac fixum teneri in calendario Gregoriano à Caluissio po-

sio ponitur, vt vltra trecenta annorum millia semper ipsi in 21 Martii immotum permanerent: etenim in omnibus suis examinibus, quæ ipsi demonstrationes dicuntur, in dicto 21 Martii die sedem æquinoctii inuariatam ponit: iuxta illam primum & vltimum determinat mensem, ad illam normam exigit Paschata, hæresis obnoxia & excommunicata denunciat. Neque quod alicuius sit momenti contra stabilitatem eius vllibi affert; nisi ridiculam illam valere aliquid dicamus obiectionem, quod retentio in propria sede musicis tonis non vndequaq; congruat. Ergo quoad æquinoctium, anni solaris magnitudinem, motumque solis, quod præcipuum Calendarii caput & decus est, ipsa Caluissii confessione Calendarium Gregorianum perfectum, & erroris expers est: Enimvero quo exactius hæc seruantur, eo Calendarium erit certius, perfectius, & magis diuturnum, ait Caluissius lib. 2. cap. 7. Quod vero ad nouiluniorum spectat indices, motumq; lunæ, quamuis Caluissius eorum æquationes cōtra præscripta auctorum, ac si nulli variationi obnoxia ponerentur, ad multa annorum millia extendat: in Clauianis tamen vltra quinque dierum digressum ostendere non poterat, etiam ad annum Christi vsque tercenties milleimum; in Lilianis vero, qui tamen epactas suas vltra Christi annum 5000 non produxit, in eodem contra omnem æquitatem assumpto remotissimo seculo, nō plures quam 22 dies erroris colligere poterat. Atque hæc de summis illis erroribus Calendarii Gregoriani in solis ac lunæ motibus commissis, Caluissius.

De Calendario vero veteri siue Iuliano aliam audiuius Caluissii sententiam. Is enim ad errores eius manifestandos proprium caput instituit, quod & primū omnium sui stramentitii Elenchi esse voluit: in quo postquam illud plus æquo laudasset, de æquinoctio motuq; solis sic subdit: *Vitium tamen aliquo modo facere videtur primum in eo, quod æquinoctia & solstitia à suis diebus, quibus in initio affixa videbantur, ad tredecim dies fere hodie anticiparint. Æquinoctium enim, quod olim die 23 Martii fieri solebat, iam ad diem decimum eiusdem mensis peruenit: vnde futurum, vt idem æquinoctium aliquando in Februarium atque alios hybernos menses, si seculorum ratio hoc ferret, transferatur. Quid clarius dici poterat? Nonne satis est post Iulium Cæsarem Calendarium hoc in motu solis indicando aberrasse ipsos tredecim dies; neque hic quiescere, sed errando in perpetuum progressurum? Sed nec nouiluniorum indices ab errore liberi sunt, etenim aurei numeri, quibus id officii à Patribus Nicenis olim demandatum erat, suam etiam decoquant fidem, & ex confessione Caluissii spacio annorum 312 cum dimidio, fere vno die aberrant, atque adeo Concilio Niceno ad nos vsque quatrduo aberrasse colligitur, ex quo factum est, inquit Caluissius, (quamuis de pleniluniis dicat, quæ non nisi quartisdecimis cōueniunt) vt termini Paschales, qui olim plenilunia recte indicabant, à plenilunii loco quatrdui spacio absint. Ex quo colligeretur, si vera esset, quam ca. 16 de epactis (quod idem eodem modo de aureis numeris dici potest) dat regulam, nō uilunū indicē aberrare sex dies solidos: enimvero, quando quartadecima sequitur pleniluniū vno die, tunc index à nouilunio tridui spacio abest, ait Caluissius: ergo si quartadecima plenilunio posterior est quatrduo, index abest à nouilunio diebus sex. Ex quibus sequitur, si ad ea secula, ad quæ Caluissius Calendarium Gregorianum examinat, Calendarii veteris errores exigendi essent, eos non per dies tantum, sed per menses atque annos fore numerandos.*

Putas ne Caluissi aliquem fore, qui sententiam dicere audeat, & quodnam

Calendarium iustius sit decidere? Ego sane in tam ardua atque subtili re iudicium meum non facile interposuero; subtile aliquod è schola cantorum hic requiritur ingenium, & homo natura acutior, qui penetrare ac superare has difficultates valeat. Præstitit sane animus ingeniosus illas tuas astutias audire. Age igitur cantor sententiâ tuam pro me: aut certe subtilia tua argumenta, quibus demonstres, *In Calendario Gregoriano frequentiores & fædiores errores committi, quam in Calendario nostro Iuliano siue veteri.* En ut promptus est!

Caluissius gloriatur se facile demonstrare posse propositum.

3. Id vero difficile non futurum arbitror, modo sciamus, quoties fere Calendarium nostrum Iulianum siue vetus in vna centuria in canones committat. Inde enim comparatione facta ad Calendarium Gregoriani alicuam centuriam, vel COE C O patebit, utrum Calendarium plus vel fædius erret. Proficit sane cantor noster, ex leuiculo paulatim pinguis ac crassus, ex crasso nunc plumbeus factus, plumbeam omnino instituit argumentationem, quæ quidem non tam elucet ex comparatione duarum centuriarum, quam ex electione talium centuriarum. Videamus quæso, quam cæco suo iudici duas proponat centurias, quantaque solertia, quanto acumine, quanta etiam æquitate ac iudicio illas selegerit: & quam bene ex sua comparatorum doctrina paritatem seruandam esse didicerit.

Quo acumine Caluissius comparatione vtriusque Calendarii instituat.

Ex Calendario igitur veteri centuriam assumit, non iam post multa secula futuram, atque in incerto positam; & hoc quidem non sine magno polito ingenii iudicio: enimvero cum iuxta ipsius Prophetiam dies mundi extremus, qui iam præ foribus expectat, propediem affuturus sit, frustra esse noluit. Ergo assumpsit sibi centuriam post Christum natum 1500 proximè elapsam, atque de frequentia errorum in ea statuemus, inquit, ex sententia Clauii: quam ea est aliquanto iniquior: ponit enim errores in Paschatis celebratione commissos in vna summa sexaginta sex; cum tamen in vna summa quinquagies quinquies peccatum sit, non sexagies sexies (Fortassis vult Caluissius, Clauium debuisse ex suis in Elencho isto exhibitis tabulis plenilunia eruere, quod cum non fecerit, vndecies errauerit) Sed ut ut sit, inquit, de hac re non magnopere contendemus cum Clauio: Ergo nec nos cum Caluissio; qui enim per centena millia annorum iaculum ultra fines expedire audet, etiam in minoribus aliquid audebit. Lectorem tamen docere debemus, quid Clauius loco à Caluissio citato, ostendere conatus sit; quidque suo exemplo cantor moliri potuerit: nam se in sua comparatione Clauii exemplum secutus gloriatur.

Clauium nequam Caluissio, ut ipse fingit, comparationis exemplum, aut modum præscripsisse.

Ea ergo, quæ hic à Caluissio citantur, desumpta sunt, vel ipso teste, ex Clauii *explicatione Calendarii sui cap. 2. pag. 71.* editionis videlicet prioris, quo capite Clauius causas explicat correctionis Calendarii, ea fere ratione, qua nos paulo ante, errores scilicet veteris Calendarii in medium adducendo: deuiationem quidem æquinoctii à Concilio Niceno ad nos usque ad ipsos decem excreuisse dies; indices vero nouiluniorum ad quadridui spacium à suis locis deflexisse: ex quibus tandem deducit plurimos in celebratione Paschatis errores & fuisse, & nisi mature præuentum esset, futuros semper grauiore. Ergo ut in præteritis ostenderet, quid de futuris sperari posset, exemplum adduxit centuriæ 1500, in qua sexaginta sex Paschata, si motus solis ac lunæ medios spectemus, non rite celebrata affirmat. De futuris autem refert se ad tabulam suam festorum temporariam, quam capite 22. proposuit, in qua Paschata etiam exhibuit Calendarii

darii veteris per singulos annos, ab anno Christi 600, vsque ad 5000; additque in Calendario veteri post annum 2698 nullum amplius Pascha legitimum in ea reperiri, qui quidem error, subiungit, in plures dies progressu temporis excreuisset, nisi correctum esset Calendarium. Nullam igitur omnino eo loco instituit Clavius, quam tanquam exemplum imitari potuisset Pædagogus Caluissius, Calendariorum comparationem: sed simpliciter causas explicat, cur vetus corrigendum fuerit, quæ fuit multitudo sine ulla spe emendationis errorum in eo comprehensorum. Fucus igitur & fraus est Caluissii, qui hac in re exemplum Clauii prætendit.

4. Selecta ex Calendario antiquo pro comparatione instituenda centuria 1500, confert se à musis auersus musicus ad seligendam ex Calendario Gregoriano aliam itidem annorum centuriam. At quam putas beneuole lector? Nonne pro ea qua valet, quamque plurimum amat æquitate, seruaturus tibi videtur paritatem rationis? Nimirum quemadmodum eam, quam è Calendario veteri selegit centuria, quæ à sui per Patres Nicenos facta institutione, est numero duodecima; ita ex Calendario Gregoriano assumet ab eius institutione etiam centuriam duodecimam, hoc est Christi vigesimam octauam: aut certe vt argumentum à fortiori pugnet, demonstrationisque vim obtineat, aliquam assumet viciniorem; quod quasi necessario videtur incumbere Caluissio; quomodo enim vel cæco patebit, in Gregoriano plus & sædius aberrari quàm in Calendario veteri, nisi argumentum à fortiori vim induat. Sed *ignoscat nobis* tam Lector beneuolus, quam cæcus iste, quem appellat Caluissius, iudex; res aliter se habet, & longe extra oleas vagatur cantor no^{er}.

Caluissii in sua comparatione paritatem rationis iniquissime per aliquot cetera millia transgressum esse.

Dicit Origanus amicum suum Caluissium extra paritatem longe abire nequaquam posse, eo quod proportionum ex doctrina sua tam musica, quam comparatorum, in qua versatissimus est, profundam scientiam hauserit, fieri posse, vt dulcioris modulationis causa à comparatione parium & vnisono recesserit, & vel ad diapason omnium interuallorum primum & simplicissimum, vel certe ad diapante consonantiam suauem ac sonoram, ita suadente arte musica confugere voluerit, atque adeo duplam vel sesquialteram proportionem non transilierit. Sed *ignoscat nobis* etiam Origanus, res aliter se habet, & musicus extra organum ludit. Si replicet Origanus, Sethum quidem extra centuriam decimam octauam, vel vicesimam quartam excurrere potuisse, at impossibile esse quadragesimam octauam, hoc est, quadruplam, vel etiam ad summum octuplam siue ceteriam nonagesimam sextam ab ipso transgressam esse, sed necessario saltem intra centum centuriarum spatium se continuisse: *ignoscat nobis* ipse iterum, iterumque cantor, ipse omnino extra chorum saltat. Quid ergo? ad quingentas ne vel mille centurias vsque extra viam currit? Absit hoc à Setho Caluissio, homine omnis elegantis doctrinæ peritissimo, minime rudi & ab aliquot annis exercitato: Orestis ac Bambilioni talis esset, quam ingenioso musico similior, qui similia attentare præsumeret. Sed *ignoscat nobis* quicumque ignoscere didicit; res aliter se habet: miser enim Sethus Caluissius ad propositionem suam probandam, ad ultra ter millesimam centuriam excurrere opus habuit: & quod miserrimum est, ne quidem eo in loco quicumquam probare potuit: ceteriam quàm cum 1500 compararet, elegit 301700. Quid tibi videtur æquissime lector, licebit ne ali-

ne alicui exclamare: Nego paritatem? Audiamus quzso ipsum hominem acutissimum, imo modestissimum etiam, ut ante errorem plumbeum, veniam prius petere sciat à Clauio.

Impudētia Caluissii qui Clauii exemplum pro se allegare ausus fuerit.

5. *Ignoscat nobis*, inquit. *si suo exemplo idem moliamur tu Calendario Gregoriano, quod in vetri fecit, & similiter vnam centuriam excutiamus, eiusque errores numeremus, ea sit* 301700. Quam libentissime tibi ignosceret Clauius, modo venia dignus esses: facile etiam à nobis eam impetrares, etiam si enormiter cōtra paritatem peccasses, modo non vltra terminos præscriptos telum ablegasses. Si tecum musico elegatissimè a sinum comparare vellem in musicis, quid diceres? in labore ferre fortassis posses, qui ex magno labore magnam tibi scis comparare gloriam. Vno verbo Caluissii, causam tuam agere nescis, aduoca patronum Origanum doctiorem te, fortassis te de inscitia tua ac impudentia purgabit. Enimvero dicere poterit, te non adeo impudētem esse, quin saltem veniam postulaueris, *ignoscat nobis, &c.* Item te ipsum causam reddere, cur hanc centuriam selegeris, ad ea esse respondendum, neque insonem te non audita causa damnandum: obiiicienti enim, *hanc* centuriam longius esse à nostro seculo remotam, te egregie respondere: tua recitabit ipse verba: Ad quod respondeo, me exemplum examinandi Calendarii ab ipso (Clauio) sumpsisse. Si ipse centuriam aliquam in Calendario veteri examinādam sibi delegisset, quæ propior fuisset initio eius, cum primum à Dionysio Exiguo ordinaretur, & Ecclesiæ præscriberetur, ego similiter SIMILEM aliquam examini subiecissem, quæ à Gregoriani Calendarii initio nō procul distaret. En ut aduersariis omnibus os obturatum est (quis est, qui contra hiscere audeat?

Caluissio nullā manere se purgandi excusationem.

Ignoscat nobis Origanus, *ignoscat nobis* Caluissius, patronus cum cliente, egregium par Calendario mastigarum, quo magis vos purgare studetis, eo magis vos impudentiæ & malitiæ cum summa coniuncta inscitia accusatis. Si tacuisses Caluissii, fortassis aliquis amicus tuus excusare te potuisset; tibi nimirum propositū non fuisse seruare paritatem rationis, sed ut cūque te ostendere voluisset, Calendarium Gregorianum peius esse veteri: nunc vero cum ipse fatearis, te *exemplū examinandi Calendarii ab ipso sumpsisse* Clauio; et ipse proximiorē accepisset, te similem accepturum fuisse, quo te excuses, prorsus restat nihil, omnem omnino purgandi te præclusisti tibi aditum: imo quod causam tuam deteriore reddit, Calendarium vetus non à Concilio Niceni, sed à Dionysii temporibus deducis, atque adeo si similem centuriam ex Calendario Gregoriano deligere tibi voluisses, non iam, ut ante monuimus, duodecimam, sed adhuc viciniorē, decimam nimirum discernere debuisses; nunc quæ similitudo cum decima, & ter millesima. Agnoscis ne tandem in signem ac singularem impudentiam tuam: & quam nihil possis contra Calendar. Gregorianum, nisi ad absurdissimam quæque confugas, & ne tunc quidē aliquid efficere? Nonne plumbeus plane, & homo absq; sensu es? Crede mihi, neq; cæco, quem appellas, vnquā in æternum persuadebis, annum Christi 301700 tantum abesse ab anno 1600, quantū abest annus 1500, à 500: differentia enim hic est mille, ibi vero maior quam ter centies mille, quos numeros neque cæcus vnquam pronuntiabit æquales. Si aliquis discipulorum tuorum istos duos numeros 1000 & 300100 æquales pronuntiaret, nonne, quāuis minime *plagosus* sis, tuosque *pudore & liberalitate* instituire malis *quam verberum metu*; tamen si in aliquo tantam reperires impudentiam, odii que ac inuidiæ feruitutem,

Caluissianæ cōparationis disparitatem modum omnē excedere, ac rationem.

nitutem, tantamque malitiam, nonne inquam, hunc egregie verberibus exciperes, plagasque infligeres. Qualiter ergo tu, eorum magister, tractandus eris, qui tanta ac talia pecces.

6. Si Clavius centuriam accepisset propius ab initio Calendarii distantem, *e-* *Caluissi crassus*
go similiter, inquit Caluissius. *similem aliquam examini subiecissam, quæ à Gregoriani Ca-* *error de vene-*
lendarii initio non procul distaret: sed cum ille vltimam nostri Ca'endarii centuriam 1500 *rabili Beda-*
sumere voluerit, à venerabili Beda enim tantum vsque ad annum 1596 Ecclesia illud præscri-
ptum est. Et nobis iam liberum est, quandocunque volumus, id mutare, cur non etiam aliqua-
to remotam, nequaquam tamen Gregoriani Calendarii vltimam mihi sumerem. Egregie
profecto, centuriam scilicet 301700, esse quidem aliquanto remotam à nostro
seculo, non tamen tantum, quantum centuria 1500 à Cōcilio Niceno aut Dio-
nyfio Exiguo: quæ is vnquam hoc credidisset, nisi id à summo audiuiisset Logi-
sta & Chronologo Caluissio?

Næ tu copiosus ac disertus es Caluissi, qui rationem adinueneris, vt 1000 tan-
tum sit, quantum 300100. Sed si etiam repperis quo minus egregie in his, quæ
de venerabili Beda affers, mentitus videri queas, virum te iudicabo. Vbi enim
reperisti, Bedam venerabilem Calendarium produxisse ad eum terminum, quæ
transgredi non liceat, isque vltimus dicendus sit? Vbi reperisti eum terminum
esse annum Christi 1596? Certe si reperisses id, hic in perniciem tuam adduxis-
ses. Cur enim in Calendario illo vltra annum 1596 hæstisti contra ista, quæ alle-
gas præscripta? Cur non saltem in vtilitatem tuam, & pro causa tua mētiris can-
tor *natura hebetior*. Tātum autem abest à venerabili Beda festiuitates, imo & to-
tam Calendarii rationem, solum vsq; ad annum 1596 præscriptam esse, vt etiam
eam in infinitum producendam docuerit: expresse vero atq; per singulos annos
eandem ad longum extendit, per tres quidem cyclos Paschales solidos ad annū
1561 in opusculo de circulis, ad annum vero 1063 tantum in lib. de temporū ra-
tione ca. 6; aliis 64, vbi cyclum Paschalem integrum exhibuit annorum 532, cū
suis indictionibus, epactis cōcurrentibus, cyclis lunaribus, quartisdecimis, Do-
minicis Paschatii, & atate lunę cyclica. Quo absoluto, eodē quo antea cursu ab
initio idem repeteretur. Ipsa apponam Sancti viri verba, qui loco citato *Dē circulo*
magno Paschalis sic habet: *Qui vbi memoratam ex ordine mensium dierumq; summam com-*
pleuerit, mox in se ipsum reuolutus, cuncta, quæ ad so'is vel lune cursum pertinent, eodem quo
præterierant SEMPER tenore restaurat: tantum anni Dominica incarnationis suo certo tra-
mite proficiunt in maius, & indictiones quoquo ferantur in ordine, nihil siderum cursum, at-
que adeo nihil Paschalis cal'culi ordinem mouent. Quod vt apertius clarescat, placuit eundem
plenario ordine circulum presenti opusculo præponere, sumpto exordio à quingentesimo trice-
simo secundo Dominice incarnationis anno, vbi primum Dionysius circulum cœpit, & perdu-
cto opere vsque ad millesimum sexagesimum tertium eiusdem sacrosanctæ incarnationis an-
num: quatenus legentes non solum presentem vel FVTVRVM prospicere, sed & præteritum
omnem Paschatii statum temporis inerrabili possent intuitu respicere, &c. Ergo Seth Cal-
uissi turpissime mentitus es.

Itaque quo minus centuriam aliquam, quam iusta comparatione conferre cū
aliqua ex Calen. Gregoriano desumpta potuisses, in Calendario veteri tibi nullo
modo defuit, quādoquidem à venerabili Beda, cuius tu præscriptis stare videris,
modum in infinitum illud producendi acceperis: futura cum futuris; similia cū
similibus, inique comparator, comparare debuisses, iam Clavius te labore leua-

rat; & singulorum annorum Pascha ad annum vsq; Christi quinquies millesimum in tabula proposuerat. Sed odit lucem, qui male agit.

Ridicula Calu-
sui de Calendar.
veteri immutā
do, & in compa-
rationem assu-
mendo senten-
tia.

7. Quis porro risui moderari queat, cum audierit te exclamantem; *In Calendario Gregoriano frequentiores & sediores errores committi, quam in Calendario nostro Iuliano siue veteri*; quando autem eo peruentum est vt illud probes, ne iniquissima quidem comparatione possis: si deinde vltius vrgeris, & de iniquissima illa comparatione accuseris, aliter te purgare non valeas, quam vt Calendarium tuum, quod ita laudas, & in comparationem adducendum promittis, prius destruas ipse, illudque emendes: *Et nobis iam liberum est*, inquis, *quandocunque volumus id mutare*. An non deliras Caluisci? vaticinationes tuæ de extremo mundi die ad insaniam te reduxerunt. Si illud mutas, non erit amplius vestrum Calendarium Iulianum siue vetus; de quo proclamaras, quod melius Gregoriano sit. Putas ne morionem illum tuum Nicolaum tam simplicia aliquando, ac stolidi in medium protulisse. Calendarium vetus vt idem maneat, nullam omnino suscipit mutationem, vt paulo ante audiuius ex ipso venerabili Beda. At Calendarium Gregorianum habet hoc ex prima sui institutione, vt si successu temporis subrepat aliquis error, extraordinaria diei vnius aut plurium, aut eiectione, aut intercalatione; epactæve aut maioris, aut minoris assumptione, reducatur ad officium; id quod tu in tuis examinibus, totoque tuo Elencho, non tantum impudentissime omittis, sed & vbique malitiose dissimulas, vt eo liberior tibi ac expeditior remaneret calumniandi campus. Manifestissimum igitur redditum est, firmumque manet, te non solum mendacissimum atq; iniquissimum censores Calendarium Gregoriani esse; sed & hoc loco iniquissimam inter illud & vetus Calendarium instituisse comparationem. Pergamus nunc ad reliqua huius cap. refutanda.

Caluiscum tur-
piter etiam er-
rasse in calculo
& comparatio-
nis tabula.

Ergo vt specimen aliquod exhiberet è Calendario Gregoriano, dicit Caluiscus, se sumpsisse centuriam 301700, quam cum suis quartisdecimis duplicibus, quas Lilianas & Clauianas vocat, ac pleniluniis Paschalibus per singulos annos exhibet integrā, tabula, vt solet, erroribus oppleta, quod sane turpissimum est in isto homine ab aliquot annis exercitato, etiam si neminem, vt sepe monuimus, ad certamen de errore ostendendo prouocasset: centuriam inquam proponit cum illis quartisdecimis, quas nemo vnquam practice in vsum assumendas dixit, nec Lilius, nec Clavius: cum hisce omnibus tamē errorem in æquinoctio vt supra diximus, assignat omnino nullum: in quartisdecimis seu lunæ indicibus & Lilianis quidem errorem ponit ad summum 22. dierum, in Clauianis 5. & nihilominus cum Calendario veteri id comparare audet, & nescio quos errores, nunquam in æternum committendos, cœco suo iudici ex Calendario Gregoriano diiudicandos offert. Nos eidem iudici fœdissima aliquot Caluisci hoc loco commissa mendacia palpanda porrigemus, & sequenti capite veram ac iustā comparationem vtriusque Calendarium instituemus: imo & hanc iniquissimam ad diiudicandam pro victoria cuique proponemus.

Mendaciū Cal-
uisci, Liliū Pa-
scha in nouilu-
nio celebrandū
præscripsisse.

8. Primo ait cantor: *Primum quartadecima Liliū semper aberrat à plenilunio errore fœdissimo & execrabili, & Pascha definit in nouilunio celebrandum tam contra diuinas, quæ contra Ecclesie leges, idque toties committit, quot videlicet in vna centuria sunt anni, centies scilicet*. Sed Lilius nunquam ne verbo quidem epactam nouilunii indicem assumendam in vsum dixit, quæ tanto intervallo à nouilunio distaret, vt Pascha in nouilunio celebrandum exhiberet. Imo contrarium omnino, & qua ratione in Calen-

Calendario Gregoriano id re ipsa præcauendum sit, & Lilius & Clauius docuerunt. Ergo mendax Sethus Caluissius mentitus est mendacio, vt suis verbis vtat, *foedissimo, & execrabili.*

Secundo, etiam si contra mentem & præscripta vtriusque, tam Liliū quam Clauii, eam quam assignat Lilio quartamdecimam, vere Lilianam, & in vsum assumendam esse dicamus, nequaquam tamen *centies* putata illa quartadecima Liliansa *Pascha definit in nouilunio celebrandum*, cum quamplurima nouilunia nullo modo in diem Dominicam incidant. Ergo iterum Caluissius mentitus est, &c.

Aliqd.

Tertio addit: *De hoc errore (Paschatis in nouilunio) nostrum vetus Calendarium NVNQVAM accusari poterit, plane enim ab eo est liberum.* Sed nos capite sequenti plures ostendemus annos, in quibus ille error in Calendario veteri accidit. Ergo tertio Sethe mentitus es.

Falsum esse Calendarium vetus liberum esse à Paschate in nouilunio celebrando.

Quarto si contra veritatem apertissimam quærat effugium, & se hoc loco solum de centuria præterita 1500 Calendarii veteris locutum esse fingat, cuius tamen ipsa verba iam allata, & sine vlla omnino limitatione prolata hoc negant; nihilominus tamen talis erroris, quoad Pascha, qualem in sua tabula Lilio obii- cit, atque adeo vetus Calendarium ab eodem plane liberum prædicat, hæc ipsam centuriam 1500, non solum propria Caluissii confessio, sed & ipse calculus ream facit. Enimuero cap. 1. lib. 1. disertis fatetur verbis, in Calendario veteri, atque propterea maxime ea in centuria, quæ vltima ei dicitur, *Pascha longe propius esse nouilunio, quam plenilunio, vbi celebrari debebat*: ergo ad summum 4, 5, vel sex diebus abesse debet Pascha à nouilunio. Nam si 7 vel 8 diebus remoueretur, in medio positum inter plenilunium & nouilunium, æque abesset ab utroque; sed affirmante Caluissio, *longe propius est nouilunio*. Ergo omnino in errores, quibus Lilius accusatur, si Pascha respicias, incidit; aut cum iis prope conuenit Calendarium vetus. Idem ostenditur calculo. Pro anno exempli gratia 301787, Caluissius in sua tabula exhibet plenilunium die tertiodecimo Aprilis, feria sexta, hora 19, 8' ergo nouilunium præcessit 30 Martii, feria 6, hor. 0, 4' 6. terminum Paschalem Liliū ponit in die 24 Martii, ergo sequens Dominica, hoc est, 25 Martii, quæ Paschati debetur, abest à nouilunio quinque diebus. Accipiamus iam aliquem annum ex centuria 1500, qui sit verbi gratia 1532: nouilunium ex Caluissii tabulis in- ci lit in diem Aprilis quintū, feriam sextam, hor. 5, 4' 7, terminus Paschalis eius anni figitur in 24 Martii: ergo sequenti Dominica, quæ incidit in 31 Martii Pascha peractum est; sed dies 31 Martii à 5 Aprilis, in quem nouilunium incidit, etiam distat quinque diebus. Ergo Paschata horum annorum, quoad interuallum à nouilunio paria fuerunt, sed Lilianum pronunciante Caluissio, *tam contra diuinæ quam contra Ecclesiæ leges est*. Ergo & Pascha Calendarii veteris in ceturia 1500 peractum. Imo quod peius est etiam propius Liliano ad nouilunium accedit errore *foedissimo & execrabili*. Anno enim 1536 nouilunium ex iisdem Caluissii tabulis, confectum est die 20 Aprilis, feria 5, hora 18. 51' terminus Paschalis in die 9 Aprilis, Pascha traiecit in 16 Aprilis: à 16 vsque ad 20 Aprilis, dies sunt tantum 4; at in Liliano supra inuenimus differentiam dierum 5. Ergo Pascha hoc Calendarii veteris, propius nouilunio erat, quàm illud Lilianum futurū à Caluissio prædicatur. Ergo quomocunque accipiat illud, *De hoc errore nostrum vetus Calendar. nunquam accusari poterit, plane enim ab eo est liberum*, Semper tamen Caluissius mentitur, &c.

Aliud Caluissii mendacium.

Quinto subiungit: *Sive igitur iam Liliū sequaris, sive Clauium praeferas, utrobique inuenies plures errores, quam in nostro veteri Calendario*: sed siue absolute hoc intelligas, siue ad iniquissimam tuam te comparisonem, & ad ceterum 1500 adstringas, nihilominus cap. sequenti ostendemus, plures esse errores in Calendario veteri, quam in Gregoriano. Ergo iam quinto Caluissius mentitus est, &c.

Aliud.

Sexto ait: *Quod vero ad fœditatem errorum attinet, certum est, errores adeo abominandos in Calendario Gregoriano inesse, ut vix maiores fingi possint*. Sed non solum maiores errores fingi posse, quam calumniator ille finxit; verum etiam re ipsa sine comparatione maiores Calendario veteri inesse, patebit capite sequenti. Ergo, &c.

Caluissius mentitur nullū peiorem Calendarii formā præscripsisse, quā Gregoriana est. Lib. 2. cap. 8.

Septimo pergit: *Errorēs hi (Calendarii Gregoriani) manifesti sunt qui ostendunt peiorem Calendarii formam vix ab aliquo, qui se huic studio aliquantulum dedit, præscribi potuisse*. Sed non solum clarissima veritas probat, rumpatur licet inuidia, neminem adhuc meliorem formam excogitare potuisse: verum etiam ipso assente Caluissio, quamuis plurimi huic rei sese dederint, maiorem tamen partem nequaquam ad bonitatem Calendarii Gregoriani accessisse. *Qui contra Calendarium Gregorianum scripserunt, inquit, in singulis harum regionum Academiis arbitror fuerunt plus quam singuli: sed paucissimi tamen, qui aliquam formam meliorem, quam Gregoriana visa est, proponere ausi sunt. Non enim est cuiusuis, (sed vnius ac solius Sethi Caluissii.)* Deinde in particulari quorundam refutat Calendarii formas, & alia quidem Caluissio talis videtur, quæ nullo fundamento nitatur. & præterea falsa sit, & nobis, inquit, ignominiosa, &c. de alia fatetur, quod multo pluribus erroribus obnoxia sit, quā Gregoriana, cuius sectatores illam multo plurium & grauiorum arguere possint. Harum autē formarum auctores se huic studio aliquantulum dedisse, non negabunt. Ergo & hic mentitur, &c.

Aliud Caluissii contra veritatē peccatum.

Octauo relegere vestigia incipit, seseque hoc primo libro ostendisse gloriatur, *Calendarium Gregor. longe pluribus obnoxium esse erratis, quam quatuor, quos Clauium tantum inesse fatetur*. Sed tantum abest ut plures ostenderit, ut etiam hos quatuor aut nullos esse, aut omnino nullo modo vitari posse, ut in præcedentibus audiuimus, vltro affirmauerit. Ergo ut antea, &c.

Aliud.

Nono profequitur: *dies decem nequaquam legitime ex Calendario exempti sunt, & deinde æquinoctium ipsum neque exacte ad vicesimum primum Martii reductum est, neque conuenienter ibi retinetur*: sed nos ostendimus, non solum quantum res Calendarii requirit ac patitur, satis exacte ad pristinum statum reductum esse æquinoctium; verum etiam in reliquis contrarium demonstrauimus. Ergo rursus mentitus est, &c.

Falsū esse quod ait Caluissius cyclū solis in Calend. Gregoriano flagitiose corruptum esse. Alia falsā Caluissiana assertio.

Decimo annectit: *Et tandem cyclus solis tanto temporis spacio in Ecclesia obseruatus, & usurpatus, flagitiose in hoc Calendario corrumpitur*. Sed nos manifeste probauimus, & sine vllō flagitio, imo propter dies decem exemptos necessario interruptum esse: & te eundem quoque antiquare atque interrumpere, infra palam faciemus. Ergo, &c.

Vndecimo, cauillator quatuor illos, qui omnibus cyclis accidunt, errores inuitabiles obiicit, & concudit: *atque ita euidentissime contra omnes de Paschate recte celebrando Canones sanctos peccat*: sed nos euidentius monstrauimus, non solum simpliciter contra canones peccatum non esse; sed & proximis post Concilium Nicenum temporibus similia accidisse, neque pro peccato aut canonum transgressione habita fuisse: imo alias Patres sibi ipsis contradixissent.

sent, & propria statuta damnaissent, denique ipse criminator concedit similia nullius erroris recte argui posse. Ergo, &c.

Duodecimo sic progreditur. *Præterea Calendarium per se ita conformatum est, vt leges de recte instituendo calendario multipliciter violentur.* Nam inchoat annum à mense maio, &c. Sed hæc leges aut nullæ sunt; aut Iudæorum, Turcarum, & gentium; Christianorum vero leges ita seruatae sunt, vt ob hoc ipsum mensis maius locum suum antiquum retinuerit; epactæ iuxta illas distributæ, sedes perpetuæ illis attributæ, & quantum pro Calendario practico, non iam imaginario, aut post mundi finem in perpetuum producendo, sufficit, methodice æquatæ. Ergo, &c.

Tertiodecimo rursus in Clauium inuectus iniquum eum vocat *censores*: Sed Caluissium te ipsum non Clauium talem probasse supra manifestum fecimus, & si eo contentus non est, clarius infra aperiemus. Ergo, &c.

Quartodecimo adiungit vnum quod familiam ducit, nimirum: *Sapissime in quibusdam centuriis frequentiores errores exhibentur; quam veteri Calendario vnquam obiecti sunt, aut à quoquam obici possunt.* Nam in Gregoriano æquinoctium, quod familiam ducit, ab ipso aduersario immobile, & cum cælesti consentiens statuitur: in veteri autem per integros aberrat annos: Quid vero ipso ita prouocante veteri calendario obici possit, sequenti experietur capite. Ergo, &c.

Quintodecimo concludit: *In hisce calendarii Gregoriani erroribus colligendis obsecutus sum Clauio ad errores hosce demonstrandos, cuius laceffenti & prouocanti, & non inutiliter operam collocatam spero, tum vt qui illud Calendarium receperunt, videant se deceptos, & sibi pro emendato Calendario vitiosissimum obtrusum esse: tum vt planum fiat, quod qui illud admittere noluerunt, causas gravissimas hæc præter alias politicas reiectionis habuerint, quibus adhuc moueantur, ne illud recipere possint.* Sed neque criminator Caluissius vnquam à Clauio prouocatus est: neque iuxta præscripta Clauii calendarium examinauit: neque vltos errores, qui errores ipso teste, propriè dici aut vitari possint, demonstrauit: neque ab vltro demonstrari possunt. Vnde neque vitiosum pro emendato, sed emendatissimum, diuque & longe desideratum, loco veteris vitiosissimi non obtrusum, sed præmonitis, & in id consentientibus, &que vltro expetentibus & approbantibus propositum, & ad communem vtilitatem, ac Ecclesiasticarum rerum, quod caput est, instaurationem, in vsum publicum introductum est. Planissimum autem est, eos qui id non recipiunt præter odium erga Romanum Pontificem, totamque Ecclesiam Catholicam, causam quæ alicuius momenti sit non habere aliam. Ergo non semel sed frequentissime mentitus est Caluissius mendacio fœdissimo & execrabili.

Eant Iosephus Scaliger & David Origanus, g'orientur quantum velint, ille de laborum suorum præmio, hic de amico suo singulari, probissimo, doctissimo, accuratissimo, ornatissimoque viro Domino Setho Caluissio. Omnino magnis istis viris Gratia debentur ingentes, quod vigiliis & laboribus suis tempestiue (antequam extremus, qui præ foribus est, mundi adueniat dies) alios ex somno excitauerint, iisdemq; lumen accenderint, vt videant in hac materia abstrusa, & à paucis recte explicata, quid verum, quid falsum sit.

Alia.

Nobile Caluissii mendaciū, frequentiores quibusdam calend. Gregoriani centuriis errores inesse, quam veteri calendario vnquam obici possint. Alia Caluissiana mendacia.

Funiculus triplex.

Origanus.

De aqua ac iusta calendarii noui cum veteri collatione, quæ, si vir bonus Caluſius fuiſſet, inſtituere debuiſſet.

Cur iuſta veteris cum Gregoriano Calendario comparatio inſtituatur.

Lib. I. cap. 6.

Lib. I. cap. 19.

Lib. I. cap. 21.

Cap. 22.

ET ſi nugator iſte communisq; quietis inimicus tam abſurda & manifeſta retulerit mendacia, vt vix aliquis, qui rem paulo cōſideratius ſecum ipſe reputet, falli poſſit: tamen cum ea ſpecioſis verbis, argumentandi ratione palliat, & exemplorum copia roboratis, & quod caput eſt, ita audacter, & ſine vlla cunctatione proponat, dictaq; affirmet vt dubitationi nullū videatur relinquere locū, ea ſane facillime ab iis, qui, vt multi ſolent, accelerata lectione libros peruoluūt, & opinione præoccupati, conſiderationi altiori viā præcludunt, aſſenſum eliceret, & veriſimilitudinem ſibi iudiciumque lectoris conciliare poterunt; Calendarium ſcilicet vetus longè exactius, melius, & paucioribus erroribus obnoxium eſſe, quam nouum ſiue Gregorianum. Quis enim hominem qui ſe Chriſtianum laudet, tam deperditæ reputaret conſcientiæ, vt talia tanta cum fiducia publice affirmare audeat, niſi ea veriſſima eſſent? Et cur ea ſimpliciores, & maxime eos qui plus hiſce ſolent credere cantoribus, quam vel Concilio alicui, aut Patrum conſenſui, in ſua ſententia non confirmarent? Enim vero ſi tantum valent ſiſti, & euenti Calendarii Gregoriani errores apud hoſce homines, vt *admonentur, ne turbationibus contractum, negotiorumq; ciuiliū, & diſſimilitudine etiam ceremoniarū Eccleſiaſticarum, in celebrandis diuerſo tempore feſtiuitatibus* (& quanta hæc non ſunt abſurda!) *& aliarum rerum, ex diuerſis Calendaris originem trahentium, permoueantur ad hoc Calendarium* (Gregorianum intellige) *recipiendum*: quid fiet ſi intelligent hiſce abſurditatibus non ſe, ſed eos qui calendarium introduxerint Gregorianū, cauſam præbere; eo quod calendarium vetus, quod ipſi ſequuntur, longe melius ſit Gregoriano? Quid ſi à Caluiſio tantæ viro auctoritatis audiunt nobis quidem, qui Paſchæ ad rationem veteris Calendarii agimus, quietis eſſe licet. NVNQUAM enim fieri poſteſt, vt ſecundum vetus Calendarium cum Iudæis in paſchate agendo concurramus. Item de Paſchate in vltimo menſe: noſtrum vetus Calendarium hoc peccatum admittere non poſteſt. Item de Paſchate ad morem Teſſares & decatitarum & Iudæorum celebrando: Noſtrum etiam vetus Calendarium ab hoc errore adeo liberum eſt, &c. Item de Paſchate in Nouilunio vel prope nouilunium: De hoc errore noſtrum vetus calendarium nunquam accuſari poterit, plene enim ab eo eſt liberum: Si hæc & ſimilia ſibi tanquam veritatem inſallibilem proponi viderint, nonne magis ad perſiſtendum in veteri calendario incitabuntur: maxime ſi ſingulis harū propoſitionum ſuas eſſe coniunctas probationes perſpexerint? Quomodo enim cum Iudæis aut Quartadecimanis concurrere poterimus, inquit, cum hi vel in plenilunio vel ante plenilunium celebrent, nos vero ad minimum die quinto poſt plenilunium, & Paſcha veteris calendarii vltra quartum diem SEMPER Paſcha Iudaicum ſequatur: Sic cum terminus paſchalis citimus fere vndecim diebus æquinoctium ſequatur, qua ratione Paſcha ante æquinoctium fieri poterit? (quaſi vero iſta omnia vt nunc ſunt in calendario eſſent duratura inuariata) Denique ſi vniuerſaliter proclamantem audierint In Calendario Gregoriano frequentiores & ſadiores errores committi, quam in Calendario noſtro Iuliano ſiue veteri, nonne illud deteſtabuntur, hoc paſſis vlnis amplectentur?

Verum

Verum enim vero quamuis ridenda ista & apertissima mendacia, in superioribus satis diluta videri possint: tamen propter eas quas diximus, aliasque rationes, operæ precium me facturum existimo, si vna cum iusta quam huc reiecimus, & quam instituere iuxta suā ratiocinationem debuisset Caluissius, vtriusque Calendarii comparatione, exemplis clarissimis ostendam, quid & circa singula dictorum in Calendario veteri, si secunda durent, fieri, & quod calendarium ex ipsa aduersarii concessione melius dici possit: quod vt clarius & sine vlla eius contradictione fiat, eiusdem vtetur aduersarii hypothefibus, tam in solis, quam lunæ motibus.

2. Hypothefes sunt istæ. In omnibus omnium centuriarum tam proximarum quam remotissimarum examinibus, in Calendario Gregoriano statuitur ab illo æquinoctiū caeleste in 21 Martii fixum ac immobile: (nam neq; mutationes quæ ex quadriennali intercalatione aut eius omissione oritur rationem habere solet) vnde colligitur magnitudinē vniformem anni caelestis solaris eā esse quæ in 400. annis minor sit totidem Iulianis dieb. tribus: hoc est, supra 365 dies, & 5. horas contineat adhuc minuta prima 10, secunda 48. In lunaribus rationibus vero statuit lunam in Calendario Iuliano anticipare in annis 312 $\frac{1}{2}$. fere vnum diem: verum in his ipsis, sine alia discussione vtimur pleniluniorum tabulis.

Ad quas hypothefes Caluissius calend. Gregorianū examinet.

Ergo quod ad iustam ex ipsis hypothefibus deductam vtriusque calendarii spectat comparationem, cum Caluissius pro calendario Gregoriano assumpserit centuriam Christi 301700. distantem à calendarii institutione, seu secunda Calendarii reformatione centuriis tribus millibus & vna; pro calendario veteri, vt seruetur paritas, assumenda similis est, nimirum talis quæ à sui institutione seu reformatione in Concilio facta Niceno (tunc enim primo termini paschales constituti & pro calendario Alexandrino ordinati sunt) erit ergo ea Christi centuria 300400. in centuria enim 300. Concilium illud celebratum est. Primo igitur examinemus caput præcipuum, nimirum æquinoctium, motumque solarem, is enim si in Calendario recte institutus sit præcipuam eius constituit bonitatem: nam quo exactius id habetur, eo *calendarium erit certius, perfectius, & magis diuturnū*, ait Caluissius. & quidem in Gregoriano examine opus non est, cum nec vnico aberraret die (mutatione illa, quæ ex intercalatione ortum ducit excepta) sed ex sententia Caluissii diei 21. Martii perpetuo adhæret: certe perpetuo eidem adhærere ab eo supponitur: atque adeo tota solaris ratio (si variationem quam diximus excipias) cum calendario Gregoriano ad vnguem conuenit. neque habet Caluissius quibus contra dicere possit. Melius ergo Gregoriano quoad hoc caput calendarium vetus esse non potest: videamus num sit æquale. Quid ais Caluissi? *Vitium aliquomodo facere videtur*, ais, & recte. Quale autem illud est hac centuria 300400? modus à te statuitur ex dictis quo in 400. annis aberraret 3. diebus; ergo in annis 300100. quantum? auferendi enim prius sunt anni 300. à Christo nato vsque ad Concilium numerati; aduoca aliquem tuorum discipulorum, & ipse tibi mox monstrabit numerum dierum, quibus vetus calendarium ad illum vsque à Christo numeratum annum aberrat, qui est 2250. Aberrat ergo diebus bis mille ducentis quinquaginta, qui sunt anni Iuliani solidi sex, dies quinquaginta nouem. Atque is est error Calendarii veteris in motu Solis. Pergamus ad Lunam.

Calend. Greg. in cetera 301700. nihil aberrat in motu solis, vero per annos 6. & dies aliquot

In Ca-

Calend. Grego-
rianum in eadē
centuria ratio-
ne lunæ per 4.
vel 5. dies, vetus
vero per men-
ses 32. aberrat.

Iudex compel-
latur adferendā
sententiam.

Origanus ami-
cem suum ex
angustiis in
quas se conie-
cit nequaquam
liberabit.

In Calendario Gregoriano præter mentem, intentionem, ac præscripta au-
torum ad centuriam vsque 301700, tanquam expert erroris pronunciaretur,
producto, si Liliū præter Lili placita, sed iuxta Caluissii mentem, sequamur,
error notatur in Luna qui ad summum dies 21. vel 22. adæquat. Si vero Clauium,
eiusque terminum etiam per centum millia annorum prætergrediamur, error
reperitur dierum 4. vel 5. Qui sunt notandi. In calendario vero Iuliano sic Cal-
uissii discipulus errorem colliget, dicendo nimirum ex doctrina magistri; 312 $\frac{1}{2}$.
anni, dant errorem diei vnus, quot dierum errorem dabunt anni 300100? &
ecce dies inuenientur nongenti & sexaginta, qui componunt menses triginta
duos & eo amplius, hoc est, annos duos cum besse fere, supersunt dies 230, vl-
tra duos annos. Atqui hi errores sunt quo ad lunam utroque in calendario, ex
ipsa aduersarii suppositione collecti.

Adis nunc cæcæ Caluissio constituite iudex, tange ista duo & iudica, quod
nam Calendarium fœdus & frequentius aberrat; illud ne quod in solis motu
nihil, in lunæ vero per dies quinque à cælestibus desest rationibus; an al-
terum quod in priori aberrat annis sex cum sextante ferè, in posteriore vero an-
nis duobus cum besse. *Iudicet igitur iam lector utrum calendarium frequentiores &
fœdiores errores committat.* Nonne statuam videtur promeritus cantor Sethus
Caluissius, quod aliis lumen accenderit, ut videant in hac materia ABSTRUSA & à pau-
cū recte explicata. Quid tibi videtur Origane? Abstrusa ista & pueris etiam septuen-
nibus nota, tu nunquam vidisses, nisi amicus tuus ex somno te excitasset, & lu-
men accendisset.

3. Parum referre istos errores dicit Origanus, modo Paschata recte se se ha-
beant: de illis enim maxime in calendario curandum esse Christiano: de his po-
tissimum loqui Dominum Sethum Caluissium, sed quæ hæc obiectio ab Astro-
nomo, qui in iis, quæ ad temporum descriptionem spectant, non alios vltos, quam calum i-
psū & cælestium motuum veros interpretes consulit, & attendit? Parum ne tibi est er-
ror 2250. & 960. dierum. Hoc recte toto aberrare dicitur calo. Neque pascha
vnicum in Calendario est festum quod debito tempore celebrari debeat; sunt
& alia quibus non quælibet anni conuenit varietas. Nimirum frigoris vos me-
mineritis Natiuitatis Christi media in æstate; & rectius Petrus calefaciet se ad
solem feruentem in canicula, quam in hyemali aut verno tempore ad ignem.
Quidenim absurdi; nonne & hoc antipodibus accidit? At neque nobis, neque
Caluissio nostro hæc probantur, cui vernos menses in mediam hyemem, hyemales in au-
tumnū, autumnales in æstatem, & æstiuos in verum tempus traducere, nequaquam
placet; sed vult ut menses æstiuus mensibus, & vindemia autumnalibus respondeat: hæc
enim absurda ipsum compulerunt Iulium Cæsarem ad calendarium reforman-
dum. Si obiciās ei, hoc esse sibi huius mundi perpetuitatem frustra (ut tibi de Iesuitis
calumniaris) Epicureorum more polliceri: audi ut tibi respondeat: *Stiselianum hoc
argumentum est, non hominis de posteritate solliciti* &c. Sethus sollicitus est quo ca-
lendario uti possimus, etiam post trecenta millia annorum, & absolute pro-
nunciat: In Gregoriano frequentius & fœdus errari, quam in veteri siue Iulia-
no, quod ut vidimus egregie probauit. Etenim quando in calendario Grego-
riano numerabuntur vna cum solis cursu, iuxta Caluissii positiones, anni à Chri-
sto nato 301700, vetus calendarium suo calculo tunc nondum incipiet annum
301694, ita ut plus quam sex annis à vero numero annorum solarium in calo
confecto-

confectorum abfuturum sit. Ergo quia Gregorianum tum nihil aberrat; vetus autem plus quam sex annis, Gregorianum frequentius & foedius errat. acute! Item eo anno, cum indices nouiluniorum Gregor. Calendarii quinque diebus à lunæ rationibus aberrant, indices veteris à propriis nouiluniis recedunt annis duobus, & quod excurrit, & lunationes siue sol s cum luna coniunctiones pauciores, quàm reuera ex Caluissii positionib. in cœlo factæ sunt, numerabunt triginta duas, & eo amplius. Ergo Gregorianum frequentius & foedius errat, quam Calendar. vetus. ingeniose profecto vt nihil supra: & ingenio Astronomico dignum! Sane Musicus tuus Origane chordam tetigit nullo modo mouendam.

De Paschate autem auctor tibi sum Origane, vt ne verbulum dicas, nisi hydram secare velis, & oleum camino addere: nam neq; Phasis neq; Pascha mala ista vnquam abluere poterunt. Enimvero in Calendario Gregoriano in ista cōparatione ad normam iustiore instituta; etiam si ea Paschata illegitima dicatis, quæ tamen omnino legitima dicenda sunt: vt sunt ea, quæ in pleniluniis celebrantur: imo etiam illa, quæ aliquando ob cycli, non iam exorbitantis, vt Calendarii veteris, & vniformis ac facili methodi rationem, vno aut altero die ab Astronomicis calculis deflectentis, sponte tamen sua ad officium redeuntis, extra terminos Astronomicos celebrantur, qualia multa prope Concilii Niceni tempora celebrata sunt: nihilominus tamen innumera alia sunt Paschata, quæ nulla ratione reprehendi iuste possunt. At conuersus ad Calendarium vetus, aliam videbis faciem; nam quod spectat ad tempora, in quibus viuimus, cum teste Caluissio, *Pascha longe propius fit nouilunio quam plenilunio, vbi celebrari debebat*, manifeste constat, id legitimum esse non posse: imo quando bona fortuna aliquod nobis affert Pascha legitimum, id *casu sic accidisse manifestum est*, ait Caluissius. Si vero spectes tempora futura, cum Calendarium vestrum ex Chironio laboret vulnere, malumque indies crescat, accidet, vt ne casu quidem pauca post secula vel vnicum Pascha legitimum dare possit: nam etiam si postquam in omnibus anni varietatibus, in vere, hyeme, autumno, & æstate, in secundo, tertio, quarto, quinto, sexto, 7, 8, 9, 10, 11, duodecimo, & vltimo mense, Paschata vobis celebranda obtulerit, ad primum rediturum sit mensem, & Pascha aliquod ibi etiam intra lunæ terminos exhibiturum aliquando sit; illud tamen nequaquam simpliciter legitimum dici poterit, cum non ad illum annum solarem, in quo celebrabitur, spectet; sed alteri præcedenti debeatur: cuiuslibet enim cœlesti anno solari suum debetur Pascha; at tunc sol plures confecit annos, quam Calendarium vobis aut annos, aut Paschata exhibuerit: ergo simpliciter & absolute legitimum dici non potest, & in tantum iustum erit, in quantum cum iusto Gregoriano concurrerit, & reliqua præterita vt iniusta damnabuntur.

4. Sane si solum spectemus motum lunarem, saltem post annum Christi 2800, si non citius, non solum neque casus, nullum incidere faciet Pascha legitimum; sed neque per se omnino in æternum vllum amplius ex Calendario veteri dabitur, eo quod tunc lunæ motus à correspondentibus suis in Calendario aureis numeris, integra hebdomada, & quod excurrit, remotus inuenietur; atque adeo etiam si respectu æquinoctii nullus alius error accideret, hac sola ex causa Paschata omnia extra lunæ, propriæque lunationis terminos eicientur. Non enim subito (faciamus Caluissium suum incumbere in mucronem, & quod ipse mētitus est de Calendario Gregoriano, & seculis remotissimis, quod

Calen. vetus ea in centuria nullū omnino dat Pascha simpliciter legitimū.

Cap. I. lib. I.

Lib. I. cap. I.

Calendar. vetus post annū Christi 2800 ratione lunæ nullū amplius exhibiturū Pascha legitimum.

Rr corre-

correctionem & modum eius supponit ac docet, dicamus vere de Calendario veteri, & seculis proximis, quod, vt ex Beda audiuius, & in infinitum produ-
 citur, & correctionis expers est) à plenilunio ad nouiluniū cum Paschate suo descendunt,
 sed paulatim à plenilunio per diem vnum atque alterum in initio deflectunt, donec ad vltimū
 lunæ quadrantem, & tandem penitus ad nouilunium perueniant, inde recto ordine per primū
 lunæ quadrantem, ad plenilunium cum aureis numeris suis progressuri; sed hoc non rela-
 uat illorum errorem, sed augeat magis, demonstratque malum illud in ipsis visceribus Ca'em-
 darii veteris latere.

Calendariū ve-
 tus post annū
 4200 ratione
 solis omnia Pa-
 schata daturū
 vitiosa.

Ratione vero
 vtriusque lumi-
 naris motus,
 post annum
 2700.

Plurima Calen-
 darii veteris ab-
 surda ratione
 Paschatis.

Si autem solum spectemus solis in Calendario regressum, cum is ad annum
 Christi vsque 4200, mensem lunarem conficiat integrum, manentibus interim
 terminis Paschalibus fixis, Paschata ex hoc capite cadent intra primum mensem,
 atque adeo erūt post illum annum omnia omnino illegitima: vt fusius infra ex-
 plicabitur.

Si denique coniungamus vtrosque & solis & lunæ calculos, iuxta Clauii ex
 eius tabula festorum temporaria obseruationem, vt habetur ca. 2. Explicat. post
 Christi annum 2698 nullum in Calendario veteri in æternum amplius dabitur
 Pascha legitimum.

5. In summa, vix aliquis error excogitari in Paschatis celebratione potest,
 quem aut simpliciter aut secundum quid non committat vetus Calendarium,
 excepto eo, quo plura Paschata eodem in anno solari coniungerentur, cuius rei
 causa est, quod in cōtraria currat, & aliquos annis suis spoliet propriis Paschatis:
 sic vsque ad centuriam 300400, quæ ex Calendario veteri cum centuria 301700
 ex Gregoriana comparāda venit, anni solares elapsi erunt 300406, & Paschata
 tantum 300400 celebrata. Hæc Caluiss, hæc Paschatum distributio *contra legem
 iustitiae peccat, quando annis 300400 impertit, quod in 300394 tantum distribuendum
 est, & nulla vnquam ratione postea, quod plus iusto ablatum est, id compensatur: nō au-
 tem illa, vt tu calūniatus es, qua ex tribus centuriis tres dies eximuntur, & quar-
 ta quæq; id, quod plus iusto ablatum est, compensatur.* Præterea vt sæpe monui-
 mus, Pascha suum vna cum reliquis festis omnibus, quæ ob stabilitatem suam a-
 lias immobilia dicuntur, per omnes omnino anni mutationes, tanquā per nun-
 dinas circumducent, idque saltem sexies: & toties etiam Pascha in omnes anni
 Ecclesiastici lunaris coniciunt menses; cum tamen in primo tantum, qui æqui-
 noctium includit, celebrari debuisset. Sæpissime Pascha incidet in omnes, quæ
 fingi possunt lunæ ætates, & aspectus; celebrabitur in nouilunio ac plenilunio;
 in vtroq; quadrante; in sextante & triente; in dodrante & dextrante; prima, se-
 cūda, tertia, &c. luna; luna nō solum quartadecima, sed & teriadecima, duode-
 cima, vndecima, decima; Luna item vltima, penultima, antepenultima, & si qua
 alia excogitari potest ætas, nullam enim nisi aliquo casu fortassis id aliquando
 per litteram Dominicalem fiat, prætergredietur. Hæc autem circumductio per
 omnes omnino lunæ ætates, vsque ad centuriam 300400 tricies bis saltem cir-
 cumuoluetur: & in quolibet circuitu, id quod diximus, sæpissime continget, ni-
 mirum vt eadem in lunæ ætate sæpe Pascha futurum sit; vt per sæpe in prima lu-
 na, per sæpe in secunda, & sic de reliquis. Electi ad Paschatis celebrationem sunt
 dies à quintadecima luna vsque ad 21 inclusiue, idque tam sancte, vt cum Caluissio
 loquar, à veteri Ecclesia obseruari præceptum est, vt *Quartadecimanos olim hæreseos damna-
 uerit, qui vno die tantum ante plenilunium Pascha celebrabant, quæ pœna hi tandem digni e-
 rant,*

runt, quotque ac quibus compellandi nominibus, qui & vno & duobus, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, & quatuordecim diebus Pascha suam ante plenilunium agendum definiunt. Neque hic finis est errorum.

Cæterum quocunque modo Pascha accipias Iudæorum, nunquam tamen effugiet Calendarium vetus, quin aliquando cum illis concurrat. Enimvero si accipiat ut debet, iuxta nimirum sacras literas, quotiescunque vetus Calendarium ad vltimum ac primum mensem peruenit cum suo Paschate, sæpissime cum Iudeis incidet. Si vero sequendus sit illorum computus, cum is cum Iuliana ratione præcise nequaquam incidat, & suum ipsi etiam Pascha quemadmodum vetus Calendarium per circulum circumducant; certe quod hoc in cursu velocius erit Pascha, alterum tandem assequetur, salutabitque in itinere, nisi forte dum illud ad hospitium diuertit literarum Dominicalium, hoc vero ad diuersorium translationum feriarum, alterum suo eludat cursu: quod omnino per accidens esset. & tunc recte quis exclamaret: *sed quid iuuat abstinere à societate Iudæorum in celebrando Paschate, tali vel tali luna, si sequenti die te ipsis associes*? Ecce quam constanter se Caluissius à societate Iudæorum Christi interfectorum, iuxta præceptum Constantini Magni piensissimi Imperatoris, segregauit! Obstupefcat sane purior Ecclesia, quando viderit contra sui cantoris planissimas & certissimas promissiones, Iudæos Christi interfectores in Paschate agendo suos esse collegas.

Calend vetus
posse in Pascha-
te cum Iudæis
concurrere.

Ex hac igitur iusta & æqua vel ipsa roborata aduersarii sententia, vtriusque Calendarii & Gregor. & veteris comparatione, iudici Caluissiano vel cæco patebit, vtrum Calendarium plus vel sœpius erret. Et nos quemuis compellamus: *Iudicet igitur iam lector (iudicet Caluissius ipse, iudicet Origanus) vtrum Calendarium frequentiores & sœpius errores committat.*

Iudex rursus ad
ferendam sen-
tentiam com-
pellatur.

6. Verum ne quis hæc confidentius quam par est à nobis in communi dicta putet, ante quam ad alia comparationis legitime capita progrediamur, absurditatum harum exempla aliquot, & ad dicta nostra confirmanda, & ad *abstrusam* illam Caluissii doctrinam manifestandam, in specie adducere volumus. Quod ut recte fiat, cum errores Paschatum absque æquinoctii sedis cognitione, cognosci nequeant, de illa primum in Calendario veteri oportet statuere, id quod iuxta nostra promissa ad suppositiones Caluissianas, quibus in examine Calendarii Gregoriani usus est, fideliter faciemus. Sedem igitur æquinoctii verni pro anno Christi 1600 in 10 Martii hora 6, 4, 0 à media nocte in Calendario veteri collocamus, eo quod tali in loco ab Origano in suis Ephemeridibus, quibus Caluissius vtitur, statuatur; ergo reliquorum annorum sedes habebimus, si per annos æquales & uniformes Gregorianos, iuxta Caluissii sententiam, progrediamur, singulis demendo annis Iulianis 10' 48": denis, hor. 1, 48': centenis hor. 18: millenis dies 7, hor. 12: denis millenis dies 75, habendo (quo præcisius omnia fiant) in Calendario rationem diei intercalaris in bissextis. Enimvero cum sedes fixa æquinoctio in Calendario veteri tribui minime possit, eo quod perpetuo relabatur in anteriora, rectius fieri non poterat eius distributio, quam cuiuslibet anno talem attribuere æquinoctii sedem, qualem illi ipse cōcedit calculus. Primo igitur pronuntiabimus mensem anni Ecclesiastici eum, cuius plenilunium medium (nam & in hoc Caluissii pro sua saltem parte seruabimus sententiam, etsi Patres aliter statuerint) vel in ipsum æquinoctii æquabilis incidit punctum, vel illud proxime sequitur, secundum cuius plenilunium hunc proxime sequitur, &c. vnde primū no-

Ea quæ in gene-
re dicta sunt,
singillatim ex-
emplis esse ex-
plicanda.

Sedes æquino-
ctii & primus
mensis statui-
tur.

uilunium erit, quod primum plenilunium proxime praecedit; secundum quod proxime sequitur. Sic Pascha etiam in primo mense celebrari dicetur, quod vel eo die celebratur, in quem incidit primum nouilunium; vel aliis diebus sequentibus ante secundum nouilunium: in secundo mense, quod in secundo, &c. Cetera supra constituta sunt.

Comparatio v-
triusque Calen.
in centuriis si-
millib: 301700.
& 300400 in-
stituta.

His ita positis primo loco dum adhuc sumus eo in comparationis capite, quo assumpta pro Calen. Gregoriano centuria 301700, docetur, quam Caluissius instituere debuisset, si leges iustae collationis seruare voluisset, iubet ob oculos ponere centuriam illam 300400 Calendarii veteris, quam pro 1500 assumere Caluissius debuisset, ut ea composita cum centuria 301700, quam dicit se ex Calend. Gregoriano deprompsisse, suam nobis ostendat perfectionem. Sufficiet autem prior eius medietas, de posteriori n. facili erit ex priori coniectura. Ea igitur cum suis Paschatis ex cyclo Paschali venerab. Bede (cuius auctoritate ipse Caluiss. pponit) desumptis, ac pleniluniis Paschatis proximioribus ex Caluiss. tabulis collectis, sic habet.

Anni à Christo Iuliani.	Pascha Calen. veteris.	Nouilunia.		Mens. Luna anni etas.		Anni à Christo Iuliani.	Pascha Calend. veteris.	Nouilunia.		Mens. Luna anni etas.	
		Dies.	Hor. Min.	Eccle.				Dies.	Hor. Min.	Eccle.	
300400	Sedes aqui- notii.	30 Ian.	18 40			300424	27 Mar.	11 Mar	15 10	3	7
300401		31 Ian.	0 29			300425	16 Apr.	9 Apr	12 42	3	8
300402		31 Ian.	6 18			300426	1 Apr.	29 Mar	21 31	3	4
300403		31 Ian.	12 8			300427	21 Apr.	17 Apr	19 3	4	5
300400	19 Apr.	15 Apr	13 50	4	5	300428	12 Apr.	6 Apr	3 52	3	7
300401	11 Apr.	4 Apr	22 39	3	8	300429	28 Ma	26 Mar	12 41	3	3
300402	27 Mar.	25 Mar	7 28	3	3	300430	17 Apr.	14 Apr	10 13	3	4
300403	16 Apr.	13 Apr	5 0	3	4	300431	9 Apr.	3 Apr	19 2	3	7
300404	7 Apr.	1 Apr	13 49	3	7	300432	24 Mar.	23 Mar	3 51	3	2
300405	23 Mar.	21 Mar	22 38	3	3	300433	13 Apr.	11 Apr	1 23	3	3
300406	12 Apr.	9 Apr	20 10	3	3	300434	5 Apr.	31 Mar	10 12	3	6
300407	4 Apr.	30 Mar	4 59	3	6	300435	25 Apr.	19 Apr	7 44	4	7
300408	23 Apr.	17 Apr	2 31	4	7	300436	9 Apr.	7 Apr	16 33	3	3
300409	8 Apr.	6 Apr	11 20	3	3	300437	1 Apr.	28 Mar	1 22	3	5
300410	31 Mar.	26 Mar	20 9	3	6	300438	21 Apr.	15 Apr	22 54	4	7
300411	20 Apr.	14 Apr	17 41	3	7	300439	6 Apr.	5 Apr.	7 43	3	2
300412	4 Apr.	3 Apr	2 30	3	2	300440	28 Mar.	24 Mar	16 32	3	5
300413	27 Mar.	23 Mar	11 19	3	5	300441	17 Apr.	12 Apr	14 4	3	6
300414	16 Apr.	11 Apr	8 51	3	6	300442	2 Apr.	1 Apr	22 53	3	2
300415	1 Apr.	31 Mar	17 40	3	2	300443	25 Mar.	25 Mar	7 42	3	4
300416	20 Apr.	18 Apr	15 12	4	3	300444	13 Apr.	9 Apr	5 14	3	5
300417	12 Apr.	8 Apr	0 1	3	5	300445	5 Apr.	9 Mar	14 3	3	8
300418	28 Mar.	28 Mar	8 50	3	1	300446	18 Apr.	17 Apr	11 35	4	2
300419	17 Apr.	16 Apr	6 26	4	2	300447	10 Apr.	6 Apr	20 24	3	5
300420	8 Apr.	4 Apr	15 11	3	5	300448	1 Apr.	26 Mar	5 13	3	7
300421	31 Mar.	25 Mar	0 0	3	7	300449	14 Apr.	14 Apr	2 45	3	1
300422	13 Apr.	12 Apr	21 32	3	2	300450	6 Apr.	3 Apr	11 34	3	4
300423	5 Apr.	2 Apr	6 21	3	4	300451	29 Mar.	23 Mar	20 25	3	7

In capite tabulæ huius sedes posuimus Æquinoctii verni, pro ipso anno centesimo eoque bissexto, primo, secundo, & tertio post bissextum, vt pro singulis annis seruatō supradicto decremento. locus Æquinoctii haberi possit, & inde colligi vbi nam in calendario eo anno primus anni Ecclesiastici versetur mensis: & hoc obseruabimus etiam in sequentibus tabulis. Prima deinceps tabulæ columna annos Christi iuxta numerationem calendarii veteris exhibet: secunda diem Dominicam Paschatis: tertia Nouilunium Paschati proximum (propius enim hac in certuria nouilunio Pascha est, quam plenilunio: quarta mensē anni Ecclesiastici indicat, in quo Pascha celebrandum à Calendario veteri præscribitur; post quam sequitur columna vltima, quæ diem lunæ indicat, in quem ipsum Paschatis incidit festum, nouilunio videlicet accepto pro prima lunæ die proximo sequenti, pro secunda; & sic de reliquis.

Sine igitur tam Liliū sequaris, inquit Caluissius, siue Clauium præferas, utrobique inuenies (in Calendario Gregoriano) *plures errores, quam in nostro veteri*: quamuis autem vtrique tam Lilio, quam Clauio fiat à Caluissio iniuria, qui hinc vlla, quam præsupponit emendatione & æquatione extraordinaria, Calend. Gregorianum ad ista remotissima secula producere audeat, quasi tanquam omnis expertis labis, eo usque ab istis auctoribus præscriptum esset, tamen quia maior fieri videtur Lilio, cuius de productione in remotiores annos scripta ne quidem extrent, & ab ipso solum ad annum vsq; 5000 extensum quo ad æquationes, satisq; teste Clauio ipsi visum fuerit, ad aliquot annorum millia eas recte sese habere; de ipso in istis remotis verbum amplius non faciemus: licet etiam in isto remotissimo seculo à scopo eia Caluissio præfixo in rationibus solaribus nihil, in lunaribus diebus 22, & in Paschate vltra mensē non abeat Clauii rationem in hoc seculo solū comparationis gratia, & cum conditione admittimus, eo quod terminum à se præfixum centenis millibus annorum excurret. Quod igitur spectat ad comparationem Calendariorum, cum de erroribus fœdissimis & abominandis in solis ac lunæ moribus, à Calendario veteri satis dictum sit, hic solum de Paschate agemus. Errores igitur qui Clauio pro centuria 301700 adnumerantur à Caluissio, isti sunt: *vicies sexies Pascha cecidit in diem vel vicesimum secundum, vel vicesimum tertium mensis Paschalis*. Item, *nonies celebratur in duodecimo mense cum hereticis*. 26 & 29 componunt 355, ergo si Clauium sequamur, ex ipso aduersario trigintaquinque Paschata tantum illegitima, reliqua vero sexagintaquinque iusta habebuntur in centuria 301700 ex Calend. Gregoriano: in veteri vero nullū omnino in centuria 300400 huic correspondenti reperitur, neq; secundum quid, Pascha legitimum, omnia enim (vt vnicum solum notem vicium) proxime circa nouilunium celebranda annotantur. Ergo in Calend. Gregoriano (concludit Caluissius) *sunt plures errores, quam in nostro veteri*. Ergo (concludimus nos) Sethus Caluissius mentitus est mendacio fœdissimo & execrabili. Et hæc de frequentia errorum.

Ad fœditatē quod attinet, quid fœdius excogitari potest, quam per totā centuriam 300400, nullū omnino Pascha præscribi; aut suo anno, aut suo mensi. Enimvero si ad præterita spectes, cum saltē cuilibet anno solari suū debeat Pascha ad annum vero vsq; 300400 Iulianum, cum elapsi sint ex ipso Caluissii hypothese anni verè solares 300406, Paschata autem tantū 300400, Pascha quod sit anno 300400, nō ad hunc, in quo celebratur spectat annum, sed ad alium sex annis solidis priorē, ita vt si hac in ceturia Pascha quodlibet suo tribuatur anno,

Caluissii mendacium.

Comparatio errorum in fœditate.

Caluissii menda-
cium.

sex anni ultimi sine villo remansuri sint Paschate: & idē dici potest dereliquis festis omnibus. In calendario vero Gregoriano tale quid ne cogitatione quidem accidere potest, cum etiam doceat quā ratione error paucorum dierum emendandus sit. Ergo (concludit Caluissius) *certum est errores adeo abominandos in calendario Gregoriano inesse, ut vix maiores fingi possint.* Ergo, (concludimus nos) Sethus Caluissius mentitus est, &c.

Duplici ex capite neque secū dum quid vllū pascha legitimū præscribi à calend. veteri in proposita centuria.

Caluissii menda-
cium.

Quod si præteritorum temporū nulla omnino habeatur ratio, & ipsa centuria cum suis Paschatis præcisē, ut iacet consideretur: rursus nullum omnino Pascha in ea reperitur legitimum, idque non solum vna de causis, sed duplici saltem ex capite; Primo enim *semper aberrat à plenilunio* (Caluissianis lubet uti verbis) *errore fœdissimo & execrabili, & Pascha definit in nouilunio, & diebus Nouilunio proximis, celebrandum, tam contra diuinas, quam Ecclesia leges, idque toties committit, quot videlicet in vna centuria sunt anni, centies scilicet.* Ergo, (concludit Caluissius) *De hoc errore nostrum vetus calendarium nunquam accusari poterit, plane enim ab eo est liberum.* Ergo (concludimus nos) Sethus Caluissius mentitus est, &c.

Fato omnino accidisse videtur, ut hac eadem centuria, quæ ex lege iustæ comparationis, cum ea quam sibi ex Calendario Gregoriano calumniandam Caluissius selegerat, componenda fuerat, hoc ipsum quod *nunquam* accidere posse mentitus erat, eueniret, & Pascha in Nouilunio, & proxime post Nouilunium celebrandum præscriberetur: ita in superiore tabula videmus pascha incidere in ipsum Nouilunii diem annis 300418, & 300449; in reliquis vero in lunam secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, septimam & octauam; ne vlla dies ad quadrantem deesset.

Alterum caput, ex quo paschata omnia huius centuriæ censentur illegitima est, quod præscribantur celebranda extra primum mensem, non iam in proximo, ultimo nimirum, vel secundo; id quod euenire potest etiam ex deflexione siue æquinoctii, siue lunæ vnius aut alterius diei, & à Caluissio in Calendario Gregoriano notatur; sed in tertio, ac quarto mense, sole vergente ad cancrū ad producendos æstiuos calores, quo se calefaciant, nec opus sit crucifixoribus Christi igne: quod non accidit absque erroribus solidorum mensium. Sed Caluissius noster concludit; *Habent igitur Gregoriani in suo calendario errores longe crebriores & fœdiores, eosque ita facundos, ut bini vel terni SINGVLIS ANNIS iungantur.* At nos concludimus conclusionē solita eaque verissima: Ergo Sethus Caluissius mentitus est mendacio fœdissimo, &c. Pergamus nunc in proposito.

Paschata, quæ
verus Calend.
in nouilunio
& proxime an-
tè illud in cen-
turia 2800 præ-
scribit, recen-
sentur.

7. Et quidem quod ad exempla attinet Paschatis in Nouilunio, & proxime circa illud, qui error Caluissio dicitur execrabilis & fœdissimus, ab eoque plane liberum vetus calendarium pronunciat, ut ea ex hoc calendario colligamus, opus non est ut vna cum Caluissio excurramus ad nescio quæ secula imaginaria, & ultra trecentorum annorum millia; sed sistere in proximioribus poterimus: veruntamen ut plura eadem ostendamus tabula, non omnino proximam accipiemus centuriam, in qua proxime accedatur ad Nouilunium; sed paulo remotiorem, & sit ea 2800, à præsentī non plus quam duodecim remota centuriis, quæ sic se habet.

Annus

Anni à Pascha Christ. Calend. Iuliani veteris.	Nouilunia. Dies. Hor. Min.	Mens. anni ante Eccle. nouil.	Dies ante nouil.	Anni à Pascha Christ. Calend. Iuliani veteris.	Nouilunia. Dies. Hor. Min.	Mens. anni ante Eccle.	Dies ante nouil.
2800	Sedes	1 Mar 6 40		2836	15 Apr 18 Apr 4 18	2	3
2801	aqui-	1 Mar 12 29		2837	31 Mar 7 Apr 13 6	1	7
2802	noctii.	1 Mar 18 18		2838	20 Apr 26 Apr 10 39	2	6
2803		2 Mar 0 6		2839	12 Apr 15 Apr 19 27	2	3
2800	25 Apr 26 Apr 1 35	2	1	2840	3 Apr 4 Apr 4 16	1	1
2801	10 Apr 15 Apr 10 23	2	5	2841	16 Apr 23 Apr 1 49	2	7
2802	2 Apr 4 Apr 19 12	1	2	2842	8 Apr 12 Apr 10 37	1	4
2803	22 Apr 23 Apr 16 45	2	1	2843	31 Mar 1 Apr 19 26	1	1
2804	6 Apr 12 Apr 1 33	1	6	2844	19 Apr 19 Apr 16 59	3	0
2805	29 mar 1 Apr 10 22	1	3	2845	4 Apr 9 Apr 1 47	1	5
2806	18 Apr 20 Apr 7 55	2	2	2846	27 Mar 29 Mar 10 36	1	2
2807	3 Apr 9 Apr 16 43	1	6	2847	16 Apr 17 Apr 8 9	2	1
2808	25 Mar 29 Mar 1 32	1	4	2848	31 Mar 5 Apr 16 57	1	5
2809	14 Apr 16 Apr 23 7	2	2	2849	20 Apr 24 Apr 14 30	2	4
2810	30 Mar 6 Apr 7 53	1	7	2850	12 Apr 13 Apr 23 18	1	1
2811	10 Apr 25 Apr 6 26	2	6	2851	28 Mar 3 Apr 8 7	1	6
2812	10 Apr 13 Apr 14 14	1	3	2852	16 Apr 21 Apr 5 40	2	5
2813	26 Mar 2 Apr 22 3	1	7	2853	8 Apr 10 Apr 14 28	1	2
2814	15 Apr 21 Apr 20 36	2	6	2854	24 Mar 30 Mar 23 17	1	6
2815	7 Apr 11 Apr 5 24	1	4	2855	13 Apr 18 Mar 20 50	2	5
2816	29 Mar 30 Mar 14 13	1	1	2856	4 Apr 7 Apr 5 38	1	3
2817	11 Apr 18 Apr 11 46	2	7	2857	24 Apr 26 Apr 3 11	2	2
2818	3 Apr 8 Apr 8 34	1	5	2858	9 Apr 15 Apr 11 59	2	6
2819	23 Apr 26 Apr 18 7	2	3	2859	1 Apr 4 Apr 20 48	1	3
2820	14 Apr 15 Apr 2 55	2	1	2860	20 Apr 22 Apr 18 21	2	2
2821	30 Mar 4 Apr 11 44	1	5	2861	5 Apr 12 Apr 3 9	1	7
2822	19 Apr 23 Apr 9 17	2	4	2862	28 Mar 1 Apr 11 58	1	4
2823	11 Apr 12 Apr 18 5	1	1	2863	17 Apr 20 Apr 9 31	2	3
2824	26 Mar 1 Apr 2 54	1	6	2864	8 Apr 8 Apr 18 19	3	0
2825	15 Apr 20 Apr 0 27	2	5	2865	24 Mar 29 Mar 3 8	1	5
2826	7 Apr 9 Apr 9 15	1	2	2866	13 Apr 16 Apr 22 41	2	3
2827	23 Mar 29 Mar 18 4	1	6	2867	5 Apr 6 Apr 9 29	1	1
2828	11 Apr 16 Apr 15 37	2	5	2868	24 Apr 24 Apr 7 2	3	0
2829	3 Apr 6 Apr 0 25	1	3	2869	9 Apr 13 Apr 15 50	1	4
2830	23 Apr 24 Apr 21 58	2	1	2870	1 Apr 3 Apr 0 39	1	2
2831	8 Apr 14 Apr 6 46	1	6	2871	14 Apr 21 Apr 22 12	2	7
2832	30 Mar 2 Apr 15 35	1	3	2872	5 Apr 10 Apr 7 0	1	5
2833	19 Apr 21 Apr 13 8	2	2	2873	28 Mar 30 Mar 15 49	1	2
2834	4 Apr 10 Apr 21 56	1	6	2874	17 Apr 18 Apr 13 22	2	1
2835	27 Mar 31 Mar 6 45	1	4	2875	2 Apr 7 Apr 22 10	1	5

Anni

Anni à Christ. Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Nouilunia.			Mes. anni	Dies ante	Anni à Christ. Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Nouilunia.			Mes. anni	Dies ante
		Dies.	Hor.	Min.	Eccle.	nouil.			Dies.	Hor.	Min.	Eccle.	nouil.
2876	21 Apr	25 Apr	21	44	2	4	2888	6 Apr	13 Apr	8	23	1	7
2877	13 Apr	15 Apr	4	32	2	2	2889	29 Mar	2 Apr	16	12	1	4
2878	29 Mar	4 Apr	13	21	1	6	2890	18 Apr	21 Apr	14	54	2	3
2879	18 Apr	23 Apr	10	54	2	5	2891	3 Apr	10 Apr	23	33	1	7
2880	9 Apr	11 Apr	19	42	1	2	2892	25 Mar	30 Mar	8	22	1	5
2881	25 Mar	1 Apr	4	31	1	7	2893	14 Apr	18 Apr	5	55	2	4
2882	14 Apr	20 Apr	2	4	2	6	2894	6 Apr	8 Apr	2	43	1	2
2883	6 Apr	9 Apr	10	54	1	3	2895	19 Apr	26 Apr	12	16	2	7
2884	28 Mar	28 Mar	19	23	2	0	2896	10 Apr	14 Apr	21	4	2	4
2885	10 Apr	16 Apr	17	16	1	6	2897	2 Apr	4 Apr	5	53	1	2
2886	2 Apr	6 Apr	2	2	1	4	2898	22 Apr	23 Apr	3	26	2	1
2887	12 Apr	14 Apr	23	35	2	2	2899	7 Apr	12 Apr	12	14	1	5

Nullum hæc in
cæturia Pascha
esse legitimū

Tabula ista non habet opus alia explicatione, cum ratio eius ex superiore satis constet; in vltima tamen eius columna annotantur dies, non iam, ut in superiore à nouilunio antrosum numerati, sed retrorsum, quot nimirum dieb. Pascha præscribatur in Calèdario veteri ante nouilunium, ipso nouilunii die secluso: vnde vbi ponitur O, Pascha in ipsum incidit nouilunii diem. Apparet autem ex hac cæturia nullum, & ne vnum quidem in ea confieri Pascha legitimum, quæ & causa est, quod eam integram exhibendam censuerimus. Nam cum omnia in Calendario veteri quotidie labantur in peius, suorumque malorum indies sumant incrementa, in hac vero cæturia iam nullum omnino reperiatur iustum Pascha, sequitur nullum amplius expectandum à Calendario veteri esse in perpetuum Pascha suis numeris absolutum. Nullum enim in hac cæturia Pascha cõspicitur, cuius interuallum à nouilunio septem excedat dies; quod signū est, omnia omnino in vltimo comprehendi mensis lunaris quadrante, quod cū non iam per accidens & raro occurrat, directe contra regulas legitimi Paschatis est, etiam si omnia in primo adhuc contingerent mense: verum non solū diebus septē, sex, quinque, quatuor, tribus, duobus, vno ante nouilunium, imo & in ipso nouilunio, errore fœdissimo & execrabili, ut patet annis 2844, 2864, 2884 celebranda præscribuntur, sed etiam fere medietas eorum primo excidit mense. Et tamen cum his omnib. Caluissius edito libro publice proclamare adhuc audeat: *In Calendario Gregoriano frequentiores & fœdiores errores committi, quam in Calendario nostro Iuliano sue veteri.* Et quid prohibet, quin nostram repetamus cõclusionem. Ergo Sethus Caluissius mentitus est, &c.

Caluissii mendacium.

Frisuolæ & ridiculæ Caluissii excusationes.

Sed quam excusationem tandem horum errorum Caluissius prætendit? Ego certe nescio. Nam errores hi omnium oculis expositi sunt, nec tantum inueniuntur in hac cæturia, sed vel in infinitis præterea. At respondet Caluissius, de istis erratis neminē oportere esse sollicitum, cum certum sit, a quinoctiū ex decimo Martij, vbi iam in Calen. Iuliano hæret, vix in mille & quadringentis annis ad primum Martij peruenturum, & nemo ambigat,

bigat, finem huius mundi iam instare, & longe citius, quam vt equinoctium primum Martii attingat, futurum. At miser nescis argumentum hoc tibi Stifelianum dici: Quid audio? inquis, si dies extremus mundi instas, non de calendario agendum? Deinde si secula cessabunt pro calendario veteri, pro Gregoriano ne durare ea longius poterunt? Ad eadem sane hoc, ad quod illud directum est sydera, eundem supponit, qui nunc oritur & occidit, solem, & lunam; cur in hoc ad trecenta millia annorum excurre, si in illo ne ad singula quidem, vel bina liceat? Vides ne qualis nugator sis? Respondest secundo pro tuo Calendario Iuliano, siue veteri: nobis iam liberum est, quandoque volumus, id mutare: quo quid iocularius afferre potuisses, plane non video: omnino ostendis non esse cuiusvis in lucem proferre abstrusa. Disputabant nudius tertius duo, quid nam hoc seculo preciosius esset, & haberetur, massa ne plumbea, an tantæ molis argentea, & post multa pro vtraque parte prolata argumenta, cum se stringi videre plumbi patronus, vt ioco disputationi finem imponeret, in hæc tandem erupit verba: sane si hæc moles plumbea auro constaret: preciosior esset argentea, eamque superaret multis partibus. Non ouum ouo similis est. Caluisti, atque hæc opinio huius Philosophi cum tua sententia, nisi quod ille animi causa suam defendendam prudens, non fatue assumpserit: tu vero magno verborum apparatu etiam sapientissimos infatuare conaris.!

8 Sed ostendamus iam in propinquieribus, quod ante fecimus de seculis remotioribus, Paschatis in Nouilunio, & proximis post Nouilunium diebus, secundum vetus. Calendarium celebrationem: & quod modo in ultimo lunæ quadrante reliquimus, quomodo transsenso, sæpiusque salutato Nouilunio primum percutrat Lunæ quadrantem intueamur: id quod commode præstat centuria 4600. non vt prior tribus centuriarum millibus, sed triginta tantum a nobis remota. Eam leque. ti tabella vsq; ad annum 4679. produximus, ommissis annis illis, in quibus Pascha ante Nouilunium præfinitur, ita vt vltima columna ipse dies lunæ exhibeat, quibus Pascha transigendum præscribitur, accepto vt supra Nouilunij die pro Luna prima.

Paschata Calendarii veteris in nouilunio & proxime post celebranda ex centuria 4600 proponuntur.

Anni à Pascha Christo Calend.	Nouilunia.	Mens.	Luna	Anni à Pascha Christo Calend.	Nouilunia.	Mens.	Luna
Iuliani veteris.	Dies. Hor. Min.	Eccle.	atas	Iuliani veteris.	Dies. Hor. Min.	Eccle.	atas
4600 Sedes	16 Febr 18 40			4609 11 Apr	6 Apr 12 56	3	6
4601 AEqui	17 Febr 0 29			4610 27 Mar	26 Mar 21 45	2	2
4602 noctui	17 Febr 6 18			4611 16 Apr	14 Apr 19 17	3	3
4603	17 Febr 12 8			4612 7 Apr	3 Apr 4 6	3	5
4604 15 Apr	15 Apr 15 26	3	1	4613 23 Mar	23 Mar 12 55	2	1
4605 7 Apr	5 Apr 0 15	3	3	4614 12 Apr	11 Apr 10 27	3	2
4606 3 Apr	1 Apr 15 25	2	3	4615 4 Apr	31 Mar 19 16	2	5
4607 21 Apr	20 Apr 12 57	3	4	4616 23 Apr	18 Apr 16 48	3	6
4608 11 Mar	30 Mar 6 35	2	2	4617 8 Apr	8 Apr 1 37	3	1
4609 9 Apr	17 Apr 4 7	3	3	4618 31 Mar	28 Mar 10 26	2	4

Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Nouilunia		Mens anni Eccle.	Luna etas.	Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Nouilunia		Mens anni Eccle.	Luna etas.
		Dies.	Hor. Min.					Dies.	Hor. Min.		
4619	20 Apr	16 Apr	7 58	3	5	4651	25 Mar	23 Apr	22 0	2	3
4620	4 Apr	4 Apr	16 47	3	1	4652	13 Apr	10 Apr	19 32	3	4
4621	27 Mar	25 Mar	1 36	2	3	4653	5 Apr	31 Mar	4 21	2	6
4622	16 Apr	12 Apr	23 8	3	5	4654	10 Apr	8 Apr	10 42	3	3
4624	20 Apr	20 Apr	5 29	3	1	4656	1 Apr	27 Mar	19 31	2	6
4625	12 Apr	9 Apr	14 18	3	4	4658	6 Apr	5 Apr	15 2	3	2
4627	17 Apr	17 Apr	20 39	3	1	4659	29 Mar	25 Mar	10 41	2	5
4628	8 Apr	6 Apr	5 28	3	3	4660	17 Apr	12 Apr	8 13	3	6
4629	31 Mar	26 Mar	14 17	2	6	4661	2 Apr	1 Apr	17 2	2	2
4631	5 Apr	3 Apr	20 38	3	3	4662	22 Apr	20 Apr	14 34	3	3
4632	27 Mar	23 Mar	5 27	2	5	4663	14 Apr	9 Apr	23 23	3	6
4633	16 Apr	11 Apr	2 59	3	6	4664	29 Mar	29 Mar	8 12	2	1
4634	1 Apr	31 Mar	11 48	2	2	4665	18 Apr	17 Apr	5 44	3	2
4635	21 Apr	19 Apr	9 20	3	3	4666	10 Apr	5 Apr	14 33	3	5
4636	12 Apr	7 Apr	18 9	3	6	4667	26 Mar	16 Mar	23 22	2	1
4637	28 Mar	28 Mar	2 58	2	1	4668	14 Apr	13 Apr	20 54	3	2
4638	17 Apr	16 Apr	0 30	3	2	4669	6 Apr	3 Apr	5 43	3	4
4639	9 Apr	5 Apr	9 19	3	5	4671	11 Apr	11 Apr	12 4	3	1
4640	24 Mar	24 Mar	18 8	2	1	4672	2 Apr	30 Mar	20 53	2	4
4641	13 Apr	12 Apr	15 40	3	2	4673	22 Apr	18 Apr	18 25	3	5
4642	5 Apr	2 Apr	0 29	3	4	4675	30 Mar	28 Mar	12 3	2	3
4643	25 Apr	20 Apr	22 1	3	6	4676	18 Apr	15 Apr	9 36	3	4
4644	9 Apr	9 Apr	6 51	3	1	4678	26 Mar	25 Mar	3 14	2	2
4645	1 Apr	29 Mar	15 40	2	4	4679	15 Apr	13 Apr	0 46	3	3
4646	21 Apr	17 Apr	13 12	3	5						
4647	6 Apr	6 Apr	22 1	3	1						
4648	28 Mar	26 Mar	6 50	2	3						
4649	17 Apr	14 Apr	4 22	3	3						

Vides netandem Caluifi, vt errore fedifimo, & execrabili Pascha in Calendario vestro ex plenilunio transierit ad Nouilunium, & Pascha definiat in Nouilunio celebrandum tam contra diuinas, quam contra Ecclesia leges? Adhuc ne affirmare audes, pratipuos Canones, quibus lex de Paschate continetur, ratione veteris Calendarii non violari? Hæc omnia promissa tua in spongiam vt incumbant necesse est; aut reliquis tuis adnumerentur mendaciis. Næ tu homo es impudens, quide Calendario veteri ipse affirmes, in eo Pascha LONGE propius esse Nouilunio, quam Plenilunio, vbi celebrari debebat, illudq; Pascha legitimum non nisi casu præscribere: nunc autem suadeas, & rem mendacio confirmes, certum est nostrum vetus Calendarium ad multos annos tuto adhuc haberi posse, præsertim si nulla alia Calendarii ratio præscribi posset, quam est Gregoriana, qua multis GRAVIORIBVS in hæc re peccatis obnoxia est, quã NOSTRA, etiam si tanta frequentia hodie non peccet. Vetus vestra forma in centuria

3800 vt vidimus, Pascha ad Nouilunium reduxit; Claudio vero, etiam si scopum ab ipso præfixum, ipsos centum mille annos transilieris, & ultra annorum trecenta millia excurreris, nihilominus ne vnicum quidē Pascha, aut in Nouilunio, aut in primo Lunæ quadrante obliuere potuisti. Non iam in spongiā incumbere Caluisi, sed flammis expiari debent fœdissima ista, & enormia mendacia. Vidisti ne in hac tabulâ vt Pascha sæpissime in Nouilunio eueniat; vt in secunda, vt in tertia, quarta quinta, sexta, & septima luna, idque in secundo, aut tertio mense.

9. Si tibi hæc satis non est, en hic tabulam aliam, vt discas, qua ratione Pascha ex primo Lunæ quadrante, ad secundum gradum fecerit, iamq; ad percurrentem circulum plenilunio appropinquare incipiat, dum quartadecima, tertiadecima, duodecima, &c. luna; vno videlicet, duobus, tribus, quatuor, quinque, sex, & septem, ante plenilunium diebus præscribatur à Calendario veteri transigendum, & hoc in summis totius anni caloribus, in tertio nimirum, & quarto anni Ecclesiastici mense. Tibi qui ventura per dioptram prospicis, & ex vngue agnoscis leonem, pauca huius rei exempla sufficient. En vt ab initio centuriæ 7200 ordine se sequuntur.

Exempla quæ ostendunt pascha in cal. veteri in 14, 13, 12, 11, 10, 9, 8 & septimam lunam incidere posse.

Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens. anni Eccle.	Dies ante plen.	Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens. anni Eccle.	Dies ante plen.
7200	Sedes	28 Ian 6 40			7216	24 Mar	29 Mar 17 22	3	5
7201	AEquinoctiu.	28 Ian 12 29			7217	13 Apr	17 Apr 14 54	3	4
7202		28 Ian 18 18			7218	5 Apr	6 Apr 23 43	3	1
7203		29 Ian 0 8			7219	18 Apr	25 Apr 21 15	3	7
7200	20 Apr	25 Apr 4 43	3	5	7220	9 Apr	14 Apr 6 4	3	5
7201	12 Apr	14 Apr 13 32	3	2	7221	1 Apr	3 Apr 14 53	3	2
7202	28 Mar	3 Apr 22 21	3	6	7222	14 Apr	22 Apr 12 25	3	8
7203	17 Apr	22 Apr 19 53	3	5	7223	6 Apr	11 Apr 21 14	3	5
7204	8 Apr	11 Apr 4 42	3	3	7224	28 Mar	31 Mar 6 3	3	3
7205	24 Mar	31 Mar 13 31	3	7	7225	17 Apr	19 Apr 3 35	3	2
7206	13 Apr	19 Apr 11 3	3	6	7226	2 Apr	8 Apr 12 24	3	6
7207	5 Apr	8 Apr 19 52	3	3	7227	22 Apr	26 Apr 9 56	3	4
7208	24 Apr	26 Apr 17 24	4	2	7228	13 Apr	15 Apr 18 45	3	2
7209	9 Apr	16 Apr 2 13	3	7	7229	29 Mar	5 Apr 3 34	3	7
7210	1 Apr	5 Apr 11 2	3	4	7230	18 Apr	24 Apr 1 6	3	6
7211	21 Apr	24 Apr 8 34	3	3	7231	10 Apr	13 Apr 9 55	3	3
7212	5 Apr	12 Apr 17 23	3	7	7232	25 Mar	1 Apr 18 44	3	7
7213	8 Mar	2 Apr 2 12	3	5	7233	14 Apr	20 Apr 16 16	3	6
7214	17 Apr	20 Apr 23 44	3	3	7234	6 Apr	10 Apr 1 5	3	4
7215	2 Apr	10 Apr 8 33	3	8	7235	22 Mar	30 Mar 9 43	3	8

Lib. 2 cap. 2.

Cap. 12.

Inuenerat superius Caluissius nescio quos paucos annos in Calendario Gregoriano, quibus omnino per accidens aliquando contingit Pascha celebrari ante Plenilunium, cum id in quouis cyclo bene instituto, in quo videlicet seruanda constans ac facilis sit methodus, aliquando eueniat, vel ipso calumniatore Caluissio teste, nam id *nunquam epactis*, inquit, *quocunque etiam modo ordinentur* (loquebatur autem de Paschate Iudeorum) *caueri poterit*. Ad nihilominus in di-ram contra Catholicos erupit exclamationem, Pontificios celebrare Pascha cum Tessareshedecatit, *sive cum quartadecimanis* Hereticis ante plenilunium. En exempla, en annos, in quibus Gregoriani, inquit, cum Tessareshedecatit *sive quartadecimanis* hereticis ab Ecclesia proscriptis, Pascha suum ante Plenilunium celebrant, & quod peccatum eorum auget, deterioresque eos facit quartadecimanis, qui nunquam quartadecimam suo Paschate anteueriebant, aut priores erant Iudeis, &c. Item: Absurdissimum certe est memoriam resurrectionis Christi celebrare velle, priusquam tempus memoriae Passionis, mortis, & sepultura aduenerit. Et tandem concludit: *Nostrium etiam vetus calendarium ab hoc errore adeo liberum est, vt vltra quartum diem semper Pascha Iudaicum sequatur*. Inter illa autem quæ attulerat exempla non erant pauca, quæ Paschata in secundum traiecerint mensē, de quibus tamen omnibus eadem concludit, vt suo loco manifestum fecimus. Quibus ergo nunc Caluissi execrationibus, quibus maledictis, quibus iamprecationibus tibi proscindendum est Calendarium illud, quod Pascha non tantum vno aut altero die ante plenilunium celebrandum præcipiat, sed vel ipsa varietate luxuriam exerceat, & nunc vno, nunc septem, nunc duobus, nunc sex, modo tribus, modo quinque, modo quatuor idem præueniat; quod non iam per accidens, aut varietate cycli, quæ ex digressionem solum vnius aut alterius diei à rationibus Astronomicis ortum ducat, peccatum hoc committat; sed per solidas excurrat hebdomadas: quod non iam in quibusdam centuriis rarissima hinc inde spargat exempla; sed idem per plurimas continuas centurias continuo cursu seruet tanquam institutum, eundemque facta suis temporibus, vt alia etiam committere possit absurda, ordinem repetat, iteretque iterum iterumque suum cursum: quod excursum hunc non solum coarctet primi, & secundi mensis limitibus; sed ad omnes aduolet, præteruoletque anni Ecclesiastici menses? At quod nam quæso dices, hoc est Calendarium? Tuis tibi respondebo Caluissi verbis: *Nostrium vetus calendarium ab hoc errore adeo liberum est*: Vestrum, Caluissi, vestrum, quod ita extollis, & aberroribus liberum esse mentiris, Calendarium illud est, de quo quæris id quod vel ex ipsa breui, quam proposuimus, colligere poteris tabella. Quid ais? Quid hæres? Quid obmutescis Caluissi? alia credo expectas exempla; desiderio hominis ciuillissimi ac modestissimi omnino satisfacere oportet.

Exempla alia
quæ Pascha Calendarii veteris
fieri in plenilunio & proximo
ante, ostendunt

10. Septimanorum, & Decimanorum, scis esse bonum numerum, plura tibi ostendenda sunt, quæ vocas Quartadecimanorum, imo & Plenilunianorum (nam & hæc, etsi iniuste, prohibes) Paschata, & qualiter saltans, ludensque ad musicos modulos, Paschatuum ad Plenilunium, à quo diu absuit, resaltauerit. Faciemus id sequenti tabula, in quam exempla 72 ex binis centuriis 8900, & 9000 desumpta, coniecimus, quæ solum ostendunt, reliquis omisis, Tertiadecimana, Quartadecimana, ac Pleniluniana Paschata, quamuis nec hæc omnia proposuimus, homini enim perito, & ab aliquot annis exercitato loquimur.

AHHH

Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens anni Eccle.	Dies ante pleni.	Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens anni Eccle.	Dies ante pleni.
8900	Sedes	15 Ian 12 40			8961	27 Mar	27 Mar 11 57	3	0
8901	AEque-	15 Ian 18 29			8964	23 Mar	24 Mar 3 7	3	1
8902	noctis.	16 Ian 0 18			8971	5 Apr	6 Apr 6 59	3	1
8903		16 Ian 6 8			8977	28 Mar	30 Mar 13 19	3	2
8900	9 Apr	10 Apr 10 21	3	1	8978	17 Apr	18 Apr 10 51	4	1
8903	6 Apr	8 Apr 1 32	3	2	8981	13 Apr	15 Apr 2 1	4	2
8906	2 Apr	4 Apr 16 43	3	2	8985	1 Apr	1 Apr 2 0	3	0
8907	25 Mar	25 Mar 1 32	3	0	8991	25 Mar	26 Mar 8 20	3	1
8910	18 Apr	20 Apr 5 26	4	2	8992	13 Apr	13 Apr 5 52	4	0
8913	14 Apr	16 Apr 20 36	4	2	8998	6 Apr	7 Apr 12 12	3	1
8914	6 Apr	6 Apr 5 25	3	0	9001	2 Apr	4 Apr 3 22	3	2
8917	2 Apr	2 Apr 20 35	3	0	9005	18 Apr	19 Apr 16 4	4	1
8920	29 Mar	30 Mar 11 42	3	1	9008	16 Apr	14 Apr 7 15	4	2
8921	18 Apr	18 Apr 9 14	4	0	9011	11 Apr	13 Apr 22 25	3	2
8923	26 Mar	28 Mar 2 52	3	2	9012	2 Apr	2 Apr 7 14	3	0
8924	14 Apr	15 Apr 0 24	4	1	9018	26 Mar	27 Mar 13 34	3	1
8926	22 Mar	24 Mar 18 2	3	2	9019	15 Apr	15 Apr 11 6	4	0
8927	11 Apr	12 Apr 15 34	3	1	9021	22 Mar	24 Mar 4 44	3	2
8930	7 Apr	9 Apr 6 44	3	2	9022	11 Apr	12 Apr 2 16	3	1
8934	26 Mar	26 Mar 6 43	3	0	9028	3 Apr	5 Apr 8 36	3	2
8937	19 Apr	21 Apr 10 36	4	2	9031	31 Mar	2 Apr 23 46	3	2
8941	7 Apr	7 Apr 10 36	3	0	9035	16 Apr	18 Apr 12 28	4	2
8944	3 Apr	4 Apr 1 46	3	1	9039	4 Apr	4 Apr 12 27	3	0
8947	11 Mar	1 Apr 16 56	3	1	9042	31 Mar	1 Apr 3 37	3	1
8950	27 Mar	29 Mar 8 6	3	2	9043	20 Apr	20 Apr 1 10	4	0
8951	16 Apr	17 Apr 5 38	4	1	9048	23 Mar	25 Mar 9 58	3	2
8953	23 Mar	25 Mar 23 16	3	2	9049	12 Apr	13 Apr 7 30	4	1
8957	8 Apr	10 Apr 11 58	3	2	9055	5 Apr	7 Apr 13 50	3	2

En Caluifi & festium, & æstium Pascha tuum, vt in calido Plenilunio suas agat choreas: Tu qui Paschata Iudæorum semper in plenilunio fieri prædicas, neque vllomodo ad primum alligas mensẽ, putas ne aliquod Pascha Iudæicum in hac tabula inuenies? At quomodo verum erit quod dicis: *Nunquam enim fieri potest, vt secundum vetus calendarium cum Iudæis in Paschate agendo concurramus, cum Iudæi semper in plenilunio id celebrent, nos vero ad minimum die quinto post plenilunium?* Vides ne vt quintus ille post plenilunium dies mutatus sit in secundum, & primum ante Plenilunium, imo in nullum, nec ante, nec post Plenilunium? Vides ne quoties eius signum O vltima in columna repetatur! Aduoca Victiorinum tuum, qui te iuuat tot Paschata Pleniluniana transportare ex plenilunio in vicissimam secundam Lunam, aut etiam vltra si opus sit: Quartadecimana conicere retro ad Nouilunium potestis, vicinior enim fortassis vobis ille erit terminus.

Exempla Paschatum cum Iudæis, in ultimo mense, & ante plenilunium.

II. Verum nobis, qui paschata Iudæorum tanta non implicauimus confusione, cum proprie ea dicamus talia, quæ in primo mense fiunt in luna quarta-decima, seu proxime ante plenilunium, incumbere videtur, vt ex Calendario veteri, & Caluissianis hypothefibus aliquot in medium producamus annos, in quibus Pascha iis in diebus celebrandum præscribatur: hoc enim fieri posse in Calendario veteri, Caluissius non semel negat, vt ex superioribus id didicimus; fungamur ergo nostro officio, vtamurque compendio, & eadem opera ex iisdem centuriis exempla afferamus, quæ Pascha in ultimo, vel, vt inepte loquitur Caluissius, duodecimo mense, nam & hoc fieri posse negat, ac pernegat ipse, euenire doceant: liberaliores in hoc erimus, & Paschata dabimus, & in plenilunio, & ante plenilunium, idque vno, duobus, tribus, quatuor, quinque, sex, & septem diebus, tam in primo, quam in ultimo mense, ne quid habeat, quod desideret Calendariomastix, Caluissius. Primum mensem penultima tabulæ columna exprimit littera P, vltimum littera V: dies quibus Pascha anteuerit plenilunium vltima columna ea ratione proponit, quemadmodum in præcedenti tabula factum est. Atque his exemplis Caluissius contentus esse poterit, quod enim ad ea spectat, quæ Pascha fieri in quinto, sexto, septimo, octauo, nono, decimo, & vndecimo mense comprobent, aliqua eorum tabulis ac calculis comprehendendi vt facillimum, ita etiam esset superfluum. qui supra exposita à nobis percipit, de hisce dubitare non poterit. Contingere autem id quod diximus, de reditu ad primum ac vltimum mensem, paucarum centuriarum decursu minime poterit: antequam enim Pascha omnes omnino totius anni Iuliani lustraret varietates, & tempestates; omnes omnino anni veri solaris occupet dies, omnes omnino percurrat menses lunares, & pro singulis mensibus sæpissime in quamlibet ætatem lunæ incidat, non paucorum annorum requiritur numerus: minime vero tantus, quantum sibi pro Calendario Gregoriano cum veteri componendo Caluissius assumpserat, sed sextuplo saltem minor: hæc enim omnia, quæ iam recensuimus, sexies saltem in Calendario veteri euenient, antequam annum assequantur 301700, quem sibi elegit ex Calendario Gregoriano Caluissius. Exempla igitur tabulæ huius desumpta, ex binis centuriis 44500 & 44600 sunt; & sic se habent.

Anni à Pascha Christo Calend. Iuliani veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens. anni ante Eccle. plen	Anni à Pascha Christo Calend. Iuliani.	Plenilunia. Dies. Hor. Min.	Mens. anni ante Eccle. plen
44500 Sedes	21 Apr 18 29		44504 3 Apr	6 Apr 20 16	V 3
44501 a Equi	22 Apr 0 18		44505 23 Apr	25 Apr 17 48	P 2
44502 nostri	22 Apr 6 8		44506 8 Apr	15 Apr 2 37	V 7
44503	22 Apr 11 57		44507 31 Mar	4 Apr 11 26	V 4
44504	15 Apr 20 17	V 5	44508 19 Apr	22 Apr 8 58	P 3
44505	7 Apr 10 5 6	V 3	44509 11 Apr	11 Apr 17 47	V 0
44506	23 Mar 50 Mar 13 55	V 7	44510 27 Mar	1 Apr 2 30	V 5
44507	2 Apr 18 Apr 11 27	V 6	44511 16 Apr	20 Apr 0 4	V 4

Anni

Anni à Pascha Christo Calend. Iuliani. veteris.		Plenilunia		Mens anni Eccle.	Dies ante plenil	Anni à Pascha Christo Calend. Iuliani. veteris.		Plenilunia		Mens anni Eccle.	Dies ante plenil.				
Dies.	Hor.	Min.				Dies.	Hor.	Min.							
44512	7	Apr	8	Apr	8 57	V	1	44528	8	Apr	11	Apr	10 19	V	3
44513	23	Mar	28	Mar	17 46	V	5	44529	31	Mar	31	Mar	19 8	V	0
44514	12	Apr	16	Apr	15 18	V	4	44530	13	Apr	19	Apr	16 40	V	6
44515	4	Apr	6	Apr	0 7	V	2	44531	5	Apr	9	Apr	1 29	V	4
44516	23	Apr	23	Apr	21 39	P	0	44532	27	Mar	28	Mar	10 18	V	1
44517	8	Apr	13	Apr	6 28	V	5	44533	16	Apr	16	Apr	7 50	V	0
44518	31	Mar	2	Apr	15 17	V	2	44534	1	Apr	5	Apr	16 39	V	4
44519	20	Apr	21	Apr	12 49	V	1	44535	21	Apr	24	Apr	14 11	P	3
44520	4	Apr	9	Apr	21 38	V	5	44536	12	Apr	12	Apr	23 0	V	0
44521	27	Mar	30	Mar	6 27	V	3	44537	28	Mar	2	Apr	7 49	V	5
44522	16	Apr	18	Apr	3 59	V	2	44538	17	Apr	21	Apr	5 21	V	4
44523	1	Apr	7	Apr	12 48	V	6	44539	9	Apr	10	Apr	14 10	V	1
44524	20	Apr	25	Apr	10 20	P	5	44540	4	Apr	10	Mar	22 59	V	5
44525	12	Apr	14	Apr	19 9	V	2	44541	13	Apr	17	Apr	20 31	V	4
44526	28	Mar	4	Apr	3 58	V	7	44542	5	Apr	7	Apr	5 20	V	2
44527	17	Apr	23	Apr	1 30	P	6	44543	25	Apr	26	Apr	2 52	P	1

Anni à Christo Iuliani	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia		Mens anni Eccle.	Dies ante plenil.	Anni à Christo Iuliani.	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia		Mens anni Eccle.	Dies ante plenil.	
		Dies.	Hor. Min.					Dies.	Hor. Min.			
44600	Sedes a- quino- ctii.	21 Apr	0 29			44608	23 Mar	28 Mar	4 28	V	5	
44601		21 Apr	6 18			44609	12 Apr	16 Apr	2 0	V	4	
44602		21 Apr	12 8			44610	4 Apr	5 Apr	10 49	V	1	
44603		21 Apr	17 57			44611	24 Apr	24 Apr	8 21	P	0	
44604		23 Apr	25 Apr	4 30	P	2	44612	8 Apr	12 Apr	17 10	V	4
44605		8 Apr	14 Apr	13 19	V	6	44613	31 Mar	2 Apr	1 59	V	2
44606		31 Mar	3 Apr	22 8	V	3	44614	20 Apr	20 Apr	23 31	V	0
44607		20 Apr	22 Apr	19 40	P	2	44615	5 Apr	10 Apr	8 20	V	5
44608		11 Apr	11 Apr	4 29	V	0	44616	27 Mar	29 Mar	17 9	V	2
44609		27 Mar	31 Mar	13 18	V	4	44617	16 Apr	17 Apr	14 41	V	1
44610		16 Apr	19 Apr	10 50	V	3	44618	1 Apr	6 Apr	23 30	V	5
44611		8 Apr	8 Apr	19 39	V	0	44619	21 Apr	25 Apr	21 2	P	4

Ami

Anni à Christo Iuliani.	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens anni Eccle.	Dies ante pleni.	Anni à Christo Iuliani.	Pascha Calend. veteris.	Plenilunia Dies. Hor. Min.	Mens anni Eccle.	Dies ante pleni.
44620	12 Apr	14 Apr 5 51	V	2	44640	1 Apr	3 Apr 7 14	V	2
44621	28 Mar	3 Apr 14 40	V	6	44641	21 Apr	22 Apr 4 46	P	1
44622	17 Apr	22 Apr 12 12	P	5	44642	6 Apr	11 Apr 13 33	V	5
44623	9 Apr	11 Apr 21 1	V	2	44643	29 Mar	31 Mar 22 24	V	2
44624	31 Mar	1 Apr 5 50	V	1	44644	17 Apr	18 Apr 19 56	V	1
44625	13 Apr	19 Apr 3 22	V	6	44645	2 Apr	8 Apr 4 45	V	6
44626	5 Apr	8 Apr 12 11	V	3	44646	25 Mar	28 Mar 13 34	V	3
44627	28 Mar	28 Mar 21 0	V	0	44647	14 Apr	16 Apr 11 6	V	2
44628	16 Apr	15 Apr 18 32	V	--	44648	5 Apr	4 Apr 19 55	V	--
44629	1 Apr	5 Apr 3 23	V	4	44649	18 Apr	23 Apr 17 27	P	5
44630	21 Apr	24 Apr 0 55	P	3	44650	10 Apr	13 Apr 2 16	V	3
44631	6 Apr	13 Apr 9 44	V	7	44651	26 Mar	2 Apr 11 5	V	7
44632	28 Mar	1 Apr 18 33	V	4	44652	14 Apr	20 Apr 8 37	V	6
44633	17 Apr	20 Apr 16 5	V	3	44653	6 Apr	9 Apr 17 26	V	3
44634	9 Apr	10 Apr 0 45	V	1	44654	29 Mar	30 Mar 2 15	V	1
44635	25 Mar	30 Mar 9 43	V	5	44655	11 Apr	17 Apr 23 47	V	6
44636	13 Apr	17 Apr 7 15	V	4	44656	2 Apr	6 Apr 8 36	V	4
44637	5 Apr	6 Apr 16 4	V	1	44657	22 Apr	25 Apr 6 8	P	3
44638	25 Apr	25 Apr 13 36	P	0	44658	14 Apr	14 Apr 14 57	V	0
44639	10 Apr	14 Apr 22 25	V	4	44659	30 Mar	3 Apr 23 46	V	4

Lib. 1. cap. 19.

Quid iam tibi eruditissime videtur Caluifi, de istis Paschatis, prout absolute in suis annis ac centuriis præscribuntur, consideratis, abstrahendo nimirum mentem nunc à præteritis, quæ absurda monstrant maiora? Adhuc ne exclamas? Ad secundum vero Canonem quod attinet, ne Pascha cum Iudeis agamus, siue ne in Paschate celebrando cum Iudeis concurramus, nobis quidem qui Pascha ad rationem veteris Calendarii agimus, quietis esse licet. Nunquam enim fieri potest, &c. Quid ais, licebit ne de hoc purioris ecclesie cantore suis pronunciare verbis, quod cum totius Iudeis associetur, memoriamque Passionis Dominicae siue $\omega\alpha\chi\alpha\sigma\alpha\upsilon\omega\sigma\iota\mu\omega\varsigma$ quon non decima quarta luna, qua agnus verissimus Paschalis noster (vt cantorum fert senteria) mactatus est, sed decima tertia, imo vt ex tabulis liquet, Luna duodecima, vel undecima etiam, & si quid ultra est, celebret, in meritam poenam Ecclesia incurrit, & ab Ecclesia segregatus pro hæretico habetur, tot aliis nominibus hæreticus: præsertim cum pertinaciter in eo erre perseueret, & publicis spargat scriptis, In Calendario Gregoriano frequentiores & fædiores errores committi, quam in Calendario nostro Iuliano, siue veteri. Quapropter firmum manet, Seruum Caluiliū cantorem purioris Ecclesie, quotiescumque Pascha cum Iudeis in plenilunio agit, iudicio eiusdem purioris Ecclesie hæreseos damnari, & merito deponendum esse.

C. 11.

Proclamabis ne ulterius, & plenis buccis personabis de Paschate in ultimo mēse; Nostrum vetus Calendarium hoc peccatum admittere non potest, cum terminus Paschalis

ſchalis citimur fere vndecim diebus æquinoctium ſequatur, ideoque & hic ſecuris nobis eſſe licet? Audiemus ne amplius te tam ab his duobus, quam à Paſchate ante plenilunium ſiue cum quartadecimanis, ſiue ante illos peragendi, calendarium vetus abſoluentem, eiufque ſingularia priuilegia prædicantem? Ab illis quidem tribus enormibus peccatis noſtrum calendarium ſiue vetus Iulianum, aiebas, plane liberum eſt. At vidifti ne quam liberum ſit? Sanè aded liberum eſt, vt per aliquot annorum. centurias alia paſchata præter talia, quæ tribus illis peccatis obnoxia ſint, dare non poſſit. Sed tempus eſt vt tandem ab iſtis ad hominem argumentationibus ad primum noſtrum redeamus propoſitum, & reliqua examinemus comparationis vtriuſque capita.

Cap. 12.

12. Prænumerat comparationis legitimæ in noſtro propoſito caput, quo aſſumpta ea, quam dicit Caluiſius ſe ex calendario Gregoriano elegiſſe, centuria 301700, cum ſimili ex calendario veteri, quæ eſt 300400, collata fuit, de quo ſatis diximus. Manet nunc alterum, quod eſt vt retenta centuria 1500 à Caluiſio ex calendario veteri ad comparationem deſtinata, eadem componatur cum ſimili centuria calendarii Gregoriani, quam collationem nunc facere inſtituimus, ſi fortaiſis ex hoc capite fœdiſſimum excuſari poſſet Caluiſii mendacium. Centuria igitur in calendario Gregoriano quæ tantum remoueatur ab anno 1600, quantum centuria 1500, abeſt ab anno 300, eſt 2800: eam ergo hoc loco cum ſuis pleniluniis, terminis Paſchalibus, & iſtis Dominicis Paſchatum, in gratiam Caluiſii integram proponere ſtatuiſmus. Sic ergo ſe habet.

Comparatio vtriuſque calendarii in centuriis ſimilib. 1500. & 2800. inſtituitur

Anni Chriſti	Termini Paſchales.	Plenilunia. Dies. Hor. m.	Paſcha Calend Gregor	Anni Chriſti	Termini Paſchales.	Plenilunia. Dies. Hor. m.	Paſcha Calend Gregor
2800	31 Mar	31 M 18 29	2 A	2820	18 Apr	19 A 8 33	19 A
2801	18 Apr	19 A 16 1	22 A	2821	8 Apr	8 A 17 23	11 A
2802	8 Apr	9 A 0 50	14 A	2822	28 Mar	29 M 2 11	3 A
2803	28 Mar	29 M 9 39	30 M	2823	16 Apr	16 A 23 43	23 A
2804	16 Apr	16 A 7 11	18 M	2824	4 Apr	5 A 8 32	7 A
2805	5 Apr	5 A 16 0	10 A	2825	25 Mar	25 M 17 21	30 M
2806	25 Mar	26 M 0 49	26 M	2826	13 Apr	13 A 14 53	19 A
2807	13 Apr	13 A 22 21	15 A	2827	2 Apr	2 A 23 42	4 A
2808	2 Apr	2 A 7 10	6 A	2828	22 Mar	22 M 8 31	26 M
2809	22 Mar	22 M 15 59	29 M	2829	10 Apr	10 A 6 3	15 A
2810	10 Apr	10 A 13 31	11 A	2830	30 Mar	30 M 14 52	31 M
2811	30 Mar	30 M 22 20	3 A	2831	17 Apr	18 A 12 24	20 A
2812	17 Apr	17 A 19 52	22 A	2832	6 Apr	6 A 21 13	11 A
2813	6 Apr	7 A 4 41	7 A	2833	26 Mar	27 M 6 2	27 M
2814	26 Mar	27 M 13 30	30 M	2834	14 Apr	15 A 3 34	16 A
2815	14 Apr	15 A 11 2	19 A	2835	3 Apr	4 A 12 23	8 A
2816	3 Apr	3 A 19 51	10 A	2836	23 Mar	23 M 21 12	30 M
2817	23 Mar	24 M 4 40	26 M	2837	11 Apr	11 A 18 44	12 A
2818	11 Apr	12 A 2 12	15 A	2838	31 Mar	1 A 3 33	4 A
2819	31 Mar	1 A 11 1	7 A	2839	18 Apr	20 A 1 5	24 A

Tt

Anni

Anni Christi	Termini Pascha- les.	Plenilunia.		Pascha Calend. Gregor.	Anni Christi	Termini Pascha- les.	Plenilunia.		Pascha Calen. Grego.
		Dies.	Hor.Min.				Dies.	Hor.Min.	
2840	8 Apr	8 A	9 54	15 A	2872	14 Apr	14 A	12 38	17 A
2841	28 Mar	28 M	18 43	31 M	2873	3 Apr	3 A	21 27	9 A
2842	16 Apr	16 A	16 15	20 A	2874	23 Mar	24 M	6 16	25 M
2843	5 Apr	6 A	1 4	12 A	2875	11 Apr	12 A	3 48	14 A
2844	25 Mar	25 M	9 53	27 M	2876	31 Mar	31 M	12 38	5 A
2845	13 Apr	13 A	7 25	16 A	2877	18 Apr	19 A	10 10	25 A
2846	2 Apr	2 A	16 4	8 A	2878	8 Apr	8 A	18 59	10 A
2847	22 Mar	23 M	1 3	24 M	2879	28 Mar	29 M	3 48	2 A
2848	10 Apr	9 A	22 35	12 A	2880	16 Apr	16 A	1 20	21 A
2849	30 Mar	30 M	7 24	4 A	2881	5 Apr	5 A	10 9	6 A
2850	17 Apr	18 A	4 56	24 A	2882	25 Mar	25 M	18 38	29 M
2851	6 Apr	7 A	13 45	9 A	2883	13 Apr	13 A	16 30	18 A
2852	26 Mar	26 M	22 34	31 M	2884	2 Apr	2 A	1 49	9 A
2853	14 Apr	14 A	20 6	20 A	2885	22 Mar	22 M	10 8	25 M
2854	3 Apr	4 A	4 55	5 A	2886	10 Apr	10 A	7 40	14 A
2855	23 Mar	24 M	13 44	28 M	2887	30 Mar	30 M	16 30	6 A
2856	11 Apr	11 A	11 16	16 A	2888	17 Apr	17 A	14 11	18 A
2857	31 Mar	31 M	20 5	1 A	2889	6 Apr	6 A	21 50	10 A
2858	18 Apr	19 A	17 37	21 A	2890	26 Mar	27 M	7 39	2 A
2859	8 Apr	9 A	2 26	13 A	2891	14 Apr	15 A	5 11	15 A
2860	28 Mar	28 M	11 15	4 A	2892	3 Apr	3 A	14 0	6 A
2861	16 Apr	16 A	8 47	17 A	2893	23 Mar	23 M	22 49	29 M
2862	5 Apr	5 A	17 36	9 A	2894	11 Apr	11 A	20 21	18 A
2863	25 Mar	26 M	2 25	1 A	2895	31 Mar	1 M	5 10	3 A
2864	13 Apr	12 A	23 57	20 A	2896	18 Apr	19 A	2 42	22 A
2865	2 Apr	2 A	8 46	5 A	2897	8 Apr	8 A	1 31	14 A
2866	22 Mar	22 M	15 35	28 M	2898	28 Mar	28 M	20 20	30 M
2867	10 Apr	10 A	1 17	1 A	2899	16 Apr	16 A	17 52	19 A
2868	30 Mar	29 M	23 56	1 A					
2869	17 Apr	17 A	2 28	21 A					
2870	6 Apr	7 A	6 17	13 A					
2871	26 Mar	27 M	15 6	29 M					

De centuria
1500. veteris ca-
lendarii Caluisti
iudicium.
lib. I. cap. 9.

Vt iam fiat iuxta vtriusque centuriæ compositio, primum de erroribus, si qui sunt, cuiuslibet singillatim inquirere oportet, vt deinde facta collatione appareat vtra euadat victrix. Ergo quod attinet ad centuriam 1500 calendarii veteris, eius errores enumerantem ipsum audiemus Caluissium, qui in rationibus solarib. determinandis errorē ei concedit dierum decem, non nego, inquit, æquinoctium anticipations sua decem diebus à vicesimo primo Martii recessisse, & si illud ad eundem

dem diem reducendum sit, necessarium esse ut decem dies ex calendario Iuliano eximantur. In lunæ vero motu designando quatuor dierum fecisse vitium, his testatur verbis: Cum vero à tempore Concilii Niceni effluxerint anni 1300 fere, quatuor diebus terminos paschales plenilunio posteriores esse, cum 312. anni, in annis 1300, quater habeantur, manifestum est. Denique quod spectat ad festum Paschatis Caluissius proprio de erroribus calendarii veteris instituto capite, & exemplis aliquot ex hac ipsa centuria 1500. allatis, insignibus eam donat erroribus: nam idem quod dicit ipse de exemplis productis, dici potest etiam de reliquis eius centuriæ annis; nimirum: Terminus Paschalis fere in omnibus triduo (ut homo inconstans sibi non constat! ante dixerat de quadriduo, nunc de triduo) serius positus est, quam plenilunium factum, atque ita in omnibus hisce annis etiam peccari potuisset, si dies dominica proximie vel biduo vel triduo etiam post terminum incidisset. Cum vero in quibusdam annis dominicus dies ultra triduum à termino remotus sit, non datus fuit peccato locus, idque casu sic accidisse manifestum est. De ipso vero numero Paschatum actu vitiose celebratorum huius centuriæ sic habet: Diligenter hanc centuriam inspexi, & inuenio tantum erratum esse quadragies quater, ab anno 1500. vsque ad annum 1582. & postea vsque ad finem centuriæ vndecies. Et in his deprehendo Pascha in nostro Calendario in hac centuria reiectum esse in vltimum mensis quadrantem tricies semel: in secundum vero mensem vicies quater, ut in vna summa quinquagies quinquies peccatum sit, &c. Hæc clara sunt nec vlla opus habent explicatione.

Lib. 1. cap. 3.

Cap. 32.

Insiciamus iam centuriam 2800. Calendarii Gregoriani, in qua quod caput rei est, æquinoctium ita dante Caluissio, in 21. Martij fixum, tutum ab errore reddit Solis calculum. Lunares vero calculos, cum impossibile sit eos vna cum terminis paschalibus ex methodicis cyclis ortis perpetuo vnum in diem compingere, nemo ad id præstandum tenetur. Verum cum rectius terminus sequatur quartamdecimam seu diem ante pleni lunium, quam eam anteuertat, idque hac in centuria egregie obseruatum cernatur, iure nullus in lunari motu hac in centuria decerni potest error commissus: maxime quod citimus ac vltimus digressus ita sit moderatus, ut alter quartamdecimam præueniat die vno, alter eandem sequatur diebus duobus, ex quo clarum efficitur, si termini omnes vno die versus nouilunium retro siue sursum in calendario remouendi forent, maiorem futurum digressum termini citimi quam vltimi à quartadecima lunæ die. Ergo termini paschales satis bene se se habent: atque adeo etiam si, nempe Caluissius lachrymas fundat, liberalitatem nostram in eum ostendere, eique vnum erroris diem dare vellemus, quam in partem is numerandus esset, non facile apparet. Deinde etiam si aliquis esset, is non nisi per accidens se ingessisset. neque villo modo deberet cum calendarii veteris erroribus componi, eo quod hi irremediabiles in petus quòtidie ruant, ille vero tam ex proprio Cyclo, quam ex suis cautionibus corrigitur, & ad officium reducitur. Ergo cum centuria hæc in principum planetarum moribus exprimendis, omni labe careat, manifestum est si aliquod Pascha minus recte se habere aliquomodo dici posset, id non nisi casu sic accidisse, & propriè nulla ratione error eum pronunciari debere, cum nullum lateat in causa vitium: Veruntamen si horum rationem prorsus nullam habere velis, omniaque summo rigore ad calculos reuoces, vndecim omnino vnâ in summam colliges Paschata, quæ improbari aliquomodo à Caluissio queant; decem nimirum, quæ cum celebrari potuissent in plenilunio (Pascha enim in plenilunio

De centuria
2800. Calend.
Gregoriani.

T t 2

cele-

celebrari non debere, nunquam Caluifio concessimus) reiecta sint in sequentem hebdomadam, quod accidit annis 9, 16, 23, 36, 40, 60, 64, 67, 87, 94, & vnum quod ex primo mense, in secundum immigrauerit, plenilunium enim anni 39, in Martio accidit, die 21. minutis 21. post meridiem, vnde illud in 20 Aprilis limites Paschales excessisse dici possit. Atque hi errores sunt centuriæ 2800. calendarii Gregoriani, correspondentis centuriæ 1500. calendarii veteris.

Le&toris postu-
latur iudicium.

Iudicet igitur iam lector vtrum calendarium frequentiores & fadiore errores committat: illud ne quod in iis quæ familiam ducunt, vtriusque videlicet luminaris motibus decernendis à solis quidem diebus decem à Lunæ vero calculis diebus quatuor aberrat à vero, & quidem tali errore, qui se seipsum omnibus consideratis in perpetuum corrigere non valet: An vero hoc; cui si multum concedere velis erroris, vix dici possis. Illud ne quod Pascha non nisi casu præcipit legitimum; vt vetus: an hoc, quod Pascha non nisi casu præscribit illegitimum; vt Gregorianum. Illud ne quod Paschata per se vitiosa vna in centuria dat minimum quinquaginta quinque; vt verus calendarium: an vero hoc, quod Paschata per accidens imperfecta reddit summum vndecim; vt Gregorianum: Iudicet inquam videns accuratus lector; tangat cæcus ac negligens à Caluifio constitutus iudex, quod calendarium melius, verus ne an Gregorianum.

De duplici in-
iqua compara-
tione calendari-
orum, quarum
altera pro se v-
sus est iniquus
cenfor Caluifio.

13. Restat nunc, vt, cum æqua comparatione Caluifium miserrimum ne hilum quidem proficere experti simus, videamus an iniqua aliquid possit: quæ duplex institui potest, contra Caluifium nimirum altera, quæ remotissima aliqua centuria ex veteri calendario ad competendum cum proxima calendarii Gregoriani decerneretur; & hanc ne plus æquo affligamus desolatum hominem, sponte omittimus: altera est pro Caluifio, alteri omnino contraria, quæ proximam ex veteri, remotissimam ex nouo calendario, in contentionem euocat; & hæc ea ipsa est quam Caluifius instituit, comparatio, iniquiorem enim vix vllus vnquam excogitare aut in medium producere ausus fuisset, quæ videlicet centuria 1500. ex calendario veteri iam elapsa, descendere in arenam iubeatur, manusque conferere cum ea ex nouo, quæ si vnquam futura est, non nisi post trecenta millia annorum futura est. Saltem cum gloriatur similes se composuisse centurias, toto non aberrasset genere, & futuras cum futuris contulisset; centuriam 1500 confert cum centuria 301700. Proh quanta disparitas! quale hoc iudicium Arithmetici! nullus sane rusticus tam rudis est, qui dissimillima (quæ similia Caluifius vocat) ea non iudicaturus esset. Omnium autem absurdissimum est, quod hanc centuriam 301700, nec Lilius nec Clauius, nec vllus hominum, prout à Caluifio proponitur, Gregoriano inclusit calendario. De Lilio res clara est. De Clauio constat, vt sæpe iam inculcauimus, & verba eius attulimus, eum 100000. vel 200000. transgredi noluisse: & tabellam eam in qua vltius progreditur, exercitii siue exempli causa tantum tum propter tabulam æquationis magnam, quæ eo vsque extensa est attulisse; imo etiam si hoc non esset, aperte tamen fassus est, eouque sine vlla alia correctione minime esse progrediendum. Sed ad rem.

Iniqua compa-
rationis, quam
instituit Calui-
fius, centuriæ ex-
aminatur.

Ordinem sequemur vt ante, prius vtriusque centuriæ errores enumerabimus, & tunc demum Lectoris iudicium appellabimus. Centuriæ 1500. vitia paulo ante ex ore ipsius Caluifii audiuius: audiamus ex eodem errores centuriæ 301700. Siue igitur, aiebat, iam Lilius sequaris, siue Clauium præferas, vtroque inuenies plures errores quam in nostro veteri: Nos præferimus Clauium, perge igitur: Cla-

ut in emendato & interpolato calendario ab hisce erroribus Lilianis (pascha in Nouilunio aut secundo mense celebrando) quidem abstinet, sed nimium ab his abstinendo Horatianum illud committit & vitia in contraria currit. Nam vicies sexies Paschare iicit in diem vel vicesimum secundum, vel vicesimum tertium mensis Paschalis. & paulo post: Et huius quidem peccati ratione Calendarium C'auianum esset aliquanto tolerabilius nostrum. Sed Clavius addit alium errorem fadiorem, quo nos plane liberi sumus (sed paulo ante vidisti quam plane mentitus sis) Pascha enim in hac vnica centuria nouies celebratur in duodecimo mense cum Hæreticis. Item: nec tamen computo (at nos computabimus in tui gratiam, si forte à mendacio isto fædissimo defendere te possemus) iam errorem Clauii, quem in epactis ordinandis committit, qui semper vel quatrinduo, vel quinquenduo nouilunium sequitur, quod etiam ferendum non est. Atque hi omnes omnino sunt errores, quos Caluissius ex hac ceturia 301700 Clauio obicit: qui sunt quoad Paschata in vna summa triginta quinque, tot enim componunt viginti sex, & nouem.

Age igitur æquissime Lector, & ad rectum æquumque iudicium ferendum te compara: En quanta aduersario concedamus: iniquissimam & ultra omnem disparitatem disparem admittimus comparisonem: de erroribus ipsum met pro vtraque parte pronunciare iussimus; ad calendarium Gregorianum spectare admittimus, quod eo modo nulla ratione in eo continetur: nunc vero vitro tibi spondemus, tua nos staturos æqua sententia; ipsi cui tu iudicas, sit vna cum victoria palma. Te appellamus nos: te appellat Caluissius: *Iudices igitur iam lector vtrum calendarium frequentiores & fadiiores errores committat. Quid iudicas? Vetus calendarium in principis siderum omnium motu, ad quem cuncta dirigimus sublunaria, & ad quem principium anni Ecclesiastici instituiamus; in æquinoctii sede inquam, annique solaris indice, qui quo exactior exhibetur, eo calendarium erit certius, ut ait ipse Caluissius, perfectius & magis diuturnum, ad decem solidos aberrat dies: Gregorianum nullo: quid tibi videtur plus; quid fædus? Vetus Calendarium in Luna collocanda aberrat tantum, (plus aberrare paulo post ostendemus) quantum Gregorianum: num quid iam alterum altero aberrat fædus, aut frequentius? Vetus Calendarium vitiosa dat Paschata quinquaginta quinque: Gregorianum quinque supra viginti. quis nam videtur tibi maior numerus?*

Pudeat te, impudentissime Caluissi, qui comparere nungis istis, absurdis, imo fædissimis mendaciis, in publico audeas. Ista credo sunt illa *abstrusa*, quæ te in hac materia ex umbra in lucem produxisse tuus prædicat Origanus. Sane Origane nisi iste Sethus habuisset *Iovem in ascendente & propria domo cum nodo ascendente*, hunc nodum plane tam subtiliter non soluisset, in aliena domo: & absque Mercurio fuisset. *studii numerandi & mentendi*, quibus præclare instructus est, tantopere delectatus nunquam fuisset. Recollege quæso & aliter subduc Natiuitatis eius calculos; præclarissima quæque alia adhuc in ea reperies.

14. Sed stabit pro suo amico singulari Origanus, eumque iam ab omnibus derelictum defendere incipiet, nimirum Sethum suum in Calendario Gregoriano si non frequentiores, saltem fadiiores errores ostendisse, quam veteri ea in centuria insint; ostendisse nempe illum nouem paschata celebranda in *duodecimo mense cum Hæreticis*, quod fædus & absurdus sit quam plura alia in mense secundo. At non vides clarissime Origane te decipi prophetiis istius Prophetæ, qui post trecenta annorum millia venturos Hæreticos prophetizet, qui Pascha in

Errores vtriusque centuriæ inter se conferuntur & iudicium æquo lectori committitur.

Caluissius & Origanus comparantur.

In Caluissi iniquissima comparatione adhuc tamen calendarium verus frequentius ac fædus peccare quam Gregorianum conueniuntur.

duodecimo mense sunt celebraturi: hucusq; enim de nullis aliis hæreticis ratione Paschatis quicquā à quoquam auditū est, quam de Quartadecimanis: at hi non celebrabant in mense duodecimo, sed in primo; vel, si Caluissio credimus, etiā in mense secundo, vt supra cap. 10. & 11. à nobis illi obiectū, ac demonstratum est: ex quo sequeretur calendariū vetus non solū frequentius, sed & frequentissime fædus in paschate peccare. Deinde de hac hæresi prorsus nihil habetur in Canonibus. Caluissianis; imo ipsum Pascha in duodecimo omnino permissum est, modo non fiat ante æquinoctiū; at nullū omnino ex istis nouē, quæ hic Clauio adscribuntur, æquinoctiū præuenit, sed omnia omnino æquinoctium sequuntur, eo quod omnia post 21. diē Martii contingant. *Ne Pascha in duodecimo mense*, inquit in tertio suo Canone Caluissius, *ante æquinoctiū vernum celebretur*. nihil hic, nihil ali- bi de hæreseos compareret nota: deinde cū Paschata nouē illa omnia fiant post æquinoctiū, secundum Caluissii Canonem legitima sunt, & sic remanent solū 26. comparanda cū 55. illis Paschatis calendarii veteris erroneis. Vides ne Origane te ubiq; oleo incendiū restringere? Deniq; etiamsi ponamus fædus esse in duodecimo mense celebrare, quā in secundo, ab hoc tamen ipso absurdo vix te defendere poteris, cū id quantum est in causa deuiationis termini paschalis à pleniluniis æque, imo fædus, vt mox videbis, cōmittatur à calendario veteri, & ne producat in actū, impediatur à multo fædiori errore, quā est ille Paschatis. Curenim vetus calendariū Pascha non reiecit in vltimū mensem, reijciatur autē eò à Gregoriano? an quia aliquid accuratius determinet in motu solis ac lunæ, quā facit Calendariū Gregorianum? minime gentiū Origane; sed quia pl^o & fædus peccat, & ita æquinoctiū ex suo extrudat loco, vt ad decē dierum interuallū exulare id coegerit; atq; adeo Pascha siue Pseudo paschale plenilunium præuenire illud non valeat. Itaq; si res consideretur in sua causa, mendaciū etiam hoc est amici tui singularis, cū dicit, Clauius à celebrando Paschate in secūdo mense *abstinēdo* Horatianū illud cōmittit, & *vitia in contraria currit*: Fac enim vt æquinoctiū in calendario veteri, reliquis immotis, suo restituatur loco, errori huic quo Pascha in vltimo mense cōfiscitur, magis obnoxiiū videbis vetus, quam calendariū Gregorianum. Ita, quomodocunq; res consideretur, semper tamē absolute & simpliciter loquendo, etiā in Caluissii iniquissima comparatione, & calendarii Gregoriani acceptione, vetus & frequentius & fædus peccat; quod si satis nondum tibi ostensum est, id adhuc apertius, & vt vocant, ad oculū demonstrabimus.

Ois terminos paschales proprius abesse à suis pleniluniis in centuria 301700 ad calēd Gregorianum, quam in centuria 1500 ad cal. vetus.

Tecum enim nūc agam Origane, nam quid plumbeo tuo Caluissio negotii cōmittere amplius possim, vix video: vtriusq; tibi centuriæ, & 1500. ex calendario veteri, & 301700. ex calendario Gregoriano, vt cū Caluissio loquar, ob oculos ponam duos cyclos lunares (de reliquis enim, Astrologus & calendarii cōmentator cū suis, iudiciū ferre scies) cū terminis paschalibus & respondentib. pleniluniis suis, vt fecit Caluissius, & quidē ex centuria 301700 ipsos huc transferam fideliter calculos Caluissianos, correctis tamē prius quibusdā erroneis. Mirum enim est quā frequenter & fæde erret suis in supputationib. is qui se non rudem, sed satis exercitatum ab aliquot annis esse affirmat, & his fidē non habentes prouocat, vt aut erroris ipsum conuincant, aut alias cū ipso congrediantur: solertē se se daturum: In ea enim sola tabula, qua centuriā 301700 proponit, ad 25 solidorū dierū, feriantur, aut horarum committit errores. Reliqua pro centuria 1500. ex tabulis pleniluniorum supputauimus, & terminos paschales ex calendario veteri debili-
tate ostendimus. Sic ergo se habet.

Anni

Anni Christi	Termini Pascha-	Plenilunia		Anni Christi	Termini Pascha-	Plenilunia	
les.		Dies.Fer.Hor.Min.		les.		Dies.Fer.Hor.Min.	
1500	17 Apr	13 A	2 21 46	301700	17 Apr	14 A	4 21 7
1501	5 Apr	3 A	7 6 35	301701	5 Apr	4 A	2 5 56
1502	25 Mar	23 M	4 15 24	301702	25 Mar	24 M	6 14 45
1503	13 Apr	11 A	3 12 56	301703	13 Apr	12 A	5 12 17
1504	2 Apr	30 M	7 21 45	301704	2 Apr	31 M	2 21 6
1505	22 Mar	20 M	5 6 34	301705	22 Mar	21 M	7 5 54
1506	10 Apr	8 A	4 4 6	301706	10 Apr	9 A	6 3 23
1507	30 Mar	28 M	1 12 55	301707	30 Mar	29 M	3 12 16
1508	18 Apr	15 A	7 10 27	301708	18 Apr	16 A	2 9 49
1509	7 Apr	4 A	4 19 16	301709	7 Apr	5 A	6 18 37
1510	27 Mar	25 M	2 4 5	301710	27 Mar	26 M	4 3 26
1511	15 Apr	13 A	1 1 37	301711	15 Apr	14 A	3 0 58
1512	4 Apr	1 A	5 10 26	301712	4 Apr	2 A	7 9 47
1513	24 Mar	21 M	2 19 15	301713	24 Mar	22 M	4 18 36
1514	12 Apr	9 A	1 16 47	301714	12 Apr	10 A	3 16 8
1515	1 Apr	30 M	6 1 36	301715	1 Apr	31 M	1 0 57
1516	21 Mar	18 M	3 10 25	301716	21 Mar	19 M	5 9 46
1517	9 Apr	6 A	2 7 57	301717	9 Apr	7 A	4 7 18
1518	29 Mar	26 M	6 16 46	301718	29 Mar	27 M	1 16 7
1519	17 Apr	14 A	5 14 18	301719	17 Apr	15 A	7 13 40
1520	5 Apr	2 A	2 23 7	301720	5 Apr	3 A	4 22 28
1521	25 Mar	23 M	7 7 56	301721	25 Mar	24 M	2 7 17
1522	13 Apr	11 A	6 5 28	301722	13 Apr	12 A	1 4 50
1523	2 Apr	31 M	3 14 17	301723	2 Apr	1 A	5 13 39
1524	22 Mar	19 M	7 23 6	301724	22 Mar	20 M	2 22 27
1525	10 Apr	7 A	6 20 38	301725	10 Apr	8 A	1 20 0
1526	30 Mar	28 M	4 5 27	301726	30 Mar	29 M	6 4 49
1527	18 Apr	16 A	3 2 59	301727	18 Apr	17 A	5 2 21
1528	7 Apr	4 A	7 11 48	301728	7 Apr	5 A	2 11 10
1529	27 Mar	24 M	4 20 37	301729	27 Mar	25 M	6 19 59
1530	15 Apr	12 A	3 18 9	301730	15 Apr	13 A	5 17 31
1531	4 Apr	2 A	1 2 58	301731	4 Apr	3 A	3 2 20
1532	24 Mar	21 M	5 11 47	301732	24 Mar	22 M	7 11 9
1533	12 Apr	9 A	4 9 19	301733	12 Apr	10 A	6 8 41
1534	1 Apr	29 M	1 18 8	301734	1 Apr	30 M	3 17 30
1535	21 Mar	19 M	6 2 57	301735	21 Mar	20 M	1 2 18
1536	9 Apr	6 A	5 0 29	301736	9 Apr	6 A	6 23 51
1537	29 Mar	26 M	2 9 18	301737	29 Mar	27 M	4 8 40
1538	17 Apr	14 A	1 6 50	301738	17 Apr	15 A	3 6 12
1539	5 Apr	3 A	5 15 39	301739	5 Apr	4 A	7 15 1

Nonne

Nonne miraris Origane siue fortunam, siue fatum, quod iidem omnino sint termini Paschales ii, quos Caluissius tribuit centuriæ 301700 pro calendario Gregoriano, cum illis qui cernuntur in centuria 1500. calendarii veteris, iisdemq; nimirum diebus positi vtrinque; , quo rectius fieri iudicium possit, & clarius atque apertius confundatur Caluissii impudentia ac nequitia? Vides ne vt remotiores sunt omnes omnino termini calendarii veteris à pleniluniis propriis, quâ Gregoriana à suis? Enimuero absque minutis 39. omnia omnino plenilunia calendarii veteris totius centuriæ, exacte die solido præuenirent Gregoriana; atq; adeo eum termini vtrobiq; sunt iidem iisdem locis positi, necessario sequitur, etiam in lunæ rationib. singulis annis per totam centuriam magis aberrari in calendario veteri, quam in Gregoriano, die præcisè integro, exceptis paucis illis minutis: ita vt siue spectes æquinoctium, & solis motum; siue plenilunia, & motum lunæ; siue deniq; Paschata, in omnib. tamen & frequentius, & fædus adhuc aberraret, quamuis iniquissimam proposuerit Caluissius comparisonem, in calendario veteri, quam in Gregoriano. Pater etiâ ex hac tabula, verû esse quod ante diximus, si in veteri corrigatur error ille fædissimus, & æquinoctium suo restituatur, vnde detrusum est, loco in die 21. Martii proprio, reliqua; vt sunt permaneant, vetus calendarium magis subiici errori, quo Pascha in vltimum coniiicitur mensem: exemplo esto annus 1532. Constat deniq; manifeste si verum est quod epactæ Clauio tributæ vel quadriduo vel quinquenduo Nouilunia sequantur; aureos numeros calendarii veteris suis Nouiluniis esse posteriores, vel quinquenduo vel sexenduo, & idcirco multo minus quam illud ferendum. *Eant, gloriæ, quantum velint de suo Iuliano siue veteri calendario.*

Originum ini-
quam de calend
Gregoriano tu-
lisse sententiam

Agnoscis ne tandè Origane quam iniquum ipse de calendario Gregoriano in Præfatione tua ad Reges ac Principes iudicium ac sententiam tuleris: quâ egregium cômendaueris Mathematicum? Vides ne quam in hac materia abstrusa præluxerit? Discernis ne quid verum quid falsum sit? Percipis ne quâ acute tuus Mathematicus sua Theoremata ac Problemata instituerit, & quam solide propositiones suas demonstrauerit: Miror sane eum suâ more Geometrarû non ita conclusisse demonstratione: Ergo In calendario Gregoriano frequentiores & fædiores errores committuntur, quâ in calendario nostro Iuliano siue veteri; Quod demonstrâdum erat. Verebatur quippe credo, ne nos adderem⁹ conclusionem nostrâ: Ergo Sethus Caluissius⁹ mentitus est mœdacio frequentissimo ac fædissimo; q. demonstratum est.

Protestatio au-
toris de calend-
ario veteri, e-
iusque instituti-
onibus.

Debuissimus hoc loco exemplû Caluissii, & recapitulare errores ac mendacia, verum cû hæc sint sine numero, actum agere nolimus: Sed his omisis vno verbo benignum lectorem admonitum volumus, ne ex eo quod vehementius nos contra calendarium vetus disputare viderit, sinistra de nobis concipiat opinio: n. aut vitio vertat, quasi ea redundare in veteris calendarii possint Reformatores, in Patres nimirum Nicenos, eosq; nos tacite disputatione nostra vehementiori reprehendere voluisse. Nam aperte profitemur nos eos nulla notasse syllaba, aut notare voluisse, sed grates agimus illis quas possumus: fecerunt ipsi ex sua parte quod poterant; destituti enim certiorib. syderum obseruationibus, exactiorib. tempora non poterant circûscribere limitibus; & si qui fortassis noti illis erât errores, aut nullos aut paruos eos reputantes, aut certe eorum causa facili ac ad vulgi captum accommodatâ methodo incômodare noluerunt. Eos imitatus Gregorius XIII. æternæ memoriæ Pontifex cum iuis Astronomis, iti-
dem

dem fecit pro Repub. Christiana in restituendis temporibus, quod potuit, error-
culosque si qui subtilioris calculi esse possent, posthabens facili ac vniformi me-
thodo, cyclos & reliqua à Patribus illis præscripta, quo ad eius fieri poterat, reti-
nuit, ac reformauit; cætera relinquens, si qui forent, posteris. Adiutus tamen ipse
pluribus ac certioribus obseruationibus, id laude dignissimum consecutus est,
vt Patrum Nicenorum industriam multis superauerit partibus: nam & Calen-
darium in multo remotiora secula reddidit securius ac tutius; & si quo modo à
vero deflexisse à posteris deprehensum fuisset, regulis suis ac cautelis, quibus ad
viam reduceretur, nihil eorum, quæ Calendario inscribi solent, immutato, idem
effecit perpetuum. Quæ ergo vehementius à nobis dicta sunt, & veritatis amo-
re, & contra istos nugatores ac calumniatores, qui de lana caprina, vt habet pro-
uerbium, disputantes, criminationibus suis ac mendaciis lumen verita-

tis offuscare conantur, dicta sunt. memores nimirum eius,

cuius Sapiens meminit: *Responde stulto se-
cundum suam stultitiam.*

V u

REFV-

REFUTATIONIS ELENCHI CALVISIANI

LIBER QVARTVS,

De

PSEVDOCALENDARIIS SETHI CAL-
uissii, fictisq; & superfluis Calendarii emendatio-
nibus; vbi secundus liber Elenchi
discutitur.

CAPVT PRIMVM.

*Deignoratione rerum Calendarii, qua Caluissio plurimarum ab-
surditatum causa fuit, in ordinandis, seu potius depra-
uandis in Calendario epactis.*



Idimus in superioribus, quibus priorem Elenchi Calui-
siani librū examinauimus, vt miles gloriosus Sethus Cal-
uissius Musicus Lipsiensis, strenua inita pugna, præter ab-
surditatum, & criminationum præmium non nisi infini-
torum mendaciorum palmam retulerit. Vidimus quam
accurate cōditionibus à Clauio propositis satisfecerit, ni-
mirum vt non solum non plures, quam eos quatuor, qui
omnibus Calendariis per cyclos faciles institutis inesse so-
lent, defectus demonstrauerit; sed & hos quatuor nullos esse vltro concesserit:
deinde ita manifestam perfectionem Calendarii veteris fecerit, vt etiam pro Ca-
lendario Gregoriano iniquissima, & extra modum dispari comparatione insti-
tuta, nihilominus tamen vetus Calendarium vi iofissimum inuentum sit, in æ-
qua vero comparatione, ne quidem comparere potuerit. Restat nunc tertium
& vltimum, quod cantor noster Mæstlinum indutus præstandum vltro sibi as-
sumpsit, quem Mæstlinū quoad hoc, vel ipso referente Caluissio, sic allocutus est
Clauius: *Conficiendum abs te erit Calendarium, quod omni prorsus careat labe, dummodo
in eo annus civilis (quod caput est) vsurpetur, & cycli ab Ecclesia vsitati adhibeantur: quod ad
Calendas Græcas te facturum speramus. Ad quod respondet Caluissius: Spondeo me, vel
ipso Clauio iudice eiusmodi Calendarium confecturum, quod non solum ab omni errore libe-
rum sit: sed quod etiam, si recte obseruetur, peccare non possit. Et paulo post: Clauius interea
in id operam det, vt Calenda apud Græcos instituatur, cum Calendarium in promptu sit iam,
quod præstare potest, quod Clauius nunquam futurum putauit. Multum sane dicis Thra-
so, sed timeo non omnes fore Gnathones: id quod tu ipse vereri videris, & idcir-
co limitibus circumscribere incipis sponsones ac pollicitationes tuas, cum id,
quod caput est, nec te, nec quævisquam mortalium præstare posse, ipse fatearis. Lo-
queris, eis, si celebratione Testi habetis, ut dicantur: Nam quod ad acquirendum m-*
atque,

attinet, eius certitudinem nemo hominum præstare potest: abitus tamen eius à vicefimo primo Martii in aliquot annorum millibus timeri non debet. At miser, si tu de hoc non loqueris, de eo tamen loquitur Clavius, quem tu Calendas apud Græcos instituere iussisti: de hoc res ipsa, ipsumque loquitur Calendarium. Ecclesiasticum Calendarium Caluifi Astronomiæ Scaligerianæ candidate, nonne dependet ab æquinoctio? Nonne in eo præcipuam Calédarii collocas perfectiōnem? Si ergo hoc tutum in Calendario non præstiteris, id, *quod caput est*, omittes, & nihil efficies. Imo neque ratione lunæ, *quod caput est*, præstas, eo quod anni lunaris ciuilis methodum nullam prorsus exhibeas. Sed suo loco quam innocens Calendarium construxeris videbimus.

2. In qua deinde reperisti Astronomia Scaligeræa solis rationes in futura tēpora certas reddi non posse, posse autem lunæ? Næ tu mihi Caluifi magnus nugator es. Vnde quæso tibi constat, siue veri siue medii motus lunæ certa, & infallibilis quantitas, quæ in plurimis seculis in nullum errorem, in minutis (nam ad minuta horaria vsque Paschata expendis) horis, aut etiam diebus inducere possit? Et si nescis, vt omnino nescis, quomodo spondere audes in hoc saltē, quamuis minus præcipuum caput est, te Calendarium daturum, quod *peccare non possit*? Age, & animum à grauioribus scholæ tuæ negociis liberum reddito, & quam in Astronomicis nullam rem sapias, vel senex iam discito: *Æquinoctii certitudinē nemo hominum præstare potest*, ais. Ergo nemo hominum motum solis certo scire potest: sed motus lunæ in Paschate considerandus dependet à motu solis, (quomodo enim plenilunia absque sole tibi fient?) Ergo & motus lunæ *certitudinem nemo hominum præstare potest*. Quomodo ergo spondere audes, te *Calendarium confecturum, quod non solum ab omni errore liberum sit: sed quod etiam, si recte obseruetur, peccare non possit*, etiam si loqui te dicas de celebratione Paschatis ratione luna tantum. Si in ipsis principiis tam rudis es, qua ignoratione non laborabis in iis, quæ hinc deducuntur: si fundamenta talia sunt, quæ nam reliqua erit structura.

At nihilominus ait, *In omnibus Academiis totius Europa sententia, de mutando Calendario per scripta sunt, sed, quod pace illorum dixerim, hanc rem ad asciam edolasse non videntur*. Hinc paucissimi hodie inueniuntur, qui rem intelligunt, & qui recte de ea iudicare possint, tanta in obscuritate hac doctrina videtur latere. Quapropter nihil alienū à munere meo fecisse videor, qui & bonas literas, hasq; artes inprimis amem, & colam, & Reipub. ciuem me profitear, qui hanc doctrinā ex fundamentis ipsis eruere, & demonstrationib. solidis illustrare, & explicare conatus sim. Omnino, nisi natus hac nostra memoria esset Sethus, Caluif. totus mundus, totaq; Resp. in tanta adhuc rerum obscuritate posita, somno & cœcitate oppressa periisset. Quis enim verbis vnquam satis explicauerit utilitatem illam, & emolumentum maximum, quod Resp. perceptura est ex eo, quod quo Calendario aliquis cantor post finem mundi vtendum sibi imaginetur, præscribere nunc certo possit. Gratia igitur illis, ait Dauid de Seth, & Iosepho, debentur ingentes, quod vigiliis & laboribus suis tempestiue alios ex somno excitauerint, iisdemque lumen accenderint, vt videant in hac materia abstrusa, & à paucis recte explicata, quid verum, quid falsum sit. Nonne magnus tibi videtur, Lector, iste Reipub. ciuis, qui in istis extremi mundi tenebris, tantaque rerum obscuritate facem prætulit, & abstrusa ista, atq; ab ingenio humano remota, manifesta & clara effecerit? Pudeat te cantor tantæ superbiz & arrogantiz tuæ, qui *omnibus Academiis totius Europa* antepone te præsumas.

Caluifus impetire Paschata ratione motus lunaris iusta præuidit, eo qd solis motu incertum esse affirmat.

Lib. 2. c. ult. Caluifus omnibus se præponit Europæ Academicis in negotio Calendarii.

Lib. 2. cap. 2.

Ista sola superbia indignum te responso reddere poterat, etiamsi aliquid ad rem dices: Et sane istum posteriore librum tuum hac unica, quæ tu zelum quendam expedis, expedire oportebat responsione, nimirum: *Hæc Pædagogus respondere potest, hæc modo dissertationes de Calendario pertinet ad ea tempora, cum de informando & reformando Calendario cogitasti hæc ita sunt, nam frustra de ea te disquis, cum tu scis, quæ peracta, & Calendarium Gregorianum exempli loco mereri non possit, nec debeat, si sumus i Cantores & Grammatici sumus, est de hæc generis diuinitas, & hæc, ut non libri, sed alius hoc modo respondendum munus tibi existimat, & ad magnos quales ipse est Republici ciues spectare harum rerum disputationem. Verum cum non tam ipse habenda sit ratio, quam aliorum, qui quoquo modo ipsi assentiantur, breuiter omnia etiam huius libri capita percurramus, veritatemque a calumniis & mendaciis defendamus.*

Quid hoc ica.
Calendarium tra-
dare in sinu-
m.

3. Ergo hoc primo secundi libri capite, quod de *epactis in Calendario recte ordinando* inscribit, post illa, quæ iam retulimus, ait Calendarium afixit Sethus, *Primum tamen id Calendarium* (quod nec peccat, neque peccare potest, quia nullum est, *proprium, monstrandum primum est, quomodo ex Calendario Gregoriano vitiosissimum, tolerabile aliquid conficiatur.* Duplex enim generis errores Calendario huic inesse dicit, accidentales alios, alios essentielles, sed cum omnes omnino finale numerat, non alios præter eos enumerat, quos nos nullos esse præcedentibus libris clarissime demonstramus, idcirco tardiosam vna cum cantore omittimus repetitionem: hoc solum addit, cuius in præcedentibus neque a nobis, neque ab ipso mentio vlla facta est, nimirum, *quod Calendarium hoc ab epacta Concilii Synodi deducti dicitur, & tamen ad eandem regredi nullo modo potest.* At nos diligentissime peruoluendo Clauium nihil in eo, neque ab ipso, neque à Lilio dictum simile reperire potuimus: sed omnino contrarium, se videlicet constituisse, ut epactæ potius vno die tardius nouiunia indicent, quam proxime post Concilium Nicenæ factum est. Sed credo, pædagogus noster, cum omnia repetita voluerit, etiam de regressu quoad æquinoctium mendacium suum reliquis adiungendum voluerit, atque adeo non ab epacta Concilii, sed ab epacta, quod mendacium ipse calamus exarare exhorruerat, scribere intendit. Vt sit, utrobique mentitum ipsum esse satis constat: & reliqua omnia suis locis refutata habentur.

Quæ Caluissio
in epactis per
Calend. Grego-
rianum distri-
butione displi-
ceant.

Ex sententia
Caluissii primus
anni mensis, ca-
uus tolerari po-
tesset; Paschalis
denique, cum
tamen uterque
ut ut idemque
mensis sit.

4. Ut autem eos, quos pessime vocat Calendarum Gregorianum errores, ex ipso Calendario tollat, & corrigat iste Calendariorum corrector, inscriptionem epactarum per anni dies aliter imprimis insinuendam sibi duxit. Rationes quibus ad hoc faciendum permoueat, has recenset: *Supra autem Calendarium Gregorianum redarguimus ratione epactarum in eo, quod annus incipiat à mense Januario, & contra in Februarius omnes menses plenos faciat. Deinde quod mensem Paschalem vel vigintrionem ducit, vel tantum vigintrio conficiat. Quod ad annum mensem attinet, prosequitur, Clauus præteritis auctoritatem Synodi Nicenæ, quæ epactas siue cyclum lunarem ita distribuere, & deinde consuetudinem Ecclesiæ, quæ ab eo tempore epactas hoc modo fieri numerat. Et tertio, ut epactæ in fine mensis Decembris sequentis anni epactam aliquo modo indicent. Et hæc rationes non satis firmæ sunt, quæ omnium gentium consensum, & naturalem rerum ordinem in constituendo primo mense pleno cernere possint: tamen cum aliquam obtruncantia specie erga Ecclesiæ præseferant non magno perire repugnabimus, præsertim cum nullum in de error in Paschate celebrando in mensem Paschalem reducere possit, & deinde etiam recte sit, quoniam id Calendarium emendatum sumus, ut aliqua tunc incommoda tolerentur, ne pe-*

mus

mens exerratur, & in aliam formam abeat. Audiuimus igitur primum mensem dantem anno Ecclesiastico initium à Calendario pro Caluifio toto cœlo distingui à mense Paschali, eumque, quæ valet gratia apud ipsum Concilii Niceni auctoritas, Ecclesiæque vniuersalis consuetudo, cauum siue paucioribus quam triginta constantem diebus aliquo modo tolerari, quamuis Patres, & illi, qui in Ecclesiam introduxerunt eam consuetudinem, consensum gentium non expectierint. Itaque quod nobis primum mensem saltem propter constitutiones Patrum, & Ecclesiæ consuetudinem cauum permittat, & magni beneficii loco reponere oportet, & gratiæ ei debentur ingentes, imo pro mense cauo, mensam plenam meritis est, atque adeo dignus est cui talia canenti benignæ aures præbeantur. Loquere igitur Academicorum totius Europæ omnium doctissime, eruditissimeque; quicquid dixeris excipiemus, quin etiam musicam tuam, suauissimam audire parati sumus.

Sed alter error, inquit Caluifius, quo mensis Paschalis in angustias vel vigintiocto, vel vigintinouem dierum redigitur, plane ferri non potest, neque eius aliqua probabilis ratio, vt supra cap. 26 audiuiamus, affertur. Concedit ergo humanitas ac benignitas tua, & tolerari posse putat. Primum mensem cauum esse; at Paschalem mensem cauum itidem existeret, rem esse, quæ plane ferri non possit. Quid si etiam hæc dares nobis Caluifi? Facies credo, præsertim si bona verba demus, & aliquo te laudis atq; gloriæ munusculo permulceamus. Eadem grauitas vtrique; menti est, pondus idem, & qui ferre illum potuit, & hunc feret. Sed nonne iocularis es, planeque ridiculus Caluifi, & tam graui rerum Calendarii oneratus ignorance, vt plane ferri non possit, nisi fortissimū nacta sit baiulū? paulo ante errabas in principiis, sed quoad res tantū: nunc vero erras in vtroque; & in rebus, & in nominibus, circa fundamenta ac principia. Tam male memores mendaces sane laudare nō possum, qui non meminerint amplius, quisnam mensis primus, quis itidem Paschalis sit; helleboro opus habes, aut certe medicina, quæ memoriā tibi refricet. Meministi ne te circa initium cap. 21. lib. 1. doctissime per circulum nugatoriū definiuisse primum mensem, & quia illa pro doctiorib. tradita esset, hanc aliam ex priore eiusdem primi mensis, vt aiebas, deductam definitionem subiunxisse: *Primum mensem esse, cuius plenilunium vel incidit in æquinoctium vernum, vel id proxime sequitur?* Rursus recordaris ne te ipso cap. 26 initio, quod hic citas, hanc tibi addidisse Paschalis mensis definitionem: *Mensis Paschalis est, cuius plenilunium vel incidit in æquinoctium vernū, vel id proxime sequitur?* in quo Grammaticæ hæc duæ definitiones differunt? numerata verba, numerata syllabas, numerata literas, inspicere constructionē, dispositionem, ordinem, distinctionem, orthographiam, accentus, virgulas, quantitatem, numerum, genus, speciem, casus, declinationes, inclinationes, & sexcenta alia. Licebit ne alicui ex aliqua totius Europæ Academia Logico vti illo axiōmate, Definitio & definitum sese sequuntur, & cōcludere cum definitiones hæc prorsus sint eadem, Primum mensem, & Paschalem mensem vnum esse & eundem mensem, atque adeo si illius cavitatis propter auctoritatem Nicenæ Synodi, Ecclesiæque consuetudinem ferri possit, posse etiā huius, & vtrobiq. easdem pugnare rationes. Vides ne Caluifi quā rudis adhuc sis, quāuis ab aliquot annis exercitatus. Ista nimium illa doctrina abstrusa est, & quæ tanta in obscuritate latet, vt nemo ex omnib. Academicis totius Europæ eam intelligere præter Ludimagistrum Sethum Caluifium valeat.

Vis ne clarius adhuc intueri ignorantiam tuam? considera etiam hæc verba

Vu 3.

tua,

Definitiones
Caluifianæ
mensū, primi
& Paschalis.

Caluifii ignorantia,

tua. Quapropter, ais, *ensem Paschalem integrū in triginta diebus proponemus, ut eius ambitus interdum in triginta, interdum vero tantum in viginti nouem diebus, quemadmodum id mensis lunaris natura & ratio requirit, concludi possit.* Si mensis Paschalis in 30 diebus proponitur, quomodo eius ambitus interdum 29 diebus concludetur? Et si interdum 30, interdum 29 diebus constat, quomodo ais, hinc consequi, *ut omnes menses Paschales simul pleni sint, non alter cauius, alter plenus?* Rursus, quomodo *mensis lunaris natura & ratio requirit ea, quæ dicis, cum tamen cap. 26, imperitum Astronomix, impudentem & impium eum appellaueris, qui tantum viginti nouem dies mensis lunaris destinauit?* At hæc illa est tam profunda doctrina, quam ex fundamentis ipsi seruere, & demonstrationibus solidis illustrare & explicare conatus est, magnus ille Reipub. ciuis Sethus Caluissius.

Quæ Caluissius in epactarū dispositione mutauerit, & quæ inde sequantur absurda.

5. Epacta igitur, pergit abstrusus iste Calendarifex, in Calendario hoc modo *non longe à Gregoriana ratione digrediamur, ordinanda sunt, ut pagina è regione monstrat, quam si diligentissime inspexeris, in hisce eam à Gregoriana forma differre intueris.* Primo epactam XXIV, quæ sex locis in Calendario cum epacta XXV coniuncta cernitur, Caluissius loco suo deiicit, & cum sequenti XXIII compingit, & hinc consecutus videtur sibi, ne vim faciat motui lunari, omnes enim menses Paschales sic fiunt pleni & 30 dierum, non autem interdum 30, interdum vero 29, ut ante hallucinatus est. Eadem ratione de luna ratiocinatur, cuius si quid curriculo subtrahere conaberis, mox exclamantem audies. *Hoc est vim cælo asferre. Si vero ei aliquid attuleris, mox id mensis lunaris natura & ratio requirit.* Sed de his satis lib. 3. cap. 13. ubi hoc Caluissii commentum Patrum decretis, Ecclesiæque consuetudini aduersari ostendimus.

Secundo nullis utitur Caluissius epactis diuerso colore aut caractere, ut cernuntur in Gregoriana forma epactæ XXV & 25, tum XIX & 19, ex quo in illud absurdum incidit, cuius supra lib. 3. cap. 13. Num. 10 meminimus, & duo nouilunia ac plenilunia, aliasque lunæ ætates; bis in eodē cyclo in eundē dē coniciit. deinde currente epacta XIX cum aureo numero itidem 19 lunationem, quæ die 2 Decembris incipit, dierum 59 constituit: sed de his ut se purget ad cōfuetum (quo tamen imperitus medicus uti nescit) fugit remedium, nō mirum ad mendacia; & propterea rem sibi cum discoloribus istis epactis esse non vult, quia earum *neque vsus in Calendario olim fuit, ait, neque hodie etiam requirendus est.* Sed non tam agitur de signis, aut modo isto, quam de re ipsa, & illo, quod diximus, absurdo vitando, quod à Patribus vitatum esse, & ipse aureorum numerorum in Calendario veteri dispositus comprobatur, & nos supra testimonio Pauli Mittelburgensis demonstraui.

Caluissius menses lunares facit 59 & 60 dierū

Tertio eiectis è Calendario & ultimo Decembris die epactis XX & 19, nullam omnino substituere: ex quo sane Calendario pæo huic pro suo nouo Calendario egregia & summa laude dignissima nascuntur commoda. Nam currente epacta XX cum quouis cyclo lunæ, 19 excepto, *ensem lunarem constituit dierum sexaginta, incipit enim ab epacta XX die primo Decembris posita, & durat vsque ad 29 Ianuarii anni sequentis inclusiuæ, cum enim epacta XX non nisi in primo reperiatur Decembris, sequenti vero anno currat epacta 1, quæ die 30 Ianuarii primo occurrit, constat propositum.* Currente vero cyclo lunæ 19, una cum eadem epacta XX, cum post epactam non iam I, sed propter lunæ saltum sequatur epacta II, quæ diem 29 Ianuarii obtrinet, mensis erit dierum 59. Sin autem

tem cum eodem cyclo lunæ 19, epacta XIX vsuueniat, mensis lunaris incipiens 2 Decembris, non nisi in die 29 Ianuarii sequentis exspirat, & ita rursus lunatio conficietur 59 dierum. Denique, si in mutatione literæ epactalis post XX, non I, sed * assumenda est epacta, mensis facit dierum 31. Sed quia lunæ aliquid affer-
tur, Caluissius sese hinc consequi dicit, *ne vim faciamus motui lunari*. At ego dico: si hoc non est *ἡ ἀντομαχία* & vim cælo afferre, nescio quid peius olim Gigantes audere potue-
runt? Alia Caluissii portenta sunt menses 59 & 60 dierum, quam dierum 28 aut 31! si isti menses pleni non sunt, nullus omnino in toto Calendario erit plenus.

Ergo omnia, quæ mutauit in epactarum inscriptione in Calendario nouus iste & abstrusus Calendariopæus, aut in constitutiones, siue consuetudinem Eccle-
siæ peccant, aut in artis præcepta, & quidem peccato enormi & execrabili. Ait quidem se scire in illa sua epactarum descriptione *non nihil esse, quod castigatione in-
digeat*, sed tantum abest vt hoc hominem excuset, vt potius eius ostendat per-
uersam voluntatem, & non tam epactas, quam ipsum indigere castigatione de-
monstret.

CAPVT SECVNDVM.

*Non immerito maiorem in Caluissio desiderari prudentiam, dum
Clauium virum doctissimum, spectatissimumque
suum euocat in ludum.*

Hic me plane verba deficiunt, quibus Caluissianam arrogantiam describam, cui non satis est sese super omnes totius Europæ Academias extulisse, nisi etiam in ludum summos orbis Mathematicos euocasset. Proprium quidem Pe-
dagogorum est, vt cum sese aliquid præter nomina ac verba nosse putarint, il-
lud mox in aliorum aures effundant, tanto laudis propriæ cum fœtore, ne audi-
entes in fugam compellat, & ultra Caspias portas eiiciant. At Ludimagister no-
ster his non contentus, peiora addit, & non solum odore illo modestiorib. ma-
xime ingrato comicit in fugam præsentis, sed & fugientes fastu suo atque con-
temptu insequitur, nihilque nõ agit vt egregium se ac genuinum Magistro suo
Iosepho Scaligero discipulum approbet. Qui cum vix aliquid in Mathematicis
olfecisset, mox ad summa quæque tentanda sese comparauit; nec fuit quicquã
tam difficile, quod ipse sua audacia non facillime superarit. Circulum quadrasse,
& polygona ordinata, de quibus alii iam pene desperauerant, eidem inscripisse,
binas etiam dedisse lineas inter duas proportionales, & his similia, in quibus in-
ueniendis tota laborauit antiquitas, nec quicquam adhuc effecit posteritas, illi
inter delicias fuit. Et licet nãniis hisce sibi ipsi magis quam aliis illuserit, veritus
tamen non est in doctissimum quemque Mathematicorum inuehi, sed neq; ab
Archimede Geometrarum Principe sibi potuit temperare, quin eum in Geo-
metria Tyrannidem porius exercere, quam regnum obtinere, ideoq; maxime
cauendum esse ediceret: Nimirum ipse solus erat, qui omnes omnino lógo post
se interuallum reliquerit, fraudes aliorum detexerit, diuinis inuentis orbem do-
narit, scilicet in cyclometricis suis non tam ingenii, quam ignorantie suæ singu-
larissimo posteris relicto monumento. Ita nunc discipulus eius Serthus Caluissius
rem se cõpexisse, & ex libris magni huius Mathematici hauisse magnifice præ-
dicat,

Caluissium infi-
gnem agere Io-
sephi Scaligeri
discipulum.

tua. Quapropter, ais, *mensē Paschalem integrū in triginta diebus proponemus, ut eius ambitus interdum in triginta, interdum vero tantum in viginti nouem diebus, quemadmodum id mensis lunaris natura & ratio requirit, concludi possit.* Si mensis Paschalis in 30 diebus proponitur, quomodo eius ambitus interdum 29 diebus concludetur? Et si interdum 30, interdum 29 diebus constat, quomodo ais, hinc consequi, *ut omnes menses Paschales simul pleni sint, non alter cauius, alter plenus?* Rursus, quomodo *mēsis lunaris natura & ratio requirit ea, quæ dicis, cum tamen cap. 26, imperitum Astronomiæ, impudentem & impium eum appellaueris, qui tantum viginti nouem diebus mensis lunaris destinauit?* At hæc illa est tam profunda doctrina, quam ex fundamentis ipsis eruere, & demonstrationibus solidis illustrare & explicare conatus est, magnus ille Reipub. cuius Sethus Caluissus.

Quæ Caluissus in epactarū dispositione mutauerit, & quæ inde sequantur absurda.

5. Epacta igitur, pergit abstrusus iste Calendarifex, in *Calendario hoc modo non longe à Gregoriana ratione digrediamur, ordinanda sunt, ut pagina è regione monstrat*, quam si diligentissime inspexeris, in hisce eam à Gregoriana forma differre inuenies. Primo epactam XXIV, quæ sex locis in Calendario cum epacta XXV coniuncta cernitur, Caluissus loco suo deiicit, & cum sequenti XXIII compingit, & hinc consecutus videtur sibi, ne vim faciat motui lunari, omnes enim menses Paschales sic fiunt pleni & 30 dierum, non autem interdum 30, interdum vero 29, ut ante hallucinatus est. Eadem ratione de luna ratiocinatur, cuius si quid curriculum subtrahere conaberis, mox exclamantem audies. *Hoc est vim cælo afferre. Si vero ei aliquid attuleris, mox id mēsis lunaris natura & ratio requirit.* Sed de his satis lib. 3. cap. 13. vbi hoc Caluissii commentum Patrum decretis, Ecclesiæque consuetudini aduersari ostendimus.

Secundo nullis utitur Caluissus epactis diuerso colore aut charactere, ut cernuntur in Gregoriana forma epactæ XXV & 25, tum XIX & 19, ex quo in illud absurdum incidit, cuius supra lib. 3. cap. 13. Num. 10 meminimus, & duo nouilunia ac plenilunia, aliasque lunæ ætates, bis in eodē cyclo in eundē dē conuicunt. deinde currente epacta XIX cum aureo numero itidem 19 lunationem, quæ die 2 Decembris incipit, dierum 59 constituit: sed de his ut te purget ad cōsuetum (quo tamen imperitus medicus uti nescit) fugit remedium, & mirum ad mendacia; & propterea rem sibi cum discoloribus istis epactis esse non vult, quia earum *neque vsus in Calendario olim fuit, ait, neque hodie etiam requirendus est.* Sed non tam agitur de signis, aut modo isto, quam de re ipsa, & illo, quod diximus, absurdo vitando, quod à Patribus vitatum esse, & ipse aureorum numerorum in Calendario veteri dispositus comprobatur, & nos supra testimonio Pauli Mittelburgensis demonstraui.

Caluissus menses lunares facit 59 & 60 dierū.

Tertio eiecit è Calendario & ultimo Decembris die epactis XX & 19, nullam omnino substituit: ex quo sane Calendario pro huic pro suo nouo Calendario egregia & summa laude dignissima nascuntur commoda. Nam currente epacta XX cum quouis cyclo lunæ, 19 excepto, mensē lunarem cōstituit dierum sexaginta, incipit enim ab epacta XX die primo Decembris posita, & durat vsque ad 29 Ianuarii anni sequentis inclusiue, cum enim epacta XX non nisi in primo reperiatur Decembris, sequenti vero anno currat epacta 1, quæ die 30 Ianuarii primo occurrit, constat propositum. Currente vero cyclo lunæ 19, vna cum eadem epacta XX, cum post epactam non iam I, sed propter lunæ saltum sequatur epacta II, quæ diem 29 Ianuarii obinet, mensis erit dierum 59. Sin autem

rem cum eodem cyclo lunæ 19, epacta XIX vsuueniat, mensis lunaris incipiens 2 Decembris, non nisi in die 29 Ianuarii sequentis expirat, & ita rursus lunatio conficietur 59 dierum. Denique, si in mutatione literæ epactalis post XX, non I, sed * assumenda est epacta, mensem facit dierum 31. Sed quia lunæ aliquid affer-
tur, Caluissius sese hinc consequi dicet, *ne vim faciamus motui lunari*. At ego dico: si hoc non est *παραπομπὴν* & vim cælo asserre, nescio quid peius olim Gigantes audere potue-
runt? Alia Caluissi portenta sunt menses 59 & 60 dierum, quam dierum 28 aut 31! si isti menses pleni non sunt, nullus omnino in toto Calendario erit plenus.

Ergo omnia, quæ mutauit in epactarum inscriptione in Calendario nouus iste & abstrusus Calendariopæus, aut in constitutiones, siue consuetudinem Eccle-
siæ peccant, aut in artis præcepta, & quidem peccato enormi & execrabili. Ait quidem se scire in illa sua epactarum descriptione *non nihil esse, quod castigatione in-
digeat*, sed tantum abest vt hoc hominem excuset, vt potius eius ostendat per-
uersam voluntatem, & non tam epactas, quam ipsum indigere castigatione de-
monstret.

CAPVT SECVNDVM.

*Non immerito maiorem in Caluissio desiderari prudentiam, dum
Clauium virum doctissimum, spectatissimumque
suum euocat in ludum.*

Hic me plane verba deficiunt, quibus Caluissianam arrogantiam describam, cui non satis est sese super omnes totius Europæ Academias extulisse, nisi etiam in ludum summos orbis Mathematicos euocasset. Proprium quidem Pe-
dagogorum est, vt cum sese aliquid præter nomina ac verba nosse putarint, il-
lud mox in aliorum aures effundant, tanto laudis propriæ cum fœtore, ne audi-
entes in fugam compellât, & ultra Caspias portas eiciant. At Ludimagister no-
ster his non contentus, peiora addit, & non solum odore illo modestiorib. ma-
xime ingrato comicit in fugam præsentis, sed & fugientes fastu suo atque con-
temptu insequitur, nihilque nõ agit vt egregium se ac genuinum Magistro suo
Iosepho Scaligero discipulum approbet. Qui cum vix aliquid in Mathematicis
olsecesset, mox ad summa quæque tentanda sese comparauit; nec fuit quicquã
tam difficile, quod ipse sua audacia non facillime superarit. Circulum quadrasse,
& polygona ordinata, de quibus alii iam pene desperauerant, eidem inscrip-
tasse, binas etiam dedisse lineas inter duas proportionales, & his similia, in quibus in-
ueniendis tota laborauit antiquitas, nec quicquam adhuc effecit posteritas, illi
inter delicias fuit. Et licet nãmiis hisce sibi ipsi magis quam aliis illuserit, veritus
tamen non est in doctissimum quemque Mathematicorum inuehi, sed neq; ab
Archimede Geometrarum Principe sibi potuit temperare, quin eum in Geo-
metria Tyrannidem potius exercere, quam regnum obtinere, ideoq; maxime
cauendum esse ediceret: Nimirum ipse solus erat, qui omnes ominò logo post
se interuallo reliquerit, fraudes aliorum detexerit, diuinis inuentis orbem do-
narit, scilicet in cyclometricis suis non tam ingenii, quam ignorantie suæ singu-
larissimo posteris relicto monumento. Ita nunc discipulus eius Serhus Caluissius
rense cõspexisse, & ex libris magni huius Mathematici hauisse magnifice præ-
dicat,

Caluissium infi-
gnem agere Io-
sephi Scaligeri
discipulum

dicat, quam nemo scilicet mortaliū vnquam viderit: hoc est, triginta epactas si singulę singulos absumant dies, plus absumpturas, quā absumat in cœlo mensis lunaris, quem semper pars aliqua trigesima diei effugiat. Hęc videlicet illa est abstrusa, & ab omni doctorum intelligentia remota doctrina, quam nudius tertius Sethus Caluissius, tertii ordinis Musicus, ex fundamentis ipsis eruit, & demonstrationibus solidis illustrauit. Sed de huiusmodi hominibus recte Scaliger: *Nihil est importunius ignaro Grammatico, nihil incivilius. Item: Quid facerent pedagogi, si nihil haberent, quod laborarent, putidissima capita.*

Quante Clauius apud alios fuerit existimationis.

2. Ergo vt haberet, quo cum luderet Ludimagister Caluissius, quid nō faceret? Christophorum Clauium, quem, vt maior appareret ipse, medias aliquando inter calumnias, *Astronomia & Mathematicarum rerum scientia clarissimum* ipsemer appellauit, in ludum suum euocat, sibiq; tradit in disciplinam. Quanquam autē, vt ostendatur quantus vir fuerit Clauius, mea non habet opus oratione, cum ea, quę ad posteros transmisit monumenta, suum in perpetuum laudent auctore, ac prædicent: qui tamen iam vita functus, vitam agit feliciorē, eoque loci degit, ubi ipse suas à nobis audire laudes secure possit; nihil video quid obftet, quin hic etiam ego illud saltem obiter attingam, vnde ei fama, quam hoc potissimum loco sua in schola obscurare Caluissius conatur, in integrum restituatur, & vel à Principibus viris discat Ludimagister iste, ita sentire ac loqui de Clauio, vt hominem, qui alios docere solet, decet. S. nola tua Caluissi, angustior est, quam vt Clauium capere valeat, tu imperitior, quam vt à te aliquid addiscat, is, qui annos complures urbem & orbem docuit. Quid putas de te, deque hac tua inhumanitate, quam hic omnibus palam facis, cogitarent viri illi totius orbis Christiani facile Principes, qui domi forisque quanti semper fecerint Clauium, qua familiari colloquio, qua literis humanissime testati sunt? De Pontificibus aliisque Principibus Ecclesiasticis, ne si velis quidem dubitare ipse potes. Gregoriano in primis Calendario, cuius splendorem ac claritatem, quia ferre non potes, tanto tuo cum dedecore niteris obscurare, adeo Clauius sibi deuinxit Gregoriū XIII Pontificem vere Maximum, vt cum forte grauissimum in morbum incidisset, vix aliud quam Clauii incolumitatem curare videretur: nimirum perspectā iam habebat viri integerrimi, tum doctrinę, tum animi sinceritatem, verebaturque ne Calendarii emendatio, quę Clauii præsertim humeris incumbibat, & tunc cum Clauio quasi decumbebat, cum eodem moriente emoreretur. Neque fuit alia de eodem aliorum opinio, quorum summa dignitas, dignitatis plurimū populari solet addere existimationi. Ex quibus nominare licet complures, qui quāuis Romam occupatissimi aduenissent, Romanarumq; rerum pulcherrimo aspectu totis diebus detinerentur, nihil tamen se vidisse arbitrarentur, nisi inter alia etiam Clauium vidissent, viamque illam Matheseos statuam, de qua multa antea inaudierant, de Mathematicis coram differentem, non absque animi voluptate auscultassent. Sed neq; hic longiores texere catalogos libet, neq; tabulas proferre Imperatorias, aut Regum, Archiducum, Electorū, aliorumq; tum Germaniæ, tum Italiæ Principum epistolas recitare, quib. satis aperte quo apud se loco haberent Clauium declararunt. vnum tantum commemorabo, quod in literis Reuerendissimi atque Sereniss. Electoris Archiepiscopi Colonienfis, cum in eas aliquando incidissem, aduertit. Cum enim non multo ante mortem Clauii binas Romam dedisset, ad Clauium vnas, reliquas ad alium è societate nostra Patrem,

Patrem, & vtrasque de eodem prorsus negotio: magnam sane in illis videre erat differentiam; hisce enim suos more Germaniæ Principum quos vocant Titulos præfixit, & stylo vsus est, quo erga inferiores vti solent: & denique in calce epistolæ nullo relicto spacio, sua subscripsit manu, *Ernestus Elector*. At in literis ad Clauium nulli erant huiusmodi tituli, stylus familiarior, atque infra epistolâ manu propria, *Reuerende Paternitatis Vestre*, tum ad calcem paginæ, *addictiss. amicus Ernestus Elector Colonienſis, manu propria*.

3. Atque hic est Clavius, Caluifi, non qualem tu ipse tibi fingis, aliisque depingis, sed qualem viri summæ tum prudentiæ, tum auctoritatis, non solum ex doctissimis eius scriptis agnouerunt, sed etiam sæpenumero coram experti sunt. Hic est, quem tu ad scholam tuam inuitas, & euocas, nimirum eum, quem cum aliquando Rex Catholicus, pro regnis suis diu multumque exposulasset, impetrare tamen à summo Pontifice non potuit, eo quod ex vrbe dimittendū non putaret, quem non huic vel illi parti, sed orbi vniuerso natum ac datum sciret.

Quantum autem ei detulerit natio literatorum, testatur tum testimonia publica, tum priuata; vix vllus fuit à Catholicis, saltem alicuius nominis Mathematicus, qui Clauium saltem epistolis suis non consalutaret, nec defuit qui scripta sua illi dedicaret. Adrianus scilicet Romanus, & Marinus Gheraldus Mathematici & ipsi doctrinæ fama præstantes, honorauit eundem suis etiam literis Tycho Brahe summus Astronomus: eius mentionem passim faciunt reliqui Mathematici viri doctissimi, & acutissimi: nec quisquam est, quem inuidia non prius occuparit, qui non vltro fateatur, Clauium esse, qui hoc nostro seculo disciplinas Mathematicas pristino suo nitore restituerit, effeceritque vt solidioribus nunc demonstrationibus proponantur, quæ, antequam Clavius Geometriæ principia clarius atque accuratius, quam alii, explicasset, non absque paralogismis aliisque erroribus manifestis tractabatur. Quid de nostræ minimæ societatis dicam hominibus, qui quamuis & amoris & vitæ communis coniuncti vinculo, familiari quadam inter nos vtamur consuetudine, & ipsi Clauii mores ad affabilitatem compositi, ad se familiariter reliquos allicerent: tamen erga ipsum, ac si vnus esset è numero, quos religiose colimus, moderatorum, summa fuit semper omnium obseruantia: & qui eodem tempore cum ipso vixerunt diuersis in locis è nostris Mathematicis, vix vnus fuit, qui aliquid suarum lucubrationum iuris faceret communis, eo quod non ignorarent, se instar stellarum, tanti solis in splendore comparere non posse.

Hunc igitur virum sibi seligendum duxit Caluissius, quem tanquam *natura hebetiorem*, edolandum in ludum suum euocaret, quam vero id fecerit humaniter, aut Christiane, ipsi considerandum relinquo. Hic sane agendi modus, etiam si nihil esset aliud, cantorem hunc *natura hebetiorem* esse comprobatur, & talem, qui ne vnicum quidem operum, quæ conscripsit Clavius, verbi gratia de Astrolabio, etiam si totam in eo poneret vitam, vnquam hebetiori suo intellectu affecuturus esset: hoc vero certius mihi manet, etiam si adderentur illi Nestoris anni, nunquā tamen eo deuenturum, vt illis subtilibus demonstrationibus simile aliquid vnquam esset excogitaturus. Quid iam faceret in Gnomonicis, de quibus subtilissime item scripsit Clavius, quid in Sphæricis, quid in reliquis, quæ in Clauio extant commentariis? cum ille ne prima quidem in Euclide à Clauio exposita caliere videatur principia & elementa? & tamen quando Clauii mentionem facit, eius

non aliter meminit, ac si toto illo tempore, quod doctissimis illis tribuit lucubrationibus, in nescio quibus epactis, & rebus Calendarii edolandis laborasset.

Quid incivilissime pædagoge mali vnquam contra te perpetravit Clavius, vt eum tam indignis tibi assumeres tractandum modis: notauit ne vnquam fortassis deteriori nota cantandi artem, aut certe in pædagogos scripsit cōmentarios; aut deniq; acrius disputauit contra Chronologos? An quia tuum Scaligerū durius vltimis suis excepit Apologeticis, tu illi iratus es? at nescis, quæ & quanta in ipse prius Scaliger in Isagogicis in Claviū, qui antea plus Scaligerum laudauerat, quam reprehenderat, conuicia petulantissime coniecerit?

Debebas ne, si aliquid in te esset non iam Christiani, sed saltem ciuilis hominis, etiamsi in aliquo peccasset Clavius, quod tamen nec ostēdisti, neq; vnquam ostendes, tanquam truncum ac stipitē tractare, adeo bene meritum virū de Mathematicis disciplinis? Nullus ne alius erat, si quā habuisses veritatis ostendendæ modus? Quæ iam, cum fere omnia, quæ contra Claviū dicis, aut sint calūniæ, aut mendaciæ, de te ferenda est sententia? nimirum vt cōmeruisti sic accipias. Sane si absq; tumida tua ista superbia, & criminosa maledicentia egisses, modestissimum à nobis accepiſſes ad Elenchum tuum responsū, cum in quibusdam, quamuis pauca ea sint, & omnino superflua, non male de rebus Calendarii ratiocineris. Obtinuisses etiam à nobis, vt ad quædam errata tua (quæ vt humana fert conditio, nonnunquam imprudentib. nobis & nolentib. excidunt) tegēda, excusationem aliquam adhiberemus. Nunc vero, cum te te supra omnes extuleris, ad erroris te conuincendū alios prouocaueris, innumeras calumnias & mendacia in medium protuleris, ad veniam consequendam tibi ipsi omnem præclufisti viam; aliter tractari nec voluisti, nec debuisti. Sed videamus, vt ceteros etiam Reformatores tractauerit, seseque cum illis composuerit.

Vt Seth cū Re-
formatoribus
Calendarii cō-
ponere, atque
iisdem præfer-
re se præsumat.

4. Præter ea igitur, quæ lib. 3. c. 4. Num. 5 & alibi retulimus, hoc capite 2, in quo *De æquatione epactarum cum cyclo lunari in certa periodo, quæ sit annorum 1600*, disputat, postquam præmisit Calendarii reformationem, in anni solaris & indicum lunarium restitutione potissimum consistere, homo ignarus, qui vnde motus lunaris in Calendario obseruandus, dependeat, quis primus mensis, quis item Paschalis, se nescire capite præcedente manifeste ostenderat, comparisonem inter Reformatores, & se ipsum magnum illum Reipub. ciuem & Ludimagistrum instituit, vt hinc eluceret illos maximis cum adiumentis, minima, se vero cum minimis præstitisse in re Calendarii maxima: quippe qui à multis annis exercitatus, aliorum de Calendario scriptis perlectis, aliquid aliquo modo describere in ordinem redigere, siue etiam deprauare potuerit: hoc enim illud opus erat abstrusum, & ab initio mundi nunquam tentatum. Sic ergo alloquitur Reformatores: *Inuitabimini ad id à Pontifice maximo, & præmiis eximiiis, & honoribus, & apud posteros sempiterna fama, instructi eratis libris ad hanc rem necessariis: abundabatis præterea liberalissimo decennis ocio, quod si fecissetis, (instituissent nescio quod examen superfluum) totum orbem Christianum vestro mendosissimo Calendario non sefellissetis. EGO (Dominus Sethus Caluſius) contra nullo vnquam publico, vel alieno sumptu adiutus, & à libris adeo inops, vt plerosque ab aliis vtendos sumserim, tamen spe commodi publici, quod hinc ad rem literariam peruenire posset, & vt hæc doctrina rectius excoleretur, ad nudū meum panem, cui plurimum miscui pulueris scholastici, in quo singulis diebus, horis, si paucissimæ numeres, tribus desudo, hanc rem tentare volui, & spero me operam hanc non frustra summisſe.*

sumfisse. Quid igitur mirum, Caluifium ſæpius decipi, cui nec libri, nec ocium fuerit ad inqu. rendam veritatem: victus inſuper ei tenuiffimus, panis nudus, mixtus cum puluere, ſcholastico; ſpes denique firmiſſima, ſe in huiusmodi vita ſtatim excuſatum iri? Næ tu mihi Caluiſi, ineptus computator es, quamui ab aliquot annis exercitatus: cur non prius ſedens computaſti ſumptus, qui neceſſarii ſint, & an habeas ad perficiendum, quod cœpiſti. Crede mihi, nō tam inops, Caluiſi, libro- rum es, quam vel ſinceritatis vel humanitatis, plus etiam laboris, & temporis collocaſti in excogitandis falſis ac iniuſtis reprehentionibus, quam in promo- uendo publico bono, cui ſatis directe aduerſaris: tanti laboris ac ſudoris ſtimu- lus, ſi tibi credimus, fuit magna gloria, nimirum, qui ſcias magnis laboribus non exigua etiam gloriam propoſitam. Sed iam tandem audiamus, quam vrbaniſ verbis Clau- uium ſuum ad ludum inuitet.

5. *Vin igitur, inquit, Clau te mihi in diſciplinam dare, promitto me fideliter demon- ſtraturum, quæ ratione huiusmodi Calendarium conſtrui poſſit, quod ad datam hypotheſin, ſi eadem lunaris anticipatio, & eadem anni tropici quantitas, quæ iam conſtituta eſt, perman- ſerit, mutationi nō ſit obnoxium: didiciſ hanc rem ex libris magni illius IOSEPHI SCA- LIGERI (Aſtronomi & Mathematici, vt ſupra lib. 2. ca. 9 & 10 vidimus, maximi & acutiſſimi) de emendatione temporum, quem præceptorem non ſolum reieciſti, ſed & in- digniſſimis modis pro ſua ſideli opera accepitiſti: me igitur accede, quanquam aliquo modo de- teriore conditione. Vno enim id loci, vbi interdū virga & ploratus perſtrepunt, nolitamen ti- mere, plagos non ſum, pudore & liberalitate meos inſtituere malo, quam verberum metu, ſi perſpexeris me legitimam viam inſiſtere, & ex veris fundamentis hac demonſtrare, teque ali- quos progreſſus in hac doctrina feciſſe, nullū aliud didactum, præter grati erga me animi ali- quam ſignificationem dabis. Id enim ſolum à meis diſcipulis requiro, & à te imprimis ſcilicet. Meritus quidem eras inſignes pœnas, quod Pontificem, & orbem Chriſtianum in tantam frau- dem, vitioſiſſimo tuo Calendario coniecitiſti, ſed ſumat eas, qui debet; ego, vt dixi, humaniter tecum agam. Attende ergo.*

Quæ humani- ter Caluiſius Clauium ad ſe euocet.

At tu Caluiſi, meminiſti ne, quam humaniter eos, quos tu hic imitaris, exci- pere ſoleat præceptor tuus? Noſtine hanc vocem dulciſſimam: *Apæge indoctiſſime, ineptiſſime, inciuiliſſime corrector.* Sed habeant hi res ſuas: nos ad noſtras.

6. Contra principia negantem non eſſe diſputandū, monent Philoſophi: cū iis vero, qui principia neſciunt, quid agendum ſit, nō præſcribunt, niſi q̃ prius in- ſtituendi in iis ſint, antequā ad altiora euehantur, aut ad diſputationes admittā- tur. At Caluiſius cum adhuc neſciat, non tantū ſolis, ſed & lunæ motum incertū eſſe, primum anni Eccleſiaſtici menſem, & Paſchalem non eſſe diuerſos, & ſex- centa alia, quæ duobus libris præcedent. retulimus, & in hac re tanquā principia ſunt, nihilominus tamen non ſolū hiſce de rebus diſputare præſumit, ſed & artis profefſorem ſeſe conſtituit, eiufq; magiſtrū, de quo iam ſæpius cōqueſti ſumus.

Caluiſio prius diſcenda eſſe principia, ante- quā de aliis diſ- putet, aut alios docere præſu- mat.

Si animum, vt par eſt, componeres, fortaiſis adhuc diſcere poſſes, plenilunia dependere à motu ſolis, illorumque hinc colligere incertitudinem, & quidem percommode à Clauio ex his ipſis, quæ hoc loco aſſers. Paſchatū enim celebratio, aſ, vnde Eccleſiaſtici annuſatio dependet, ad plenilunium inſtituitur: plenilunium vero abſq; cognitione motus lunaris mediū habere non poteſt: ac motus lunaris pro Paſchate neceſſa- rius vnde cognoscitur? Hoc cū non intellexiſſes, illa recte proponere nō potuiſti. In inueniendo autē (ſic pergis Clauii docēdo, quæ ipſe neſcis) motu lunari recte feciſti, quod cap. 8 explicatio. ſua, motu eius diurno integrū circulū dimenſus es; quo motu diurno?

Caluiſius doce- tur morum lu- narē ad Paſcha ſpectantem, à ſolari etiā de- pendere,

Non motu eius diurno absolute, Caluifi, sed respectiue considerato, quem Clauius elongationem lunæ à sole vocat. At vnde iste motus habetur: Nonne sol, dū ab ipso digreditur luna, eam, quamuis gradu tardiori, insequitur? quātum: mox ipse respondere cogaris: *Nam quod ad æquinotium attinet, ais, eius certitudinem nemo hominum præstare potest*: Ergo ne; reliqua Zodiaci puncta: Ergo neq; illum motum, quo à luna deficit: Ergo neq; digressio lunæ à sole certo constat: Ergo neq; mensis lunaris. Et nihilominus Astronomiæ Scaligerianæ professor, Paschata post trecenta annorum millia ad motum lunare examinat scrupulosissime, atq; ad vnicum minutum horarium, ac si motus lunaris haberetur ad tot secula remotissimus, scrutatur. Quod si dicat se loqui tantum de motu medio, ne ita quidem suam ignorantiam excusabit, cum motus etiam medius sine vero constare non possit, sed vacillante hoc, etiam ille vacillet. Denique quæ perperam addis de mense lunari à Clauio assumpto supra lib. 3. cap. 3. solide refutauimus.

Caluissiana epactarum periodica æquatio, Calend Gregoriano prorsus superflua.

Calculos vero hominis istius, quem iam sapius errasse deprehendimus, iterum reuocare ad calculos, tam reget, quam piget. Summam igitur quam breuissime ita Lectori indicauero. Hoc agit, & quidem nimis anxie Caluissius, in hoc maxime laborat vir laboriosissimus, vt scrupulosiorem quandam, & Calendario nostro Gregoriano prorsus superfluum, instituat epactarum æquationem. Vt enim præcise sciat, quot annis Gregorianis in forma Gregoriana omnes 30 epactæ ponantur, primo omnium, loco 30 epactarum allumit in eodem Calendario Gregoriano vnum mensem lunarem. Deinde iuxta proportionum regulam ex postpositione, quæ debetur vni cyclo decemnouennali, eum elicit annorum Gregorianorum numerum, quo vnus mensis lunaris integer postponitur: atq; hos eosdem annos adscribit quoque omnium 30 epactarum postpositioni. Denique ex hac Astronomica scrupulositate, non minus scrupulosam instituit epactarum æquationem; colligēdo pro vna tetracosietetide Gregoriana diei vnus, horarumque 17, 5', 6, 5'', 32''', 22'''' postpositionem. Quamquā, vt tandem omnibus palam faceret, se hætenus frustra tam anxie laborasse, hanc eandem Astronomicam anxietatē, quam se ex Scaligero didicisse non diffitetur, Calendario nequaquā esse necessariā, ipsemet agnoscat. Cum enim quatuor tetracosietetidibus, hoc est, annis 1600 debeantur postpositionis dies 6 hor. 23, 44', 22'', 9''', 28'''' vt Gregorianam ipse postpositionum periodum in pauciores annos cōtraxisse videretur, aliquid sibi de rigore pristino remittendū putauit, & idcirco annis 1600 adscribit dies postpositionis 7 præcise: minutis vero illis 15', 37'', 50''', 32'''' quibus singulis annis 1600 quartædecimæ sūt plenilunio propiores, Gregorianam illam commendat extraordinariam æquationem, quam si statim ab initio admittere voluisset, rem suam multo compendiosius agere potuisset, & tanto labori suo pepercisset, neque omnino habuisset, quod in Calendario Gregoriano, saltē ad moralem perpetuitatem optime à Lilio constituto, iure vel desiderare vel reprehendere posset. Sed neq; hac sua conclusioe opus fuisse, quæ hi. tandē verbis Clauio insultat. *Hæc est vera æquatio epactarum periodica, tantopere nō solum à te (alloquitur Clauius) & tuis collegis tanto temporis spacio quæ sita, & non inuenta. Nimi rū quicquid isti ex aliis describunt, de quibus mentionem nō facit Clauius aut Lilius, hoc ignorarunt. Sane ob incertitudinem motus luminarium Lilius suam æquationem neque vltra 5000 annos extendere voluit: Quid vero Clauius vltra præstiterit, supra libro tertio cap. 4. & 15. recensimus, vbi etiam pleraque, quæ hoc*

hoc loco calumniatur Caluissius, fusc diluta sunt, ac propterea non repetenda.

Sarius etiam Lilius indicauit, & vt reuera est, ad vulgi captum accommodatus, & Ecclesiasticis magis idoneum inquirere, quanto tempore luna in Calendario sedes suas praeterit vno die, illudque tempus centuriis applicatum, ipsa epactarum mutatione sua in descensu vel ascensu imitentur, & ad illud ita accommodentur, vt singulae epactae, singulos sibi assumat dies, nulla habita ratione reuolutionis circuli menstrui, cum eum certum incertitudo motus vtriusque syderis, praestare nulla ratione possit. Clavius vero illius premens vestigia, aliquam supponens certitudinem, strictius motum lunarem colligare cum epactis voluit, non iam Astronomica, sed itidem ad vulgi captum accommodata ratione, circulos suos postpositionum menstruos, eo prorsus modo instituturus, quo in ipso Calendario epactarum spatia sua menstrua describunt.

Aequationes Calen. Gregoriani esse vulgo accommodas.

Et sane quid opus erat maiore praecisione, cum clarissimum sit, quaecunque tandem instituta esset epactarum aequatio, ea aliquando interrompendam fore, vel ob ipsam solam solaris anni aequationem, quam nemo hominum, vt cum Caluissio loquar, certam praestare potest. interruptio sane non fiet, nisi collato cum epactis lunari medio motu, tunc pro veriori habito, qui in Calendario Gregoriano nullo negotio ad epactas dirigitur, & restituitur, quae est praecipua excellentia cycli epactarum, quod cum non sit futurum, nisi post plura secula, omnis plane post tot cauteis & regulas à Calendarii Gregoriani institutoribus datas, frustranea est disputatio: maxime cum, etiam si ea, quae incertissima est solis & lunae hypothesis, eadem in perpetuo statuatur, nihilominus tamen aequatio eadem inuariata durare non possit, de quo vel ipsemet Caluissius conqueritur. Itaque quod ipse dicit de sua, si magis veritati ac paci, quam fraudi, odio & inuidiae locum dare voluisset, multo verius dixisset de aequatione Calendarii Gregoriani: *Esse tum futurum est aliquod tempus, & eadem, huc alia postpositio lunaris permanserit, vel inuenta fuerit, epacta vna extra ordinem continuabitur, vel mutabitur, & ad eam distantiam, vt nunc sunt, omnes simul epactarum periodi redigentur: vel alia & commodior fortassis resarciendi huius defectus ratio dari posset, de qua re non necesse est, hic prolixius agere cum eius usus esse non possit, quam post multa aut saltem aliquot annorum millia.*

Aequinoctii restitutione etiam restituere epactas in Calendario Gregoriano.

CAPVT TERTIVM.

Capita tertium & quartum suis ponderibus obiter examinantur: ubi de Cyclo solis veteri, à Caluissio Calendario nouo restituto.

Multa hucusque in suam commendationem de suis aequationibus Caluissius; multa in hoc cap. 3 De aequatione epactarum in singulis centuriis, multa denique speciose in cap. 4, quod inscribit: *Calendarium Gregorianum interpolatum & correctum*; eiusmodi inquam multa, de quibus pronuntiari vere vulgare illud posset,

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Enimvero ab anno 1600, à seculo nimirum in quo viuimus, vsque ad annum 3300, ad vnguem cum Clauio & Lilio, Sethus noster Caluissius conuenit: Aequinoctium suo relinquit loco: Epactas nouiluniorum & quartadecimarum indices, praescribit cum Gregorianis easdem, eodemque tempore assumendas:

Quid de iis, quae his capitibus 3 & 4 tractat Caluissius tenendum sit.

Xx 3

Summa

Summa, omnia omnino sunt eadem, illo epactarū dispositu excepto, quem suprain Calendario non tam rite disposuit, quam rite ab aliis dispositos corrupit ac perturbauit. Ab anno vero 3300 per quam plurima annorum millia sæpius etiam cum Clauio conuenit, aut non amplius, quam per vnum vel alterum diem ab eodem abit. Quæ cum ita sint, quid putas hic tibi respondebimus? Te æquatione tua æquationem nostram Gregorianam penitus proculcasse? At ego non solum quoad dispositionem epactarum, video Gregorianum Calendarium vere esse perpetuum; sed etiam quoad æquationes earundem adhuc suis pedibus firmiter insistere, imo tam etiam feliciter progredi, vt sine vlllo offensionis periculo ad mundi vsque finem procurrare posse videatur, nisi Astronomorum Schola aliquot post annorum millia, alias motuum cœlestium leges à superis accipiant, quam hætenus acceperunt, quæ si nostro fuerint contrariæ, tuo etiam, Caluiss, Calendario propitiæ non erunt. Ergo quieto tibi esse licebat, tibi; & scholæ tuæ attendere, vel siquidem pro posteris nunquam futuris adeo defudare animus fuit, illud modestius agere potuisses, & viros modestissimos atque ab omnibus laudatissimos, non tam ignominiose, quam inhumaniter, vt hoc tuo in Elencho nullo tuo cum honore passim fecisti, tractare debuisses.

Quibus verbis
à Caluissio Clauio
ludo dimittatur.

2. Sed videamus nunc, utrū moderatissimus hic Ludimagister in dimittendo Clauio ciuiliior fuerit, quā in recipiendo; vel certe quid tandē ad finem huius actus tertii ordinis cantor cantillet, audiamus. Spero, inquit, *Clauium plurimum in hac doctrina me præceptore profecisse, & iam recte cognoscere, quæ sit causa errorum Liliannorum, & quantum peccaris, quod eandem epactis geminis in vna cellula arbitrio hominum conclusis adscribas. Agnoscis etiam proculdubio, in quibus centuriis, fieri orum Liliannorum ratio ineunda est, ii sint quærendi, in iis scilicet centuriis, quæ à meis discrepant. Etsi enim in prima periodo plane conuenimus, & nulla inter meas atque tuas epactas discrepantia inuenitur, quod casu potius, quam ratione à te, vel à Lilio factum est: tamen statim in secunda periodo in diuersum cum Lilio abis, & te in Quartadecimanorum hæresin penitus inuergis, dum centuria 3600 literam q, centuria vero 3900 literam n, præscribis. Et paulo post: Atq, hoc modo Calendarium Gregorianum tolerabilius aliquanto factum est. Cyclis enim solis cū sua litera Dominicali in Ecclesia hætenus vsitatus, quo à te atque Lilio spoliatus erat, ipsi restitutus est, &c.* Satis Caluiss, satis, etsi sciam cantorum hoc proprium esse, vt vbi semel cœperint, ne precio quidem soluto cessare velint. Sat multa audiui.

Caluissus igno-
tus fuit Clauio.

Et primo Clauium te præceptore plurimum profecisse, aut saltem te ista spe teneri; sed tātum abest, vt sperare aliquid possis, vt de te vel à te ne verbum quidem scriptum vnquam viderit, legerit, aut audiuerit, nisi quod te Iosephus Scalliger, magnus ille Astronomus & Mathematicus, in sua illa in Can. Isag. præfatione suorum laborum præmium esse asseruerit, de cætero securo tibi esse licet, Clauium de te vnquam ne quidem somniasse.

Secundo, quod spectat ad geminas epactas in eadem cellula, supra suo loco pro Clauio respondimus.

Tertio, in iis centuriis, quæ à tuis discrepant, errores esse quærendos, liberius à te, quam verius dici, post videbimus.

Quarto apertissima calumnia est, cum ais, epactas illas, quæ cum tuis conueniant, casu potius, quam ratione à Lilio vel Clauio ita institutas esse, cum institutionis eius ratio fusissime à Clauio explicetur cap. vndecimo.

Falsum com-

Quinto hanc falsam assertionem sequitur alia non minus falsa, nimirum tam
Lilium

Lilium, quam Clavius penitus sese in hæresim immergere Quartadecimanorum, dum centuriis 3600 & 3900 literas attribuunt q & n. Sed iam sæpius admonitus es, illos nulla ratione damnatos esse hæreseos, qui aliquando cyclo duce Pascha agerent in quartadecima luna motus medii: Sed eos, qui id more Iudæorum semper illo die peragendum contendunt. Deinde etiam si utramque coniungas centuriam, & omnia numeres Paschata, quæ in quartadecimam, siue in diem proxime ante plenilunium incidunt, quot putas numerabis? absque dubio plura quam semissem omnium, aut etiam dodrantem: quomodo enim verum esse poterit, penitus eos esse immeros in hæresim Quartadecimanorum? Nos inspeximus tabulam temporariam Clavii, & in hisce duab. centuriis 3600, & 3900 reductis per additionem differentiarum, qua tua hypothesis ab illius differt, pleniluniis ad suppositiones tuas, & Paschata in vna summa inuenimus in utraque centuria: quot? Tria, annorum videlicet 3611, 3631, & 3936. Hoccine est tam enormiter errare? Tu Caluisti, tu enormiter erras, & quidem non solum in hisce centuriis, sed & multis millibus aliis, ut vides.

mentis Caluisti
de Paschatis hæ-
resi infectis.

3. Ad hæc Gregorianum Calendarium tolerabilius à te factum esse gloriaris: *Cycli enim solis*, dicis ad Clavius, *cum sua litera Dominicali in Ecclesia hætenus vsitatus, quo à te atque Lilio spoliatus erat, ipsi restitutus est*: Ergo quam impossibilem infra pronuncias, tu ipse introduxisti turbationem feriarum, cycli enim solis in Ecclesia hætenus vsitatus, quemadmodum eum in tabula Calendarii Gregoriani à te corrupti proponis, & quem Calendario te restituisse affirmas, quarto quoque anno, nullo omnino excepto, duplicem exhibet literam Dominicalem, quarum altera ab initio anni vsque ad festum sancti Matthæ Apostoli Dominico die præsit, altera ab ipso festo vsque ad finem anni eundem diem Dominicum indicet. Cum igitur in ordinatione centuriarum doceas, singulis tetracosietieribus eximere ternos dies, idque ut habent canones Calendarii Gregoriani, in annis centesimis; certe eo anno centesimo, in quo dies eliditur, duplex litera Dominicalis ordinem perturbabit feriarum, & tam Lunæ, quam Sabbathi dies per te transmutabitur in Dominicum, atque adeo & reliqui dies, si ordine progredi velimus vsitato, suam deinceps amittent denominationem, donec rursus alia metamorphosi ad antiquam redeant. Erunt ergo hac ratione in principio anni aut duo dies Dominici continui, & vna septimana, nouo inuento, vnum tantum continebit diem; aut duo dies Dominici distabunt ab inuicem 7. dierum intervallo, & septimana illa octo erit dierum, & deinde circa festum sancti Matthæ septimana dabitur sex dierum, & reliqua deinceps, prout cycli à Caluio describitur, antiquum tenebunt, vsque ad proximum centesimum, in quo dies omittatur intercalaris: hic enim solum loquimur de literis, de numero post videbimus.

Caluist. ut an-
tiquum cyclum
solarem resti-
tuerat, feriastur-
bat.

Nulla autem prorsus Caluio manet excusatio, illam enim cycli solis sese restituisse iactat, quo Clavius & Lilius Calendarium spoliarunt, & qui, ut alibi habet, *tam temporis spacio in Ecclesia obseruatus, & vsurpatus flagitiose in hoc Calendario Gregor. corrumpitur*: sed spoliatio illa siue interruptio, nulla alia de causa facta est, nisi quod potius cycli solis literas, quam ferias turbandas censuerint: præficiendo nimirum, propter dies exceptos, alias literas Dominicales, tam ipso anno correctionis, quam ceteris illis, in quibus dies eximuntur, quam præficit cycli solis antiquas, qui singulis ceteris binas assignat, quod negocium Gregor. Calen. in dictis centesimis

vnj

vni committit. Ergo si idem cyclus solis restituendus est, id maxime restituendus est, quod ablatum fuit; ut est duplex in centesimis annis litera; vel ut magis propriè loquamur cyclis solis 1, 5, 9, 13, 17, 21, & 25 perpetuo reddenda binæ literæ, quibus antea dotati erant. Deinde nullam prius in hoc suo primo siue interpolato Calendario Caluissius mentionem facit, de eligenda vna tantum litera in Dominici diei indicem, is in centuriis, quibus dies tollitur & neque potuit, nisi sibi manifeste contradicere, & mendacium suum prodere voluisset. Quare necessario concludendum est, Caluissium aut falsa profari, cum ait se restituisse cyclum solis tanto tempore in Ecclesia usurpatum; aut certe absurdum illud perturbationis feriarum introduxisse. Sed hæc adhuc clarius patebunt ex dicendis, nunc eam, quam diximus, illum committere turbationem, exemplis ob oculos ponemus.

Exemplū Caluissianæurbationis feriarū.

Anno Christi 1700 adscribit Caluissius in suis tabulis pro Calendario, quod *vere reformatum* vocat, constructis cyclum solis 0, eumque addere iubet ad cyclum solis adscripto anno expanso, qui annus expansus in nostro exemplo est 0, & cyclum gerit solis 9. ergo cyclus solis anni 1700 est 9, qui ut ex apposta tabella ibidè (verbis placet uti, quibus Caluissius in suis exemplis utitur, quo rectè us mentem ipsius explicemus) cycli solaris cum literis Dominicalibus exhibet literam Dominicalè duplicem D, C, vbi cumque; igitur in Calend. litera D, prior iuxta regulam in Ecclesia usurpatā, ad diem aliquem mensis Ianuarii & Februarii vsque ad festum S. Matthiæ, & litera C, posterior, per reliquum anni inueniatur, designatur dies solis vel Dominicus in hoc anno 1700. ergo cum litera D reperitur adscripta 4 diei Ianuarii, is dies erit Dominicus. At anno præcedente, 1699 nimirum, ultimus dies Dominicus est dies 27 Decembris, eo quod litera Dominicalis ex tabulis Caluissii itidem fuerit D: quare 28 Decembris est dies Lunæ, 29 dies Martis, 30 dies Mercurii, 31 dies Iouis, 1 Ianuarii dies Veneris, 2 Ianuarii dies Sabbathi, diei tertio quale nomen, Caluissi, tribuimus? non Solis siue Dominici, quia non habet literā D Dominicalem, sed sequens dies quartus, quod demus illi nomen? Non inepte sane dies Caluissii vel Sethi vocabitur, in perpetuam huius Calendariopæ memoriam. & sic dies, qui iuxta seriem illam, quam adhuc seruamus, fuisset Dominicus, erit Sethicus, & qui dies Lunæ, erit Dominicus, & septimana illa Sethica diebus constabit octo, id quod supra diximus futurum. Rursus quoniam dies 22 Februarii signatus est litera D, erit is rursus Dominicus; dies 23, dies Lunæ; dies 27 dies Veneris, at quoniam sequens dies præ se fert literam C, & sic post festum S. Matthiæ dicendus erit Dominicus, nullo præmissa Sabbatho, & habebimus septimanam rursus Sethicam, non ut ante 8 dierum, sed sex tantum.

Aliud exemplum.

Aliud exemplum. Anno Christi 1900 reperies cyclum solis ex Caluissii tabulis 17, & ei attributas literas A, G, & quia munus suum exercet prius litera A, primum diem Ianuarii faciet Dominicum, eo quod primam imperii sui sedem ibi fixerit; at proximè præcedens dies, ultimus videlicet anni 1899, etiam fuit Dominicus. ergo duos habebimus dies Dominicos continuos, priorem in memoriam Resurrectionis Dominicæ, posteriorem in memoriam Domini Sethi Caluissii, & septimanam Sethicam vnius diei. Sic dies Dominicus erit eodem anno 1900, dies 19 Februarii sub imperio nimirum literæ A, qua decedente successorẽ dabit G, quæ diem Sabbatho addicendum in 25 Februarii, transmutabit in Dominicum, & septimanam Sethicam conficiet dierum 6 Similesque mutationes fient singulis annis centesimis, qui diem excludunt intercalarem.

Vivat

Vivat Sethus Caluifius, æternumque vivat tantus Calendarifex, qui Calendario Gregoriano Cyclum solis tanto tempore in Ecclesia observatum, & usurpatum, quo à Lilio, & Clauio ipsum spoliatum erat, integre restituit. Audis ne faustas discipulorum tuorum acclamationes. Omnes totius Europæ Academicæ tibi gratulabuntur, & in primis Frankofordiana ad Oderam, qui eos docueris in hac materia abstrusa, & à paucis recte explicata, quid verum quid falsum sit. Sed & nos tuis tibi acclamabimus verbis: *Macte virtute, ingenio, & inuentione Caluifi, Age, festina, extruere DEO aram, para hostias, & vel Hecatomben immola pro inuentione tam abstrusa & ab intelligentia hominum remota, & recondita ad excogitandum rei. Statuam pro meritis videri, quod in tantis rerum obscuritatibus facem alluxeris. Quis alius tantam rem excogitare potuisset, cum eius nec vestigium nec vola in tota Astronomia, neque in ipsa Scaligeriana, extet? Tibi igitur hac laus merito debetur, quam libenter tibi tribuo, & miror quod Cycli solis Gregorianus adeo calendarium perturbet, tibi que tantum negotii faceat, in eo restituendo; multum te sudasse credibile est, priusquam hanc restitutionem excogitauisti, & multas noctes duxisse in somnes.*

4. Nonne hac satis esse debebant Reformato-
 ribus, ne cycli solis tanto temporis spacio
 in Ecclesia observatus, & usurpatus, FLAGITIOSE in hoc calendario Gregoriano cor-
 rumperetur, neue eius formula adeo sapienter excogitata pessum iret. Quid igitur facies
 Caluifi? quod nam consilium sequeris? Mauis ne cyclum solis antiquum corrumpi
 pere, siue interrompere, te teque egregie mentitum esse fateri, quodeum calen-
 dario Gregoriano restitueris: an vero absurdissimam illam admittere pertur-
 bationem feriarum, & septimanarum? Alterutrum vt vides, & adhuc rectius
 videbis, necessarii tibi incumbit. Quid ais? adhibe arbitrum. Age ostende te
 heroem: & tam turpe mendacium fatearis caueto, recogita quam confidenter
 tantum flagitium Reformato-
 ribus obieceris, qui Cyclum solis interrompere
 ausi sint. Nonne tu is es qui dicebas. Numerus Cycli, qui interruptus est, in integrum
 restitui debebat, non literæ Dominicales ad numerum illum corrumpi. Dupliciter enim Cy-
 clus solaris consideratur, primum quemadmodum ab Ecclesia prescriptus est, vt supra habui-
 mus, deinde quemadmodum in annis epocharum diuersarum inueniri solet. Aliter enim in-
 uenitur in annis à mundo condito numeratis, aliter in annis Iulianis, aliter in annis ab
 vrbe condita, aliter in annis Olympiadum, aliter in annis a Christiana, aliter
 in annis Alexandreis, aliter in annis Antiochenis, aliter in aliis epochis, & tamen
 IDEM vbique est Cycli solis cum SVIS LITERIS Dominicalibus. Ita in Gregoria-
 no Calendario, idem aliter atque aliter quidem in diuersis centuriis inuestigandus, sed ipse
 Cycli per se INTEGRÉ cum suis literis dominicalibus conseruandus erat, nec noui, peregrini,
 & Ecclesia, atque vniuerso orbi terrarum ignoti Cycli in singulis centuriis excogitandi.
 Sed Pontifex in suo calendario se ab omnibus gentibus, & à communi quasi hominum societate
 segregare voluit. Quis enim illos cycli diuersarum literarum dominicalium, quos singu-
 lus centuriis prescribunt, vt supra habuimus, pro cycli solaris visitatis habere poterit, cum
 plane sint diuersi? Manifestum igitur est Gregorianos cyclum solis, non solum in Ecclesia, sed
 in toto orbe terrarum visitatum, NULLA DE CAVSSA peruertisse, & imperite rem, qua
 perspicue, si attendere voluissent, & ferias ac septimanas turbare, doceri potuisset, multis
 difficultatibus inuoluisset. Nonne, inquam, tu es ille, qui omnia ista Pontifici, & Re-
 formato-
 ribus obieci-
 isti? quæ ignominia non erit si dicas te flagitiose ista dixisse,
 & insigniter te mentitum accriminatum esse? Pertinendum igitur tibi in per-
 turbationibus feriarum & septimanarum exit, si cyclum per se integre cum suis literis

Ob restitutum
 à Caluifio anti-
 quum cyclum
 solare fausta
 acclamatio.

Optio datur Cal-
 uifio an malit
 ferias turbare,
 an fateri se cy-
 clum solare
 antiquum, non
 restituisse.

lib. 1. cap. 12.

Y y

domi-

dominicalibus in calendario Gregoriano *verereformato* conseruatum vis : Quis enim Cyclosillos, qui in plerisque centesimis annis vnā tantum exhibent litteram dominicalem, *pro Cyclis solaribus vſitatis habere poterit, cum plane sint diuerſi.*

Gloria quā Caluissius querere debeat.

Vin Caluiss, vt tibi aperiā consilium meum? Tu qui totus immerſus es cupiditati glorię, & ad magnā assequendam magnos suscipis labores, da operam, vt veram, & nunquam interiturā consequaris gloriā, cuius laboris initiū esse debet, vt remisso superbix tumore, humiliter de te ipse sentias, hominem te esse agnoscas, errata humiliter fatearis, culpā & ab hominibus, & à DEO depreceris, de vera pēnitentia suscipienda consilia in eas, & sic demum gradum tibi ad verā gloriā struas, non vanā magno labore querendo, sed quod sanctius est, eam, vt Christianum decet, fugiendo. Itaq; noli pertinaciter id quod defendere nunquam poteris, asserere, sed potius recantare velis, quā perperam in Elencho tuo pluribus locis asseruisti, & tandem aliquando fateri, te vſitatum Solis Cyclum siue antiquum, etiam admissis feriarum perturbationibus, Calendario Gregoriano nulla ratione restituisse.

Caluissium iniuſte quidem Pontificem & Reformatores reprehendiſſe, sed Solis Cyclum antiquum nequam restituisse Lib. 1. cap. 12.

5. Et vero vt videas te & falsum iactasse, & tam Pontificem, quam Reformatores criminatum esse, id tibi non nisi tuis verbis ostendam, eodem enim loco, ex quo supra dicta desumpsimus, sic habes: *Si dicere voluerint Gregoriani, se cyclum solis in annis integrum conseruare voluisse, & litteras Dominicales tantum mutare. sibi ipsis contradicunt, cum in singulis fere capitibus sui calendarii fateantur, Cyclum solis in calendario suo interrumpi: vbi iam interruptus est? nonne eiectione vnius aut plurium dierum? Interruptio igitur fit in annis, vbi numerus illorum cyclorum peruertitur, non in litteris quæ integræ permanent, atq; ita numerus cycli qui interruptus est, in integrum restitui debebat, non litteræ Dominicales ad numerum illum corrumpi.* Intactis igitur illis quæ hic de Gregoriani calendarii conditoribus dicis, cum Lib. 2. cap. 13. & Lib. 3. cap. 1. satis de hac re dictum sit; hic eadem attingere idcirco voluimus, vt tua omnia integre referremus, ne haberes scilicet quod de nobis iure conqueri posses, quæ siue vera sint, siue falsa, ad rem nunc non facit. Enim vero aperte satis affirmas, cyclum solis antiquum integre conseruandum fuisse, hoc est in omnibus suis partibus; nimirum tam secundum numerum Cycli, quam secundum litteras; hoc enim est conseruare cyclum integre, cum hæ illius sint partes componentes, siue vt vocant integrales, & si quid male interruptum esset, in integrum restituendum. Mox autem subdis, & ex doctrina tua abstrusa in apertum producis, & doctè, vt omnia, explicas, qualiter cycli solis diuersi node considerari, & accipi possint; & quæ diuersitas in calendario Gregoriano admittenda, quæ cauenda: Nimirum diuersitatem quo ad rationem inuestigandi cyclum posse tolerari, non autem illam, quæ substantiam immutet, ita vt quamuis diuersæ viæ sint inquirendi cyclum; idem tamen omnibus illis viis reperiatur. Sic enim paulo ante audiui-
mus. *Dupliciter enim cycli solaris consideratur, primum quemadmodum ab Ecclesia præscriptus est, vt supra habuimus, deinde quemadmodum in annis epocharum diuersarum inueniri solet.* Id autem quod supra habuimus, illud est, quod eodem capite 12. Lib. 1. Elenchi tui præmiseras, modus scilicet inuestigandi cyclum in Ecclesia ante correctionem calendarii vſitatus, qui à te ibidem sic præscribitur: *Adduntur anni æræ Christianæ, cuius Cycli quæritur, nouem, & postea viginti octo, quoties fieri potest, abiciuntur, quod superest id est cycli solaris eius anni.* Exemplum accipiemus à te: *vt hoc anno 1621. velim scire cyclum solis, addo nouem. fixum 1620. & abiectionis 28. quod*

Duplex accipio cycli Solaris iuxta Caluissium.

tiescunque fieri potest, siue diuiso hoc numero per 28, supersunt 24. Inde intelligo hunc annum decurrere Cyclo solis 24, eiusque litteram Dominicalem esse F. Vbiunque igitur iam littera F, &c. Atque hæc est prima pars diuisionis tuæ, & considerationis cycli Solaris, ea nimirum quemadmodum ab Ecclesia prescriptus est.

Antequam autem progrediamur ad alteram partem, ex te scire velim qua de causa modum inquirendi cyclum solis vñtatum, ex illa tua abstrusa doctrina sic proposueris: Quo vero Cyclo quibus annis huius æra (Christianæ) decurrat, inuenitur hoc modo: Adduntur anni, &c. Sic cum in exemplo inueniesset cyclum, dicebas, Inde intelligo hunc annum decurrere Cyclo solis 24, &c. quasi ex cyclo dato annus ei correspondens inuentus esset, & non contra. Cur non posuisti: quis vero Cyclo quouis anno huius æra decurrat. & Inde intelligo Cyclum solis 24, decurrere anno hoc &c. Es ne tam imperitus vt putes annos excogitados esse propter cyclos, & non contra? vel annos conformandos esse ad cyclos, non contra cyclos ad annos? hoc enim consentit doctrinæ tuæ, ex qua deducitur turbadas esse ferias, & septimanas propter litteras; non autem litteras propter ferias. Omnino Caluissii doctrina hæc tua abstrusa est, & ex obscuritate, velut proprio suo ex fundamento, eruta. Vides ne vt in re calendarii sollicitus sis de culice colando, & interim integros camelos deglutias: vt Paschata ac plenilunia ad minutum vsq; examines, & cōmunia adhuc de littera dominicali, & cyclo solis nescias, quæ pueris primo discenda, & cauenda proponuntur! & tamen tu vis audire Reformator Reformatorem, qui solus ex omnibus totius Europæ Academiis hanc rem ad asciam edolaueris. Omnino Caluissii ad asciam; Nam tua inter Instrumenta Mathematica, hoc vel vnicum vel vñtatissimum est: Sed redeamus ad propositum.

Imperitia Caluissii in indagatione Cycli Solaris.

Altera pars quomodo cyclus solaris consideratur, sic à Caluissio proponitur: Altera Caluissiana Cycli Solaris acceptio
deinde quemadmodum in annis epocharum diuersarum inueniri solet. exempli gratia: A-
liter enim inuenitur in annis à mundo condito numeratis, aliter in annis Iulianis, &c. De-
mus exemplum in gratiam summorum Astronomorum Scaligeri, & Caluissii
ex periodo Iuliana ab eodem Scaligero excogitata, eius enim Caluissius in sua e-
numeratione videtur oblitus: hoc autem habet priuilegii, vt sine vlla additione
sola diuisione per 28, in residuo det cuiusuis annis propositi cyclum solare
(sumpto numero 28. vt fieri solet pro residuo, si id nullum sit) Ergo si annus
huius periodi 6324, qui anno 1611. æræ Christianæ respondet, diuidatur per 28,
inuenietur Cyclo solis 24, idem qui supra inuentus fuit, litteram vero domini-
calem F, addices vel per tabulam, vel etiam in notis digitorum à Magistro tuo
Scaligero, qui rud. oribus illud inclamare in aures subinde solet (quam ciuilitate
tu videris), oportet te bestiam non hominem esse, si non capis. Sic anno à mundo condi-
to numerato prius addenda sunt 8, & tunc demum per 28, summa diuidenda. &
hac ratione ex anno 5560, qui iuxta Caluissii placita congruit cum anno Christi
1611 inuenitur idem Cyclo solaris 24. Atq; hoc est, quod ait Caluissius, quamuis
cyclus diuersimode consideretur, & alius atq; alius modus in diuersis æris sit,
quo inuestigetur: tamen idem vbique est cyclus solis cum suis litteris dominicalibus. Ita in
Gregoriano Calendario, IDEM aliter atq; aliter quidem in diuersis centuriis inuestigandus,
sed ipse cyclus per se integre cum suis litteris dominicalibus conseruandus erat: Hæc ex ip-
sis Caluissii verbis tam sunt clara, vt alius sensus ex eisdem erui posse non videatur.

Quid faciendū
fuiſſet ſi exem-
ptis 10. diebus,
Cyclus ſolis an-
tiquus nullo
modo turbari
debiuiſſet.

6. Sed vt paulatim clarior reddatur Caluiſii ignoratio, oſtendamus iam quid faciendum Reformatoribus fuiſſet, ſi *In Gregoriano anno*, vt Caluiſius contendit, *Cyclus ſolaris cum ſuis literis dominicalibus conſeruandus quoque fuiſſet*, & quidem ipſo correctionis anno. Fuit is annus æræ Chriſtianæ 1582. cuius Cyclus ſolis cum ſua littera Dominicali fuit 23. & G, & ita etiam exhibetur à Caluiſio in ſuis tabulis Calendarii Gregoriani corrupti, centuriæ enim 1500. adſcribit 16, & anno expaſſo 82, dat 7, ſed 16 & 7 componunt 23, qui numerus in tabula cycli ſolaris monſtrat eandem litteram G, dominicæ indicem. Ergo expunctis in calendario decem diebus, tranſcenſu nimirum factò ex quarto die Octobris qui erat dies Iouis, in quintumdecimum eiuiſdem, is dies Lunæ appellandus erat, eo quod proxime præceſſerit in 14 die, littera dominicalis G; & ſeptimana illa ſiue ſpaciū à die dominico ad dominicum dierum fuiſſet vndecim; quot nimirum ſunt ab ultimo ſeptembris qui dominicus erat, uſque ad 21 Octobris (eliſis 10 diebus) ſimiliter dominicum, vt patet ex littera G, aut ſerie litterarum conſueta, atque ita idem dies 15 Octobris dicendus erat dies Veneris, & ſequens dies 16 dies Sabbathi, & reliqui uſque ad proximam dominicam in die 21 Octobris, caruiſſent certis nominibus; & rursus ſeptimana vt ante dierum 11. Nonne dignus fuiſſet Cyclus ſolis antiquus omni laude, qui talem induxiſſet in ſerías 20 ſeptimanas conſuſionem. Neque hic quieuiſſet illa perturbatio, ſed ſingulis annis centeſimis, in quibus dies intercalaris expungitur, poſt diem 24. Februarii, renouata omnes turbaret; non quidem bis eodem anno vt accidit ex litteris quas Caluiſius in ſuis tabulis præſcribit, & nos ſupra exemplis annorum 1700. 1900. oſtendimus, ſed ſemel tantum. Hæc quia Reformatores vitata, & litteras ac cyclum ad dies, non autem contra dies ad cyclum & litteras accommodatas voluerunt, Caluiſius exclamat: *Maniſeſtum igitur eſt, Gregoriano cyclum ſolis non ſolum in Eccleſia, ſed in ipſo orbe terrarum uſitatum nulla de cauſa peruerſiſſe, & flagitiouſe corruptiſſe.* Item per me Sethum Caluiſium idem *Cyclus ſolis cum ſua littera Dominicali in Eccleſia hæcenus uſitatus, quo à te Clauio, atque Lilio ſpoliatum erat calendarium, ipſis reſtitutus eſt*, magnò magnæ artis miraculo.

Caluiſium & ſerías,
& litteras,
& numeros in
falfa reſtitutione
antiqui Cycli
ſolaris turbaffe.

7. Sed age nunc Caluiſi, ades huc, & quam nihil tua in arte ſcias attende, qui non ſolum ſerías, & ſeptimanas, ſed & litteras, imò etiam ipſos numeros cycli ſolaris in Eccleſia uſitati turbaueris; ſumma quicquid ex eodem cyclo reliquum erat peruerteris: tam egregie eum reſtituiſti. Neque iam te ad præterita tempora reuoco, aut ad annum ipſum correctionis, non ſolum quia is tibi, nequid in eo reſtituas, elapſus è manibus ſit, verum etiam quia in tabulis tuis omnium miſerrime annum illum tractes, vt me non tam illius, quam tui miſereat: At futura tantum optime coniectòr reſpice, & vide quam apte omnia in integrum reſtitueris. Vnica tabella rem totam expediemus, in qua duo ſaltem exempla deſcribemus: de reliquis & tibi, & cuiquā facile erit iudicare. Ergo in medio ſequentis tabulæ Cyclum illum Solis antiquum integrum, de quo adeo cōquereris, quod à Gregoriano calendario turbatus ſit, cum numeris ſuis ac literis deſcripſimus, additis quatuor annis præcedentibus, & quatuor conſequentibus, quo clarius appareat & ordo, & connexio, qualiter nimirum idem perpetuo reueluatur in ſe ipſum. Hinc & hinc proxime illum cyclum circumdedimus quorundam annorum numeris ex æræ Chriſtianæ, quibus ex uſu Eccleſiæ antiquo cycli illi atque reſpondentes litteræ, ſi omnia integre iuxta antiquam Eccleſiæ

eleſiæ conſuetudinem conſeruanda fuiſſent, decurrerent. quæ omnia ad vn-
guem ex regula illa Eccleſiæ, quam ſupra ex Caluiſio retulimus, pro illis annis
adſcriptis inueniuntur. A ſiniſtris quidem ab anno Chriſti 1696. incepimus, &
ordinem vſque ad annum 1731 produximus; à dextris vero eiſdem cyclis re-
ſpondent anni incipientes ab anno 1780, & vſque ad annum 1815 excurrentes.
Hiſce annis affociauiſimus cyclum Solis, cum ſuis litteris, prout eiſdem à Caluiſio
in ſuo *vere reformato* calendario attribuuntur, à ſiniſtris quæ tribuuntur annis à ſi-
niſtra deſcriptis; à dextris, quæ à dextris. Sic ergo ſe habent.

<i>Cyclus Solis Caluiſianus.</i>	<i>Anni Chriſti</i>	<i>Cyclus Solis antiquus.</i>	<i>Anni Chriſti</i>	<i>Cyclus Solis Caluiſianus</i>
17 A G	1696	25 E D	1780	5 B A
18 F	1697	26 C	1781	6 G
19 E	1698	27 B	1782	7 F
20 D	1699	28 A	1783	8 E
9 D C	1700	1 G F	1784	9 D C
10 B	1701	2 E	1785	10 B
11 A	1702	3 D	1786	11 A
12 G	1703	4 C	1787	12 G
13 F E	1704	5 B A	1788	13 F E
14 D	1705	6 G	1789	14 D
15 C	1706	7 F	1790	15 C
16 B	1707	8 E	1791	16 B
17 A G	1708	9 D C	1792	17 A G
18 F	1709	10 B	1793	18 F
19 E	1710	11 A	1794	19 E
20 D	1711	12 G	1795	20 D
21 C B	1712	13 F E	1796	21 C B
22 A	1713	14 D	1797	22 A
23 G	1714	15 C	1798	23 G
24 F	1715	16 B	1799	24 F
25 E D	1716	17 A G	1800	13 F E
26 C	1717	18 F	1801	14 D
27 B	1718	19 E	1802	15 C
28 A	1719	20 D	1803	16 B
1 G F	1720	21 C B	1804	17 A G
2 E	1721	22 A	1805	18 F
3 D	1722	23 G	1806	19 E
4 C	1723	24 F	1807	20 D
5 B A	1724	25 E D	1808	21 C B
6 G	1725	26 C	1809	22 A

<i>Cyclus Solis Caluifianus.</i>	<i>Anni Christi</i>	<i>Cyclus Solis antiquus.</i>	<i>Anni Christi</i>	<i>Cyclus Solis Caluifianus</i>
7 F	1726	27 B	1810	23 G
8 E	1727	28 A	1811	24 F
9 D C	1728	1 G F	1812	25 E D
10 B	1729	2 E	1813	26 C
11 A	1730	3 D	1814	27 B
12 G	1731	4 C	1815	28 A

Tam tuam recollige doctrinam comparatorum Caluifi, tuosq; cyclos, & lites cum antiquis iisdem annis decurrentibus compone, & vide vt *Cyclus solis* tanto temporis spacio in Ecclesia obseruatus, & usurpatus, nec latum pilum à tuis cyclis discedat. Vide quam accurate idem cyclus qui per se integre cum suis litteris dominicalibus à Reformatoribus anni conseruandus erat, ab ipsis flagitiose in hoc calendario, corruptus, imo quo omnino idem calendarium spoliatum erat, ipsi restitutus est. Vide quam non noui, peregrini, & Ecclesia, atque vniuerso orbi terrarum incogniti cycli in singulis centuriis excogitandi tibi fuerint; sed tales qui exactissime cū antiquis conueniant, vt omnino videantur ouo prognati eodem. Augebis sane nobis prouerbium, non enim satis erit illud: Bonus cantor, bonus cupediarius; sed apte etiam dicitur impostherum. Bonus cantor, bonus Calendarifex.

Diffimilitudines Cyclorum Solarium antiquorum, veri scilicet, & falsi, sue Caluifiani.

Primo igitur attende vt annus anno congruat, Cyclus cyclo, littera litteræ: & quamuis diuersus modus indagandi fuerit, tamen idem ubique sit cyclus solis cum suis litteris Dominicalibus. Exempli caussa tam anno 1696, quam anno 1780. antiquus cyclus est 25, litteræ Dominicales E, D: idem omnino est apud te; si quidem numeri 17, & 5, iidem sunt cum 25, & litteræ A, G; & B, A eadem cum litteris E, D. Et sic in reliquis annis, omnia hac ratione æqualia ac paria sunt: vt merito totus orbis de antiqui cycli solis restitutione gratulari sibi debeat.

Secundo considera naturalem numerorum ordinem ac progressum, & quidem in cyclo solis antiquo reperies quomodo ad cyclum siue numerum 1, sequatur numerus 2, hic præcedat tertium, tertium excipiat quartus, & sic deinceps ordine, donec peruenias ad 28, siue vltimum, cuius vestigium iterato cursu subintret primus, hunc rursus sequatur 2, & hunc ordinem seruet nunquam interruptum in perpetuum, ita vt semper alter ab altero proximo, vnitate differat, siue in antecedentia, siue in consequentia gradum facias, primo ac vltimo, vt ipse requirit ordo, excepto. Hic similis à proximo simili totum remouetur cyclo, siue 28, annis vel vnitatibus; & tantum primus abest à proximo primo, secundus à secundo, vltimus ab vltimo. Idem omnino Caluifi, & ad vnguem tui præstât cycli, post 20 enim cyclum anni 1699, cyclus sequitur vna vnitate maior videlicet 9. & similiter ad cyclum 24. qui anno 1799. respondet, consequitur ordine naturali 13. in Arithmetica enim Caluifiana, numeri 24. & 13, vnitate differunt. Eodem modo similis cyclus à proximo simili per spaciū distat 28. annorum, sic in prima columna tabulæ cyclus 17. anni 1696. ab alio cyclo 17. anni 1708. illo remouetur interuallo: nam anni 12 quæ est differentia inter 1696 & 1708, & anni 28. calculo Caluifiano numeri æquales sunt. Sic primus cyclus ad annum 1720. à proxime præcedente primo cyclo, quantum distat Caluifi, tabula n. non tantum extenditur, opus tuo est calculo. Nonne spacio

spacio 40. annorū? prius n. vnitas tibi nō occurreret, quam ad annū 1680. regres-
sus fueris. Sed antea totus cyclus fuit 12. nunc est 40. annorū, antiquus vero 28
constat annis. ergo hi tres numeri 12, 28 & 40. æquales sunt? Et talia omnino
ex vltima columna tabulæ colliges. Rursus quamuis tabula contineat ipsos 36
annos, ita vt 8 annis superet cyclum totum antiquum siue 28 annos, in vltima
tamen columna vnū solum reperies cyclum vltimū: in prima vero & vltimū, &
primum, sed non nisi immediate sequentes, & deinde ex primis vel vltimis nul-
lum aliū: in media vero, & duos vltimos, & duos primos colliges; quæ rursus
egregie inter se congruunt. Summa *abstrusa* ista sunt: Atque *Hinc paucissimi hodie
inueniuntur, qui rem intelligunt, & qui recte de ea iudicare possint, tanta in obscuritate hæc
doctrina videtur latere.*

Tertio comice oculos in litteras: & quamuis in cyclo, vt *quiuis facile intelligit,*
vt docē cum doctis loquar, *nullum p'ant initium naturale est, vnde incipere possis, sed si
quod initium statuitur, id vter sit, & eius causa aliunde assumitur;* vndeunque tamen
incipias semper absoluto integro cyclo, ad idem vnde digressus es, fit reditus;
etiam in cyclo solis, de quo sermo est, semper post interuallum 28. annorum
eundem repetere oportet litterarum ordinem, earundemque eandem & quali-
tatem, & quantitatem; Sic quia in cyclo solis antiquo in capite tabulæ cyclo 25
coniunctæ sunt litteræ primo E, D simul; deinde cum sequentibus cyclis 26, 27,
28 seorsim C, B, A: tum denuo aliarum duarum inueniuntur simul prope cyclum 1, scili-
cet G, F, & tres aliarum E, D, C, cyclis 2, 3, 4, associatæ seorsim: ita post totum cy-
clum vel annos 28, easdem omnino, eodem dispositu, & cum iisdem cyclis cō-
nexas repetitas videbis litteras: cyclus nempe 25 rursus offert litteras E, D, cycli
26, 27, 28, litteras C, B, A, & sic de cæteris. Eodem priuilegio cycli gaudent Cal-
uissiani, nam cyclus verbi gratia 17 in capite primæ columnæ habet litteras A, G,
quas sequuntur F, E, D: post 28 annos vero habes cyclum 5, & litteras B, A,
quas sequuntur G, F, E & sic de aliis. Quis ergo non grates habebit Caluissio,
quod vltimum in Ecclesia cyclum calendario restituerit?

Quarto aliam nota notam æqualitatis, & paritatis cyclorum Caluissianorum
nempe, & antiqui in litteris, quæ est, quod quemadmodum in antiquo semper
littera sequitur post litteram ordine siue serie, quamuis si Alphabetum spectes
retrograda, continua tamen & nunquam interrupta, ita vt semper post septem
litteras ipse eadem serie, quamuis non eodem modo copulatæ redeant, nulla po-
natur bis, nulla excludatur &c. verbi gratia in capite tabulæ primo est E, deinde
D, post C, tum B, mox A, post G, post F, denique redit E, deinde rursus D, & sic
in infinitum. ita Caluissianus cyclus hunc ordinem præcise imitatur: exempli
gratia in prima tabulæ columna eius initio habes primo A, deinde G, tertio F,
quarto E, quinto D; sexto iudicare aliquis posset sequi debere C, sed repetitur
eadem D, septimo sequitur C, postquam reditur non ad initium A, sed primo ad
B, deinde ad A. In antiquo cyclo quouis quinque vel sex annorum spacio inclu-
ditur omnis diuersitas litterarum; omnes 7. videlicet litteræ; in Caluissiano in-
teruallum requiritur annorum sex vel septem. Gaudeamus igitur de recupera-
to, quem nobis eripuerant Clauius, & Lilius, cyclo solis antiquo.

Satis ergo, opinor, tibi ostensum est Caluissio, te & ferias, & numeros, & litteras *Conclusio.*
cycli solaris antiquitus in Ecclesia vltari turbasse, interrupisse, & peruer-
tisse: Licebit ne concludere vt alibi de aliis conclusimus, de illa tui cycli
restitu-

restitutione. Ergo Sethus Caluissius mentitus est, &c. *Quis enim illos Cyclos tuos diuersarum literarum Dominicalium, quos singulis centuriis praescribis, vt supra habuimus, pro cyclis Solaribus vsitatis habere poterit, cum plane sint diuersi? Summa vt paucis plura comprehendam, audi magistrum tuum: Omnia luxata, peruersa, contaminata sunt ab ineptis pedagogis. Manifeste enim apparet, quomodo non solum non restituerint cyclum solis à tempore Concilii Niceni ad nos vsque continuatum integreque conseruatum; sed etiam eundem pessime turbant, & corrumpunt, cum numeris in ordine Cycli huius nequaquam eas literas attribuunt, quae ab antiquo fuerant; sed subinde alias atque alias, quas volunt, ascribant, & singulis centuriis nouum quasi Cyclum solis fabricentur.*

Obiectioⁿ occurrat Caluissiano

8. Quod si dicas te saltem hoc praestitisse, vt iidem numeri in tuis Cyclis, quamuis interruptis, contaminatis, & peruersis, easdem cum antiquis repraesentent litteras; verbi gratia quemadmodum primus cyclus vbicunque inuentus esset, semper tamen index fuit litterarum G & F, in antiquo cyclo, ita in tuis idem perpetuo etiam accidar; & sic de reliquis. nihil ad rem dicis. Ideo ne quia vnā solam proprietatem communem habent tui cycli cum illo antiquo, & sexcentae aliae illi desint, dicendus erit *cyclus solis à tempore Concilii Niceni ad nos vsque continuatus, integreque conseruatus*, non turbatus, non corruptus? Ideo ne tu pau es, quia quaedam tibi cum pauone communia sunt; Hoccine est restituisse cyclum solis? tanto temporis spacio in Ecclesia obseruatū, & vsurpatum? in illo ne fiebat saltus à 20, ad 9, à D ad D, C; ab 24, ad 13, & ab F, ad F E? Tanti ne momenti nugae istae erant, vt propterea tam petulanter & Pontifici Maximo, quasi in suo Calendario se ab omnibus gentibus, & à communi quasi hominum societate segregare voluerit, & Reformatoribus quasi flagitiose cyclum corruerint, insultares? Ostende Aduocate gentium, si potes, quae gens, quae hominum societas hoc vnquam habuit in cyclo solis, quem non solum in Ecclesia, sed in toto orbe terrarum vsitatum, & quem calendario te restituisse gloriaris, quod tu in tuis habes cyclis, saltus videlicet, & interruptiones tam in numeris, quam in litteris, imo & in feriis. Pudeat te nugarum istarum: pudeat te in aeternum, qui cum omnibus tuis interruptionibus, ne hoc quidem cauere potuisti, quin nouo & absurdissimo exemplo etiam ferias turbaris. Quasi vero, cum ipse cyclus solis antiquus nulla ratione locum habere possit in calendario nouo, aliquid ad rem faciat, litteras hisce vel illis coniungere numeris, si eas propriis numeris, proprii cycli, quem Clauius 400. annorum proposuit, non associes, aut si alius alium traderet modum inquirendi litteras, qui in aliquo cum cyclo antiquo incidat, mox ipse cyclus solis antiquus, & in Ecclesia vsitatus, & vsurpatus praedicari debeat, & talis qualem Lilius expunxerit? I nunc & voca in ludum Clauium, si denuo ludibrio vis esse toti mundo; hoc enim & non aliud ab istis discipulis expecta didactrum; donec aut doctior euaseris, aut radiiores discipulos nactus fueris. Verum quia huic scholae finem nondum imposuisti: Nam restat, inquis, vt dicamus etiam, quomodo errores qui aequinoctii ratione committuntur, eximi potuerint, ad ludum tuum, atque ad exoluendum aliud tibi didactrum reuertere oportet, idque faciemus capite sequenti.

CAPVT

Quid Caluissius cap. 5. de æquinoctio, deque antiqua, quam male reprehendit, lunationum denominatione comminiscatur.

NON satis fuit Caluissio ad deformandum Calendarium Gregorianum, turpissime commaculasse cyclum solis cum suis literis Dominicalibus, turbasse ferias ac septimanas, & monstruosissimos introduxisse menses lunares, nisi etiam æquinoctium, quod nondum tetigerat, suo contactu contraminaret, & elegantissimam illo tetracoseteridum ordine penitus destructo, & è medio sublato, periodos omnino pædagogicas, & à Reformatoribus iam pridem reiectas, substitueret. Sic ergo inquit, *Errores, qui Calendarium Gregorianum ratione æquinoctii turpiter deformant, sunt, quod id dicitur ab epocha Concilii Niceni deduci; cum tamen ad eandem nullo modo regredi possit. At nos te mentitum esse, supra lib. 2. cap. 8 demonstrauimus. Perge ad aliud. Secundum, quod ratio eximendorum dierum inequalis, monstruosa, & difficilis est, sed te maxima difficultate monstruosum hoc excogitasse figmentum, in eodem vidisti lib. cap. 12. Habes aliud? Tertius, quod æquinoctium laxiore ambitu circa æquinoctium vagatur, ut supra hac prolixius demonstrauimus. Verum te multo laxiore ambitu vagari circa veritatem, si non prolixius, saltem rectius demonstrauimus. Deinde, si æquinoctii sedem certam futuro tempore nemo præstare potest, unde habes eius in Calendario ambitum? Sed, quæ ista eris ingeniosa demonstratio, qua demonstratur, æquinoctium vagari circa æquinoctium? ex Astronomia Scaligeriana deprompta sit esse necesse. ex ea saltem constat, ut supra lib. 2. cap. 10 vidimus, quod omne circa quod mouetur aliquid, immobile esse necesse est. Ergo æquinoctium necessario simul & immobile, & mobile est. docte ut semper per occasionem tamen relegere poteris, quæ cap. 12 diximus. Experire utrum plura scias. Quartum, qui occurrit, errorem corrupti cycli solaris iam emendauimus, ideo corrigendorum reliquorum rationem tantum inibimus. Egrege sane, ut paulo ante cõspeximus, correxisti cyclum solis, si in reliquis æque bene munus tuum exercueris, virum te demonstrabis. Sed ausculta, quid præceptor tuus Scaliger de hac tua dicat emendatione. Aio igitur, inquit, cyclum solem Tropicum in minores periodos diuidere, tam ineptum, tam puerile, tam idiotum esse, quam intempestiuum in societatem huius cycli cyclum solem Iulianum aduocare.*

Iniqua æquinoctii Gregoriani accusatio.

Lib. 3. Can. 158.

1. Verum, quia iuristi, ut ante, de lana disputas caprina, de rebus nimirum, quæ nec sui sunt, neq; vñquam esse possunt, ut vel ipse fateris, cum dicis: *Porro hanc operam in ostendenda hac Calendarii forma non sumpsimus, ideo, quod spes aliqua concipi possit, Pontificem suum Calendarium ad hanc formam emendaturum, nec etiam, ut quispiam alius huiusmodi Calendarium instituere debeat, cum aliquo modo discrepet à Calendario Gregoriano, & ad tollendas confusiones, quæ ex diuersis Calendariis in Romano Imperio oriuntur, parum faciat sed tantum ut ostendatur, longe meliorem Calendarii formam in initio præscribi potuisse, si mentem huic rei, qui Calendario reformando præfæcti fuerunt, adhibere vel voluissent, ut potuissent.* Disputationem inquam tuam, de lana caprina, tibi relinquimus, præsertim, quia abinde iam in præmissis, ea saltem, quæ refutatione aliquo modo digna habita erant, refutata sunt.

Caluissius suam exemptionis dierum periodum ut inuile damnat.

3. Vnum tamen prætereundum mihi non videtur, eo quod non iam tale sit, ut Caluissius quod post multa millia annorum, aut post seculorum finem futurum prædicet inepte deno-

minationē mē-
sum lunarium
accuset.

Caluissus, sed quotidie ante oculos versetur, & singulis mensib. vsuueniat; quā-
ro qua ratione id ē cathedra pronunciet, audire oportet, & in vsum si non-
dum futurum est, & ita videbitur introducere. Sic ergo alloquitur, quem ad-
huc in ludo detinet, Clauium: *Audi adhuc vnum errorem, qui fortassis minutulum pec-
catum videri potest, cum rationem Calendarii non turbet; attamen, cum eo ipso errore, qui
Ephemerides quotannis condunt, à te seducantur, & ab hisce vulgus, dum menses lunares siue
lunationes, vt vulgo dicimus, appellationibus Iulianis distinguere cupit, turbetur. de eo etiam
es admonendus. Menses lunares, cum Iulianos non aquent, diuersum initium & finem in mē-
sibus Iulianis obtinent, nomen tamen sortiuntur ab iisdem mensibus Iulianis, vt dicatur ex-
empli gratia, lunatio mensis Martii, lunatio mensis Aprilis, & sic de reliquis. Causam cur no-
men Iuliani alicuius mensis lunationibus tribuendum sit, hanc facis, quod lunatio ab eo men-
se Iuliano nominari debeat, in quo lunatio finitur, etiam si alio mense incipiat, idque probas ex
versu:*

In quo completur, mensi lunatio detur.

*Putabam te meliorem Grammaticum, Clauī. Lunationem enim compleri dicimus, nō quan-
do finitur, sed quando luna complet orbem suum, siue quando luna plena est, & sententia hu-
ius versus est, lunationem isti mensi Iuliano adscribendam, in quo contingit eius pleni unum,
id quod & nomini & rationi est consentaneum.*

Imperitia Cal-
uissī in Gram-
matica.

Quoties tui obliuisceris Caluissī; haec nunc Adiuocatus purioris Ecclesiae eras, iam
vulgi Adiuocatum agis, & quidem à nemine constitutum. Turbator vbiq; tur-
bas excitat. Nunc tibi Ecclesia; nunc imperium turbatur; nunc tota Europa;
nunc totus orbis Christianus; nunc gentes; iamque etiam vulgus turbatur, &
quidem vulgus paedagogorum, eo quod sese ex quodam antiquo versu extrica-
re nesciat. At præceptor iste, præceptum suum, & nomini & rationi consentaneum
esse, cum tamen in utroq; egregie hallucinatus sit. Nam quod ad rationem spe-
ctat, ipsum erroris arguit patronus ipsius, & amicus singularis David Origanus,
qui in Introduct. in Ephem. par. 1. cap. 2. aliam lunationes denominandi tradit ra-
tionem, ab hac Caluissiana diuersam, quæ ipsi Origano nō modo ex solidis fundamen-
tis petita, correspondens operationibus naturalibus, sed & vniuersalis dicitur. Verum no-
menclator nomina, Grammaticus Grammaticam appellat. Sed quid, si iam
Grammaticum etiam Grammatica nescire comperias? *Putabam te meliorem Gram-
maticum, Clauī,* ait Caluissius. Si peccatum est in Grammaticam, cur non vel di-
gito indicas? Dicas Grammatice, in qua re peccat is in Grammaticam, qui dicit:
lunatio ei detur mensi, in quo ipsa completur? aut ostende, in quo à sensu versus
illius expositio abierit, vel quid desideretur: an quia acutissimo tibi Philosopho
efficiens nō nominauerit? adde ergo & dicas: Lunatio ei detur mēsi, in quo ipsa à
luna completur; aut si mauis solem accersito. Nonne hac ratione tibi vel ipse va-
pulabit Cicero, quando ait: *Sol annuos cursus conficit, lustrationem menstruo spacio luna
complet:* vel vt rectius intelligas, dicas: Lunationem menstruo spacio luna com-
plet? Sed tibi eruditissimo fortassis non idem erit: lunam complere lunationem,
cum hoc alio: à luna compleri lunationem: nam actiua & passiua tibi non sunt i-
dem, maxime, quando *virga & ploratus perstreperunt.* Aut certe cum dicas, *quidam in-
doctiores lunationem compleri putant, quando finitur,* Cicero tibi tanquam indoctus
tuam experietur ferulam, quod dicat compleri ad exitumque perducī. Audi magistrū
tuum: *Apage indoctissime, ineptissime, incivilissime corrector.* Didiceras magno labore
recte & latine dici, pro, plenilunium fieri, lunam complere orbem suum: an id-
circo

circo idem extorqueri contra omnium Computatorum expositionem, & mentem auctoris ex illo versiculo necesse erat, & tam lōge extra publicam viam deflectere? Lunatio & mensis lunaris tam tibi, vt paulo ante audiuius, quam aliis idem est; sed vbi vnquam legisti vel audiuisti, tunc compleri mensem, quando luna complet orbem suum, siue quando plenilunium fit, nisi ipse mensis à plenilunio ad plenilunium numeretur; sed ne tunc quidem compleri lunationem accipitur, pro eo, quod est lunam cōplere orbem suum, siue pro plenilunio, nisi in quantum finem significat mensis.

4. Cāterum, etiam si turbaretur illa expositione Grammatica (quod tamen nulla ratione verum est) Aduocato tamen Caluissio nondum opus fuisset, res hic spectatur, de qua clarissime constat, non verba, aut constructio Grammaticę cōsideratur: non elegantia verborum, sed sensus auctoris, in quo omnes conueniunt. Sed pergit Clauium alloqui Caluissius: *Si computista, vt à te vocantur, hanc sententiam huius versus tenerent & obseruarent, idiota longe rectius iudicaret, & sentirent de lunationibus in mensibus Iulianis.* En vt omnes præter se indoctiores Philonide reputet, & in omni disciplina plumbeos: quod si qua de re sermonem faciāt, mox graculus inter Musas perstrepat! Summa, præter Sethum Caluissium, & Iosephū Scaligerū omnes *idiotæ*. Ad quemnam pertinebat & versum hunc componere, & exponere, quam ad Computistas, siue computi Ecclesiastici, rerumque Calendarii peritos? Cum igitur ipsi, & rem ipsam, & versum, & eius explicationem eo modo doceant, quo Clauius, quid habes imperitissime obtrectator, quod obijcias? Nonne Paulus Episcopus Forosemprensis P. 1. lib. 4. ca. 2. docet, lunationem ei mensi deputari, in quo terminetur? Nonne Petrus Pitatus in Canonibus Paschalibus cap. sexto idem dicit? Nonne Stoflerinus propositione 34. eandem refert doctrinam? Erasmus Reinholdus auctor tabularum Prutenicarum, nonne in præceptis suis, quæ tabulis Prutenicis præmittit, in fine præcepti 39 sic habet: *Cāterum vsita'um est, nouiluniis appellationem tribuere, non ab illis mensibus, in quos incidunt, sed potius à sequentibus, in quibus vnusquisque terminatur. Vnde notus est versiculus: In quo completur mens, lunatio detur?* Nonne Io. de Sacrobosco idē habet, quando dicit: *Item, lunatio dicitur semper illius mensis, in quo terminatur; vnde versus, In quo completur, &c.* Nonne Pitati discipulus, Ioan. Paduanus, idem omnino dicit in suo Viridario Tract. cap. 9. Nonne Antonius Dulciatus lib. de Fest. mobilib. P. 1. inquit. 5. eodem modo versum illum exponit. *Hoc est, inquit, lunatio detur, id est tribuatur: illi mensi, in quo ipsa lunatio completur; hoc est, vt paulo ante dicit, in quo ipsa lunatio finitur.* Quibus nonne idem docent quamplurimi alii doctissimi viri? Imo hāc eandem doctrinam ante tot secula tradidit venerabilis Beda, quando lib. de rat. temp. cap. 4. de Romanis sic scribit: *Solertiissime quantum potuerunt curantes vt cuiusunque ætatis luna in Calendas occurrisset, ipsa eiusdem mensis luna diceretur esse putanda.* Hoc solum variantes vt lunæ Paschales non nisi Aprili adscriberentur. At Caluissio hi omnes indocti sunt; vnde & hoc suum ingeminat: *quidam indoctiores lunationem compleri putant, quando finitur, &c. id quod falsum est, & Latina lingua phrasi & rationi repugnat.* Verum vt alium versiculum habeas, in quo tempus terere, & eruditionem tuam exercere possis, eum huc ex alio computista, tibi forte Idiotæ, transferre volumus, sic enim Campanus in computo suo maiori habet, cap. 20. *Et quia vna lunatio potest iuchare in vno mense, & finire in alio: voluerunt vt quæ ibet talis à fine suo sortiretur denominationem, & dixerunt eam esse illius mensis, in quo terminatur.* Vnde versus:

Zz 2

Mens

Computi Ecclesiastici peritos, eadē quæ Clauius de denominatione lunationum docere.

Mens luna datur, cui sine suo sociatur.

Ergo huc etiam omnes nervos ingenii tui intende, si forte aliquid cōtra Grammaticam dictum inuenias, ut vna cum vocabulis res ipsas quo velis trahas.

Caluissus è ludo suo Clauium secundo dimittit.

His ita expeditis, sic Clauium è ludo dimittit, ut eum non prorsus repellat, sic enim inquit: *Sed tempus est, te cum erroribus Calendarii tui dimitti, nisi etiam, quomodo Calendarium condi debeat, quod omnino non peccet, scire volueris.* Si animum discendi cupidum attuleris, te non repello. Animum quidem discendi cupidum iam sæpius attulimus, quo vero famem nostram expleremus, præter nudum panem tuum aliud apud te nihil inuenimus, imo pleraque per vim ingesta in te reicere fuit necesse. Redibimus tamen, Caluissi, ne dubita: cœnam interim parabimus, ad quam te inuitamus.

CAPVT QVINTVM.

Caluissum perperam emendare Calendarium, & censorem iniquum agere.

PRELUSISTI nobis ingeniose magister, & exemplo præiuvisti, rerum verborumque materiã tam copiosam præparasti, ut abunde hoc capite habeamus, quæ in te retorquere nullo negotio possimus. Quamuis autem iniquum te Calendarii Gregoriani censorem egisse luculentissime appareat, ex his, quæ huc usque contra te disputauimus: quia tamen non solum censorem noui seu Gregor. Calendarii, aut aduocatum veteris siue Iuliani, sed & Gregoriani Reformatorem ac correctorem tu te ipsum constituisti, qui videlicet vnus post hominum memoriam ex omnibus litteratis rem acu tetigeris, & Calendarium vere reformatum construxeris, breuiter tibi ostendendum erat, quam bene munere tuo functus sis. Quod ita præstabimus, ut ea tantum loco cœnæ tibi proponamus, quibus stomachus tuus iam dudum assuevit, fercula scilicet crassiora, quæ homines decet laboriosos, imo, quæ tua in culina à te ipso parata sint, quæve tu ipse, ut video, mensis iam paratis, inferre non detrectas.

Conditiones iniqui censoris.

Et quidem primo: *Iniquus censor is est, (ait Sethus Caluissus quem hoc nomine reuagam) Primum, Qui, quæ bona sunt in aliquo scripto, non solum falsitatis arguit, sed & corrumpit, & vitius inquinat. Secundo, qui, quæ falsa sunt, vera esse pronunciat. Tertia, qui errorem, quem sicubi inuenit, maiorem esse pronunciat, quam reuera est. Quarto, qui emendando tantundem errat, atque is, cuius errata corrigere conatur. Hac si demonstrauero, manifestum erit spero, Caluissum recte argui iniquitatis in censendo & emendando Calendario Gregoriano.*

Caluissum ratione primæ conditionis iniquum esse censorem.

2 Quod ad primum attinet, quod Caluissus, quæ bona sunt, & quæ nullius erroris recte argui possunt, falsitatis arguat, & eadem emendando corrumpat. Propositio est bimenbris. Nam & qui vera erroris accusat, iniquus censor est, & is etiam, qui, quæ vera sunt, erroribus fœdat. De primo membro opus non est verba facere, cum euident sit, ineptissimū hunc censorem vera & optima quæque erroris accusasse, clarissime testatur plurima illa in ipsum retorta spicula, testantur ea, quibus confossus adhuc iacer: hoc solum hic planum facere oportet, quod eadem, quæ falso accusat mala, corrupe-rit mendatione, quæ res facilis est, ac nullius laboris.

Primo enim, ut paulo ante vidimus, destruit, & pessime corrumpit elegantissimum

simum tetracoseteridum ordinem, qui & ob excellentiam ac nobilitatem annorum centesimorum, qui ad eximendorum dierum memoriam refricandam aptissimi sunt, & ob facilitatem vsus practici; & ob congruentiam cum modo intercalandi communi, & ob plura etiam alia, quibus abundat, priuilegia, satis laudari non potest: & in eius locum intrudit, ignobilem atque ineptissimam, à Reformatore Calendarii ob hoc ipsum reiectam, obſcuram, ad vsum difficilem centum viginti octo annorum periodum.

Secundo in eodem Calendario reiectis tum cyclo antiquo solari, quem tamē se retinuisse fingit, tum nouo atque concinno Gregoriano 400 annorum, ignobiliorem, difficiliorem, maiorem substituit 896 annorum cyclum: neque enim prius in illo suo posteriore Calendario idem redit literarum ac bissextorum ordo. In primo vero non solum non restituit cyclum solis antiquum, sed eundem vna cum feriarum ordine pessime perturbauit.

Tertio, vt in priori Calendario male accusat inscriptionē epactarum nouiluniorumque indicū, qua Reformatores, vel ipso affirmante Caluissio, imitati sunt Patrum Nicenorum earundem epactarum dispositum, si quis tunc fuit, vt suo loco ostendimus; ita pessime eundem in vtroq; corrumpit ac deformat.

Quarto, eo ordine destructo, Paschales etiam destruxit menses; introducto alio nunquam in Ecclesia vsitato terminorum Paschalium vltimo limite, & mensem illum Ecclesiasticum imperitiissime aſcia sua obtusa bissecavit in Paschalem, ac primum.

Quinto, reiectis epactis discoloribus, sive characterum diuersorum, hoc consecutus est, vt absurdissime eodem in cyclo duas in eundem diem coniceret lunæ ætates; & ex defectu epactæ 19, quam Reformatores discolorum vltimo Decembris die adscripserant, lunationem subinde faceret mōstrosissimam, vt hoc, quo hæc scribimus anno 1615 in Ianuario accidit, dierum videlicet quinquaginta nouem.

Sexto, expuncta epacta XX in eodem vltimo Decembris posita, nullaq; substituta alia, currente eadē epacta XX, lunationes facit Ianuarias dierum vel sexaginta, vel quinquaginta nouem, itidem portentosas.

3. Possent & alia ac plura afferri absurda & incommoda, quæ, reiectis melioribus, introduxit iniquus iste censor, sed ne fastidium pariant nostro conuiue, ea consulto omittimus: bellaria tamen quædam pro secunda mensa apponemus, quibus bonus hospes recreatus, cœnæ non longē libentius finem imponat; annorum videlicet centuriā, quæ cum rectius se in suis quartisdecimis ac Paschatibus habuerit, ipse ingenio suo ac subtilitate, de qua Clauus nūquam ne quidem per somnium in tota vita cogitarit, egregie conspurcauit. Sufficiet illi, credo, vna: *Habenda enim est ratio breuitatis, & parcendum chartæ, atque eruditorum virorum ocio. Centuria autem sit 1600* (si enim ipse Calendario Gregoriano obicit centuriam 298500, & alias adhuc remotiores, liceat nobis ei obicere aliam, quæ aliquot centenis annorum millibus vicinior est) *quam Caluissius in numero ponit earum, quæ correctione indigent, in quibus vnā literam in epactis Clauianis recte applicandis transcendendam esse affirmat, in qua describenda primum ordine in prima columna recito centuria illius annos. In secunda columna, quartamdecimam secundum ordinationem Clauii pono. In tertia quartamdecimam ex sententia Caluissii, & tandem plenilunium Paschale ad medium motum tabularum Prutenicarum, horis à media nocte diem inclisante numeratis, vt compara-*

Exemplum de
centuria 1600.

110, vtra quartadecima verior sit, manifestior sit. Porro exentiles dies in hac centuria sunt
119. Et Clavius praefigit ei literam A, Caluissius banc falsam esse pronunciat, & sequentem
assumit, quae est u.

Anni Christi	Termini Paschal. Clauui.	Termini Paschal. Caluissii	Plenilunia Dies. Fer. Hor. Min.	Anni Christi	Termini Paschal. Clauui.	Termini Paschal. Caluissii	Plenilunia Dies. Fer. Hor. Min.
16100	29 Mar	30 Mar	30 M 3 3 32	16134	12 Apr	13 Apr	13 A 3 12 36
16101	17 Apr	18 Apr	18 A 2 1 4	16135	1 Apr	2 Apr	2 A 7 21 25
16102	6 Apr	7 Apr	7 A 6 9 53	16136	21 Mar	22 Mar	22 M 5 6 14
16103	26 Mar	27 Mar	27 M 3 18 42	16137	9 Apr	10 Apr	10 A 4 3 46
16104	14 Apr	15 Apr	14 A 2 16 14	16138	29 Mar	30 Mar	30 M 1 12 35
16105	3 Apr	4 Apr	4 A 7 1 3	16139	17 Apr	18 Apr	18 A 7 10 7
16106	23 Mar	24 Mar	24 M 4 9 52	16140	6 Apr	7 Apr	6 A 4 18 56
16107	11 Apr	12 Apr	12 A 3 7 24	16141	26 Mar	27 Mar	27 M 2 3 45
16108	31 Mar	1 Apr	31 M 7 16 13	16142	14 Apr	15 Apr	15 A 1 1 17
16109	18 Apr	0	19 A 6 13 45	16143	3 Apr	4 Apr	4 A 5 10 6
16109	0	21 Mar	21 M 5 1 2	16144	23 Mar	24 Mar	23 M 2 18 55
16110	8 Apr	9 Apr	8 A 3 22 34	16145	11 Apr	12 Apr	11 A 1 16 27
16111	28 Mar	29 Mar	29 M 1 7 23	16146	31 Mar	1 Apr	1 A 6 1 16
16112	15 Apr	16 Apr	16 A 7 4 55	16147	18 Apr	0	19 A 4 22 48
16113	4 Apr	5 Apr	5 A 4 13 44	16147	0	21 Mar	21 M 3 10 5
16114	24 Mar	25 Mar	25 M 1 22 33	16148	8 Apr	9 Apr	8 A 2 7 37
16115	12 Apr	13 Apr	13 A 7 20 5	16149	28 Mar	29 Mar	28 M 6 16 26
16116	1 Apr	2 Apr	2 A 5 4 54	16150	15 Apr	16 Apr	16 A 5 13 58
16117	21 Mar	22 Mar	22 M 2 13 43	16151	4 Apr	5 Apr	5 A 2 22 47
16118	9 Apr	10 Apr	10 A 1 11 15	16152	24 Mar	25 Mar	25 M 7 7 36
16119	29 Mar	30 Mar	30 M 5 20 4	16153	12 Apr	13 Apr	13 A 6 5 8
16120	17 Apr	18 Apr	17 A 4 17 36	16154	1 Apr	2 Apr	2 A 3 13 57
16121	6 Apr	7 Apr	7 A 2 2 25	16155	21 Mar	22 Mar	22 M 7 22 46
16122	26 Mar	27 Mar	27 M 6 11 14	16156	9 Apr	10 Apr	10 A 6 20 18
16123	14 Apr	15 Apr	15 A 5 8 46	16157	29 Mar	30 Mar	30 M 4 5 7
16124	3 Apr	4 Apr	3 A 2 17 35	16158	17 Apr	18 Apr	18 A 3 2 39
16125	23 Mar	24 Mar	24 M 7 2 24	16159	6 Apr	7 Apr	7 A 7 11 28
16126	11 Apr	12 Apr	11 A 5 23 56	16160	26 Mar	27 Mar	26 M 4 20 17
16127	31 Mar	1 Apr	1 A 3 8 45	16161	4 Apr	5 Apr	4 A 3 17 49
16128	18 Apr	0	19 A 2 6 17	16162	3 Apr	4 Apr	4 A 1 2 38
16128	0	11 Mar	20 M 7 17 34	16163	23 Mar	24 Mar	24 M 5 11 27
16129	8 Apr	9 Apr	8 A 6 15 6	16164	11 Apr	12 Apr	11 A 4 8 59
16130	28 Mar	29 Mar	28 M 3 23 55	16165	31 Mar	1 Apr	31 M 1 17 48
16131	15 Apr	16 Apr	16 A 2 21 27	16166	18 Apr	0	19 A 7 15 20
16132	4 Apr	5 Apr	5 A 7 6 15	16166	0	21 Mar	21 M 6 2 37
16133	24 Mar	25 Mar	25 M 4 15 4	16167	8 Apr	9 Apr	9 A 5 0 9

Anni

Anni Christi.	Termini		Plenilunia.				Anni Christi.	Termini		Plenilunia.			
	Paschal. Clauii.	Paschal. Caluiffi.	Dies.	Fer.	Hor.	Min.		Paschal. Clauii.	Paschal. Caluiffi.	Dies.	Fer.	Hor.	Min.
16168	28 Mar	29 Mar	28	M	2	8 58	16184	31 Mar	1 Apr	31	M	4	10 23
16169	15 Apr	16 Apr	16	A	1	6 30	16185	18 Apr	0	19	A	3	7 55
16170	4 Apr	5 Apr	5	A	5	15 19	16185	0	21 Mar	20	M	1	19 12
16171	24 Mar	25 Mar	26	M	3	0 8	16186	8 Apr	9 Apr	8	A	7	16 44
16172	12 Apr	13 Apr	12	A	1	21 40	16187	28 Mar	29 Mar	29	M	5	1 33
16173	1 Apr	2 Apr	2	A	6	6 29	16188	15 Apr	16 Apr	15	A	3	23 5
16174	21 Mar	22 Mar	22	M	3	15 18	16189	4 Apr	5 Apr	5	A	1	7 54
16175	9 Apr	10 Apr	10	A	2	12 50	16190	24 Mar	25 Mar	25	M	5	16 43
16176	29 Mar	30 Mar	29	M	6	21 42	16191	12 Apr	13 Apr	13	A	4	14 15
16177	17 Apr	18 Apr	17	A	5	19 14	16192	1 Apr	2 Apr	1	A	1	23 4
16178	6 Apr	7 Apr	7	A	3	4 3	16193	21 Mar	22 Mar	22	M	6	7 53
16179	26 Mar	27 Mar	27	M	7	12 52	16194	9 Apr	10 Apr	10	A	5	5 25
16180	14 Apr	15 Apr	14	A	6	10 24	16195	29 Mar	30 Mar	30	M	2	14 14
16181	3 Apr	4 Apr	3	A	3	19 13	16196	17 Apr	18 Apr	17	A	1	11 46
16182	23 Mar	24 Mar	24	M	1	3 2	16197	6 Apr	7 Apr	6	A	5	20 35
16183	11 Apr	12 Apr	12	A	7	1 34	16198	26 Mar	27 Mar	27	M	3	5 24
							16199	14 Apr	15 Apr	15	A	2	2 56

Ex hac descriptione apparet, vter quartadecimam suam rectius ad motum lunarem applicauerit. Non enim quouis modo ea applicari debet, sed hac regula, quam Clauius sepius reperit, vt quartadecima quam proxime plenilunium precedat. Hoc enim modo fit vt error in Paschate agendo non facile committi possit: Vnde manifestissimum est, Clauii aequationem veram, iustam, & legitimam esse, vt cuius decimaquarta luna proxime plenilunium precedat, & quae celebrando Paschate multo minus in hac quidem centuria errat Caluissio. Quiduis cum aliquo deponere ausim, obiciebat Caluissius Clauio de centuria 9200 Liliiana, in qua tamen Pascha celebrabatur, vt supra ca. 16. Num. 2 lib. praecedent. ostendimus ostes in vltima hebdomada mensis Paschalis; in hac vero centuria 16100 quinquies tantum, si in toto Calendario Gregoriano similis annorum centuria tam libera ab omni errore inueniri possit: de quo quicquid sit, tamen Caluissius epactas hasce Clauii falsas esse clamat, & substituit alias, quarum quartadecima semper sequuntur Clauianas integro die, ipsum vero plenilunium saepissime, vnde non pauci nascuntur errores. Nam quod ipsius epacta longissime aberrant à noui unius, manifestum est ex hisce exemplis. Anno quarto huius centuria, Caluissii epacta 28 nouilunium exhibet die 2 Aprilis: sed nouilunium eo anno factum est die 30 Martii, feria prima, integro triduo antepresinitum tempus. Sic anno 28, epacta Caluissii 23 nouilunium factum ostendit die 8 Martii, sed id factum est die 5. Martii, & epacta iterum toto triduo à nouilunio aberrat, idq; accidit in hac centuria saepius. Ita ab errore illo Paschatis in duodecimo mense non celebrandi, qui hereseos ab Ecclesia damnatus fuit, (si Canonistae Caluissio, quamuis id canonibus suis non expresserit, credamus) Caluissius nequaquam abstinere, sed et quinquies in hac centuria admittit, vt anno 9, 28, 47, 66, 85. Tertium errorem etiam, quo Pascha in die 22 mensis Paschalis reuocatur contra Canones, minimum bis nouies admittit.

Atque

Atque ita Caluifius sum suis epactis multipliciter impingit, & Calendarium suum alias ubique errorum maculis sedatum, magis magisque inquinat. Manifestum igitur est ex hac cēturia quod demonstrandum proposuimus: quod videlicet Caluifius, quæ bona & legitima sunt in Clauui Calendario erroris arguat, & eadem emendando corrumpat. Atque hæc sufficere arbitror.

De secunda conditione iniqui censoris.

4. Ut tibi sapiunt, Caluifi, hæc epulæ, nonne egregie tuam olent culinam? Agnoscis tua verba, quam belle sonent in auribus tuis? Vides nequam prudenter fecisses, si domi mansisses cū putido tuo ac luteo Elencho, abstrusamque tuam doctrinā explicasses priuatos inter parietes? Nōne nihilominus habitus fuisses Reip. Lipsienfis ciuis, cantor, ac Ludimagister? Satis autem ostensum est, te iniquum egisse censorem, ac simul imperitissimum interpolatorem, nec opus esset reliquas percurrere propositionis tuæ quadripartitæ partes. Nam quod ad secundā attinet, quod nimirum ea, quæ falsa sunt, vera esse pronuncies, cum nos nullos concedamus Calendario Gregoriano inesse simpliciter errores, aut falsa, liberum hic te dimittere possemus, ne satietas nimia nausæ fastidium tibi pariat: Nisi fortassis hoc tibi propinandum sit, quod cum Clauius fateatur, omni Calendario Ecclesiastico per cyclos instituto, atque adeo & Gregoriano aliquot inesse errores, qui tamen simpliciter errores dicendi non sint, tu eos simpliciter nullos esse asseras; eo quod tam de centuria 9200, quam de 8200, 8500, & pluribus aliis, quas capite 31 enumeras, vltro affirmas, eas ex æquatione Liliiana tales esse, quæ *NVL-LIVS erroris recte argui possint*; constet autem de illis, eas si non omnes saltem, plerasque aliquot eorum committere errores, de quibus Clauius, manifeste concluditur, etiam te ex hoc capite egisse iniquum censorem, teque ea, quæ aliquomodo falsa sunt, simpliciter vera pronunciasse.

Caluifius tertiā etiam conditionem iniqui censoris implet

5. Sed quia in vtrumque paratus est Serhus Caluifius, & tam facile verum falsum pronunciat, atque falsum verum, errores quos nullos vocat, nullo negotio eos, non solum errores, sed & grauissimos, absurdissimos, ineffabiles proclamabit. atque hac ratione tertiā iniqui censoris conditionem, qui videlicet *errorē quem sibi inuenit, maiorem esse pronunciat, quam reuera est*, complebit (vt luna orbē suum) id, quod sexcentis probare possemus exemplis: Sic hæreseos damnat Paschata, in quibus nulla omnino hæreseos comparet nota: sic epactas Clauianas, quæ vno vel altero die à plenilunio abeunt, aberrare mentitur *sere menstruo spatio*: sic in Calendario Gregoriano frequentiores & sediores errores committi, quam in Calendario Iuliano siue veteri, similiter mentitus est: Sic in aliis extra limites turpissime exorbitat, nūc in numero, nūc in tempore, modo in qualitate, modo in quantitate modum excedit. Tædet ea singulatim repetere, quæ huc alias pertinerent, quod si famelicus adhuc es, Caluifi, tu ipse eas colligito reliquias.

De quarta conditione.

6. Pari ratione quarta iniqui censoris ac correctoris conditio, in te nullā opus habet probatione, nam, qui emendando plus errat atque is, cuius errata corrigere conatur, etiam tantundem errasse se non negabit. Relege igitur primam partem siue conditionem, Caluifi: reuoca in memoriam, quæ passim tibi dicta sunt, & si ea non satisfaciunt, redire poteris, & singulatim tunc etiam hanc partem probabimus. Ergo *satisfecimus nostræ actioni, quæ Caluifium de iniquitate in censendo, & interpolando Calendario Gregoriano reum egimus, cum demonstrauerimus eum; quæ bona sunt, ibi nō solum falsitatis arguere, sed eadem etiam corrumpere*. Deinde, quæ aliquomodo falsa sunt, pro veris & legitimis proclamare. Tercio, errores calumniando augere, maioresque pronunciare.

Conclusio.

nunciare, quam reuera sunt, & tandem illum ipsum in Calendario emendando totidem fere & tantundem vitiorum, imo plura & maiora inferere. Quod faciendum erat.

CAPVT SEXTVM.

De cogitatione quam Caluissius cap. 6. de Calendario emendando, statibus Imperii Romani suscipiendam proponit.

IS idem Ludimagister noster, qui paulo ante è schola se contulit ad cœnam, nunc ad maiora tractanda negotia, eademque imperialia sese confert à cœna, & statim in ipso capitis 6 initio, vt suis Pseudocalendariis tempestiuus succurreret, ne ipso in partu misere interirêt, atque è laboribus suis aliquid sibi præmii, aut gratiæ aliubi compararet, hanc ponit proponitque in medium quæstionē: *Vtrum status imperii reformatæ religionis de emendatione Calendarii cogitationem suscipere debeant: cumque neminem reperirer, qui ad eam melius responderet, quam eum, qui ipsam proposuit, ipse hanc respondendi prouinciam in se haud inuitus recepit, & quæstionem hanc ille ipse suis momentis expendere aggressus est, qui solus omnium prudentissimus, atque suo saltem iudicio sagacissimus est, quippe, qui orbem Christianum errore liberauerit.*

2. Et primo quidem, caussa cur aliquando *Pontifex Calendarii emendationem instituit, illi non videtur tanta, etiamsi recte conformatum esset nouum Calendarium, vt propterea tota Europa institutione noui Calendarii turbari debuerit.* At quid hoc rei est, Caluissi? quæ tam subita sententiarum mutatio? alius fuisse ante cœnam videris, & nunc proxime post cœnam alius. Tunc enim, cum magis sobrius esses, ita oculis tuis hæc ipsa se se ingerebant, *vt emendatio Calendarii Iuliani necessaria fuisse tibi visa sit.* Iam vero postquam meridiana in luce cœcutire cœpisti, & postquam à Gregorio XIII. Calendarium vetus optime emendatum est, & legitime promulgatum, caussa emendationi promulgationisque, quæ semper habita fuit necessaria & vrgentissima, tibi nunc insufficientis, vel etiam nulla est. Ductore, vt video, opus habes, & quidem mihi inniti si velis, me ducem habebis. Ego te, Caluissi, sensim eo reducam, vnde existis; me sequere. Meministi ne, quanti olim in Ecclesia de celebratione Paschatis extiterint rumores? & quâti eos æstimarint sapientissimæ illi sanctissimæque Niceni confessus Patres? quos nō solum nemo quasi ipsi turbas cierent, ac Christianam libertatem laes, promulgatisque legibus violarent, accusauit; quin omnes potius nullis non laudibus ipsos sunt prosequuti, & quos illi tunc hæreseos damnauerunt, etiam ipsi damnauere. Sed nonne etiam meministi (meminisse autem potes ac debes tu, qui non solum tertii ordinis es cantor, sed fortassis alicuius quoque notæ Chronologus) nonne inquam meministi, & clamores illos creberrimos subinde exaudisti, quib. Conciliorum, summorumq; Pontificum aures, quasi perpetuis quibusdam percussionibus circumsonuerunt, non rusticorum tantū turba, quæ metiri cœlestia aratro solet, non paganorum ac Iudæorum cohors, cui Christianorum Paschata iam pene ludibrio erant; sed virorum etiam eruditissimorum cætus, qui tam licentiosam æquinoctiorum fugam, quæ iam dies decem à vicessimoprime Martii abierant, quam aureorum numerorum in designandis nouiluniis infidam fidē, ferre amplius æquo animo non poterant. Tunc hos omnes, non vno vel altero

Caussam correctionis Calend. quæ viri doctissimi complures & sæpius dedecrant, Caluissius insufficientem pronunciat. Lib. 1. cap. 7.

Aaa die,

die, sed ab aliquot seculis, usque ad tempora Gregorii Decimiertii adeo fuisse remulentos affirmare audebis, ut quid cogitarent, nescirent, quid dicerent, agerent, postularentq; prorsus non intelligerept? Tunc emendationem Calendarii eos tanto tempore desiderasse quidem non negabis, at causam habuisse sufficientem, quam iuste prætenderent, omnino pernegabis? At ego te tam esse inimicum veteribus illis non puto, imo nec Gregorio ipsi succedere posse, quod Calendarium emendauerit, si cogitationes suscipere sobrias velis, & sinceriora sequi. Nam si turbas intra te componere conareris, quas Calendarium nouum excitasse in Europa tibi falso imaginaris, facile intelligeres, emendationis causas, non solum nobis cum antiquis communes fuisse, sed tanto etiam nobis esse grauiore, quanto Calendarii veteris errores nostris temporibus facti sunt manifestiores. ita ut in omnium oculos, quotannis fere per se ipsos incurerent, essentque eiusmodi, qui ab omnibus accusarentur, excusari vero amplius à nemine possent.

Cur Calend. veteris tardius, & qua felicitate à Gregorio XIII. correctum sit.

Ergo iam tandem expergiscere, Caluisti, & quo non minus opus habes, oculos exterge, ut quæ clausis quidem vidisti, sed vidisse videri non vis, eadem apertius videas apertis. Optime nosti, non fuisse primum Gregorium Pontificem, qui de emendatione cogitauerit, sed ante ipsum rem hanc sapius ab aliis tentatam, sapiusque à Pontificibus in Pontifices reiectum esse, non quod illis causæ defuerint, quæ indies magis semper magisque succrescebant, sed quod vel Mathematicis destituerentur, vel quod tales non haberent, quales negotium hoc postulare, qui scilicet Ecclesiastica non Astronomice, sed Ecclesiastica tractarent, hoc est, qui non vna cum erroribus etiam discordias, quæ calculos Astronomicos comitari solent, ab Ecclesia remouerent. Quo proinde nomine, Gregorius Decimustertius multo fortunatior est appellandus, cuius sanctissima desideria, deque Christiana Republica optime merendi profusissimæ voluntates, in Liliانا Clauianaque tempora inciderint, qui publica priuatis, popularia abstrusioribus Astronomorum præceptis, & Ecclesiastica subtilitatibus scholasticis præferre scirent ac vellent, mallentque non tam monstrare artem, in qua inter suos eminebant, quam ad caput vulgi demittere; nec non suam industriam eorum conformare auctoritati ac voluntati, qui id potissimum ab ipsis exigebant; ut sublati erroribus iuxta Patrum Nicenorum decreta, instauratio Calendarii institueretur; atq; in computandis festis mobilibus ratio vulgi, facilitatisq; haberetur; hoc est, cyclis omnia, ut ante, peragerentur, & quantum fieri posset, quam minima fieret in hac Calendarii veteris mutatione, veterum præceptionum consuetudinumque mutatio. Quæ omnia à Reformatoribus, in primis que à Clauio in Gregoriano Calendario obseruata esse, adeo est manifestum, ut ne tu quidem, qui postremus ipsum oppugnasti, quod reprehenderes quicquam habuisses, nisi noues tibi Canones composuisses, veteres peruertisses, & longe ultra eiusdem Calendarii perpetuitatem euagatus fuisses.

Communē aduersariorū prætextum, Calendarium scilicet non esse bene correctum Caluisti autē

3. Redi igitur, Caluisti, redi, ne fortassis tanto interuallo à te ipso recedās, ut redire domum non possis. Recogita tecum attentius, quod imprudentius effuisti, ais enim: *Hæc causa non videtur tanta, etiamsi recte conformatum esset nouum Calendarium, &c.* Itane, tamque imprudens es, ut hoc tibi excidere volueris? tu ne etiamsi recte conformatum esset nouum Calendarium, statibus tamen imperii auctor esses, ut ipsum nullo modo recipiam? Ne quæso existimes, omnes tui similes esse ut quod

vt quod omnes haftenus summis votis exposcebant, praefertim, vbi recte conformatum id intellexerint, saltem pacis ob causam amplecti noli. Certe vel hoc fatearis necesse est: non errores esse Calendarii, in quibus coacervandis maiorem Elenchi tui partem confarcinasti, sed aliam quandam à Calendario maxime alienam, quae si ab initio nuda, hoc est, ita vt hic à te factum est, cum hoc tuo, etiam si recte conformatum esset, proposita fuisset; proculdubio turbas, quas tu hoc eodem in Elencho fouere non desistis, nunquam primi illi Calendarii noui oppugnatores excitassent: sed id potius, quod summi Pontificis rogatu, Imperator cum ceteris orthodoxis libere fecit, hoc absque dubio reliqui Imperii itatus prudentissimum Imperatorem imitando, eadem cum libertate, & alio aliquo politico sub praetextu fecissent. Verum vt nudam hanc accaluum rationem aliqua ratione palliarent, & vt ita dicam, pilearent, omnino boni isti viri opus habebant, vt aliquo modo male ipsum correctum esse ostenderent, cui demonstrationi quam bene conueniat hoc tuum, *etiam si bene correctum esset*, tu videris.

Dices fortassis, propositionem hanc conditionatam esse, non absolutam, neque veram esse de facto: atqui ego eam verissimam esse vel ex te ipso facile didicero, dum modo ultra mundi finem à te alibi praedictum excurrere nolis. Ad finem enim capitis quartilib. 2. sic habes: *Esse enim in prima periodo, hoc est, ad annum vsq; 3300, atque adeo longe post finem mundi, plane conuenimus, & nulla inter meas atque tuas (Clauis) epactas discrepantia inuenitur, quod casu potius, quam ratione à te vel à Lilio factum est, tamen id, quod iam parum vel nihil ad rem facit, statim in secunda periodo in diuersum cum Lilio abis. &c.* Ergo velis nolis, cogeris fateri, siquidem tuum Calendarium non errat, neque Calendarium Gregorianum saltem vsque ad mundi finem errare: atq; adeo tale esse, quale absq; vlla tergiuerfatione amplecti omnes debeant ac possint. Neque est, quod iterum dicas, quamuis in hac prima periodo errores nulli sint, Calendarium tamen Gregorianum recipiendum non esse, eo, quod hoc casu potius, quam ratione, &c. factum sit. Quin tu potius hoc casu dixisti, & hoc ipso rationibus tuis etiam illud, quod apud quosdam auctoritatis habere potuisses, id torum ipse destruxisti. Iam tibi supra clare satis ostensum quidem est, emendationem veteris Calendari non casu, sed ea cum ratione factum esse, quae instituendo Calendario Ecclesiastico ad moralem quandam perpetuitatem sufficiebat, & ad vulgi captum propius accedebat, essentque fortassis eadem hic tibi iterum replicanda, sed quia caput iam antea turbatum, turbari amplius non debet, & quia in iis etiam, quae sequuntur, à Caluissio optamus intelligi, non nihil de rigore nunc remittendum putamus & comiti nostro, quo me ductorem suum alacrius sequatur, aliquid concedendum.

Quamobrem esto, Caluissi ita sit vt annotasti, *casu potius, quam ratione factum sit*, quod saltem vsque ad annum 3300 Calendarium Gregorianum recte se habeat, & à tuo nihil discrepet, sed quid hoc ad rem tuam? idcirco ne id, quod iam recte se habet, reiiciendum est, eo, quod rectitudinem hanc non à te, sed à Lilio vel Clauio acceperit? nonne hoc agere actum est, iterum velle facere, quod fieri melius non potest? Quae so re, Caluissi, ab his & his similibus sententiis desinceptis abstineas; ne risu, quo iam toties exceptus es à discipulis tuis, iterum iterumque excipiari, neve tibi contingat incurrere in quempiam

Calendarium bene esse correctum Caluissius concedere cogitur.

Nihil ad rem facere Caluissi, Calendarium casu bene correctum esse, modo, quod faceretur, bene correctum sit.

amulorum tuorum, qui te gloria tua, quam tãtopere insectaris, medio in itinere spoliet, publiceque proclamet, non te esse, sed Liliū & Claviū, qui longe ante te orbem erroribus liberauerint. Nam quod tu aliter, Clavius aliter Calendarium idem in lucem protulerit, hoc nec melius facit Calendarium, nec peius: sed neque postquam res facta est, queri solet, qua arte, quibus instrumentis facta sit; sed potius, quam bene sit facta. Placeat tibi sãne, Caluisi, ars tua, si quidem tua est, quam ex Scaligero didicisti, placeat methodus, & de epactarum æquatione tua, altum sapi. s, quantum ad grauius cadendum satis; quin etiam cum eadem ultra finem mundi progredere, quantum placet: nobis vero cum Clauio & Lilio sapere vsque ad sobrietatem libet, atque ex postpositione vnus diei, quæ lunationibus mediis debetur, saltem vsque ad annum 3300 recte & Ecclesie astice tecum æquari epactas Gregoriano nostro in Calendario, placet. & si ulterius mundus duret, & alia tunc fuerit Mathematicorum de rebus cœlestibus scientia, quam modo est, libentissime suscipimus, atq; vt par est, illam laudamus Gregorii Decimiertii æquationem extraordinariam, quæ omnium Calendarii morborum vnicum est & præsentsimum remedium, præsertim eorum, qui diuturnitate temporis contrahi possunt, ac solent.

Correptione calendarii, quæ cōsensu Regum ac Principū instituta est, nequaquā Europam turbata esse.

4. Denique cum ais: *Hæc caussa non videtur tanta. &c. vt propterea tota Europam institutione noni Calendarii turbari debuerit*, hoc demum ais, vnde rursus consuetudo, de adhuc capite laborare, & stomacho turbari, ceterum vtrique huic malo vna hac potiūcula facile medeberis. Illud velim, Caluisi, penitus persuasum haberi, quod verissimum & exploratissimum est, nimirum, vetus Calendarium necessario aliquando, & quidem nostris maxime temporibus, corrigendum fuisse, tum ob errores, qui diutius ferendi non erant, tum vt omnium votis satisfaceret, qui hoc ipsum vt fieret. Conciliis, summisque Pontificibus sedulo expostularunt, non vt turbæ in Europa cierentur, sed vt hæc tempora nostra, quæ à priscis illis in celebratione legitima Paschatum, non sua, sed cyclorum culpa, eaque excusabili, recesserant, ad Concilii Niceni tempora reuocarentur. Atque hoc est, quod Gregorius Decimustertius tandem aliquando, Deo Optimo Max. optimi Pontificis bene cœpta fauore suo singulari prosequente, ea cum prudentia ac circumspeditione fecit, vt simul etiam turbationibus sufficientissime prouidisse visus sit. Nam Ecclesiasticum hoc negotium, eo quod etiam rebus ciuilibus vsui futurum esset, multo ante, quam ipsum serio tractare inciperet, rem tanti momenti cum Imperatore, Regibus ac Principibus, præcipuisque orbis Academiis communicauit, & tunc demum, vbi omnium vnanimis assensus suis votis accessit, adhibitis in consilium celebrioribus quibusque Mathematicis, eorum opera, quod maxime optauit, feliciter consequutus est, abrogatoque veteri Calendario, nouum aliud, idque ad Patrum Nicenorum decreta, constantemque Ecclesiæ consuetudinem accommodatius, ipsi substituit, omnibusque obseruandum edixit, Imperatorem vna cum cæteris Reg. b. ac Principibus horrando, rogando, atque etiam pro data sibi à Domino auctoritate, ipsis mandando, vt quo ipsi studio contenderunt, vt hoc tam præclarum opus perficeretur: eodem, imo etiam maiore, ad conseruandam in celebrandis festiuitatibus, inter Christianas nationes concordiam, hoc Calendarium suscipere, & à cunctis sibi subiectis populis religiose suscipiendum, inuiolateque obseruandum curarent.

Quæ

Quæ cum ita se habeant, nulla profecto causa est, ut propter nouum Calendarium Europa turbari debuerit, sed iubilare potius, sibi que gratulari, quod tandem à Gregorio Decimotertio emendatum nem, quam non vna, sed plures, tot ac tantæ, eademque grauissimæ urgebant causæ, impetrauerit; nec non ab erroribus in celebrandis festiuitatibus liberata sit, atque ad priscam Ecclesiæ consuetudinem reuocata. Ego, Caluisi, dum Europam curiosius perlustro, vel etiam orbem vniuersum percurro, nulli bi turbas maiores inuenio, quàm mirum, si nouum hoc Calendarium, idque pacis atque concordie quoddam veluti inter orthodoxos symbolum, inter vos locum non inueniat, vbi ne orthodoxa quidem fides est. Vos estis, qui plebi, qui Principibus imponitis; vos, qui vniuersalem Calendarii optimi receptionem inconditis vestris clamoribus hætenus impediistis, & adhuc, quantum in vobis est, impeditis; vos, qui non reformatum, sed deformatum mentimini. videtis enim, nisi ipsum proliis erroneum esse ostendatis, vos id, quod maxime optatis, sufficienter persuadere non posse. Verum iam satis superque à nobis demonstratum est, in Calendario à Gregorio Decimotertio promulgato, errores nullos inesse, qui vere errores dici queant. imo, si verum fateri velitis, negare ipsi non potestis, vos aliam nullam, præter odium Pontificis, habere causam, cur vestræ puriori, ut eam appellatis, Ecclesiæ tantum bonum inuideatis, quantum secum affert communis omnium in vnum idemque Calendarium consensus; nempe in hoc ipsum, quod iam à potiore orbis parte receptum est. Atqui hæc ipsa odii causa tanta non est, propterea reliquæ Europæ partes, tanto bono gaudere non debeant. Vobis igitur, & nequaquam Calendario Pontificio imputandum est, si quid ob nouum Calendarium in Europa turbatum est. Tibi etiam, tuæque, Caluisi, tarditati adscribendum, si hisce stimulis nondum ad te ipsum rediisti; certe redire potuisti, si, quæ huc vsque à nobis dicta sunt, percepisti, quod si non percepisti, fac saltem, ut sæpius eadem repetendo aliquando veritatem assequaris. Interea vero, quoniam ut video, rationes adferre vis, cur institutione noui Calendarii turbari Europa non debuerit, eas, quæ par est attentione audiamus: & quia proculdubio, correctione aliqua opus habebunt, in eas, ut officium nostrum postulat, animaduertamus. Ut vero te melius percipiamus, placet etiam audire ex te ipsammet causam, ob quam Calendarii emendatio instituta fuit, quæ ita se habet: Pontifex Calendarii emendationem instituit hac de causa, quod termini Paschales quotannis fere in Paschate indicando aberrarent, idque secundum Canones Ecclesiæ ita emendari voluit, ne vsquam in Paschate recte celebrando impingeret. Vbi, Caluisi, illud vsquam, absque vilo veritatis præiudicio omittere potuisses, vel certe cum eodem vsquam ad finem addere potuisses, quantum cyclorum ratio permittit, sic enim Pontificis mentem, & veritatem ipsam propius attigisses. Sed è re tua non fuit, vel illud emittere, vel hoc ad tuas infirmas rationes adicere; quas hic iam ordine exponere potes, si placet.

5. Est enim lex de Paschate in plenilunio celebrando à Deo ipso lata, & ab Ecclesiâ tam veteris, quam noui Testamenti, ultra ter mille annos vsque ad nos obseruata est: tamen cum præcipui canones, quibus lex de Paschate continetur, ratione veteris Calendarii non violentur, sed tantum ii, qui minutores habentur, quorum transgressores nunquam pæna Ecclesiastica fuit irrogata, eaque transgressio non fiat quotannis, certum est, nostrum veteris

Turbarum auctores atque aliter esse ipsos aduersarios.

Prima ratio Caluisi: cur Calendarium vetus corrigi non debuerit.

Lib. I. cap. I.

Calendarium ad multos annos tuto adhuc haberi posse, præsertim si nulla alia Calendarii ratio præscribi posset, quam est Gregoriana, qua multis grauioribus in hac re peccatis obnoxia est, quam nostra, etiamsi tanta frequentia hodie non peccet. Quis vnquam credidisset Caluinium tam accuratum esse Canonum obseruatorẽ, qui, quamuis fateatur liberrime, quod in Calendario veteri Pascha longe propius sit nouilunio, quam plenilunio ubi celebrari debebat, & lex de Paschate in plenilunio celebrando à Deo ipso lata sit: tamẽ quia vnus adhuc vel alter, vt ipse sibi periuadet, Canon seruetur, porius à præscripto Dei, & quibusdam Canonibus primitiua Ecclesiæ, in nonnullis annis multum distcedendum, quam Calendarium Gregorianum, quod à summo orbis Christiani Pastore propositum est, & quod Imperatores, Reges, & Principes simul approbauerunt, suscipiendum iudicet, etiamsi tanta frequentia hodie non peccet? Canonizandus omnino est Canonum iste propugnator: quid tibi videtur Origane? me quidem piget rursum in tam manifestas falsitates inquirere; certe turpissimum mendacium esse, quod ais, forma Gregoriana multis grauioribus in hac re peccatis obnoxia est, quam nostra, scilicet Iuliana: vltimo ac penultimo præcedentis libri capitibus maxima tua cum ignominia expertus es. Idem de reliquis dico: quid vero Canonib. prohibitum sit, deque eorundem transgressione, alibi quoque edoctus es. Quod denique Christianorum Pascha cum Paschate Iudæorum turpissime confundas, nimis vel ignorantem, vel obliuiosum te esse Calendariopæum demonstras.

Secunda ratio.

Deinde Iudæi etiam, inquis, à quibus hac Paschatis ceremonia ad nos propagata est, tam stricte ad motus lunares Pascha non egerunt, vt non interdum Paschatis festum longiuscule in mensem secundum reicerent, cuius insigne exemplum habemus apud Iosephum libro 2 buli Iudaici cap. 23 & 24. vbi scenopegiam videmus celebratam die 23 mensis Octobris: vnde apparet, Pascha anno eodem actum esse die 29 Aprilis, cum debuisset 30 Martii, anno scilicet æræ Christiana 66 agi. Sic Clauius demonstrare conatur, etiam post tempora Concilii Niceni multipliciter in Paschate agendo peccatum esse. Vt video, egregie exercitatum Rabbini agis, Caluini, qui tam belle ex Iudæorum erroribus argumentari scias: breuius tamen ita arguisses; Iudæi illicitum suum Pascha celebrarunt non debito tempore. Ergo Christiani sanctissimum suum Pascha etiam alieno tempore agere debent: quid, si te hoc modo argumentantem Magister tuus audisset, nonne hisce te verbis excepisset, Apage, apage corrector, apage indoctissime, ineptissime, inciuilissime corrector? tu, Caluise, Pascha in tua puriori Ecclesiæ, in impurorum mente ad exemplum perfidorum Iudæorum, & cum impurissimis Christi interfectores, agito quotiescunque vis: nobis talis non est religio, neq; Ecclesiæ Dei, vt deuiationi, si quæ subinde est nostri Paschatis, ex deuiatione Paschatis Iudæorum defensionem queramus: saltem exemplum aliquod dedisses de Paschate Iudæorum sacro, quod sanctissimi Christianorum Paschatis figura ac vmbra fuisset; nunc vero cum erroneum atque illicitum Christi interfectores Pascha imitandum Christianis proponas, quis hoc æquo ferat animo? Eodem profecto argumento persuadebis, non solum Pascha in secundo mense, sed & ante æquinoctium, & in vltimo mense celebrandum esse, cum Iudæi suum Pascha ea ratione aliquoties celebrauerint. B. Clemens, quem tu refers, Concilium Nicenum, Imperator Constantinus Magnus, & alii, Christi fideles adhortati sunt, ne sibi Iudæorum Paschata, festiuitatum suorum Paschalia vt exemplum proponerent: tu contra, vt aliquid male ratiocinando efficias, & illustre hinc argumentum, & insigne exemplum è Iosepho sumere voluisti. Neque amplius cum Iudæis tempus celebrandi

brandi Pascha obseruetis, Christi adhortatur fideles B. Clemens lib. 5. Apost. Constit. nulla enim nobis nunc cum eis communitas est: falluntur namque in ipso etiam calculo, & ratiocinatione, quam existimant se absolueri, ut ex omni parte à veritate abstracti sint: tu eo ipso, quod Iudæi errant, & Christianos errare debere concludis, & irremediabilibus veteris Calendarii erroribus, non tam medicinam, quam friuolam atque iniquam excusationem inde peris. Verum tibi nihil pensi est, quid dicas, modo contra Ecclesiam Catholicam, contra Pontificem, contra Calendarium Gregorianum dicas, sic optime dixisse te putas; & insuper tuos adhuc reperis Origanos, qui dicta à te commendent, laudent, approbent. Nonne iucundissimum illud est, quod ais, à Iudæis hac Paschatis ceremonia ad nos propagata est. Sed redi quaeso, Caluissius, ad primam doctrinam Christianæ incunabula; & à pueris disce, quidnam sit, & à quo Pascha Christianorum institutum sit, & unde, siue à quibus ad nos propagatum, ut saltem Christianus non penitus rerum Christianarum rudis audire possis. Quod vero dicis de peccatis Calend. proximis post Concilium Nicenum temporibus, cum ipsum tunc non peccarit illo 10, & 4 dierum intervallo in solis ac lunæ rationibus, sed aliis, quæ cyclis tantum adscribi solent, totum contra te dici: locum enim solum habet pro Calendario Gregoriano, quod interdum ob vnius diei in quatuordecimis errorem (si error dicendus est) in Pascha inducit, qui, quemadmodum à primitiua illa Ecclesia aut nullo modo pro erroribus habiti, aut tanquam parui momenti tolerati sunt: ita & vos crassissimis vestris Calendarii erroribus relictis, paruulos istos, qui nulli simpliciter sunt, errores notare non deberetis, & Ecclesiæ vos Catholicæ tam in Calendario, quod Imperatores, Reges, & Principes simul approbarunt, quam in reliquis, quæ adhuc maioris momenti sunt, & in quibus eadem pertinacia sine vlla ratione dissentitis, conformare.

Tertio, pergit Caluissius, nos etiam ex doctrina de libertate Christiana scimus, hosce & alios rituum defectus patienter esse tolerandos, neque nos iisdem plane teneri, aut conscientias iisdem esse obligandas. In hac doctrina, Caluissius, doctiorem te reputo, quam in vlla alia, in doctrina nimirum de libertate Christiana, prout nomen Christiani materialiter, ut Philosophi loquuntur, sumitur, in eoque te tam speculative, quam practice progressus fecisse existimo non paruos: ex hac enim doctrina omnia licent, Caluissius, siue expediant, siue non expediant. Si vero strictius eam accipis, cur non ex eadem doctrina hauris Calen. Gregoriani, si qui essent, defectus patienter esse tolerandos?

6. His ita de iis, quæ negatiuam questionis partem spectare videbatur præmeditatis, ad alteram se se accingit, in qua tractanda aliquanto sollicitior est: & quoniam omnia imperii membra singulatim considerando, quædā inuenit non recte se habere, idcirco idem ipse, qui paulo ante magnum egit imperii consiliarium, nunc medicum agere non dedignatur. Cum enim omnes, inquit, sint membra imperii, ex quibus vnum corpus, imperium scilicet Romanum constituitur, & vero aliquod membrum minus recte se habeat, æquum est, ut reliqua eius curam suscipiāt, & medicina, si possunt, afferant. Subsume igitur. At ui ego Sethus Caluissius imperii sum membrum, & tale, quod medicinam afferre potest; & concludere, æquum igitur est, ut ludo ac cantu seposito, curam imperii suscipiam, eiusque medicum agam. Ea vero consultiō de hisce confusionsibus, quæ ex diuersitate Calendariorum oriuntur, tollendis, siā instituatur, video triplicem omnino modum ostendi, ex quib. vnus eligendus est, ut confusionum melius fiat. Primus est, ut Gregor. illud Calen. quod turbas illas dedit, iterum remoueat, & omnia in integrum restituatur. Secundus, ut si alen. Greg. in Germania maneat, ut nostrum vetus abrogetur, & nos vel

Tertiaratio:

Caluissius ex consilio imperii, eiusdem medicus factus est.

Gregorianum sequemur, vel aliud, quod ut plurimum cum isto conveniat, instituat, ut conformitate aliqua Calendariorum ea turba amoveantur. Tertius est, ut manente diversitate Calendariorum alia rationes inveniatur, quibus ea confusiones & incommoda submoveantur.

Prima medicina reijcitur.

Quod ad primum modum attinet, ut Gregorianum Calendarium abrogetur, cum, ut arbitror, tota Europa desperavit. Tantum enim sumptibus (quæ non mediocri Gregorii Decimotertii summi Pontificis est laus) institutum, & tanto molimine omnibus obtrusum est (quod est falsissimum, ut mox videbimus) easque iam etiam radices egit, ut immobile videatur. Cuius firmitatis si etiam veram causam adducere voluisses, pluribus opus non fuisset: nimirum, quia peritissimis ab Architectis non temere, sed solidissimis è fundamentis exstructum est. At hanc veritatem fateri tibi integrum non fuit, ne sano medicinam obtrudere videreris, tu, qui Calendarium tanto tempore ab omnibus desideratum, Europæ obtrusum esse calumniaris. Nonne tu ipse paulo post, capite videlicet septimo, male memor mendacii, æmulos quosdam tuos sic expedis: *Re enim iam peracta, nunquam Imperatores, Reges & Principes, eo adduci poterunt, ut unanimiter id rescindere velint, quod antea simul approbarent.* Approbatio autem, Caluisti, ante promulgationem facta est: falsum igitur est, obtrusum esse. Sed videamus, quid de aliis remediis eo ordine, quo ipse ea prosequeris, tibi videatur.

Secundam medicinam nondum composui tam effice.

Quod ad tertium modum attinet, ais, ut alia rationes tollendarum confusionum inveniatur, totum hunc iam fere triginta annis de huiusmodi rationibus in Concilio publico (quibus proculdubio tu non vocatus interfuisti) à statibus imperii laboratum est, nec tamè adhuc remedium inueniri potuit. Quapropter reliquum est, ut de conformitate Calendariorum cogitetur, & si ne diu cogitandum non esset, si posita superbia, ac pertinacia humile ac tuæ Christi iugum portare velitis. Verum quemadmodum veritati aduersari in religione, ita & in reliquis, quæ quomodocumque religionem olent, obstinatis mentibus, & veritati, & paci, & uniformitati repugnatis. Saltem illud Calendarium admittite, quod Imperatores, Reges, & Principes simul approbaverunt, & illico sublata erunt omnes, de quibus toties conquereris, confusiones. Sed quibus id rationibus dissuadeas, nunc audiendum est.

Argumentum Caluisti à pertinacia deductum.

7. Nam ut Gregorianum recipiatur, consultum non est, non tantum, quia mendosissimum est (ut tu nientiris) sed etiam, quoniam propter gravissimas causas à statibus imperii reiectum est, in ea sententia ut permaneant, eorundem constantia est, cum causa cur ita sentiant perpetuo maneat, & deinde ne ludibrium debeant Pontificiis, quasi sponsam diu repudiatam iam demum cõplexentur & exosculentur, nimia omnino mihi videtur tibi, Sethe, cum ludæis intercedere necessitudo, quos denuo imitandos puriori Ecclesiæ tuæ pponis, iisdemque omnino rationibus, quibus Rabbini suis suadet, tu ipse persuadere conaris, ne Christi, eiusque sponsæ, quæ est Ecclesiæ Catholica, reconcilietur. Viden. ut bene Iudaice, paucis mutatis, loquaris. Nā ut Religio Christiana recipiatur, consultum non est non tantum quia mendosissima est, quod in utroque sensu falsissimum est) sed etiam, quoniam propter gravissimas causas, à Patribus & tribus nostris reiecta est, in ea sententia ut permaneant, eorundem constantia est, cum causa cur ita sentiant perpetuo maneat, & deinde ne ludibrium debeant & gentibus & Christianis, quasi sponsam diu repudiatam, iam demum amplexentur & exosculentur. Nonne bene proficis in lege Rabbi Seth, constantia tuæ erit magis magisque proficere. Pudeat te Caluisti adeo manifeste imitari pertinaciam ac superbiam Christi interfectorum. Quasi vero ludibrium

ludibrium debeat angelis conuersio peccatoris, aut Catholicis conuersio hæretici. Grauiſſimarum cauſarum, ob quas repugnandum cenſes, omnium Caluiſi grauiſſima eſt, & ſola ſuperbia ac pertinacia, qua poſita omnibus confuſionibus, & perturbationibus, vt diximus, finis impoſitus erit. Id quod ipſe agnoſcis, quamuis fateri te pudeat, ne ludibrium debeas Pontificiis: Sic enim ſubiungis, & altiſſime ratiocinaris.

8 Plane diuerſum à Calendario Gregoriano etiam eſſe non poteſt, ne confuſiones in con-
traſtibus, in publicis conuerſationibus, in ceremonijs, & alijs rebus, quas ſopitas volumus, magis augeantur. Quid ergo faciendum? Neceſſarium itaque futurum erit, vt ſi cogitatio de Calendario nouo inſtituendo ſuſcipiatur, vt eiſmodi excogitetur quod quam proxime ad Gregorianum accedat, & tamē diuerſum ſit, & deinde, quod melius, & expeditius ſit, & nunquam vel contra methodi leges, vel cōtra canones Eccleſiæ peccet, & tertio quod à Gregor. nō diſſentiat, niſi quando Gregoriani contra canones Paſcha peragunt, quod ſi fiet, Gregoriani defectus ſui Calendarij magis agnoſcent, & quotannis ferē à noſtris, qui ephemerides præſcribunt, de iis admonentur, & fortaſſis demum ad nos plane accedent, & noſtrum ſequentur. Hæc ſumma rei, hæc tanti viri conſuſio eſt. O hominum cœcitate! O dementiam! En vt circa veritatem, quam complectendam agnoſcit, circumcurſitet, ne id quod omnium oculis expoſitum eſt, ipſe quoq; fateri cogatur. quæ non excogitat, quæ non corrādīt, ad quæ non confugit? En alium Terpandrum Leſbium cantorem, vt ſuauiſſimo cantu ſuo omnium animos delinire, & turbas ac confuſiones ſedare ſciat! Et quid tandem reperit in Calendario Gregoriano, quod ſuſ. ipi & amplecti non conueniat? Nimirum quia aliquando Gregoriani contra canones Paſcha peragunt. O quam magna, quam ſancta in Caluiſio obſeruatiōis canonum religio! quam ſollicitus eſt de culice colando iſ, qui interrim integros camelos deglutit! Iſ qui Concilia, qui Patres, qui traditiones, qui totam Eccleſiam Catholicam ſpernit, Calendarium ad vnum aut alterum canonem, quos nunquam ſi proprie loqui velimus, aut rariſſime, ſi improprie, transgreditur Gregorianum, aliter inſtituendum, ac propterea reiiciendum contendit. An neſcis etiam canones quoad Calendarium reieciſſe? Nonne tu iſ es, qui ex cantorum Theologia hanc depromiſti ſimilitudinem: quemadmodum religionis vera fundamentum vnicum eſt, Sacra Scriptura, ita calendarium Eccleſiaſticum SOLO motu lunari medio dirigitur: Ergo non Canonib; Eccleſiæ. Verum hunc motum certum haberi non poſſet: bi iam oſtenſum eſt; & tu, qui incertitudinem motus ſolaris, quæ tota etiam in lunarem redundat, certō affirmas, neceſſario etiam incertitudinem Paſchatum, quæ ad vnicum etiam horarium minutum directā vis, fateri debes; Vnde ergo tibi conſtat Gregorianum Calendarium peccaturum, tuum vero non? Audi verba tus, quæ de incertitudine anni ac motu ſolis ipſe paulo poſt cap. 7. pronuncias. Re enim iam peracta, nunquam Imperatores, Reges & Principes eo adduci poterunt. vt vnanimiter id reſcindere velint, quod antea ſimul approbarunt, nec Pontifex ipſe. ob rem, quæ IN AMBIGVO eſt, & cuius certitudo exacta haberi non poterit, Calendarium ſuum improbabit, aut nouos ſumptus ad aliud fabricandum decernet. nec magnopere etiam profuturum putarem, etiamſi noſtri Principes, qui à Calendario Gregoriano nondum nomen dederunt, vt certum aliquid de hac re ſtatuatur, Aſtronomos conuocare. & ad quantitatem hanc deliberandam ſumptus aliquos impendere velint. Tota enim de hac re deliberatio pendet ex priſcorum Aſtronomorum, qui ante mille vel bi mille annos ferē vixerunt, obſeruatiōibus. Ea autem, quæ ad nos per-

Tertia medici-
na quam ſuo cū
pſeudocalenda-
rio per vim in-
gerit Caluiſus;

Calendarium
iuxta Caluiſū
ſolo motu luna-
ri dirigitur.

Ipsa, quam fate-
tur Caluiſus
anni incertitu-
do medicinam
illius inuilem
reddidit.

nenerunt, sibi non constant: sed paucissimorum annorum intervallo aliquot horis, in maiore autem die integro etiam inter se discrepant, unde multi inter Astronomos sunt, qui alio atque alio tempore aliam & diversam etiam anni tropici quantitatem statuendam esse censent: alii vero huius diversitatis in observationibus culpam in vitiosa veterum instrumenta, & eandem quidem anni tropici quantitatem semper fuisse putant: ubi autem, & quando ab autoribus erratum sit, & quanta tandem ea magnitudo statuenda sit, dubitare coguntur. Cum igitur ex hisce observationibus incertum, nihil certi concludi possit, FRVSTRA procul dubio erit omnis de hac re deliberatio, & manet manebitque inter Astronomos, & inter omnes, multiplex de eare, & de Paschatis siue ad Canones, siue ad motus luminarium ad minuta usque horaria instituendis, opinionum varietas, neque vlla ratione tollitur, sed multipliciter augebitur dissensio, nisi precise in vna calendarii ratione conveniatur. Itaque Caluissius noster rectius in ludo pueros suos edolabit, quam statibus Imperii quid de calendario cogitare debeant, præscribet. Videntum tandem est de calendario, quod neque peccat, neque peccare potest, & verum saltem in fine Elenchi, post tot magnifica promissa, aliquid calendario Gregoriano melius statibus imperii proposuerit.

CAPVT SEPTIMUM.

Ratiocinatio Caluissii de anno solari, & æquinoctio in calendario constituendo discutitur.

PRObare conatur septimo capite Ludimagister Caluissius, Ad constitutionem Calendarii novi hodie necessarium non esse certam & indubitam quantitatem anni tropici cognitionem, & Tyconicam quantitatem ceteris omnibus merito præferri, quod antequam aggrediatur, iuxta doctrinæ methodum, quam suo in ludo ad vrguam seruata vult, quid & quotuplex sit annus definit, & quidem doctissime, ut solet, hac ratione: Anni caelestes in duplici sunt differentia, alii vocantur siderii vel potius Africi, alii tropici. Africi sunt, quando Sol ad eandem stellam motu suo proprio post annum exactum redit: Tropici vero quando ad eundem locum in Zodiaco. Audimus ergo annum astricum semper esse, quando post annum exactum Sol redit ad eandem stellam: Tropicum, quando idem post annum exactum redit ad eundem locum Zodiaci: Nam quemadmodum in anni tropici definitione necessario subaudiri debet Sol motu suo proprio, & redit; ita etiam subauditur quod interponitur nimirum, post annum exactum; neque aliud nobis ex sua arte grammatices Caluissius demonstrabit. Ergo ut sciamus quid sit annus tam, astricus, quam tropicus, prius scire oportet quando sit annus exactus: & ut sciamus quando sit annus exactus, necesse est ut prius cognoscamus, quid sit annus; denique si queratur quid sit annus, respondebitur eum fore post annum exactum; & sic perpetuo

--- in se sua per vestigia voluit annus.

Putabam te meliorem Logicum siue Dialecticum Caluissii, qui alias altissime de doctrina comparatorum ratiocinari solebas: Sed, ut video, tu tibi ubique similis es. Neque enim aliter definiri debebat annus, quam mensis, de quo suo loco dictum est.

Ex sententia
Caluissii certa
anni quantitas
frustra inquiri-
tur.

2. His præmissis præludiis doctissimus Astronomus Caluissius per quadam ad scopum sibi præfixum progreditur capita. Et primo quidem ostendit frustra

stra nunc re peracta de quantitate anni tropici pro re Calendarii disceptari, eo modo, quem in fine capituli præcedentis retulimus: quibus adiungo, ipsum frustra etiam iam re peracta sese excruciare, dum de alio Calendario, à Gregoriano diuerso introducendo laborat, quod vel ipsissimis rationibus, quibus aliud Calendarium suis statibus imperii suadet, clarissimum red- dicitur.

Secundo, etiamsi constaret vera anni quantitas, nihil tamen à Pontifice obtineremus, ait, qui, ut in aliis, ita hic errores suos mordicus defenderet. Quod de errorum defensione hic criminatur, cum apertissima sit criminatio, alia opus non habet refutatione. Quod ad rem ipsam spectat, tanta non potest esse differentia veri anni à Gregoriano, quæ hoc nostro tempore vlla vel minima ratione elegantissimum tetracosietridum ordinem labefactandum suadere possit.

3. Tertio supposito, ut antè, quod constet vera, & demonstrata anni tropici quantitas, tamen, ut ait Caluissius, si ea aliquanto vel maior, vel minor inueniretur, quam ut quaternarius exacte in periodis haberi posset, declinandum esset ab ea quantitate aliquantum, & necesse esset, ut eam potius sequeremur, quæ rationem æquabilis, & politici Calendarii non turbaret, & quod de quantitate vel superesset, vel ipsi deesset, post aliquot annorum milia si in integrum diem excreuisset, æquationis beneficio tollendum à posteris monstrarem, quod tamen tempus aliquando docturum esset, & ad nos non magnopere pertinere videretur. Audis ne, æquissime Lector, ut disertissime perorare sciat iste pro domo sua; ut bellissime excusare didicerit violatam præcisionem Astronomicam, per æquabilitatem, ac facilitatem rationis politici Calendarii; ut superaddat extraordinariam æquationem; ut eam posteris relinquendam censeat: tunc nimirum, quando res sui pseudocalendarii agitur? At quando Clauius idem omnino dicit pro Calendario Gregoriano, & rationibus lunari- bus, quæ in incerto adhuc posite sunt, quod hic Caluissius pro solaribus, & suis, Calendariis, tunc illud peccatum, & insectia est; tunc illico exclamat: Cur Clauius iam præscribis, quod nouisti falsum esse, & nulla ratione ad normam dirigi posse? Cur Calendarium hoc vel instituisti, vel interpolasti, cuius rationem dicis esse perdifficilem, imo impossibilem? Cur profiteris te scire, & Calendarium emendare posse, quod nescis, & impossibile esse dicis? Cur iubes publice proclamari de tuo Calendario, quod in eo omnia, quæ prolapsa erant, in integrum restituta sint, idque mutationi amplius non fore obnoxium? Si causa errorum tuarum epactarum laet, ut innuere videris, in scrupulis, quæ in singulis lunationibus omittuntur, cur ea in computatione omittis? Nonne assumenda fuissent, ne tot errores committeres? Et rursus, quando conditores Calendarii Gregoriani propter quaternarii rationem, in periodis centuriarum in centesimis annis retinendam, siue introducendam, quæ in expansorum annorum bisextorum oeconomia cernitur, easdem rationes æquabilitatis Calendarii politici siue ecclesiastici pro se & alligant, & ita constituunt: tunc & Calendarium Gregorianum contra legem iustitie peccat, non iusta methodo progreditur; ratio eximendorum dierum inæqualis, monstrosa, & difficilis est; informis, & iniqua est; & sexcenta alia mentitur: æquatio isve o extraordinaria posteris, præscripta, ne meminit quidem, sed vbiq; dissimulandam esse sua esse censet. Satis quidem vidit improvidus iste homo, nihil quod alicuius momenti esset, à quo-

Scrupulorum neglectus alibi à Caluissio præbatus, hic pro se approbatur.

Cap. 3.

quam contra Calendarium Gregorianum afferri posse: sed ne ipse actum ageret, & virus præhaustilius aliquando non euomeret, Pontificis Maximi, & omnium Catholicorum hostis à se ipso obtinere non potuit.

Quarto recte ais differentiam anni tropici prout à variis definitur Astronomis, non esset tantam, *ut propterea, quæ semel statuta sunt, abrogari debeant*: ex quo sequitur vel te ipso iudice nulla ratione opus esse insulsa tua 128. annorum periodo, etiam si aliquid ad rem faceret. Verum mox in antiquam redis syluam, & rerum Astronomicarum ignarum te monstras, quando maximam quantitatem anni Alphonsinis tribuis, cum Alphonsinorum sententia media potius sit inter minimam, & maximam quantitatem, ut videre est apud Clauium cap. 5. explicat. cal. nisi forte te excusatum vis hac tua additione: *loquor de iis, qui præcipuos sectatores habent*. Scaligerum videlicet, & Caluifium præcipuos orbis Astronomos; nam Ptolomeus, cum Copernico, & Copernicianis, qui maiorem quantitatem etiam assignant, in Astronomia Scaligeræ, cui tu soli dedisti operam, penitus exploduntur.

Quinto absolute statuis calendaria vulgaria non ea præcisione obseruare, atque attendere ad anni magnitudinem accuratam, atque Astronomos: & tandem sic concludis: *Interim tamen verendum non est, ne æquinoctium hoc modo ad pristinum locum reductum, nimium ab eo, vel in trium millium annorum spatio abeat, id enim ne fiat, vel extremus mundi finis propediem instans, impedimento erit, vel alium eximendorum dierum excogitabuntur rationes*. Non igitur necessarium est, ut hoc tempore de inquisitione vera quantitatis anni tropici consultatio accuratior instituat: addo multo etiam minus necesse est, ut de Caluifianis Pseudocalendariis, aut de quouis alio, quam de Gregoriano, quod Imperatores, Reges, & Principes simul approbaverunt, stabiliendo cogitetur. Potuissent ergo Cantores isti cum suis consultationibus, calendariis, & Elenchis manere domi in silentio, ac puluere Scholastico:

4. Sed quæso te, Caluifi, quando tandem aliquando nobis introduces pretiosissimam illam Calendarii formam, quæ te auctore, omni prorsus labe caret, quæq; plane non peccat, nec peccare potest? Iam circalibri tui finem versamur, & tamen in eo præter ineptias & falsitates, duo tantum Calendaria vidimus, eademque talia, quæ corruptam tantum Gregoriani formam præferebant, de quibus supra diximus, propriam illam tuam, de qua toties vaticinatus es, iam dudum auide expectamus. Sane si subtilissima tua percipio ratiocinia, iam eam incipias ædificare, & paulatim æquinoctium ordinare conaris, siquidem deliberas, quæ nam tibi quantitas anni assumenda sit, & tandem concludes Tychonicam omnibus præstare, saltem ad nostra tempora; & deniq; rursus cum ineptissima tua 128. annorum periodo in scenam prædis. Qua in re profecto parum tibi constans: enim vero ex his ipsis, quæ hoc capite disputasti, luce clarius apparet, tantam præcisionem, etiam si certo inueniri posset, nequaquam querendam esse: neque differentiam annorum Tychonici, & Gregoriani tantam esse; *ut propterea, quæ semel statuta sunt, abrogari debeant*. Verum ut video constantæ tue erat, atque ingenii, noui aliquid excogitare; colligere nimirum voluisti fragmenta earum, quas ante tot annos Reformatores Calendarii reiecerant, insulsa rum periodorum extra annos centesimos collectarum: deinde vt turbæ sedarentur, aliquod diuersum à Calendario Gregoriano statuendum fuit, atque ex simplicibus tricus multiplices conficiendæ, eo quod non solum à Iuliana, sed etiam à Gre-

Multo minus
esse necessariā
de alio nouo
Calendario,
quam de vera
anni tropici
quantitate
consultationē.
Quid de nouo
Caluifiano Ca-
lendario fias.

à Gregoriana, & à communi ac vulgari Calendariorum forma difcedas; & denique ipsa multiplicitas Calendariorum introducenda tibi erat. Sicenim Sethi Caluiffi nomen, quod summo exoptas desiderio, toti orbi, quem te ab errore liberare posse, vel iam liberaffe iactas, celebre in perpetuum fore existimas: ea nimirum celebritate, qua Pilati in Symbolo, & Iudæ in Euangelio nomina celebrantur. Quanquam autem accuratius aliquantulum in Calendarium tuum, postquam perfectum fuerit, inquirendum sit, lubet tamen audire, quibus id etiam ante partum, & antequam lucem videat, extollas laudibus; habitas enim miser inter malos vicinos, nec alium præter te ipsum, & Origanum dignum inuenis operis tui laudatorem.

5. Gregorianum Calendarium confert musicus cum suo, & hoc ab illo dicitur *ἡ τῆς μουσικῆς* distare probat. Primo, quia *ambitus*, inquit, *æquinoctij verni angustioribus limitibus in nostra forma cohercet, quam in Gregoriana.* In nostra enim *ambitus* ille tantum est annorum 128, in Gregoriana vero fere duplo maior, annorum scilicet ducentorum. Non possum non tecum expostulare Caluiffi, quod toties, licet monitus, falsa tamen pro veris vendere non cesses. Ambitum, quo dies vnus in Calendario Gregoriano pereat, hic ais esse ducentorum annorum: Libro vero primo cap. 11. vt supra nos lib. 2. cap. 13. retulimus, & refutauimus, mentitus es in eodem Calendario inducentis annis, tres dies abiici, & in reliquis ducentis annis id, quod præcipitata eiectione peccatum est, compensari. Tibi in Calendario Gregoriano spacio ducentorum annorum, nunc tres, nunc vnus, nunc nullus perit dies: Conciliet hac qui meliori est ingenio. quod nam ex his est verum? Gregoriana methodus idem præscribit in centesimis. quod videmus fieri in annis expansis, tam in Gregoriano, quam Iuliano Calendario; tres nimirum centesimi continui sunt communes, hoc est, singuli singulos perimunt dies, quartus quisque diem admittit bissextum. Ergo falsissimum est, quod in duabus centuriis, siue in ambitu annorum ducentorum nullum omittat diem intercalarem: falsissimum est, quod in eodem spacio perpetuo, & continuè, quemadmodum fit in periodo 128 annorum, vnum tantum omittat: falsissimum est, quod eodem temporis intervallo tres dies omittat: Cæterum eodem capite 13 te, homo stolide (tuiste, quibus Clauium soles, titulis appello) recte computare docuimus; si id nondum didicisti, alium quæras magistrum necesse est, vel tuam nobis concedas asciam, ad quam te edolemus.

6. Deinde, pergit, per hæc periodos rectè vel ad initium æræ Christianæ, vel ad Concilium Nicenum ascendere poterimus. & vbiq; demonstrare, quæ ratio Calendaris fuisset, & quomodo Pascha rectè celebratum fuisset, si hæc forma anni tropici tum instituta fuisset, quod in Calendario Gregoriano nequaquam fieri potest. Oblitus ne es Caluiffi, etiam sub vmbra huius comparationis, latitare mendacium tuum, illudque iam pridem à nobis lib. 2. cap. 13. in apertum productum esse. Si nostra non libenter relegis, pete ab amico tuo singulari Origano, an, vt asseris, fieri nequaquam possit, vt in Calendario Gregoriano demonstretur, quæ ratio Calendaris fuisset, & quomodo Pascha rectè celebratum fuisset, si vel ad initium æræ Christianæ, vel ad Concilium Niceni tempora ascenderimus: Enimvero vel ipse amicus tuus te huius mendacii reum faciet, qui in Introduct. in Ephemer. P. 1. cap. 3. pag. 70. Calendarium Gregorianum non solum ab initio æræ Christianæ, aut à Concilio Niceno, sed vel inde ab ipso mundo condito deducit, & rationem eius per tabulam

Caluiffius comparisonem calendariorum, sui & Gregoriani instituit, & primū de æquinoctio.

Rationem præteriti temporis, quam negat Caluiffius, ipse ostendit ex Calendario Gregoriano Origanus.

bulam, siue solem, siue lunam spectes proponit; partem tabulæ illius, ab initio videlicet æræ Christianæ ad annum vsq; 1800, in gratiam tuam huc trāsferamus, prout ab amico tuo Origano proponitur, vt & Paschata inde recte deduci posse, & te insigniter mentitum esse, clarissime conspicias, vbi videris id ab eodem tuo amico factum esse; quod in *Calendario Gregoriano nequaquam fieri posse*, male affirmasti. Tabella tribus solum constat columnis; prima annos Christi cum sua litera paschali complectitur. Secunda, & dies reiculos, siue intercalares omittēdos, & ipsum bissextum centesimum ostendit: tertia denique dies mutationis, siue anticipationis lunæ exhibet.

Supra autem te Caluifi monuimus pro æræ Concilii Niceni accipiendum esse proximum centesimum, videlicet annum Christi 300, eo quod Calendarium hoc per annos centesimos progrediatur, & ille 300 fit Concilio proximus, quemadmodum neque ipse præcisè initium periodi sumis ab anno 325, & si eas ad Concilii Niceni tempora, conformatas esse dicas, sed à proximiori termino, qui est annus 384 calculos tuos subducis. Quod si hinc Paschata supputare volueris, inuenies non solum quomodo Pascha recte celebratum fuisset, si hæc forma anni Gregoriani tum instituta fuisset, sed & quomodo rectius, quam in antiqua: te vero mentitum esse cum dixeris demonstrari non posse, *quæ ratio Calendarii fuisset.*

Caluif. ridicule periodo annorum, & dici vni analogiam tri buit parium, & tur, quod iterum compensandum sit, id quod in calendario Gregoriano frequentissime accidit. quæso te in quo consistit hæc analogia parium? an quia 128. annos confers cum vno die? acutissime

7. Tercio, ait, *equabiliter & legitimo modo, per equalia temporis spacia dies eximuntur, in analogia rationum pari, ne aliquid iniuste aliquando auferatur, quod iterum compensandum sit, id quod in calendario Gregoriano frequentissime accidit.* quæso te in quo consistit hæc analogia parium? an quia 128. annos confers cum vno die? acutissime

Caluifi, & plane rem acu tetigisti, non iam ad asciam solum edolasti! Quære ex tuo æmulo, quem cap. 8. sequenti primo loco producis, an verum sit, quod in suis tuis 128 annorū periodis caueas, *ne aliquid iniuste aliquando auferatur, quod iterum compensandum sit*, & ipse subito tibi ostendet septē annos continuos, qui nullū omnino admittunt diem bissextū, & mox alios septem insequentes, qui duos, siue si ita vis, nouē annos, qui tres admittunt dies bissextos; quibus iam compēsare incipis, quod plus iusto abstulisti, aut certe iniuste intercalare pergis, quod iterum auferendum est. Quod si exclamaueris, eam esse sumendam rationem, cuius periodi in quaternarium aliquem numerum excreſcāt, ne annorum bissextilium, atq; *equabilis, & politici Calendarii ratio turbetur*; tunc ipse tibi Calendarium Gregor. monstrabit, quod hanc rationem ad vnguem seruet, & eundem ordinem æquabilem, atq; ad numerum quaternarium accommodatum annorum bissextiliū, in annis centesimis præscribat, quem annos expansos seruare videmus; atq; adeo ratio Calend. politici, siue Ecclesiastici, multo re-

ctius

Anni Christi	Intercal. omiff.	Lunat. anticip.
P 0	Biff. 0	0
N 100	1	0
N 200	1	0 1
M 300	1	0
M 400	Biff. 0	0
M 500	1	0 1
H 600	1	0
G 700	1	0
H 800	Biff. 0	0 1
G 900	1	0
F 1000	1	0
F 1100	1	0 1
F 1200	Biff. 0	0
E 1300	1	0
E 1400	1	0 1
D 1500	1	0
D 1600	Biff. 0	0
C 1700	1	0
C 1800	1	0 0 1

ctius seruetur, quam ineptissimis tuis 128 annorum periodis. Sed quicquid iste dicat, noster interim concludit, Caluissius: *Multi modi igitur, inquit, hac forma Calendarii per periodos 128 annorum aquabiles, tetracoseteridi Gregoriana est preferenda: sed pluribus de causis posthabendam esse, fuisse à nobis ostensum est.*

8. Sequitur. *Hac omnia autem ita instituuntur, vt Calendarium Iulianum, quod optimum, & nunquam satis laudatum temporis vehiculum est simul retineatur, & vt ex eo ad hanc anni tropici formam descendat: quemadmodum idem necesse est in Gregoriana ratione.* Alibi aiebas, te maxime optare, ac velle, vt confusiones in contractibus, in publicis conuersationibus, in ceremoniis, & aliis rebus sopirentur: eas vero augeri ex diuersitate, & multiplicitate Calendariorū ibidem tua erat sententia, & res per se constat: Ergo cum hic, & diuersitatem, & multipliciter præcipias Calendariorū, manifeste concluditur, te ante mentitum esse, sopitas te velle confusiones. Iucundum enim tibi esset, credo, tamdiu viuere, vt ad Origanum scribere posses: Vale. Lipsiæ Kalen. Ianuarii Anni ineuntis 1665, stylo Caluissiano: pridie vero Kalendas Ianuarii anni exeuntis 1664, stylo Gregoriano: at duodecimo Kal. Ianuarii eiusdem anni, stylo Iuliano. Et quæ maior gloria pro magno tuo labore tibi accidere posset? Neq; solum id sub hoc præcepto latitat mendacium; est & aliud, & quoddam prioris tegumentum; ne enim quis horreret multipliciter Calendariorum, cōminiscitur Caluissius etiam Gregorianum opus habere, tanquam vehiculo Calendario Iuliano. Deciperis, Caluissi, & decipis, Calendarium Gregor. ex se & stat, & currit, & neq; bigis. neq; quadrigis, vt tuum, opus habet. Audi, quid ipse dicat summus Pontifex Gregorius, & intellige quam pulchre rursus mentitus sis: *Tollimus autem, ait in Bulla Calendarii, & abolemus omnino vetus Calendarium, volumusq; vt omnes Patriarchæ &c. nouum Calendarium, &c. introducant, & eo solo vtantur, tam ipsi, quam ceteri omnes, &c.* Quomodo ergo stat, quod dicis: *idem necesse est in Gregoriana ratione, vt Calendarium Iulianum simul retineatur.* Sed tu magnus magnæ Reip. ciuis supellestilem augere studes, & pro vno Gregoriano, quod solum omnino sufficit, duo alia Calendaria in vsum introducere conaris.

Caluissius pro
simplici Calen-
dario triplex
inducit.
Lib. 2. cap. 6.

CAPVT OCTAVVM.

*Quid de suis æmulis Calendariopais, eorundemque operibus
Ludi magister Caluissius sentiat.*

Timebat sibi præstantissimus Calendarifex Sethus Caluissius à quibusdam eiusdem artis æmulis, ne vna cum nefastis Caluissianis fastis, Caluissi nomen, q. celeberrimum ad posteros trāsmittere summo opere laborat, perimeretur: idcirco in medio opere, ac pseudocalendarii sui structura, turbulētis istis agitur, atq; interruptus cogitationibus, prius impedimenta omnia amoliri, quam cōptum opus perficere, è re sua esse duxit. Sublatis enim omnibus aliis Calendaris, cum Respub. abiq; Calendario salua consistere non possit, vnum quod superesset Caluissianum reciperetur. Enimvero quantum in Gregorianū debacchatus sit, satis superq; iam vidimus. Restabāt solū, nescio qui alii, quib. similiter vt Caluissio propria magis placuerunt Calendaria, quam id, q. summis Pōrificibus, Imperatoribus, Regibus, & Principibus, quos pprio, *De iis, qui diuersam à Gregoriana Calendarii formā præscripserunt*, instituto capite, ita expedit, vt ipse solus rē ad ascia edolasse videri possit. qua in re tantum animi sui cessit perturbationibus, vt nec præceptoris suo Scaligero pepercerit, sed cum indignissimis modis pro sua fidei opera acciperit.

acciperit: Cum enim aliquis eorum vocem altius, quam ut cantori placeret, attolleret, eiusque Calendarii harmoniam non nihil perturbaret, mox aderat Ludimagister hoc identidem exclamans: *Quis igitur est hic autor, qui se omnibus proponam cupit?* Interim non aduertens hanc reprehensionem præcipue sibi ipsi convenire. Non iniucundum opinor erit ipsum iterum audire, quam strenue, quam que prudenter rem suam agere aggrediatur.

Caluissius vnicū se reputat, qui Calendarium præscribere possit.

2. *Qui contra Calendarium Gregorianum scripserunt*, inquit, *in singulis harum regionum Academia, arbitrator fuerunt plus quam singuli. Sed paucissimi tamen, qui aliquam formam meliorem, quam Gregoriana visa est, proponere ausi sunt. Non enim est cuiusvis.* Egregium sane, atque scitum hoc Caluissii dictum, litteris aureis, iisque manifestis in Frontispicio, quod vocant, ludi Caluissiani depingendum: *Non enim est cuiusvis:* sed eius solum, quem ipsa natura ad hoc ab æterno prædestinavit opus, Sethi Caluissii cantoris, & Ludimoderatoris Lipsiensis: Nam

Huic etiam extincto dederat Proserpina mentem,

Solum uti saperet, reliquū volitantibus vmbri.

Ecquid nam obsecro fieri debet viro, quem totus orbis honorare desiderat? Nonne tempestiue considerandum omnibus erit orbis, & vrbes Principibus, quibus laudibus, quibus honoribus, quibus denique præmiis cum exornent, atque remunerent. De solo Pontifice Maximo, quem præ aliis omnibus non nihil inciuiliter tractat Caluissius, aliquid dubii mihi in mentem venerat; de quo tamen magna sibi ipsi promittit. *Si enim in errorum magistros*, inquit, *etiam multis suis, quid faciet ei, qui orbem Christianum errore liberauerit?* Absque dubio catro impositus, omnes circumducentur per vrbes, & ab amicissimo suo Origano proclamabitur: *Sichonorabitur, qui orbem Christianum errore liberauerit.*

Vt vela ventis obuertere Caluissius sciat,

De hisce autem formis addit, quæ à diuersis propositæ sunt, aliquid monendum est, & indicandum, cur minus ad hæc nostra tempora apta sint. (Nimirum ut rudiores de hisce questionibus, ab eruditissimo Pædagogo etiam aliquo modo erudiantur) In hac re vero ita mihi temperabo, ne autores harum formarum nominem, & incommoditates eorundem ita detegam, ut rem ipsam, non personas notare videar. En modestissimum hominem, en Nauclerum peritissimum, quam apte sciat vento vela obuertere! Quando de Calendario sermo est, quod Imperatores, Reges, & Principes simul approbarunt, tunc tempus se putat commodum nactum, quo velis, remisque in omnem cauillandi licentiam, in Pontificem, Calendarii que siue auctores, siue defensores licentiosissime prouehatur. At cum vnus, aut alter importunissimo tempore importune, & magis ad turbandos, quam conformandos animos, de nescio quibus Calendariis introducendis disputat sibi ab hac, ad quam sua alias sponte deuoluitur, sermonis intemperantia temperandum existimat. Clauium sibi in prius delegit, in quem maledicentiarum suarum iacula dirigeret, ut vel hinc ipsius discerent amuli, quo beneficio illos affecerit, qui in ipsos similiter inuectus non fuerit. Si enim virum, cuius ingenii præclara monumenta nunc præsens adlaudat ætas, & aliquando docta posteritas requireret, cuius voluminibus bibliothecæ locupletantur; præconiis gymnasia personant; laudibus eruditorum aures assidue celebrantur; si virum inquam hunc *sto idum*; natura bebetiorem; commentatorem *stultissimum*, &c. conpellat, fatuis ac morionibus comparat; in ludum ad virgas euocat: quibus non modis tractare antagonistas suos potuisset, si voluisset, & intemperantiam suam non temperasset. Verum enim vero tamen

hos

hos Calendariopæros lites suas facere libere permittam, eorumque concertationibus immiscere me nolim: placet tamen breuiter quædam percurrere, vt appareat quam periculose ipse reprehendat alios, cui vel idem, vel simile, vel diuersum, idque etiam peius vitium potest obiiici.

3. Et primum quidem fuit, inquit Caluifius, qui putaret optimum Calendarium fieri, si anni tropici quantitas Tychonica mera obseruaretur, hoc est, si non post annos 128, dies vnus simul abiiceretur, sed si singulis annis minuta 1', 15'', horis illis sex in anno Iuliano superfluis subtraherentur, & intercalatio bissextri non quouis quarto anno exacto, vt in Iuliano fieri solet, celebraretur, sed interdum etiam in quintum annum exactum, si hora aliquot, vel minuta adhuc deessent, differretur; vt hoc modo æquinoctium semper in vicesimo primo Martii retineretur. Primum igitur quod in hac anni forma reprehendit Caluifius, est quod ea absque alia alterius Calendarii forma, Calendario Gregoriano videlicet, vel Iuliano, vsui esse non possit: atque hoc modo pro vno Calendario, geminum nobis obtruderetur, & infinita oritura essent in rebus publ. confusiones. Illud vero se demonstrare ait; quæ in re tamen satis inscite de rebus Astronomicis disputat; & auctorem, siue patronum huius formæ notat, qui in tribus pleniluniis exhibendis turpissime lapsus sit, & vel in feriis, vel in horis aberrauerit. Quasi vero ipse Caluifius, nullum in suis pleniluniis errorem commiserit. Turpiter sane obiiicit alteri vitium, à quo ipse immunis non est: nam non solum in diebus, feriis & horis: sed & per solidos menses aberrauit; & quod turpius est, & omnino improbum, iuxta hos errores suos Calendarii Gregoriani Paschata, nunc hæreseos, nunc excommunicationis, nunc tum Iudæis communicationis condemnauit, vt fufe, & ad tædium vsque libro antecedente demonstrauimus. Quin perpetrat etiam ipse, quod maxime in aliis reprehendit, dum pro vno Calendario, non geminum tantum; sed trinum obtrudit: nimirum suum, & vna cum suo Iuliano, vt vidimus paulo ante, quando ad finem capitis præcedentis dixerat, *Hæc omnia autem ita instituuntur, vt Calendarium Iulianum, quod optimum, & nunquam satis laudatum temporis vehiculum est, simul retineatur*; denique Gregorianum, de cuius abolitione iam desperauit, necessario etiam admittendum est, atque adeo tria simul Calendaria statibus imperii ad conciliandum pacem obtrudenda.

Caluifius alia multiplicitate Calendariorum & alia vitia quibus ipsemet non caret, obiiicit.

4. Secundo difficillima, inquit, simul & absurda est in Calendario hoc tropico cycli solaris variatio. In Calendario nostro Iuliano perpetua est constantia cycli solaris, non tantum in hisce paucis annis, vt videre est in columna tertia (ostendit id in tabella quadam) sed & in multa annorum millia, tam præcedentia, quam subsequencia, nec vlllo modo turbatur. In tropico vero hoc Calendario, vt col. 4. ostendit, non tantum inuenies cyclum solarembique à Iuliano discrepantem, sed & nulli sibi constantem, vt qui à cyclo 16 anni 1668. statim ad cyclum 28 transiit, & ordinem mutet, atque ea inconstantia in annis 128 quater variatur. Omnino homo impudens es Caluifi, qui hoc ipsum damnare audeas, quod multo turpius ipse commiseris. Multo leuius hic tuus peccat æmulus, quam tu ipse. Ille enim nequaquam magnifice gloriatur, se seque iactat (saltem quantum ex iis, quæ tu adfers, colligere licet) qui cyclum solis Calendarii Iuliani in Ecclesia ante correctionem semper vsitatum, quo Calendarium Gregorianum à Clauio atque Lilio spoliatum fuerit, illi restituerit: quod tamen tu facis, & nihilominus absurdus cyclum illum, quamuis non tam sepe, turbas atque perturbas, in numeri, litteris, & feriis, à quo postremo æmulus tuus absti-

Caluifius in aliis reprehendit, quam ipse committit cycli solaris perturbationem.

nuit. Tu tam bonus vates es, & non prauideras, omnia omnino dici posse, tibi-
que obiici, de tua e mentita, quam iactaueras, cycli solaris antiqui in Calendario
Gregoriano à te corrupto restitutione? Inspice tabulam, quam paulo superius
cap. 3. proposuimus, & attende ad verba tua: *Difficilima simul & absurda est in Ca-
lendario hoc, quod perperam vocas Gregorianum à te tolerabilius redditum, cy-
cli solaris variatio. In Calendario Iuliano perpetua est constantia cycli solaris, non tantum in
hisce paucis annis, vt videre est in columna tertia, tab. cap. 3. huius libri, sed & in multa an-
norum milia tam pracedentia, quam subsequencia, nec vlt'a modo turbatur. In tuo vero hoc
Calendario, vt co'lumna prima, & quinta ostendit, non tantum inuenies cyclum solemem v-
biq; à Iuliano discrepantem, sed & nulli sibi constantem, vt qui à cyclo 20, anni 1699, sta-
tim ad cyclum 9 & à cyclo 24, anni 1799, statim ad cyclum 13, transiliat, & ordinem
mutet: atque ea inconstantia in annis 400 ter variatur. Aduertis ne, Caluifi, te non nisi
per trabem videre festucam alterius? Vides ne quam insigniter restitutionem
antiqui cycli, vel te ipso iudice mentitus sis? Agnoscis ne maledicentiam tuam,
qua eundem cyclum flagitiose à conditoribus Calendarii Gregoriani corruptū
esse affirmaueris?*

Rectius mu-
lus quam Cal-
uifi de Calen-
dario ratioci-
natus.

Quod denique eidem antagonista tuo exprobras in zqualem bissextorū pro-
gressum, qui bissextum non admittat, nisi quādo reuera dies ex horis superfluis
excreuerit, nē tu stulte facis Caluifi: nam etsi ratio illa omnino ad *Calendarium*
Ecclesiasticum nihil valeat, & prorsus explodenda: ipse tamē multo propius ad-
huc accedit ad Calendarii vulgaris & Ecclesiastici methodum in rationibus so-
laribus, quam tu in kuharibus: cum ille saltem expectet, & non progrediatur, ni-
si per integros dies, in quo ipsa conquiescit Calendariorum natura; tu vero in-
troducās non solum horas, sed & horarum minuta, vt post videbimus. Sane si
tanta præcisio, qualem tu fingis, ad Paschatis celebrationē requireretur, ea mul-
to magis obseruanda esset in sole, quam in luna, & eo amplius, quo nobilior est
sol ipsa luna: nec tu aliud nobis ex Musica tua demonstrabis, qui hoc deteriorem
affirmas esse Calendarii formam, quo magis in ea fluctuat æquinoctium, si tecū
congrredi vellet æmulus tuus, tuis te ipse vinceret armis.

Scaligeri & Cal-
uifi, magistri ni-
mirum & disci-
puli de Calen-
darii discepta-
tio.

5. Sed, quænam hæc est, Caluifi, erga fidelissimum tuum præceptorem, at-
que encomiasten Scaligerum gratitudo & obseruantia, qui cum hanc anni for-
mam Scaligerum præscripsisse & agnoscas, & æmul tuo obiicias, tam turpiter
tamen eam traducere audeas: & cum omnium parcas nominibus, clarissimo ta-
men ac *illustrissimo* Scaligerorum nomini non parcas? Tam cito ne laborum Scali-
gerianorum præmium vnicum esse desisti: atque *prisca illius Germanorum ingenui-
tatis & fidei oblitus*, degenerasti? Tam cito ne tuum præceptorem non solum re-
iecisti, sed & *indignissimis* modis pro sua fidei opera, accepisti, & vt non sani cerebri ho-
minem tractasti? Tam cito ne Caluifi, antequam didiceris, magistrum docere, & non
solum vestimenta, ornamenta quacunq; , cultum quemuis Scaligeriano operi ac Ca-
lendario non inducere sed & iis, quibus id indutum repereras, spoliare voluisti?
Ille tam præstantis formæ anni excellentiam satis admirari, laudare atque extollere
non poterat. Tu contra eam non satis spernere, reprehendere, ac deprimere. Ille
eam hoc commendat elogio: *Sane iucundissimum est totius rei huius argumentum, v-
sus perspicuus, suctus parabilis, voluptas inexhausta*: Tu contra eam talem esse decan-
tas, qua Ecclesia in partes scinderetur; Res pub. turbaretur; vulgus confunderetur. Sca-
liger ait: *Nulla ratio alia emendationis Fastorum iniri potest, præter eam, quam docemus,*

tam.

tam in cyclo solis, quam in lunari, & epactis. Tu contra: Difficilima simul & absurda est in Calendario hoc tropico cycli solis variatio: omnem mediorum motuum in rebus Astronomicis numerationem euerit: infinita rerum Astronomicarum confusio hinc consequetur. Scaliger de eadem forma: Quum vulgus videbit Paulum Iohanni succedere, tunc sciet nondum esse locum intercalationi, hoc est, ex horis, & horariis scrupulus nondum assem dici consummatum esse. Hoc modo quis errare posset? Tu contra: Quomodo plebei id prestare in tanta annorum bissextilium confusione poterunt? Quis sani cerebri homo tantam in Calendario aliquo Politico inconstantiam ferre aut probare poterit? Crede mihi, Caluissius, Scaliger eiusdem tecum cerebri homo, & ex æquo ad vtrumque paratus, tam prompte nisi vixisset, imo & promptius te vituperasset, quam ante laudauit: si enim vestigia doctrina suæ in Elencho tuo non agnouisset, mox miserum te imperitissimum Catharorum, & Prophetarum nationi adnumerasset: & qui paulo ante probissimus, doctissimus, accuratissimus eras, oppido hæc atque similia audiuisset: quem hominem, alienam fidem sequutus, testimonio nimis insolenti, quod fatendum est, ornaui. Vix tandem animaduertere, & quasi manibus palpare cepti, NIHIL illi inesse, quod ipsum commendare possit. Discat, discat Caluissius, quam periculosum sit reprehendere, quam non intelligit, quam turpe, ex iniquis reprehensionibus, se, & iudicium suum ludibrio omnium exponere. Valeant Grammatistarum factiones. Ego eorum iudicia nihili facio. Scripta ad spurcos vsus referuo. Tu vero Caluissius, si sapias, agnosce tandem, quam iniue vterque & Scaliger, & tu, tam Calendarium Gregorianum, quam Clauium criminatioribus ac conuiciis proscindatis. Vterque tale se proponere iactat Calendarium, quo sanctius, quo innocentius, quo iustius, quo accommodatius nullum sit, nec esse possit: & tamen ipsi interim alter alterum laceratis, & Calendarium alter alterius damnatis. Nonne obtrektor clarissime ipse vides, si vobis nugatoribus ac Calendariopæis Pontifex aures præberet obsequentes, futurum, vt si non singulis mensibus, saltem quotannis aliud atque aliud admitteret Calendarium: neque vnquam vobis satisfaceret. Nos igitur de omnibus vestris Calendaris, atque de anni formis concertantibus, eandem simpliciter ferimus sententiam. Eas nimirum esse cœcorum speculationes, & superflua deliramenta: aliud enim est, quam Calendarium, quod vos à receptione illius deriner: non Calendarium Gregorianum, sed Gregorius, sed Pontifex Romanus, sed vicarius Christi in terris, & Pastor vniuersalis Ecclesiæ; sed & ipsa fides, & Ecclesia Catholica est, quæ vobis displicet; hæc sunt, quorum odio flagrat: Nam contra Calendarium, quod afferatis, & quod alicuius sit momenti, plane non habetis.

6. Quod ad reliquos tuos attinet æmulos, ego vestris me tricis non facile intricauerim; quilibet enim sibi ipsi & pastor & ouis est; & libertas vestra Christiana, omnia vobis libera reddidit. Notanda tamen in te denotio parua erga magistrum tuum Scaligerum obseruantia, ac reuerentia est, qui in vno æmulorum tuorum notare ipsum rursus volueris: is enim computum ac Calendarium Hebræorum in cœlum vsque extollit, diuinumque vocat inuentum, tu vero eundem in infernum detrudis. Iocularem deinde ac ridiculum agis cantorem; quam primum enim vides aliquid moliri æmulos tuos contra nuptiarum Euangelium, mox tu canere incipis cationem Telamonis, potius totâ Quadragesimam, imo & Septuagesimâ (exceptis intermediis Bacchanalibus) cum ipso Aduentu tolli sineres, quam nuptiarum, ac vini cōmemorationem. Nec minus ridicule alium inuadis, qui tibi, nescio quod festum esuriale obtrudere conatur.

Scaliger si superstes esset, laudes, quibus Caluissium prosecutus est, retraheret.

Do aliis Caluissii antagonis.

Admonitio ad
nouos Calen-
darios.

Sat enim infesta tua tibi reddit culina esurialia festa, & plura, quam Calēdarium tuum, quod ad nudum tuum panē tam artificiose elaborasti, in quo plane summa diligentia curasti, ut à mensa inciperet plena, quæ nequaquam finiatur, sed compleatur. Sed & hisce tuis æmulis, & tibi cum ipsis, tuis verbis responderi potest, huiusmodi disputationes, de primo mense quomodo recte definiendus sit, de Calendariis & variis anni formis qualiter instituendæ sint, vno verbo omnia, quæ ad noua spectant Calendaria, pertinuisse ad ea tempora, cum de instituendo & reformando Calendario consilia habita sunt, nunc frustra de ea re disquiri, cum res sit peracta, vestrum esse, de his generalioribus non disputare, sed iuxta diuinas ac humanas leges, sublimiori potestati superba vestra submittere colla, & Calendarium Gregorianum, quod Imperatores, Reges, & Principes simul approbarunt, simul comprobare. Enimuero turba & confusiones in imperio hoc modo nequaquam, ut volumus, sedabuntur, sed magis magisque exardescunt, cum adhuc nihil ab aliis allatum sit, quod ad eum scopum, quo tendimus, collimet, videlicet ut turba, & confusiones in imperio Romano, quas Calendaria dierum festorum præscriptione diuersa & discrepantia gignunt, tollantur. Ad vestras igitur officinas, & vestra tractanda negotia reuerti potestis, quæ si etiam quiescere tractare velitis, de recipiendo potius Calendario iam à plerisque recepto, quam de nouo condendo, nouisque ciendis turbis cogitate.

CAPUT NONVM.

De constructione Pseudocalendarii Sethi Caluiffi.

Lib. I. cap. 7.

SED quo vsque animum nostrum tollis, Caluiffi, quid ni tandem aliquando in medium profers formam illam Calendarii innocentissimam, quæ omni prorsus labe caret, quaque plane non peccat, nec peccare potest? Arduum profecto & plus quam humanum hoc opus sit necesse est, quod tanto artificio, & tam sedulo muscus noster ædificator ædificat, vna manu faciens opus, & altera tenens gladiū, quo æmulos suos coerceat; egregie sane laborat, ut plenilunium Paschale, non per epactas, sed per medium luna motum computandum persuadeat. Nos tamen, ut hactenus fecimus, hominis vestigia prementes, qualiter in operis constructione progrediatur attendemus: illudque iam perfectum cap. sequenti, ut decet, admirabimur.

Epactas ad Pascha legitime
& finiendum a-
ptas non esse,
commentum
Caluiffi.

Itaque postquam cap. 7. soli, atque æquinoctio stationes suas assignasset, ad lunares collocandas sedes se se confert; veruntamen quas miser vago huic sideri, ad cuius mutationem & ipse mutari solet, attribuat stabiles, in Pseudocalendario suo non inuenit. Cōqueritur enim: Epactas tempus Paschatis nunquam ita definire posse, ut non aliquando præter modum euagentur & peccent; & mox, more suo, rem mendacio confirmat: hoc enim omnes, ait, confitentur. Omnes quidem confitentur epactas æquabiles, & in diebus integris contentas (de quibus imperitus iste videtur loqui, quasi nullæ aliæ essent, quam hæc) Pascha ad rationes Astronomicas exacte non præfinire: at, quæ præter modum euagentur & peccent, hoc ex seio addidit cantor: est enim modus in rebus, sunt certi denique fines, quibus res Calendarii circumscribuntur, qui nequaquam ut paedagogicorum quispiam Astronomorum sibi fingit, ad minutum horarium exiguntur, neque omnis euagatio, aut peccatum, præter modum est: alias paucissima peracta hactenus absque peccato in Ecclesia essent Paschata.

Verum

Verum cum morem à Deo institutum (pergit Caluſius) & in Eccleſia obſeruatum, vt Paſcha Dominica proxima poſt plenilunium Paſchale agatur, nequaquam abſolutum cupimus, ſed potius vt Paſcha ſancte & rectiſſime colatur, legitimam methodum queramus, quam per epactas fruſtra tentamus: alia incunda eſt nobis via, & per medium lune motum computata id tentabimus, qua ſi facilius & expeditius haberi poſſunt, quam epacta, quæ cauſa dari poterit, cur epactis non ſint preferenda? Agamus omnes Domino Setho Caluiſio gratias, qui nobis Paſcha relinquat, neque vna cum Quadrageſima è medio tollat. At quid agis miſer Caluiſi; quid dicis purioris Eccleſiæ Theologe? Nonne tu iſes, qui religionis veræ fundamentum vnicum ſacram ſcripturam eſſe prædicas? Nonne tu iſes, qui nihil à Deo institutum, aut hominibus præceptum eſſe exclamas, quod in ſacra ſcriptura non exprimitur? Vbi nam, Caluiſi, legiſti vnquam, in quo Prophetæ in quo Euangelista, in quo Apoſtolo, à Deo institutum eſſe, vt Paſcha Dominica proxima poſt plenilunium Paſchale agatur? Quod vero ad Eccleſiam ſpectat, falſum etiam eſt, morem illi fuiſſe, Paſcha celebrare Dominica proxima poſt plenilunium, ſi, vt debet, cyclicum intelligatur plenilunium, quod eſt quinta decima luna: vetuit enim Paſcha fieri luna viceſima ſecunda, atque adeo incidente Dominica in plenilunium eo die Paſcha celebrandū, non autem in proximam Dominicam ſiue 22 lunam traiciendum edixit. Sed quid mirum, pædagogum hūc talia afferere, qui iam pridē querere inſtituit legitimam methodum, vt orbem Chriſtianum errore liberare poſſit. Nam hæcenus omnia illegitima & erronea fuere. De facilitate porro, quam hic innuis methodi tuæ poſt videbimus: videndum nunc eſt, quas ob cauſas plenilunia in horas ac minuta diſſecta epactis, ſiue indicibus dierum ſolidorum, preferenda ſint.

De inſtitutione celebrationis Paſchæ in Dominica Caluiſii ſententia

Lib. 2. cap. 11.

2. Si dicatur nouum eſſe, inquit Caluiſius, ex medio motu lune velle Paſcha deſcribere: Reſpondeo nouum ſimpliciter dici non poſſe ſi tempus Paſchæ ex plenilunio medio deſignatur. Nam ex hiſce pleniluniis, an terminus Paſchalis, vel quarta decima luna ad Paſcha indicandum recte ſe habeat, ſemper iudicatum fuit. Acutiſſimum proſecto argumētum, & pædago perquam digniſſimum: cycli examinati ſunt ad plenilunia media. Quarta decima, ad quas Paſchata deſcripta atq; deſinita ſunt, ex pleniluniis mediis qualiter ſe ſe habeant, iudicata ſunt: Ergo reiectis cyclis introducenda ſunt plenilunia media: Ergo nouum non eſt, Paſchata ad pura plenilunia media deſcribere & deſignare. Pudeat te, Caluiſi, adeo friuola, & tam puerilia, vno verbo, pædagogica argumenta in medium producere. Sed, vt video, omnino pudere neſcis: nam ſimilia ſimilibus addis. Et nonne epacta nota ſunt nouilunii, quarta decima vero plenilunii? Ergo reiectis notis, introducendum eſt id, quod denotatum voluerunt. Vides ne ineptas ratiocinationes tuas? Cæterum quartæ decimas non eſſe notas plenilunii, ſed lune quartæ decimæ nondum, quantum hinc intelligo, didiciſti: & ideo denuo ad officinam vocandus eſſes. Sed abſque tua aſcia deſperauimus de hoc ſtipite: niſi fortæ ſis hoc aliud argumentum acumen tuū oſtendas, & melius ſperare iubeat: Et nōne epacta, ais, quarta decima, & termini Paſchales excogitata ſunt, vt plenilunia rectius cognoscamus? Ergo, quia loco pleniluniorum termini Paſchales excogitati ſunt, illisq; vel potius quartis decimis propter grauiffimas cauſas, de quibus lib. 1. uſe diximus ſubſtitui, à pædagogis rursus amouendi ſunt, & plenilunia reſtituenda. Aut certe cum nunquam in Calendario plenilunia media notata fuerunt, nunc nouum non erit, ea in Calendaria intrudere? Apage corrector. Termini Paſchales, aurei numeri, ſiue epacta, nouiluniorum ſcili-

Pleniluniorum calculus quam ſibi partē in negotio Calendarii depoſcat, maleque hinc deducta Caluiſiana cōcluſio.

cet ac quartadecimarum indices, idcirco nouiluniis ac pleniluniis mediis per horas ac horarum minuta descriptis prælati sunt, vt Calendarii Ecclesiastici ac vulgaris seruetur institutum, & natura; & res non nisi solidis ageretur diebus; dissensionesque, quæ ex illo pleniluniorum oriuntur calculo, vitarentur, & Paschatis sanctissimum festum eodem die vnanimiter ab omnibus fidelibus per totam Ecclesiam Catholicam celebraretur. Nunc vero veniunt pædagogi & ludimagistri isti, putantque se doctrinam reperisse *abstrusam*, eamque mox omnibus adorandam, & admirandam proponunt, imo & suscipiendâ obtrudere conantur. Plenilunia in horis ac minutis determinata, *retest*, quæ & Patribus Nicenis, & conditoribus Calendarii Gregor. notissima sunt. *Neque enim hoc ipsis Concilii Niceni Patribus* (vt docte doctis Caluissii loquar verbis) *ignotum esse poterat, cum Episcopus Alexandrinus cum Athanasio & aliis, qui Alexandria, vbi studium Astronomicum imprimis florebat, eruditi erant, Concilio interesset*: & teste D. Ambrosio *peritissimi calculandi à Patribus congregati sint*. Ergo si illis visum fuisset Ecclesiæ expedire Pascha ex puro calculo pleniluniorum mediorum definire, illamque vnicam & legitimam methodum censuissent; nihil omnino erat, quod illos impedire poterat, cur id edictis ac canonibus non sancirent. Multo minus hæc via conditores Calendarii Gregoriani latere poterat, cum iam hac de re scripta extarent volumina, & aliqui pseudocalendaria & ad verum, & ad medium motum instituenda proposuissent: quæ tamen omnia non solum tanquam à consuetudine Ecclesiæ Catholicæ aliena, sed etiam ad multa vitanda absurda & dissensiones reiecta & reprobata sunt. Non est ergo, vt tumidus iste cantor sibi multum aut de aliquo nouo inuento, aut de expedita; & ad Pascha *sancte & rectissime* celebrandum accommodata methodo gratuletur, & inter pueros suos magnifice se se circumspiciat. Itaque concedimus illi rem hanc non esse nouam: at eam vnquam fuisse in Ecclesia Catholica saltem post Concilium Nicenum in vsu, aut approbatam ei negamus, ac pernegamus: sed tanquam inutilem imo, & perniciosam reiectam esse, facili exiis, quæ tum hoc, tum capite sequenti dicuntur, colligi poterit.

Pascha in Calend. Gregoria. vt olim per terminos definiri, quamuis veteribus interpositi sunt noui.

Caluissius vero, ne nouitate abitteret lectorem antiquo inuento, non vno tantum argumento suspicionem amotam voluit: imo vt nouitate Calendarium Gregorianum odiosum redderet, omnibus viribus laborandum sibi duxit: *Contra vero nouum est*, addit, *quod in Gregoriano tempus Paschatis agendi per epactas determinatur, nunquam enim epactæ ad hanc rem apud veteres adhibita sunt*. Mirum, quam parum vid: ant Grammatici! Res alias præter eas, circa quas versantur, nempe vocabula, non cognoscunt, & mutatis vocabulis, mutantur illis simul res ipsæ: Faciamus periculum in re proposita: Veteres Paschata direxerunt ad terminos Paschales, quartadecimas, siue, vt ad sententiam Caluissii loquamur, ad indices pleniluniorum: sed Calendarium Gregorianum Paschata sua dirigit ad terminos Paschales, quartadecimas, siue indices pleniluniorum: Ergo Calendarium Gregorianum idem facit, quod veteres: ergo nihil noui. Quid dicis Pædagoge? nonne hæc omnia nomina tribuis epactis Gregorianis? Nonne res ipsa alia non est ab ea, quam omnes per terminum Paschalem & quartadecimam intelligunt. Erit ne idcirco noua si nouum illi nomen imposuero, & quam nunc epactas vocamus, aureos siue argenteos numeros vocitauero? Inspice ineptissime ipsum Gregorianum Calendarium, si aliunde iuuare te non vales, & confer illud cum veteri siue Iuliano Calendario: nonne iisdem prorsus diebus in Martio ac Aprili in vtro-

in vtroque Calendario signa, quamuis diuersæ figuræ, reperis, quæ iisdem prorsus diebus, cæteris quoad litteram Dominicalem, &c. nihil immutatis, Paschata determinant. Quod vero Gregorianū iam plura addiderit, & loca vacua repleuerit, id erat, in quo correctio consistebat Calendarii, vt aliis atque aliis temporibus, alia atque alia signa assumerentur, quæ eundem prorsus vsum retinerent, quem antiqua; & dies conseruaret integros, non autem in frustra, horas scilicet, atque horarum fragmenta, vt tua faciunt plenilunia, dies discerperet. Gratis ergo omnino subiungis: *Præterea epactæ in Calendario tropico subinde mutantur, quod similiter nouum est.* Tu enim vltra hanc nouitatem, mutationis videlicet sedium lunarium, nouitatem horarum ac minutorum inducis, quam tamen ipse in sedibus solaribus damnas: atque adeo nunquam admittendam cōfusionem obtrudis, Pigmeumque, quod aiunt, imponis Colosso. Denique cum characteres siue signa quartadecimarum & terminorum Paschalium Gregoriana, vltra hoc munus commune, etiam aliis officiis præesse, & dies abundantes, & deficientes lurationum in fine anni, siue principio alterius indicare possint, atque hinc cōgrue epactæ nominari, idque officii absque vlla cōfusione, absurditate, aut alia nouitate inducta præstent, neque quicquam in re Calendarii vulgaris, siue Ecclesiastici mutant, perfectioni Calendarii iuxta Patrum decreta, & consuetudinem Ecclesiæ instituti, aliquid accessisse, non autem decessisse censendum est.

Cur igitur hisce (epactis) plenilunia Paschalia, concludit Caluissius, *qua nunquā errant, nunquam fidem decoquunt, & tamen eadem facilitate, imo facilius inueniuntur, nō sunt preferenda?* Diu, credo, videbaris tibi nihil mentitus esse, moram igitur multiplicitate compensare voluisti. Tua enim plenilunia Paschalia nunquam errare, quā falsum sit, ex sequenti capite intelliges. Eadem vero plenilunia eadem facilitate, imo facilius, quam epactas Gregorianas reperiri, adeo crassum & palpabile mendacium est, vt id etiam mulierculæ, rustici, & cæci agnoscant, & videant. Quis enim tam hebes ac rudis est, qui non videat atq; experiatur, facilius se venire in cognitionem epactæ anni sequentis, ex epacta currete per numeri vndenarii additionem, & tricenarii, si opus sit, abiectionem, quod quilibet memoriter præstare potest (vt alios, eosq; faciliores modos, de quibus lib. 5. c. 10. Regula 14. dicetur, taceam) quam si illi, diebus, horis, ac minutis, addendi sunt, vel subtrahendi (vel vtrumque simul peragendum) alii dies, horæ ac minuta? At hoc pro tuis pleniluniis indagandis requiritur: illud pro Gregorianis epactis: Eaque regula perpetua est, nisi quod currente aureo numero 19, pro 11 addatur 12: & in annis centesimis, tantum, si quis tabulam æquationis memoriter non teneat, ea sit inspicienda, atq; ad eam regula additionis instituenda. Si vero absq; discrimine pro quouis futuro anno, quod ad vsq; se se moraliter vsus Calendarii extendere potest (non loquimur enim iam de imaginariis seculis) epacta currens inquirenda sit, ea cognito cyclo lunari, qui etiam tabula comprehendi potest, ex tabula epactarum expansa, & æquationis, sine vlllo calculo elicitur quā citissime. Pro pleniluniis vero tuis præter tabulas necessarius etiam est calculus plurium operationum, & inuento hoc modo plenilunio, adhuc nihil pro tuo pseudocalendario inuenisti, sed tantum pro Iuliano, ex quo deinde non nisi per dierum exemptiū indagacionem, ad tuum patet aditus. Deinde cur plenilunia mediæ epactis, siue terminis Paschalibus (etiam si eadem vtroque esset facilitas) præferenda non sint, iam exposuimus, idque clarius etiam patebit ex cap. sequenti.

Plenilunia Caluissiana non solum viciosa, sed & inuentu difficilia esse.

Sed

Sed addis conclusioni: *Sinegant meliora veteribus autependa, cur suam epactam terminis Paschalibus, quos reiecerunt, praeferunt? vel potius, cur non edunt glandes, cum quondam panes non fuerint.* Et tu cur non reiectis attritis ac vetustate confectis calectis, folleas ferreas, easque novas, imo & chalybeas paedagogicis pedibus clavis affigis: & ex glandibus panes conficis? nam & hæc noua essent, & tenui rei familiari tuæ non parum vtilia. Terminos Paschales nequaquam esse reiectos, sed potius numerum illorum auctum atque completum esse, iam didicisti, si res ac vocabula recte connectere, ac discriminare didicisti. Pergamus ad alia.

Quid de electione meridiani pro suo Calendario Caluissius attulerit.

3. Hisce feliciter, ut cantorum fert opinio, expeditis, ad calculos subducendos sese confert, qua in re homini, cuius rationes etiam musca perturbat, molesti esse nolumus. Ad secundum igitur progredimur, quod est, ut plenilunia ad certum meridianum describantur. Sciunt enim Astronomi, inquit cantor, tempus in motibus celestibus secundum meridianos variari, & quidem interdum tantum aliquot minutis, interdum etiam aliquot horis, ratione orientalis plage mundi, vel occidentalis. Nisi igitur plenilunium meridiem certum describa sine fieri potest, si diuersos in diuersis Ecclesiis meridianos sequamur, ut in aequalitas in celebratione Paschatis ratione temporis oriatur, qua etiam interdum ad integrum mensem excrescere posset. Vides ne, nugator, vnum pseudocalendarii tui privilegium atque ornamentum, vnum videlicet etiam minutum horarium, & multo magis plura minuta, duo diuersa posse generare Paschata, quorum differentia etiam ad mensem solidum extendatur, solum ratione diuersorum meridianorum: id quod in terminis Paschalibus Calendarii Gregoriani nequaquam locum habet. Verum de his satis libro primo disputauimus. Hoc solum hoc loco ex te scire aueo, cur potius hic quam ille meridianus eligendus. Ad quod sic respondes: *Plenilunia igitur Paschalia praescripsi ad meridiem Hierosolymorum.* At hoc ipsum est, quod quaero: qua auctoritate paedagoge hunc meridianum praescripsisti? Pascha namque, ut ais, à Deo institutum est, ut Dominica proxima post plenilunium Paschale agatur: cur ergo ratione meridiani Hierosolymorum aliquod plenilunium Paschale pronuncias; quod ratione alterius meridiani nequaquam Paschale esset? Vnde habes, quod illud Paschale sit, hoc vero non? Quid dicit, religionis vera fundamentum vnicum, sacra Scriptura? Nonne ex hoc solo questionis huius, quæ pertinet ad festum à Deo institutum, tibi petenda est solutio? En responsum! *Ex Sion enim, inquit Propheta, & Caluissius, exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem, quod et si de vniuersa Ecclesia doctrina intelligitur, tamen ad hanc quoque primariam Ecclesia ceremoniam non inepte alligari potest.* At magis iam hæreo, Caluissi, atque dubito, quam antea; vnde enim cognoscam hanc Prophetæ sententiam, ad hanc quoque primariam Ecclesia ceremoniam non inepte alligari? Redeundum nobis ad religionis vera fundamentum vnicum est. Nam ut huius questionis solutionem ex traditionibus, & ex Ecclesiasticis scriptoribus, quorum interpretationes, ut tu criminaris, non solum ambigua, sed & discrepantes, & alicubi falsa deprehenduntur, hauriamus, tu minime permittis: at in fundamento illo, ne hilum quidem de te inuenies: Ergo gratis fundamentum vnicum allegasti: nisi ut iuxta tuam sententiam, neque Canonibus Paschalibus. Patrum Nicenorum parendum sit: Propheta enim ait: *Ex Sion, &c.* non autem, *Ex Nicea, &c.* Palpas ne, Caluissi, tandem quam ridiculus sis, quantoque ludibrioluto tuo Elencho te exposueris?

lib. 2. c. 11.

Sed subdit: Et quam urbem aliam habemus, quam Hierosolymam præferamus, cum à populo Israelitico, qui Hierosolymam incoluit, hic ritus celebrandi

Pascha

Paschata ad nos peruenierit? Nulla ne igitur vrbs est Isleben? nulla Lipsia? nulla Heidelberg? Quid Gorsleben? Quid Schola Portensis? Quam ingratus natalibus & altricibus tuis es Caluifi: quam facile aliquid ex *fundamento vnico* eruere potuisses, si voluisses. Vbi denique manet Astronomia Scaligeræ: an nescis in toto orbe non plus vno, ex edicto Scaligeræ remansisse meridianum? lege obsecro septimum ipsius corollarium, & ea, quæ inde cap. 10. lib. 2. num. 9. nos inde deduximus, & videbis omnem tibi de electione meridianorum sublatam esse dubitationem: nisi enim Scaligeræ assumpseris, quem assumes non habebis alium. Sed mittamus ridicula, & videamus reliquam Innocentissimi calendarii constructionem.

4. *Tertium est ait. vt definiatur mensis Paschalis, vt sciatur, quod nam plenilunium citum pro Paschali habendum sit.* Haftenus enim hæc in Orbe Christiano ignoratum est: & nisi Sethus Caluifi *Reip. ciuem, orbisq; liberatorem* professus, ex fundamentis ipsis hoc eruisset, sua in ignoratione adhuc sterteret mundus. Quid ergo faciendum? In calendario, respondet, quod ad captum vulgi instituitur, veri motus luminarium observari nequeunt, propterea quod *motus modo tardi, modo veloces deprehendantur, & multo labore ex tabulis Astronomicis, quas vulgus nullo modo cognoscere potest, hauriantur.* Qua propter merito retinentur motus medii, quorum ratio scitu non admodum est difficilis. Doctissime prius quam ad questionem plene respondeat, in calendarium suum infert id, penes quod possit definire mensem Paschalē: quod acutissimo præstat enthymemate. In Calendario vulgari locum non habent motus veri. Ergo introducendi sunt medii. Quis enim hanc auderet negare consequentiam? Subtilissimum istud ingenium *Ecclesiam suam puriorem* ad horas ac minuta alligare vult: non tamen ad vera tempora, sed ad fictitia. Vnde quæso hæc ausisti doctrinam præclarissimam? eius nobis fontes quæso reclude, si nosti. Enim vero cum hinc non minus, quam è meridianorum differentia variatio dependeat Paschalis festiuitatis à Deo instituta, eam profecto non nisi ex *religionis vera fundamento vnico* debbas eruere. Cur non adfers aliquod, vt ante, Prophetæ testimonium? tam cito ne cantorum exhauritur Theologia? sane si vel parum attendere voluisses, & pro meridie Ierosolymitanæ vrbs, quæ medium terræ vulgo occupare dicitur, & pro medio motu, & pro diei à media nocte inchoatione, imo & pro autoritate tua stabilienda, qui ad orbem Christianum errore liberandum, & Calendarium restituendum venisti (ab his enim omnibus Paschatibus dependet celebratio, & multipliciter variari potest) Prophetas, & Apostolos inuenisses: imo vnico textu omnia simul confirmare potuisses. Quid si dixisses: *Cum enim quietum si entium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de calo à regalibus sedibus, durus debellator in medium externi, terram prosiluit* (neq; enim vobis insolitum est, alio scripturam quam debeat detorquere) nonne eodem modo quo ante, illa omnia probasses, si addidisses: Nam & si hoc de Christo seruatore intelligitur, tamen ad hanc quoq; primariam Ecclesia ceremoniam, eiusq; restauratorem gloriosum militem Caluifi non inepte alligari potest.

Facto autem decreto medios motus esse in Calendarium vulgare introducendos, primus qui ab eo deficit est Caluifi, & quidem in potissimo capite, in solis nimirum motu: neq; enim æquinoctium inquirere, eiusq; in Calendario sedes constituere, quemadmodum de luna præcipit, quasi vero Pascha, aut Pa-

Qua auctoritate ac ratione Caluif. medios motus in Calendarium introducere conatur.

Caluifi solis actionis motus non æqua ratione adhibet.

scholis mensis magis à lunæ dependeret motu, & pleniluniis, quam à solariaut æquinoctiis. Sed æquinoctium statuit perpetuo in puncto mediz noctis 21 diem Martii præcedentis, fixum, eique per insulas suas 128 annorum periodos, ut ibidem permaneat, compedes inicit: in reliquo nullam omnino habet rationem mutationis, neque etiam eius, quæ oritur ex annis bissextis, quorum tamen rationem habet in pleniluniis definiendis. Si ab ipso huius exposcas rationem, cur nimirum æquinoctium ad 21 Martii, tanquam Prometheus ad Caucasum montem religauerit, in eoq; non nisi integros ad calculos assumat dies, promptissimum tibi dabit responsum: Quia à consensu Ecclesiæ, cum æquinoctium eo, ubi temporis, quando hæc constituta sunt, ductum sit, recedendum non est, nisi quâdo id placuerit orbis liberatori Caluissio: quia igitur placuit ei recedere in lunaribus rationibus, & plenilunia Paschalia constituere Protheo mutabiliora, acquiescere, nec quicquâ contra hiscere oportet; præsertim, quod Prophetico ipse donatus spiritu, more Prophetarum de futuris loquatur, quemadmodum de præteritis, & cõtra: cum omnia intueatur tanquam præsentia; de eodem fixo æquinoctii loco sic ratiocinatur: Idque deinde observatum est per annos mille & trecentos fere, quemadmodum illud ex computis, tam ante Concilium Nicenum, quam post de eare scriptis videre est: nimirum in computis ante Concilium scriptis habetur, quâ ratione eo in Concilio æquinoctium ad diem 21 Martii religatum, atque per 1300 annos fere ibi retentum sit.

Ex cõputis ante Concilium Nicenum scriptis iuxta Caluissium constar quid in eo cõstitutum sit.

De eadem inæquali motuum applicatione.

Obsecro te, Caluissi, quando ita bonus vates es, tamque perspicaci ingenio, ut nihil te lateat, quæ maior ratio est, ut æquinoctiū perpetuo in 21 die Martii hæreat, plenilunia vero paschalia hinc inde vagentur: hoc est, cur morem retinueris antiquum in sole, eumque solum in certis mutas periodis, & spacio 128 annorū semel tantum ab eo recedas in pleniluniis vero ad nullam certam partialem saltem periodum te astrinxisti, quâ exacta, alia, quam ante, plenilunia cum eisdem concurrerent cyclis lunæ? Cur non morem servasti antiquum: etiam in luna, quo semper cum iisdem lunæ cyclis, eadem, iisdemque diebus collocata conveniebant plenilunia, & tunc solum ab eo recessisti, quando id vulgaris aliqua periodus, siue insulsa illa 128 annorum, à te è mortuis suscitata, cum lunæ motu comparata suassisset? Cur nullum servas ordinem in iis ad captrum vulgi accommodatum? Cur non etiam constituisti stabiles per epactas, aliave signa omnes terminos paschales? Audio quidem te vociferantem, & tumidis buccis decantantem: Epactarum fidem esse lubricam: Epactas fidem decoquere: Nos cupimus, ut Pascha sancte & rectissime colatur; cum vero Paschatis festum ad rationem lunæ CERTO definiri debeat, manifestum est, quam periculosum sit, hisce epactis nihil certi definiētib; fidere: Epactæ & termini paschales pascha aliquando omnino extra mensem paschalem eiiciunt, idq; in ultimum ac secundum intrudunt: Pascha ante plenilunium, vel post tertium lunæ exhibent quadrantem, &c. Hæc & similia, Caluissi, audio te inculcare. At nonne hæc omnia, etiam si nunc ab aliis trices, incommodis, & notitate tuorum pleniluniorum mentem abstrahamus, etiam accidere possunt ex lubrica fide æquinoctii in die 21 Martii consistentis? Si hæc nescis, ea capite sequentite docebimus. Ex quo igitur Caluissi, religionis vera fundamento unico, ex quo consensus Ecclesiæ id hausisti: plenilunia in horis & minutis esse determinanda, non autem æquinoctium? Ex qua Caluissiana propheta constat plenilunium, quod ob unicum fortassis minutum incidit in diem 21 Martii, nequaquam meridiem, aut horâ atque minutum suum eius diei respiciat, sed totum eundem diem; plenilunium vero, quod

quod incidit in 19 Aprilis, nequaquam integrum illum diem respiciat, sed aliud ante meridiem quidem, & vique ad quadragesimum quartum minutum post meridiem lince perspicacius, post illud vero minutum talpa cæcius sit; aliud cōtra non nisi post illud minutum lumen intueatur, reliquum vero tempus illius diei in tenebris illi verferetur: illudque plenilunium citimum sit secundi mensis, videlicet, quod sequitur meridiem decimonomi Aprilis, plus quam 44 minutis? Omnino ex cælo, credo, nuper allata est hæc doctrina abstrusa, & recondita, nullibi certe extat hoc in tota doctrina Astronomica: nullibi in computis siue ante Concilium Nicenum, siue post scriptis: nullibi in canonibus Ecclesiæ: nullibi in consensu Ecclesiæ: nullibi in religionis vera fundamento vnico. Sed est absque vlla alia discussione acceptandum, quia ita edicit pro sua dictatoria auctoritate magnus Caluissius. Sufficit quod addat, & tandem, quod propositum erat, primum mensis Paschalis plenilunium definiat: Nos sequamur consensum Ecclesiæ, quæ terminum Paschalem pro plenilunio habuit, & altero pro altero vsa est, & plenilunium in ipsa media nocte diem vicesimum primum inchoante, Paschale primum & citimum ST AT V A M V S.

At oblitrepere iis, quæ diximus, Caluissius poterit: Clauium ipsum præteritis rationibus solaribus, lunaribus tantum adhærescere, atque ad illas tantum Paschata exigere. Sed quid hoc ad rem? Nonne tu is es, Caluissi, qui ad Clauium corrigendum in hunc mundum venisti? Si idem facis, quod Clauius, vbi manebit innocens tuum Calendarium? Aliud præterea est, Paschata Calendarii examinare hoc vel illo modo, quod facit Clauius: aliud eadem tali modo celebranda in Calendario præscribere, ad lucem scilicet tantummodo vnus sideris. Clauius poterat examinare Paschata prout ipsi sua dictabat opinio, ac sententia: neq; in hoc Calendario Gregoriano addidit ipse quicquam, aut ademittit: accuratius vt persequeretur lunares calculos, hoc obtreccatores episcopatuum ab ipso extorserunt; Calendario eodem semper firmiter permanente. At tuæ pleniluniorum determinationes, non examen, sed ipsum resciunt Calendarium, illudque eo, quo vidimus modo, componunt, atque substantiam eius constituunt.

Obiectio diluitur.

5. Quarto dicendum etiam est de diebus, subdit Calendariopæus, quomodo ratione horarum numerandi sint. Eas autem horas numeramus politico more à media nocte, vsque ad mediam noctem, quemadmodum vulgo consueuimus. En Calendarium, in quo horas numerare necesse habes! Quasi vero in Calendario vulgari necesse sit momenta scire horarum, vnde fluant, & quando dies incipiat. Verum, quia iam à ratione vulgaris atque Ecclesiastici Calendarii Caluissius defecerat, cōsequens erat, vt id fieret in pluribus: quare & huius ipsi incumbere necessitas, vt qui omnia (excepto, quod, si consequenter procedendum erat, maxime debebat fieri, solis motu in æquinoctio) ad minutum expenderet, etiam rationes dierum ad hanc normam exigeret. Ergo siue à media nocte, siue à meridie incipiat, Caluissi, hoc nihil ad nos, rem tuam tibi habeo. Quod vero ais, Gregoriana forma plenilunio Paschalia tantum in meridie vicesimi primi Martii inchoat, hoc gratis ais: Calendarium Gregorianum, quod certum initium diei non constituit, hoc minime determinat. Ad examē pertinet hæc definitio, quam hætenus quiuis pro arbitratu suo instituit; qua in re tamen Clauius scrupulosam illam præcisionem nequaquam obseruatā vult, eique rei moralem attribuit etiam in examine latitudinem. Si vero ipsum spectes diei exordium, id multis modis sumitur: aliter enim atque aliter Ecclesiæ tam diem, quam eius initium accipit, nūc binas illi attribuit vespèras, nunc vnas

Quid Caluissius de diei initio pro suo Calen constituat: quidque de hoc fiat in Calend. Gregoriano.

tantum: modo longiorem, modo breuiorem diem constituit: nunc à media nocte, nunc aliunde eundem incipit. Aliter atque aliter etiam Astronomi diem ordiuntur: diuersis etiam modis vsus politicus: aliter denique atque aliter ipse mer horizon obliquus diem terris dirimit. Verum his omnibus, absque villo horarum discrimine, vnum idemque seruit Gregorianum Calendarium. Itaque quod Clauii etiam in hoc carpis sententiam, qui in examine suo, ac pleniluniorum, nouiluniorumque descriptionibus, diem à meridie inchoet, id facis, quod tibi propositum est, & criminatoris persequeris munus; qui vbi materia deficit, nouam tibi mentiendo excogites, vt paulo post videbimus. Ergo si primum primæ horæ minutum diem incipit apud Clauium, *hoc homines plebei non ita intelligunt: si idem omnino fiat apud Caluissium, mox omnes id clarissime perspiciunt: Quare hoc? Quia acutius homines plebei obtutum figunt, clariusque intuentur omnia media nocte, quam in meridie.* Clauius in cōputo suo Ecclesiastico, quem tam pro hominibus plebeis, quam pro Ecclesiasticis scripsit, nihil nec de meridie, nec de media nocte præscripsit: nemo enim tam rudis est, qui, quomodo dies in Calendario Ecclesiastico accipiendus sit, edoceri opus habeat: at Caluissius pro *priori* Ecclesia tale condere voluit Calendarium, quod & hoc, & pluribus aliis opus habeat.

Caluissius Clauio imponit de initio diei.

A criminando ad mentiendum Caluissius progreditur, *Nec tamen Clauius in hac re, inquit, Astronomos sequitur, qui diem quidem inchoant in ipso ipsius diei meridie, & ad sequentem meridiem extendunt. Cum Clauius eundem diem inchoet à meridie præcedentis diei, contra Astronomorum morem, quod nunquam faceret, nisi hoc modo latebras, & effugia suorum in Calendario Gregoriano erratorum quereretur.* Mendacium est, Caluissi, Clauium ea numerandi ratione effugia quærere suorum erratorum, eandem vero esse contra Astronomorum morem, aut mendacium est, aut crassissima tua ignoratio. Nolo autem te ad peruoluendos ablegare omnes Astronomos, sufficit vt legas ea, quæ habet Auctor Tabularum Frisicarum in Isag. in Calend. cap. 2. De variis diei principiis: imo ne tibi paremus, aut molestiam, aut periculum, qui libros ab aliis vtendos sumis, locum huc tibi legendum transferemus, sic enim habet: *Astronomi alii à meridie, alii à media nocte diem suum inchoare solent, hoc est, à meridiano circulo omnes, nulli ab horizonte.* Ptolomæus, Rex Alfonso, & Tycho Brahe meridiem assumunt, Nicolaus Copernicus Hipparchi exemplo, mediam noctem. hoc tamen inter est inter diem Alfonsi, & reliquorum, quod Alfonso dies ibi desinat, vbi dies Ptolemæus, aut Tychonianus incipit; exempli gratia, *Kalendarum Ianuarii principium Ptolemæus, & Tycho est ipse meridies: prima lucis Ianuarii, Alfonso vero eandem Kalendas inchoat à meridie vltimi Decembris & sequenti meridie terminat similemque, in singulis anni diebus rationem obseruat, quod ex Arabum consuetudine promanasse existimo.* Et paulo post: *Iudei serias suas à seponunt. Alfonso more, πόλιτις ab occasu solis auspicantur.* Quid tibi videtur, Caluissi, *hoc homines plebei intelligunt? mihi videtur, quod sic: imo & aliud tuū mendacium, siue ignorationem huiusce patefactam, etiam media nocte videbunt; qui Ptolemæum diem à media nocte tecum auspicari asserueris.* Et hoc modo etiam, inquis, *Ptolemæus Astronomorum princeps numerat dies: quod falsum esse, etiam cæci palpare possunt.* Hinc etiam colliges, quæ nam præter alias Clauium impellere potuerit causa, cur dies Alfonso more numeraret: quos enim proxime secutus est in numeratione anni; hos etiam sequi voluit in numeratione dierum. Pudeat te, Caluissi, tantum Chronologum & Astronomum, vt videri vis, & qui

Caluissius ignorat vnde Ptolemæus diem incipiat.

Isag. 1. cap. 6.

huic.

huic studio sedulo incumbit, & tempora in futuros annos metitur, adhuc nescisse, quare ratione tam Astronomi, quam eorum princeps Ptolemæus dies numerauerit: aut, si id sciuit, tam turpiter fuisse mentitum. Quot hinc, tum in Astronomicis, tum in Chronologicis tanquã ex vberissimo fonte promanare possunt errores? Sed tu illorum, quos cœlo nimium affixos fouea subinde excipit, Astronomorum more sidera contemplaris, altissima quæque & subtilissima speculari intendis; interim principia & omnino necessaria ignoras, quæque tibi ad pedes obiacent, non vides: Orbem Christianũ errore liberasse te gloriaris, qui totus ipse in erroribus immersus atque sepultus iaces. Neque vllã tibi emergendi, nisi te talem fatearis, patet exitus. Nam si dicere velis, te Astronomiæ Scaligerianæ esse candidatum, caussa cecidisti: cum auctor illius Iosephus Scaliger expresse fateatur, se incipere feriam à meridie antecedenti *ἀπὸ προπορεύουσας, ab occasu solis προτείνουσας*, hoc est, numeri Astronomici procedunt à meridie: initium autem temporis ciuiliis ab occasu solis. Quod si, more tuo, Iudæos atque gentes in auxilium aduoces, in illorum hostilia incurres arma: audi enim, quid dicat idem præceptor tuus: *Omnes Orientales nationes, Indi, Sina, Chataii, veteres Assyrii, Syri, Chaldaei, Arabes, Damasceni, calculum luna à meridie instituant: noctem autem à sole occaso*; more videlicet Iudæorum à meridie, & occasu solis antecedente, hoc enim proprie eo loco probare conatur. Imo etiam si usque ad ipsum rerum initium cucurteris, prorsus nihil pro te efficies: aduersarium enim habes nobilissimum, atque doctissimum cum pædagogis atq; cæntoribus minime comparandum D. Io. Georgium Hervvart, qui cap. 172 Chronologiæ suæ sic habet: *Hebraeos olim, & quidẽ ab ipsa mundi origine, diem à diei cuiusvis præcedentis meridie, Atheniensium, ac Vmbriorum, omniumque ferme Astronomorum more, inchoasse, vel hinc animaduerti potest; quippe Moyses ipso τὴν κοινωμονίαν principio integrũ noctis diesque spacium definiens, hac habet (omisso Hebraico & Græco textu, quem ex auctore, si placet, petere potes) & factum est vespere, & factum est mane, dies vnus. nimirum iuxta septuaginta. Ex quo colligit deinde propositum.*

6. *Quinto addimus diebus, inquit architectus pseudocalendarii, quibus plenilunium accidit, ferias etiam hac de caussa imprimis; vt statim in promptu sit, quo die mensis Pascha sit celebrandum. Et paulo post: Deinde, vt statim nota aliqua in promptu sit, qua cognoscatur, an plenilunium recte sit computatum. Quam feliciter autem vtrumque succedat, exemplum quis sumere ab ipso rei huius machinatore Caluasio potest, qui capite 3 1 libro 1, in tabula qua centuriam 9200 proponit, non nisi quatuor proposuit annos, in quibus non errauerit, in reliquis omnibus in feriis turpissimè à vero abiuit, & quod sequitur, Paschata male præscripsit. Sed istud, credo, illud erit abstrusum inuētum, quo omnia eadem facilitate, imo facilius inuenit, quã sit in Calendario Gregoriano, diem nimirum Dominicum duplicato inuestigare labore, & per cyclum solis, literæque Dominicalis, & per feriam feriarum. Pro ostentatione igitur subtilissimi inuenti à Iudæis mutuati, iudicem se se constituit summus Astronomus Caluisius, duorum summorum Astronomorum: quod nihil ad nos. Summus Astronomus esse non potest, qui coactus pædagogi huius steterit sententiæ.*

Denique pro complemento magnæ constructionis, postquam horas numerare docuisset, hæc addit: *Minuta etiam addere volui, sed primaria tantum, quæ quidem recte se habent (si credere fas est) nisi, quod aliquando vnius minuti discrepantia oriri posset, quod nullius est momenti, & pleniluniorum Paschalium rationem non turbat.*

Can. 156. lib. 3.

Plures, qui diẽ à meridie præcedente incipiunt.

De emen. tempor. lib. 2.

Feriarum pro Calendar. Caluasio computus.

Falsum est, si minutum horarium in Calen. Caluiano neglectum, nullius esse momenti.

Ddd 3

Quod

Quod falsum est, cum vnus solummodo minuti error in hoc nefasto Calendario, errorem inducere possit non diei tantum, sed in celebratione Paschatis, & dierum septem, & solidi etiam mensis. Subiungit quidem: *si tamen eius vsus requireretur, alibi ex secundis minutis id decerni posset, quae propter hanc causam hic omissa sunt, ne difficultatem viderentur addere numerationi pleniluniorum.* Sed idem accidere potest in minutis secundis, quod in primis: Ergo addendum rursum est; *si tamen eius vsus requireretur, alibi ex tertiis minutis id decerni posset.* Sed idem accidere potest in minutis tertiis, quod in secundis & primis: Ergo addendum rursum est; *si tamen eius vsus requireretur, alibi ex quartis minutis id decerni posset.* Sed idem accidere potest in minutis quartis, quod in tertiis, secundis, & primis: Ergo rursum addendum est, &c. Et quousque tandem hac ratione perueniemus, Caluise? Vides ne, quanta fecerit, atque facilitate plenilunia media in Calendarium introduxeris? Sed recte adiungis, hæc propterea omissa esse, *ne difficultatem viderentur addere numerationi pleniluniorum:* facilitatem enim extollere, difficultatē dissimulare, atque abscondere ere tua erat. Sed tegas quantum velis difficultatem, mendacium tamen tuum, quod *eadem facilitate, imo facilius inueniantur plenilunia media, quam epactæ Gregorianæ, aut vulgares, nunquam texeris.* Tempus nunc est, vt tandem inueamur nouam illam, atque admirandam Calendarii innocentis, atque in gratia confirmati formam, *quæ omni prorsus labe caret, quæque plane non peccat, nec peccare potest.*

CAPVT DECIMUM.

*Pseudocalendarium à Caluise constructum in conspectum
producitur, & generatim examinatur.*

Quibus nunc lector opus illud eximium, atque à tot seculorum ætatibus expectatum, oculis intuebimur; quibus id manibus contrectabimus; qua lingua, qua denique vocales ipsius cantabimus? Næ ego, vt sanctum hoc, & ab omni labe ac peccato immune Calendarium stylo incompto meo polluat, nunquam permisso. Sancta sancte tractare oportet. Quare æquum, iustumque esse censeo, vt quod opus orbis Christiani liberator Sethus Caluissius tanta confecit arte atque felicitate, id non nisi ipsius describatur, atque explicetur verbis. Age igitur, Caluise, exped: doctissimum calamum tuum, nostrumque tandem, quod diutius plane ferre non possumus, desiderium imple.

Calend. Caluissianum non nisi veris Caluissianis describendum esse.

Tres sunt tabulae, inquit Caluissius, HVIVS CALENDARII. Prima est annorum expansio, in qua anni ab initio æræ Christianæ numero septuaginta sex ordine recensentur, & singulis suum plenilunium Paschale in suis diebus, feriis, horis, & minutis adscribitur, addito simul cyclo solis, & lune: additur ad latus huius tabulae integer cyclo solis, cum suis literis Dominicalibus, & quod ad hanc tabulam attinet, nihil continet in se difficultatis, & vsus eius tantum est in hisce annis septuaginta sex. Vt anno æræ Christianæ 33, quo Christus passus est, factum est plenilunium die 3 Aprilis, feria 6, hora 7, minut. 35, post mediam noctem. Fuit cyclo solis 14, cuius litera Dominicalis est D, quæ inuenitur die 5 Aprilis. Ergo dies 3 Aprilis est feria 6, & plenilunium est recte computatum. &c.

Secunda Tabula est annorum collectorum, in qua anni septuaginta sex semper simul sumuntur, quibus adscribitur anticipatio lunaris in tot annis Iulianis. Methodus eius est:

Ad da-

Ad datum annum, cuius plenilunium quæris, semper sume ex tabula hac numerum proxime minorem, residuum vero, quo differt annus in secunda tabula ab anno dato, quare in prima tabula. Deinde dies, ferias, horas, minuta, & cyclum solis secunda tabula subtrahere ex diebus, feriis, horis, minutis, & cyclo solis, ex anno inuento in prima tabula, & habebis plenilunium Paschale die suo definitum in Calendario veteri sive Iuliano, cum sua feria, horis, minutis, & cyclo solis.

Vt velim scire plenilunium Paschale anni 1611. Proxime minor numerus in secunda tabula est 1596, residuum 15, si exim 1596 subducas ex 1611, supersunt 15. Porro ad annum 15 adscriptus est dies 23 Martii, feria 7, hora 23, minuta 51, cyclus solis 24: ab hisce subducenda sunt, quæ habentur in secunda tabula ad annum 1596, dies 5, feria 5, hora 2, minut. 46, cyclus solis 0, hoc modo.

	Martii fer.		hor.		minut.	cycl. solis.
Anni	15	23	7	23	51	24
1596	5	5	2	46	0	
1611	18	2	21	5	24	

Plenilunium Paschale igitur huius anni accidit in Calendario Iuliano die 18 Martii, feria 2, hor. 21, post mediam noctem, hoc est, hora 9 vespere, cyclus solis 24, qui exhibet litteram Dominicalem E, qua inuenitur die 17 Martii, ergo sequens dies est feria secunda, & plenilunium recte est inuentum. Nihil habet hoc CALENDARIUM difficultatis, sicut nec superius, cum pleniluniorum paschalium inuentionem ad tabulas Prutenicas traderemus, vbi cap. 17 omnia hæc sunt prolixius explicata.

Quod ad tertiam tabulam attinet, ostendit illa plenilunium paschale in hoc NOVO CALENDARIO additis diebus exemptilibus. Nam semper requiritur hoc, vt primum plenilunium paschale, sicut iam fecimus, in Calendario Iuliano inueniamus. Inuento igitur plenilunio hoc, tum deinceps transi ad hanc tertiam tabulam, quæ est periodorum per annos 128, ex quibus vnus dies eximitur, collectarum: ibique vel eundem numerum, vel proxime minorem tibi sume, & dies exemptiles adscriptos adde ad plenilunium inuentum, & habebis plenilunium paschale in hoc NOVO CALENDARIO: cyclum solis etiam cyclo solari inuento iunge, vt habeas & cyclum solis in NOVO HOC CALENDARIO, & litteram Dominicalem.

Vt anni huius 1611 plenilunium inuentum est die 18 Martii, feria 2, hor. 21, minut. 5, cyclo solis 24. In tabula hac tertia periodorum, proxime minor numerus est 1550, cui adscripti sunt dies exemptiles 10, cyclus solis 20, quæ adde ad plenilunium, & accidet id in nouo Calendario die vicesimo octavo Martii, feria 2, hor. 21 minut. 5, sed cyclo solis 16. Si enim 20 ad 24 addas, fiunt 44: ex quibus abiectus integer cyclus 28, relinquitur 16 cyclum huius anni: qui exhibet litteram Dominicalem B, quæ cum inueniatur in die 27 Martii. Ergo dies 28 est feria secunda, & plenilunium est recte quasitum.

Obseruandum est primum, si in tertia tabula numerus exakte inueniatur, quod cyclus solaris quidem inueniatur, qui geminas habet litteras Dominicales: sed quoniam dies bissextus in eo anno omittitur, ideo fit annus simplex, & littera Dominicalis, quæ posterior est in eo cyclo, per totum annum vsurpatur.

Deinde accidit interdum vt dies plenilunii in Calendario veteri subducti, vel in NOVO HOC CALENDARIO iisdem addiditi, emoveant ea ex ambitu pleniluniorum pascha-

pascha'iam; quod si accidit, mensis vnus lunaris, vel est addendus ad p'enilunium, vel etiam subtrahendus ex eodem, & in eum vsus ad secundam tabulam annorum collectorum vnum atque alterum mensem adscripsi. Exempli gratia, Anno 1614 plenilunium Paschale fit in veteri Calendario die 14 Aprilis, feria 5, hor. 1, minut. 1, cyclo solis 27. Si iam in Calendario hoc nouo addidero dies 10, & cyclum solis 20, fiet plenilunium 24 Aprilis, feria 5, hor. 1, minut. 1, cyclo solis 19, l'itera Dominicali E. Verum cum hoc tempus excedat terminos pleniluniorum paschalium, qui incipiunt à media nocte, incipiente diem 21 Martii, & finiuntur die 19 Aprilis, minutis 44, post meridiem, subtracto integro mense lunari, plenilunium hoc intra terminos paschales redigitur. Continet autem mensis lunaris dies viginti nouem fer. 1, hor. 12, minut. 44, quæ ex die 24 Aprilis, fer. 5, hor. 1, minut. 1 subtracta, relinquunt plenilunium paschale die vigesimo quinto Martii, feria tertia, hor. 12, minut. 17, in meridie, cyclo solis 19, & sic de aliis.

Sed ecce ipsum admirandum opus: inspicere, lector, ipsum nouum hoc *Calendarium*.

Tabula

Tabula							Prima.							
An.	Plenilun. Pasch.				Cy.	Cy.	An.	Plenilun. Pasch.				Cy.	Cy.	Cyclus so-
ni.	Dies.	fer.	hor.	min.	so-	lu-	ni.	Dies	fer.	hor.	min.	so-	lu-	lucum li-
					lis.	na.						lis.	na.	teris Do-
1	28 Ma	2	4	50	10	2	39	28 Ma	7	13	55	20	2	minicali-
2	16 Ap	1	2	23	11	3	40	15 Ap	6	11	27	21	3	bus.
3	5 Ap	5	11	11	12	4	41	4 Ap	3	20	16	22	4	
4	24 Ma	2	20	0	13	5	42	25 Ma	1	5	5	23	5	
5	12 Ap	1	17	33	14	6	43	13 Ap	7	2	37	24	6	1 G F
6	2 Ap	6	2	21	15	7	44	1 Ap	4	11	26	25	7	2 E
7	12 Ma	3	11	10	16	8	45	21 Ma	1	20	14	26	8	3 D
8	9 Ap	2	8	43	17	9	46	9 Ap	7	17	47	27	9	4 C
9	19 Ma	6	17	31	18	10	47	30 Ma	5	2	36	28	10	5 B A
10	17 Ap	5	15	4	19	11	48	17 Ap	4	0	8	1	11	6 G
11	6 Ap	2	23	52	20	12	49	6 Ap	1	8	57	2	12	7 F
12	26 Ma	7	8	41	21	13	50	26 Ma	7	17	46	3	13	8 E
13	14 Ap	6	6	14	22	14	51	14 Ap	4	15	18	4	14	9 D C
14	3 Ap	3	15	2	23	15	52	3 Ap	2	0	7	5	15	10 B
15	23 Ma	7	23	51	24	16	53	23 Ma	6	8	56	6	16	11 A
16	10 Ap	6	21	24	25	17	54	11 Ap	5	6	28	7	17	12 G
17	31 Ma	4	6	12	26	18	55	31 Ma	2	15	17	8	18	13 F E
18	19 Ap	3	3	45	27	19	56	18 Apr	1	12	50	9	19	14 D
19	8 Ap	7	12	34	28	1	57	7 Ap	5	21	38	10	1	15 C
20	27 Ma	4	21	22	1	2	58	28 Ma	3	6	27	11	2	16 B
21	15 Ap	3	18	51	2	3	59	16 Ap	2	4	0	12	3	17 A G
22	3 Ap	1	3	44	3	4	60	4 Ap	6	12	49	13	4	18 F
23	25 Ma	5	12	32	4	5	61	24 Ma	3	21	37	14	5	19 E
24	12 Ap	4	10	5	5	6	62	12 Ap	2	19	10	15	6	20 D
25	1 Ap	1	18	54	6	7	63	2 Ap	7	3	58	16	7	21 C B
26	21 Ma	6	3	42	7	8	64	21 Ma	4	12	47	17	8	22 A
27	10 Ap	5	1	15	8	9	65	9 Ap	3	10	19	18	9	23 G
28	29 Ma	2	10	3	9	10	66	29 Ma	7	19	8	19	10	24 F
29	17 Ap	1	7	36	10	11	67	17 Ap	6	16	41	20	11	25 E D
30	6 Ap	5	16	25	11	12	68	6 Ap	4	1	29	21	12	26 C
31	27 Ma	3	1	13	12	13	69	26 Ma	1	10	18	22	13	27 B
32	13 Ap	1	22	46	13	14	70	14 Ap	7	7	51	23	14	28 A
33	3 Ap	6	7	35	14	15	71	3 Ap	4	16	39	24	15	
34	23 Ma	3	16	23	15	16	72	23 Ma	2	1	28	25	16	
35	11 Ap	2	13	56	16	17	73	10 Ap	7	23	1	26	17	
36	30 Ma	6	22	45	17	18	74	31 Ma	5	7	49	27	18	
37	18 Ap	5	20	17	18	19	75	19 Ap	4	5	22	28	19	
38	8 Ap	3	5	6	19	1	76	7 Ap	1	14	11	1	1	

Ecc

Tabula

Tabula										Secunda.										Tertia Tabula									
Anni colle- cti.	di- es.	fer.	hor.	min.	Cy. fo- li.	Anni colle- cti.	di- es.	fer.	hor.	min.	Cy. fo- li.	Anni colle- cti.	di- es.	fer.	hor.	min.	Cy. fo- li.	Periodi ex- ept.	di- es.	Cy. fo- li.	Periodi ex- ept.	di- es.	Cy. fo- li.	Periodi ex- ept.	di- es.	Cy. fo- li.	Periodi ex- ept.	di- es.	Cy. fo- li.
76	0	3	5	51	8	2964	9	7	12	0	4							384	1	16									
152	0	6	11	42	16	3040	9	3	17	51	12							512	2	4									
228	0	2	17	32	24	3116	9	6	23	42	20							640	3	20									
304	0	5	23	23	32	3192	10	3	5	32	0							768	4	8									
380	1	2	5	14	40	3268	10	6	11	23	8							896	5	24									
456	1	5	11	5	48	3344	10	2	17	14	16							1024	6	12									
532	1	1	16	55	56	3420	10	5	23	5	24							1152	7	0									
608	1	4	22	46	64	3496	11	2	4	55	4							1280	8	16									
684	2	1	4	37	72	3572	11	5	10	46	12							1408	9	4									
760	2	4	10	28	80	3648	11	1	16	37	20							1536	10	20									
836	2	7	16	18	88	3724	11	4	22	28	0							1664	11	8									
912	2	3	22	9	96	3800	12	1	4	19	8							1792	12	24									
988	3	7	4	0	104	3876	12	4	10	9	16							1920	13	12									
1064	3	3	9	51	112	3952	12	7	16	0	24							2048	14	0									
1140	3	6	15	42	120	4028	12	3	21	51	4							2176	15	16									
1216	3	2	21	32	128	4104	13	7	3	42	12							2304	16	8									
1292	4	6	3	23	136	4180	13	3	9	32	20							2432	17	20									
1368	4	2	9	14	144	4256	13	6	15	23	0							2560	18	8									
1444	4	5	15	5	152	4332	13	2	21	14	8							2688	19	24									
1520	4	1	20	55	160	4408	14	6	3	5	16							2816	20	12									
1596	5	5	2	46	168	4484	14	2	8	55	4							2944	21	0									
1672	5	1	8	37	176	4560	14	5	15	46	4							3072	22	16									
1748	5	4	14	28	184	4636	14	1	20	37	12							3200	23	4									
1824	5	7	20	18	192	4712	15	5	2	28	20							3328	24	20									
1900	6	4	2	9	200	4788	15	1	8	19	0							3456	25	8									
1976	6	7	8	0	208	4864	15	4	14	4	8							3584	26	24									
2052	6	3	13	51	216	4940	15	7	20	0	16							3712	27	12									
2128	6	6	19	42	224	5016	16	4	1	51	24							3840	28	0									
2204	7	3	1	32	232	5092	16	7	7	42	4							3968	29	16									
2280	7	6	7	23	240	5168	16	3	13	32	12							4096	30	4									
2356	7	2	13	14	248													4224	31	20									
2432	7	5	19	5	256													4352	32	8									
2508	8	2	0	55	264													4480	33	24									
2584	8	5	6	46	272													4608	34	12									
2660	8	1	12	37	280													4736	35	0									
2736	8	4	18	27	288													4864	36	16									
2812	9	1	0	18	296													4992	37	4									
2888	9	4	6	9	304													5120	38	20									

Me nses lunares.
dies fer.hor.min.

Atq; Hoc est CALENDARIVM NOVVM, pergit Caluifius, breuib; tabellis propositum, & paucissimis regulis conformatum, quarum beneficio in multa annorum millia plenilunia paschalia præstiri possunt, idque certa & expedita methodo, qua & à primo anno Natiuitatis Christi, ratione Calendarii Iuliani, & à tempore Concilii Niceni, ratione anni tropici & Calendarii noui deducitur. Iudicet iam peritus aliquo modo harum rerum, & æquus lector, vtrum Calendarium melius sit. Gregorianum elumbe est, &c.

2. Age nunc, ades huc, perite aliquo modo harum rerum, & æque lector, & vna mecum ad contemplandum in signe hoc opus e cõpara. De illo sane sancto opere vix ausus fuissẽ loqui, nisi ipse eius auctor me vna cum aliis lectoribus ad iudicandum de eo, vel inuitalset, vel prouocasset. Antequam autem comparationem vtriusque, & noui huius Calendarii, & Gregoriani, ad quam potissimum lectorem videtur inuitalse Caluifius, inire possimus, necesse est, vt ipsum prius, rudi saltem Minerua nouum Calendarium cognoscamus, id quod breuiter facere nunc conabimur, & cum præeunte Caluifio ad cõparationem descendemus.

Primum igitur quod in oculos incurrit est, quod nouum hoc Calendarium nullam prorsus præ se fert vliius Calendarii speciem, cum à tabulis pleniluniorum, quas ipse etiam Caluifius cap. 17. proposuit, in nullo omnino differat: nisi quod tabulæ illa cap. 17. ad normam Prutenicam, hæ vero noui huius Calendarii ad Tychonicam conformatæ sint, & præterea periodos addat 128 annorum, cū diebus reitculis, & cyclo Solis in tabella seorsim exhibito. Ergo nouum hoc Calendarium, Calendarium non est, sed tabulæ pleniluniorum Paschaliũ. Peruoluantur omnes quotquot ab æuo scripti sunt libri, & si huiusmodi tabulæ ab vilo vnquam populo pro Calendario aut Fastis agnitæ fuerunt, manus dabim; & in posterum vna cum Caluifio nouum hoc Calendarium, Calendarii nomine compellabimus, licet Calendarum nomen ne semel quidem in eo reperiatur. Voluit orbis Christiani liberator Caluifius pro puriori Ecclesia proportionatam aliquam condere Fastorum rationem: fastos videlicet metastos; quibus nec Dei, nec Diuorum festum contineretur vllum, præter aliquot dies Dominicos; ferias numerales, & Paschata. Enimvero cum à populo Israelitico, qui Hierosolymam incoluit, hic ritus celebrandi Paschata ad nos peruenerit, & Iudeis hæ Paschatis ceremonia ad nos propagata, immo ab ipso Deo institutum, & in Ecclesia obseruatum, vt Pascha Dominica proxima post plenũ animum paschale agatur, nequaquam abolitum hoc festum voluit, sed potius vt Pascha sanctè & rectissime colatur nouo hoc Calendario efficere conatus est. Dereliquis vero Christianorum festis, cum nihil præcipiat religionis vire fundamentum vnicum, ea Caluifius procul à nouo hoc Calendario abesse iussit. De diebus porro Dominicis aut feriis primis, opus non erat multis verbis: Sciendum enim est in nullius hominis potestate esse, vt ferius hebdomadis turbare possit, cum earum series in prima statim creatione à Deo mandata sit, & hætenus obseruata, & hominum mentibus penitus infixæ, primum igitur ex omnium hominum mentibus memoria abolenda esset, quæ vt hoc præstari possit Non eã vis est Calendariorũ. Ego iuxta axiomam illud, quia fieri non debent per plura, quæ pauciorib; præstari possunt, Caluifius Calendarium nouũ breuib; tabellis propositum, & paucissimis regulis conformatũ voluit. Verũ quicquid sit, nobis certe non dũ persuasit Caluifius, vt nouũ hoc Calendarium, pro Calendario aliquo agnoscere, aut habere possimus. Ingeminet ipse quantum velit, Calendarium hoc nouum anni tropici, quod proposuimus, nullo modo per se reprehendi potest, cum omnibus suis partib; perfectum sit, certe nos ne minimã quidẽ partem

Calendarium
Caluifianum
non est Calendarium
ecclesiasticum; immo
nullum.

Calendarii Ecclesiastici siue politici, in nouo hoc Calendario reperimus. Quis sani cerebri homo tantam in Calendario aliquo Politico inconstantiam & imperfectionem ferre, aut probare poterit?

Calend. Calu-
sianum carere
anni lunaris
dispositione,
mensibus, & re-
liquis necessa-
riis.

3. Secundo cum sese referat Caluissius ad Calendarium vetus, siue Iulianum, fortassis & festa, & ipsos dies anni (non enim festa tantum, sed ipsi anni dies, paucissimis exceptis in *nouo hoc Calendario* locum nullum habent) ex eo petendos esse subintelligit. quod si admittamus, quam plurima tamen adhuc sunt, quæ *nouum hoc Calendarium* à Calendariorum numero exulare iubent. Nullus enim in eo præscriptus est, præterquam Paschaliū mensium lunarium ordo, numerus, magnitudo: nulli ordinati sunt indices Nouiluniorum, ac quattadecimarum, vel si manis Pleniluniorum reliquorum per annum, nullus eorundem indicum per anni dies patet dispositus, nullus annorum lunarium modus: certa nulla embolismi collocatio, aut annorum embolimæorum, ac communium, embolimique mensis distributio: nulla anni Ecclesiastici ratio. Hoc vnicum spectasse videtur Calendariopæus, vt locum sufficientem relinqueret illi, cui ad eo additus est, nuptiarum & vini Euangelio, & paschata omnia colligeret. Et quomodo rectius sese ab obiectionibus expediret aduersariorum? Quis enim illi vt ante lunctiones dierum 59 aut 60, obiiciat? Quis cauos, aut plenos, menses reprehendat? Quis tarditatem, aut velocitatem indicum Nouiluniorum arguat? Quis ordinem lunctionum, annorumque lunarium male institutum dicat: cum hæc omnia longissime ab hoc *nouo Calendario* absint? Talis quippe desiderabatur in orbe Christiano Calendariopæus, qui ab hisce nos tandem liberaret tricis. At quis *sani cerebri homo tantam in Calendario aliquo Politico* rerum necessariorum penuriam ferre, aut probare poterit?

Calend. Calu-
sianum cyclum
lunæ omnino
proscribere.

4. Tertio, absurdum tamen simul & ridiculum est in *nouo hoc Calendario*, quod omni omnino careat cyclo lunæ: id quod præ cæteris mirum in modum expunit miserum hunc Caluissium ludibrio, etiam muliercularum. Quid? dicit Caluissius, nonne cyclum in *nouo hoc Calendario* proposui? nonne in ipso tabularum Calendarii ipse vna cum cyclo solari ac pleniluniis, annisque expansis primam tabulam constituit? Ita est Caluissi: at hoc ipsum est quod ridemus; hoc est, quod te omnibus ridendum propinasti, qui *cyclum lunæ* tabulis adpingas absque vilo vel minimo eius vsu. Vbi vel vnica syllaba in explicatione ac vsu *noui Calendarii* cyclum lunæ attingis? Næ tu Caluissi ridiculus tabularum artifex es! quid, quæso te, muneris obit cyclus lunæ ibi depictus? an ornatus gratia eum adiunxisti? at nihil illi inest voluptatis, nullis omnino blanditiis spectatoris permulcet oculos. Nonne satis erat vt plenilunia tanquam antepagmentis coronarentur, numeris. hinc annorum, illinc cycli solaris: lunares numeri prorsus in alienum immigrarunt domicilium, id quod ipse notasse videris, & propterea ex secunda ac tertia Calendarii tabulis eos expunxeris. Hoccine Caluissi condere est Calendaria vulgaria Ecclesiastica siue Politica, eiicere nimirum atque proscribere cyclos? Hæc ne est illa conditionum, quam antequam cum Clauio cōgredereris, sancte pollicitus es, *obseruatio*? Ita ne Clauium ad Calendas apud Græcos instituendas ablegas, eo quod tu conditionem, quæ vt *cycli ab Ecclesia vstrati adhibeantur*, postulat, in tuo *Calendario* obseruaueris? Hæc ne est tua erga Ecclesiam atque Concilium Nicenum, cuius tu sanctiones tanto obseruatos vis rigore, obseruantia, abrogatio nimirum cycli enneadecaeterici, eo in Concilio testes.

Ambro-

Ambrosio constituti? Quot, quantisque probris ac conuiciis non onerasses Con-
ditores Calendarii Gregoriani, si hoc, quod tu, perpetrassent? quæ illis flagitia nō
adscriptis? Hoc modo, si valde modeste loqui voluisses, dixisses, *Cyclum à tempore*
Concilii Niceni ad nos vsq; continuatum, integreg, conseruatum, ac non solum in Ecclesia, sed
in toto orbe terrarum vsitatum, non tantum pessime turbant, & corrumpunt; sed & quod
inauditum est, ac minime ferendum, flagitiose proscribunt, & Calendarium sua
spoliant natura ac substantia. At quando pædagogus, ac cantor Sethus Caluissius
talia committit, tunc pulchrum id artificium est, & nuper magno naturæ mira-
culo repertum: suosque meretur habere Origanos, qui id magnifice laudent, at-
que prædicent. Verum nos vrimur Caluissii verbis: Quis sani cerebri homo tantam
in Calendario a'iquo Politico absurditatem ferre, aut probare poterit.

5. Quarto absurdissime iuxta ac ineptissime introducta in nouo hoc Calenda-
rio horarum, horariorumque minorum scrupulositate, eam in sola transtulit
plenilunia Paschalia, quæ quotannis calculo inquirere, & in ipsis minutis exhi-
bere iubeat: solem interim seu æquinoctium non nisi singulis 128. annis extra
communem intercalationem visitando. Si pascha ad scrupulum vsque horariū
dirigendum est, cum illud ex æquo ab æquinoctio ac plenilunio pendeat, cur nō
vtriusque pariter habenda est ratio? Cur nobilius negligitur sydus? Audi Caluissi
quid dicat tuus in rebus Calendarii præceptor Scaliger. *Penitus à rationibus solari-*
bus alienum est octo annos sine bissexto transmittere, quasi interea cesset sol, aut dormiat, vt
in conceptu Herculis contigisse poeta fabu'antur. Item Pueri' e est in anni Tropici forma om-
nibus quadriennis vertentibus intercalare & post aliquod tempus octo annos sine intercalati-
one transfigere. & Haec obiectioni Caluissius & Origanus quid opponant non habent. Vel
omnino Caluissia ratione Calendarii vulgaris ac Ecclesiastici discedendum erat,
& Ephemerides introducendæ: vel vulgaris ratio illa sã aliqua retinenda ac re-
formanda. Hec duo tu miser miserrime confundis, & permisces. Æquinoctia in
integris proponis diebus, imo eodem semper loco consistere fingis, ibiq; retine-
re conaris: plenilunia vero in horas ac minuta discerpis, & absque vlllo cyclo, aut
ordine integrorum dierum hinc inde vagabunda circumducis: ad punctum æ-
quinoctii vltima eorum scrupula exigis, & tamen vbi illud punctum in minutis,
vel scrupulis inueniatur, non quæris. Ex quo necessario sequitur illam scrupu-
lositatem pleniluniorum penitus esse superfluum; aut eandem omnino requiri
in æquinoctio, ad quod illa scrupula dirigantur. Quis sani cerebri homo tantã in Ca-
lendario aliquo Politico inconstantiam ac perturbatione ferre, aut probare poterit?

6. Quinto cum Calendarium Christianum ob plurimas rationes, & ad vulgi
captum, & ad communem ac vniuersalem vsum omnium totius orbis Christia-
ni prouinciarum accommodum esse debeat: quis tale reputabit id in quo pau-
cissima horæ aut minuta, imo vnicum minutum discrepantiam generare po-
test in celebritate Paschatis, & integræ hebdomadæ, & solidi mensis, siue qua-
tuor vel quinque hebdomadarum, id quod accidere potest in nouo hoc Calendario.
Neq; vt hoc verum esse ostendamus, opus erit ad trecenta millia vsq; annorum
excutere. Exempli gratia anno Christiano 1602 in nouo hoc Calendario plenilu-
nium accidit 6. Aprilis feria 7, hora 23, min. 35. & pascha celebratū ostendit se-
quenti die 7. April. quod si non plura quam 26. minuta accessissent, pascha trans-
ferendū fuisset in diem 14. Aprilis, solida videlicet hebdomada. Sic anno 1622.
quia plenilunium vix 56. minuta continet ex 27. Martii, nouum hoc Calendarium

Calend. Caluissii
anum introdu-
cere horas, ho-
rariaque minu-
ta, idque ratio-
ne non æqua.

Can Isag. lib. 3.

Paucissima mi-
nuta horaria
magnam posse
in Calend. Gre-
goriano gigne-
re Paschatis
discrepantiam.

pascha traiciendum præscribit vsque in 3. Aprilis, absq; iis, quæ diximus, minutis fuisset, pascha debito tempore vna cum Gregoriano Calendario 27. Martii celebrandum edixisset. Eadem translatio paschatis per solidam hebdomadam occurrit anno 1680, propter sena vel septena tantummodo horaria minuta; si ea defuissent, à paschate Calendarii Gregoriani defecisset. Rursus anno 1647. Caluissius pascha celebrare iubet 21. April. eodem die, quo Calendarium Gregorianum, quare hoc? quia plenilunium accidit die 19. Aprilis, minutis 32. à meridie: q. si minutis non pluribus; tardius enenisset, pascha solidis quatuor hebdomadis retrocedere compulset. *Quis sani cerebri homo tantam in Calendario aliquo Politico inconstantiam propter paucissima scrupula horaria, ferre, aut probare poterit?*

De amphibolia
atque ambigui-
tate Calendarii
Caluissiani.

7. Sexto non solum propter ea quæ diximus, nouum hoc Calendarium pro vsu Ecclesiæ vniuersalis ineptissimum est, neq; tantum propter dissensiones, quæ oriri posset, aut ex diuersa magnitudine mensis lunaris medij, aut constitutione meridianorū, epochæ, initii diei: cum ille hunc mensem, alius alium, hic illū meridianū, ille alium; hic hanc epocham, ille illam; alius hoc diei principium, alius aliud assumendum pro ista celebritate contenderet: verum etiam si ab hisce mentem nunc abstrahamus, nihilominus discordiarum finis nondum esset; id quod vel ex ipsis nouis nouorum Calendariorū artificum tricis, atque contentionebus clarissime colligere licet: nec longe abeundū est. Obiecerat idem iste Caluissius præus æmulo suo, qui annum civilem accuratius ad tropicū instituendum proposuerat, & tum solum diem admittendū censuerat intercalarem, quando hora atq; minuta exuperantia diem integrum composuissent, ex quo nō semper quarto quoq; anno, sed aliquando in quintū vsq; intercalatio diei transferenda fuisset, nunquam tamen plures quam quatuor anni continui die intercalari caruissent: insurrexit inquam Caluissius contra hunc hac obiectione: *Quid si plenilunium in id tempus incideret, quo tropicus æquabilis annis à medio differt, quod facile in se ferri potest, quo referendum illud esset plenilunium? putabitur ne pertinere ad duodecimum mensem, vel ad primum? ex vtrāq; parte valida possent adduci argumenta, quibus Ecclesia in partes scinderetur. At interim non vidit oculatus iste prædagogus iustius sibi talia obici posse, non solum ratione æquinoctij æquabilis, siue medij (nam de subtilioribus, quæ æmulo suo obicienda nescio unde emedicauerat Caluissius, mutatione nimirum ratione apogæi, & eccentricitatis, verba facere, plane superfluum puto) cuius locus per æqualem æquabilis anni progressum in Calendario indagari pot; sed etiam in nudis pleniluniis mediis, quæ ipse in ipsis etiam scrupulis proponenda in nouo hoc Calendario contendit, atq; ad nutum illorum paschata hinc inde collocat, expungit, transportat. Quid si plenilunium paschale incideret præcise in feriam 7, & horam eius 24, ita vt exacte consisteret in termino siue inter finem feriæ 7 & principium feriæ primæ siue Dominicæ, quo referendum esset illud plenilunium, putabitur ne esse feriæ 7, atq; adeo die proxime sequenti pascha celebrandum, an vero ad feriæ primam spectare, & pascha ex edicto Caluissiano in sequentē aliam hebdomadā transferendū? ex vtrāq; parte valida possent adduci argumenta, quibus Ecclesia in partes scinderetur. Sic de plenilunio incidente in mediā noctem 21. Mar. si concedamus ibidem consistere æquinoctiū, quæri potest an ad primum pertineat mensem, an vero ad vltimū: eadem est ratio de plenilunio incidente præcise in vltimū paschatis terminū scrupulosū, dubium enim & hic esset, an plenilunium illud spectaret ad primum vel ad secundū mensem: imo par omnino ratio esset eodē tempore, de vtroq; vtriusq; termini plenilunio. Absque dubio*

Caluifius *puriore Ecclesia* Aduocatus duo Paschata celebrāda pro utroq; termino e diceret, cū duplici nuptiarū ac vini Euangelio, abſq; vllō quadageſimali ieiunio: Sic enim ſecurus redderetur ſe alieno tēpore paſcha non celebrāſſe. *Quis ſani cerebri homo tantam in Calendario aliquo Politico inconfantiam, & ambiguitatem ferre, aut probare poterit?*

8. Septimo, Quid ſi talia, quæ nūc diximus, aliquādo ex errore tabularū, aut calculi cōtingerent, eo quod pauciſſima etiā minuta ſufficiāt, vt paſcha diuerſiſſimis celebretur tēporib. & vnus vna in ciuitate hodie, alius in alia, ante vel poſt ſeptē dies, alius in terra ante vel poſt quatuor, aut quinq; hebdomadas celebrādum paſcha præſcriberet. quā facile enim calculo erretur, non ſolū, vt vidimus, id egregie opere expertus Caluiſi in hac ipſa materia, etſi tanquam erroris expertus alios pro uocaueris: ſed etiā verbo fateris cum dicis: *Nihil enim magis propriū hominis eſt, quā labi & falli, non tantū in his, quādo mens, quæ ad id, quod agitur, intenta eſſe debebat alibi vagatur; ſed etiā in iis, quæ ſedulo & ſummo ſtudio agimus. Leuiculū enim quidam interdū interuenire poteſt, quod totā rationē turbat, cuius expedienda gratia ſæpe aliquæ horæ conſumuntur.* Quoties error commiſſus nō agnoſcitur? Quoties etiam ſi te erraſſe ſcias, ubi tamen iſ lateat, reperire nō vales? Quot ſunt alia incōmoda, & abſurda, quæ in hoc ineptiſſimo nouo Calendario locū habent? Addo quod etiam ſi error nō interueniat, diuerſus tamē plenilunia indagandi modus, quo ſcrupula quz dā remotiora non aſſumūtur, ob minutiſſimū atque leuiculū quoddā diſcrimen paſcha in diuerſa cogitur commigrare domicilia, quæ etiam menſtruo diſiungātur ſpacio: Exemplo eſto id quod nobis aliud quærentibus hiſce diebus in manus venit. Anno Chriſti 3727. pleniluniū in Caluiſii nouo Calendario reperitur cōmitti die 19. April. minutis 43 à meridie: idem pleniluniū alia via inuenimus eodē die, ſed minutis 45 à meridie. Caluiſius ex noua ſua, & abſtruſa doctrina, vel potius ex dictatoria ſua auctoritate illud paſcha in Aprilī celebrandū edicit: Secundū hoc vero paſcha retroagi iubet ſolido menſe: & tamen idem eſt pleniluniū, & diuerſis ſolummodo ſubductū calculis ad eandē tamen hypotheſim. Nimiū ſi ſequa iſ priorē calculandi rationē, paſchale illud eſt plenilunium; ſi poſteriorē, idem pleniluniū pro nō paſchali habetur. Quid ſi in tabulas irrepat errores? Quis ſingula minuta examinabit? *Nihil habet hoc Calendariū difficultatis, inquit. ſicut nec ſuperius, cum pleniluniū paſchali inuentionē ad tabulas Prutenicas traderemus: at quot ac quātos errores ex illo pseudocalendario in tabulas tuas paſchatū, quos Calēſario Gregoriano obieciſti, vt toto fere præcedēte libro edoctus es, tranſuuliſti, vel potius erroneo calculo, pduxiſti? Si hæc ab ipſo huius Calendarii auctore ſiūt, quid ab aliis expectandū? Quoties in ſimiles ſcopulos impingēt paſchata in nouo hoc Calēſario? Quot inter calculos, & calculatores diſſidia? Quæ pplexitas, quæ nugæ noui huius Calendarii? Quis ſani cerebri homo, tantam in Calendario aliquo Politico inconfantiam, ac diſcordiarū ſemina ferre, aut probare poterit?*

9. Octauo, Cum nouum hoc Calendarium tot ac tantas ſubierit ſcrupuloſitates, ac pplexitates, & feſtum paſchatis expēdat ad vnum vſq; horarium minutum, iure optimo ab ipſo Calēſario pro quæritur, cur normā, ac regulā illam ſcrupuloſam, ad quam paſchata dirigit, ficticiam aſſumſerit, horas videlicet ac minuta pleniluniorū ab hominibus excogitata, nō vt veris reſpond. ant pleniluniis, ſed fictitiis quibuſdā, quæ à veris plus quā medio die aberrare poſſint. Etenim curā via regia, ac cōmuni roſe Calēſariorū, quæ nō n. ſi ſolidos dies agnoſcit, diſcede-

Calend. Caluiſianum variis erroribus calculi, & hiſ ſimilibus obnoxium eſſe.

Calend. Caluiſianum dum paſchata inepte ad ſcrupula alligat, ineptius ea ad falſa alligat.

re vo-

re voluerit, rationem dat, quia, *vt Pascha sancte & rectissime colatur, legitimam methodum quærere voluerit, & hanc ob causam Calendarii formam construxerit, qua omniprorsus labe caret, quaque plane non peccat, nec peccare potest.* At, vt nunc de vera & ab Ecclesia approbata, vsuq; obseruata Ecclesiastici Calendarii ratione taceã, mox erunt, qui illi merito obiiciant, ipsum nequaquam legitimam methodum, viamque iniuisse, qui plenilunia media sequutus sit, quæ vltra horas quatuordecim à veris pleniluniis aberrare possunt; sed potius veros motus arripiendos, & fictitiis præferendos fuisse; vt ergo videat hosce non destitui suis rationibus, vnũ saltem Iosephi Moletii argumentum illi soluendum huc apponamus: *enim lib. 1. de correctione Calendarii cap. 14. sic ratiocinatur: Illud hominibus obseruandũ mandatur, quod reuera est: sed æquinoctia media, ac media plenilunia reuera non sunt: quare non mandantur obseruanda media æquinoctia, ac media plenilunia.* Et paulo post: *Sunt igitur æquales conuersiones, media æquinoctia; ac æqualia plenilunia ab hominibus excogitata, & facta, vt illis mediantibus commodius, ac facilius possint inuenire vera, & apparentia.* Quod si dicat Caluissius: *Ex hisce pleniluniis, an terminus Paschæ vel quarta decima luna ad Pascha indicandum recte se habet, semper iudicatum fuit, facile responderetur, ea sufficere potuisse ad examen cyclosum, quod crassa Minerua insitiui solitum erat: deinde & supra ad hoc fusiis responsum est, & nihil hæc instantia facit pro Caluissio, qui in re Calendarii ab vsu, ac consuetudine Ecclesiæ discedit, aliam eamq; legitimam methodum querit, & non terminos Paschæ ad hæc plenilunia examinat, sed ipsamet Paschata ad ista scrupulose directa vult, & nisi fiat, peccari in Paschate pronunciat: quare argumentum Moletii Caluissium adhuc urget. Sed instabit fortassis Caluissius, hæc solũ ad perios spectare: ista haud notari posse à vulgo. Verum neque lux causa deerit Moletius. Clarum est, inquit, quod errores, qui hoc modo contingunt, non patent nisi peritis, sed tamen in re tanti ponderis, nollem ego, neque peritis iniicere scrupulum. Sed aliquando huiusmodi errores conueniuntur aliquod accidens, quo postea sunt etiam & mulierculis manifesti: vt exemplo manifestabo. Supponamus plenilunium medium, quo mediante sit indicandus dies Paschæ accidere, vel ante æquinoctium, vel in hora æquinoctii, ita vt non sit aptum ad diem Paschæ, & propterea sit expectandum aliud futurum infra mensem. Sit dies æquinoctii notus, & post eum accidat eclipsis luna proculdubio prædictio futura festiuitatis reddetur ridicula; quia elapsum est æquinoctium, & plenilunium post illud; & sanctum Pascha non celebratur, sed expectatur per mensem, quod non fiet sine fidelium scandalo. Ad hæc nullo negotio responderunt Reformatores Calendarii, atque ii, qui communem sequuntur, qualis est Gregoriana, Ecclesiastici Calendarii rationem. At, quid miser pædagogus Caluissius respondeat non habet, qui Calendarii formam se præscripsisse superbissime gloriatur, ac vanissime iactat, *qua omniprorsus labe careat, quaque plane non peccet, neque peccare possit: cum tempora ad horas, & ad minuta describat, eaque constantissima lege, & in omnia secula duratura definiat.* Imo vel hinc virgator iste ludimagister superbam imperitiam suam colligere poterit, qui cum vix alia præter Scaligeri videtur volumina euoluiffe, tamen eo ipso, quod in illis aliquid repperit, quæ ante apud Clauium non viderat, eius rei inficitiam non solum Clauio, sed & reliquis Calendarii reformatoribus, imo omnibus Catholicis adscribere veritus non sit, & cum quædam ad calendarium haud necessaria, quorum se solum aut inuētozem, aut declaratozem reputabat, corrasisset, illico id tale erat, de quo Pontificii cum eius*

mentio-

mentionem prorsus nullam faciant, vt cantor sibi persuaserat, ne cogitasse quidem videretur. Plura cogitarunt, Caluifi, quam tu vnquam cogitare vales: testimonia sunt vel ipsæ lucubrationes, ex quarum numero etiam est Moletiana, tempore correctionis elaboratæ. Cum igitur hoc tuum nouum Calendarium ineptissime ex ficitis scrupulis horariis compactum sit; Quis sani cerebri homo tantam in Calendario aliquo politico scrupulorum ineptiam ferre, aut probare poterit?

Omitto nunc alia, quæ pædagogico huic Calendariopæo hic obijci potuissent, siquidem nos ad suam euocauit Calèdarioꝝ comparationem inspiciendam, hæc enim illi sufficere pro hoc tempore possunt. Quod si fortassis vltius in male cœptis progredi velit, nostramque vrgere industriam perrexerit, tunc demum homini ita satisfaciemus, vt in posterum alio lixiuio habiturus opus nō sit. Coactus quidem miser pædagogus, hanc scrupulosam iniuit viam, quia aditū sibi ad omnes alias præstruxit, quando Calendarium Gregorianum tot, tantorumque peccatorum reum egit, finxitque peccata, vbi nec vestigium, nec vmbra peccati erat. Ergo ne idem, quod reprehenderat, committeret, necessario à communi ipsi declinandum erat calle: & tamen, quod miserrimum, & turpissimum est, ne tunc quidem sui ipsius, vt passim vidimus, & clarius mox intuebimur, effugere potuit reprehensiones. Sed sequamur etiam nunc eius ductum, & quam apte sua toties iterata repetere sciat mendacia, dum ea in quædam colligit atque connectit comparationis Calèdarioꝝ puncta, penitus intueamur.

Cur Caluissus in Calen d. suam viam scrupulosam iniuerit.

CAPVT VNDECIMVM.

De comparatione Pseudocalendarii Caluissiani cum Gregoriano Calendario, deque speciali quodam eius examine.

Iudicet iam peritus, inquit, aliquo modo harum rerum, & aquies lector, vtrum Calendarium melius sit. Primo enim, Gregorianum elumbe est, & ad tempus Concilii Niceni, ad quod conformatum esse, falso proclamatur, NVLLO MODO quadrat. HOC vero (NOVVM CALENDARIVM Caluissianum) ordine, & constanti methode ab eo tempore recte propagatur. Falsum est, vt suo loco ostensum est, Calend. Gregorianum tempori Concilii Niceni nullo modo congruere, neque omnino habes, in quo hac ex parte tuum ipsi præferas. Nam è proximiori Concilio centuria decimum eximit diem, quemadmodum tu è proximiori periodo: proximior enim est cetenarius annus 300, quam vllus alius; sicut periodus, siue annus 384, proximior eidem Concilio est reliquis. Centenarii vna cum ipsa tetracoseteride in Calendario Gregoriano exacte ab æra incipiunt Christiana, non autem in ipso Concilii anno, quemadmodum nec tuæ periodi ipsi Concilii anno præcisè congruunt, sed græ Christianæ. Nihil ergo hoc Gregoriano Calendario obijcere potes, quod non eadem vi in te retorqueatur. Quod vt non solū videas, sed & palpare possis, eadem qua tu vsus es demonstratione contra Calendarium Gregorianum, demonstra trabis tuum pseudocalendarium ad Concilii Niceni tēpus non quadrare. Fac enim pseudocalendarium tuum initium sumere debere anno 1664, vel 1665, eo videlicet tempore, quo tu iubes, ex Calendario veteri vndecim eximi dies: de eo igitur tempore, tanquam iam præterito iisdem prorsus verbis, quibus demonstrationem tuam supra libro secundo cap. 3. descripsimus,

Pseudocalend. Caluissianū ad Concilii Nicenitē tempus methode recte regredi non possit.

Fff

propo-

propositum nostrum concludemus, hac ratione, *Calendarii Caluifiani hypothesis & regula perpetua* hac est, vt in 128 annis vnus dies ex Calendario perimatur. Sed hac regula seruata, dies vndecim perimi nō poterant, si æquinoctiū ad tempus Concilii Niceni reduci debuerat: vel si perimi poterant, id vi, non lege, aut methodo factum est. Ergo, &c. Probatur minor: Ab anno 325, quando illud Concilium actum fuit, vsque ad annum correctionis Calendarii 1665, transferunt tantum decem periodi, hoc est, in vna summa anni 1340. In quauis periodo perimitur vnus dies Ergo in decē perimuntur decē: anni 60 reliqui in computationem non admittuntur, cum periodum nō compleant: Caluifiani autem vndecim dies abiecerunt, ergo vndecimum diem non lege, aut methodo, sed vi & iniuria peremerunt; vnde factum, vt ipsorum Calendarium à tempore Niceni Concilii ad nos vsque deduci non possit. Tuum porro pseudocalendariū non tantum elumbus est, sed & capite, manibus, brachijs, pedibus, ac tibijs caret, stipes ac truncus est, tabulæ indolatæ, quas, postquam etiam summa diligentia ad asciam Caluifianam quis edolauerit, præter Pascha, cyclum solis corruptum nihil inueniet. Ad secundum.

De æquinoctii
ambitu.

2. Secundo, Illud (Calendarium Gregorianum) æquinoctium vernum bidui fere ambitu circa meridiem dici vicesimi primi Martii circumuagari finit: hoc (Caluifianum) idem æquinoctium multo breviori ambitu concludit. Egregie sane, pseudocalendariū tuum, tempora ad horas, & ad minuta describit, & tamen æquinoctii punctum nequaquam eodem die, imo nec duobus cōtinere potest; testimonium huius reddet vel ipsa, quam cap. 10 lib. 1 retulisti æquinoctii tabella. Æquinoctium statuis eo, quo tibi placet loco: anni assumis magnitudinem, quæ tibi arridet: numerationis initium vnde lubet deducis: & vix tandem à mendacio te liberare potes. Cætera alias audiisti.

Ineganti Grego-
rianæ intercalan-
di methodo
ineptissima &
ab alijs reiecta
ratio à Caluifio
præfertur.
Lib. 1. cap. 7.

Tertio, Illud informi, iniqua, & inequali ratione diem Calendario eximit: hoc legitima methodo, & equali ratione idem perficit. Intercalandi formam Calendarii Gregoriani in ratione ciuili, siue Ecclesiastica temporum, legitimam ac iustam esse, vel te ipso iudice obtinere licet. Discedere enim imperas ab ea anni quantitate, quæ vel maior, vel minor inueniretur, quam vt quaternarius exacte in periodis haberi posset: etiam si ea quantitas exacte vera esset: periodus totalis Gregoriana annorum est 400, in qua quaternarius exactissime habetur, eaque quaternario diuisa periodos reddit centuriarum partiales, quaternario itidem numerabiles, in quibus eadem prorsus, & ad vnguem seruatur intercalandi ratio, quam in annis expansis seruata, atque laudatam cernimus: talis igitur est, qua rationem æquabilis, & politici Calendarii non turbat. De tua vero periodo, quid vel ipse præceptor tuus sentiat iam audiisti. Ipsa porro ignobilis, obscura, inepta est, neque ad vulgarem aliquid iam rotundum numerum, tam absolute, quam in æra Christiana consideratum conformata, & iam pridem ab alijs, tanquam ad negotium Calendarii iuutilis reiecta & reprobata.

Caluifius In
suo Calend. cy-
clum solis, nec
antiquum, nec
propriū, nec
vltimū verum
proponit.

3. Quarto, Illud cyclum solis vel corrumpit, vel eum ob difficultatem inueniri posse desperat, atque alio nouo, & Ecclesia inusitato modo literam Dominicalem inuestigat: hoc & cyclum solis verum, & literam Dominicalem statim ob oculos ponit. Acute profecto cyclos solares tractare scis! Vnantiam reportasti de cyclo solis Gregoriano vastato, atq; destructo coronam: de recuperato atque restituto cyclo solis in Ecclesia hætenus vsitato alteram; tertiam nunc, vt video, expetis de inuento cyclo solis vero. Ego tibi, Caluif, amice suauissimè, si integra pelle dormire cupis, de cyclo solis nullum vnquam

quam verbum fecisses: cum ne quidem, quid nominis sit *cyclus solis*, scias. De *cyclo solis* Gregoriano, deque restituto antiquo, satis suis locis dictum est; videndum nunc, quibus te flosculis propter *cyclum solis verum*, quem nouum hoc *Calendarium* statim ob oculos ponit, coronemus. Merito autem ex te quaeritur; quid per *cyclum solis verum* intelligas. Alterutrum fatearis necesse est, te nimirum per hunc *cyclum* intellexisse, vel *cyclum solis antiquum* in *Calendario veteri*, siue *Iuliano* hactenus vsitatum; vel proprium *cyclum solis*, ex anno tuo, atque periodo annorum 128 natum. Neutrum, imo & nullo modo *verum cyclum* esse posse eum, quem proponis, breui hac, ac paucorum annorum numeris constante tabella, manifestum faciemus: in eius columna prima annos Christi proposuimus: in secunda ac tertia, *cyclum solis*, cum suis literis *Calendarii veteris*, siue *Iuliani*: in quarta deinde, & quinta, *cyclum solis verum*, quem tu ob oculos ponis, exhibuimus.

Meridiana igitur luce clarius ex hac tabella elucet, *cyclum* tuum nequaquam esse illum vsitatum in *Calendario veteri*, siue *Iuliano*. Nam in *Calendario nostro Iuliano*, ut tuis vtar verbis, perpetua est constantia *cycli solaris*, non tantum in hisce paucis annis, ut videre est in columna tertia, sed & in multa annorum millia, tam praecedentia, quam subsequenter, nec villo modo turbatur. In tropico vero hoc *Calendario tuo*, ut columna quarta ostendit, non tantum inuenies *cyclum solarem* ubique à *Iuliano* discrepantem, sed & nullibi sibi constantem, ut, quia *cyclo* 12, anni 1663, statim ad *cyclum* 1 transiliat, & ordinem mutet, atque ea inconstantia in annis 128 regulariter semel variatur. Ergo *cyclus solis verus antiquus*, non est *cyclus tuus*. quod est primum. Neque idem tuus *cyclus solis verus*, formae anni tui proprie conuenit, quae singulis 128 annis vnum diem omittit bissextum. *Cyclus enim solis* formae huic proprie conueniens, teste praecceptore tuo Scaligero, adhuc ineptior est periodo 128 annorum, septies videlicet maior, annosque complectens 896. Qui illum excessum, anni *Iuliani* super tropicum, inquit Scaliger, maximum statuunt, quantum meminisse possum, ii sunt, qui vnum bissextum in 128 annis praecise tollendum censent. in quibus est Nicol. Copernicus, vir praestantissimus, alter nostri cui Ptolemaeus: ex cuius sententia, si annus civilis formandus esset, eius anni *cyclus* esset annorum DCCCXCVI, atque post tot tandem annos, idem literarum ac bissextorum in pseudocalendario tuo redit ordo: numeri igitur continua serie sese insequi deberent, ab 1 vsque ad 896: quod in *cyclo solis vero*, quem nouum hoc *Calendarium*

Anni Christi	Cyclus solis Cal. veteris.	Cyclus solis Cal. Caluif.
1644	G F	1 21 C B
1645	E	2 22 A
1646	D	3 23 G
1647	C	4 24 F
1648	B A	5 25 E D
1649	G	6 26 C
1650	F	7 27 B
1651	E	8 28 A
1652	D C	9 1 G F
1653	B	10 2 E
1654	A	11 3 D
1655	G	12 4 C
1656	F E	13 5 B A
1657	D	14 6 G
1658	C	15 7 F
1659	B	16 8 E
1660	A G	17 9 D C
1661	F	18 10 B
1662	E	19 11 A
1663	D	20 12 G
1664	C B	21 1 F
1665	A	22 2 E
1666	G	23 3 D
1667	F	24 4 C
1668	E D	25 5 B A
1669	C	26 6 G
1670	B	27 7 F
1671	A	28 8 E

Lib. 1. cap. 8.

Cyclus solis Caluifiano Calendar. debitus quis sit. Can. Isag. lib. 3.

lendarium ob oculos ponit, nequaquam contingit. Ergo hic *cyclus* à te propositus, non est verus *cyclus* anni tui, quod est secundum. Sed neque ullius veri *cycli* speciem gerit idem *cyclus solis verus*. Nam quivis *cyclus* verus in interruptam suam custodit seriem numerorum, idemque ipse perpetuo in seipsum eodem relabitur cursu, conuersioneque una absoluta, eodem reuoluitur ordine, in quo nullum plane initium naturale est, unde incipere possis, sed, si quod initium statuitur, id seget fit, & eius causa aliunde assumitur; statuto vero semel eius initio, gyroque eodem continua agitatione confecto, ad idem semper reditur. Verum in *cyclo solis vero*, quem tu proponis, longe aliter res se habet, statuto namque unitate eius principio, aliquando post 12 annos ad eandem reditur unitatem, aliquando post 28, aliquando post 39, aliquando citius, aliquando tardius. Ergo *cyclus solis* à te in pseudocalendario tuo ob oculos positus, nullius veri *cycli* formam præ se fert, quod est tertium.

Calend. Calu-
sianum nullū
omnino ab au-
ctore accepisse
cyclum.
Multas perio-
dos ac cyclos
solares à Re-
formatoribus
reiectos esse.

Ex his autem constat, Caluissum in pseudocalendario suo nullum prorsus proposuisse cyclum: cyclum enim solis, quem *verum* vocat, nullum esse cyclum, iam probauimus. Cyclum lunæ exulare, ipsum tabulatum Calendariū demonstrat: manet ergo firmum, nouum hoc *Calēdarium* nihil aliud esse, quam puras putas pleniluniorum mediorum paschaliū tabulas. Conditores Calendarii Gregoriani, quemadmodum oblatam pro intercalationis omissione 128 annorum periodum, quæ ineptum illum offert 896 annorum cyclum solis, minime dignā iudicarūt, quæ orbi Christiano proponeretur: ita etiam reiecerunt periodū annorum 124, quam anno 1576 proposuit Ioannes Salon Valentinus; licet cyclum solis offerret illa periodus sibi æqualem, ac commodissimum totidem annorū; & auctor illius sententiam suam pro anni magnitudine, etiam auctoritate ac calculo Astronomorum probasse sibi visus sit. Sic tetracosietetidi posthabita sunt alia etiam periodi 152, & 180 annorum, quæ similiter cyclos solis offerebant totidem præcise annorum. Summa magna prudentia ac consideratione retracosietetis stabilita est. Pergamus in proposito.

Calend. Calui-
sianum peccare
non posse, qua-
ratione intelli-
gendum sit.

4. Quinto. Illud contra omnes, quacunque de paschate celebrando lata sunt, regulas frequentissime peccat: hoc, quando pascha recte celebrandum sit, absque ullo errore definit, nec peccare potest. Nouum hoc *Calendarium* tuum, Caluissi, ut *Calendarium* peccare nequaquam potest, quod ultro tibi damus; quia *Calendarium* non est: quemadmodum neque tu errare ut doctus potes. Quia vero tu, & pseudocalendariū tuum, à vero, quod prætenditis, multum auili estis, idque vel non agnoscitis, vel agnoscere non vultis, idcirco de hoc admonendi estis: id quod etiam hoc loco faciemus, puncto videlicet sequenti, quo, quæ hic generatim dicis, speciatim enumerata voluisti. Gregorianum *Calendarium* contra canones proprie nunquam peccare, satis suis est demonstratum locis.

Cōparatio cir-
ca paschata.

Sexto. Illud in paschate celebrando frequenter Iudeos collegas assumit, vel illud in duodecimo mense celebrat, vel Iudeos in agendo paschate prauentit, vel Tefareskedecaitie Quartadecimanis hæreticis se associat, vel pascha post vicesimam primā lunam celebrat, aut etiam in secundum mensem reiecit: hoc nihil tale committere potest, cum tempora ad horas, & ad minuta describat. Quantum, ô Deus immortalis, in capulari, & repuerascente hac mundi senectū, post tot seculorum memoriam humano generi accessit beneficium, quod inuentus tandem aliquis homo sit, qui sciat tempora ad horas, & ad minuta describere! Res mira sane, & inaudita! Quis vnquam id suspicatus fuisset de scho-

la Por-

la Portensi, quod olim productura esset tam illustrem virum? A te necesse est, Caluiss, Origanus didicerit *tempora ad horas, & ad minuta describere*: alias tot tempora tam scrupulose nō descripsisset. Quid autem, si obiter inquireremus, quam vere dicat Caluissius, pseudocalendarium suum *nihil tale*, qualia Gregorianum affirmat, *committere posse*: Sed, *quando pascha recte celebranda sit, absque errore definire*? Adea enim, quæ hic Calendario Gregoriano obicit, suis locis, vt diximus, satis opinor, responsum est: ordine procedamus.

5. Quod igitur ad Iudæos spectat (quos paschata sua in plenilunio agere asseuerat) vt eorum vitaret Caluissius consortium, nouum condidit canonem, & pascha Christianorum in plenilunio fieri non posse sanciuir. Verum *stulti dum fugiunt vitia, in contraria currunt. Et excessit medicina modum*. Enimvero non solum id, quod adeo exprobrat Calendario Gregoriano, committit, & Iudæorum pascha suo paschate præuenit; sed & in vltimum lunæ quadrantem pascha comicit: vt sic in vtramque à medio deflecteret partem. Vtrum autem id, quod tanta sollicitudine cauere studuit, penitus effugerit, societatemque Iudæorum declinauerit, valde dubium me reddit exemplum anni Christi 418 (inanem enim laborem in excutiendis singulis annis subire nolui) in quo innocens *nouum hoc Calendarium* Iudæizat, & pascha eodē die, quo Iudæi, præscribit: plenilunium enim committitur sexto Aprilis, feria 7, hora 23, minut. 52: quare pascha in proximam Dominicam, siue feriam primam 7 Aprilis cadit. Sed in eundem etiam diem incidit pascha Iudaicum, vt patet ex tabula nostra 400 annorum cap. septimo lib. 3 proposita. Verum quicquid sit de hoc, nos Caluissio labore nostro molesti esse nolumus, missis scrupulosioribus istis, in crassiora tantum inquiremus.

Caluissius propter Iudæos & nouū canonem condidit, & contra antiquos peccare statuit.

6. Audiuius libro tertio cap. 10, qua inuestitua vsus sit Caluissius capite 22 Elenchi sui contra Calendarium Gregorianum, eo quod aliqua paschata, quæ ibi recenset, vno aut altero die ante Iudæorum festiuitatem præscribat celebranda, eiusque sectatores deteriores Quartadecimanis hæreticis facit, quod hi Iudæos suo paschate nunquam præueniant: Imo paulo ante, in sexto comparationis puncto, vitio vertit Calendario Gregoriano, quod *Iudæos in agendo paschate præueniat*. Quid si iam Caluissio ex innocentissimo suo nouo Calendario ostendamus, ipsum iisdem prorsus annis, quibus talia Calendario Gregoriano, tanquam flagitia immania obicit, non solum biduo Iudæos præuenire, sed & solido mente ante illos pascha agere: Adhuc ne illa pseudocalendarii forma talis erit, quæ omni prorsus labe caret, quæque plane non peccat, nec peccare potest? Vix eredit hoc Origanus; multo minus Caluissius: qua enim cōfidentia Pontificiis tot exempla obicere potuisset, si vel vnū esset in illo pseudocalendario, quod cum illis aut conueniret, aut illa absurditate superaret? Nonne ipse Caluissius, vt reliqua raceamus, catalogo suo exemplorum, quem cap. 22 recenset, subiicit, Calendarii Gregor. sectatores *sepius in hisce annis biduo, antequam Iudæi suum agnum paschalem mactent, & azymos comedant, pascha agunt*. Exemplum sit anno 2106, in quo pascha Iudaicum propter Gadrat, feria tertia, die 20 Aprilis agitur, cum Pontificii suum peregerint die decimo octauo Aprilis, feria prima, cyclo lunæ 17. Et sic in alijs exemplis, vt anno 2133, 2451, 2471, 2495, & reliquis, præsertim, quando pascha in Aprilis celebratur. Absurdissimum certe est, memoriam resurrectionis Christi celebrare vel'e, priusquam tempus memoria passionis, mortis, & sepultura aduenerit. Nimirum ex noua habetur cantorum

Caluissius ex propria sententia solido mente & Iudæos, & tempus passionis Christi cū paschatis suis præuenit.

Theologia, quando Iudæi agnum mactant, aut certe azymos comedunt, tunc tempus *memoriae passionis, mortis, & sepulturae* Christi aduenisse, & tunc demum Christianos Paschate suo *memoriam resurrectionis* debere celebrare. Atque adeo, quando Christiani Iudæos præueniunt, illud sit, *memoriam resurrectionis Christi celebrare* velle, priusquam tempus *memoriae passionis, mortis, & sepulturae* aduenerit. Et quomodo alias hæc cantoris propositio exemplis corroborata stare poterit? Quare, cum ista accidant ita aliquando in Calendario Gregoriano, propterea præter ea, quæ diximus, adhuc in margine Caluissius notatum voluit: *Simile illi absurdo nullum in omni historia dari potest.* At absurdus, Caluissi, in tuo nouo hoc Calendario dari potest; si enim pro tanto absurdo habes, quod Calendarium Gregorianum biduo Iudæos præueniat, atque idcirco exclames: *Absurdissimum certe est, memoriam, &c.* nonne multo absurdus erit, eosdem præuenire solido mense? Cape conspicias, sequentemque contemplare tabulam, fructum pseudocalendarii tui: in prima columna annos habes æræ Christianæ, ex eorundem prorsus numero, quos tu Calendario Gregoriano exprobras, cum suis pleniluniis ex catalogo tuo huc in secundam columnam translatis; Paschata Gregoriana tibi dat columna tertia; & quarta deinceps plenilunia Paschalia pseudocalendarii tui: at ipsa tua Paschata in quinta columna inuenies; vtræque prout diebus respondent Calendarii Gregoriani.

Anni Christi	Plenilunia.				Pascha Calend. Gregor.	Plenilunia.				Pascha Calend. Caluif.		
	Dies	fer.	hor.	min.		Dies	fer.	hor.	min.			
2133	19	Apr 1	21	46	19	Apr	21	Mar 7	9	7	22	Mar
2725	19	Apr 1	21	42	19	Apr	21	Mar 7	8	58	22	Mar
3344	20	Apr 2	2	47	19	Apr	21	Mar 7	14	4	22	Mar
3936	20	Apr 2	2	38	19	Apr	21	Mar 7	13	56	22	Mar
4995	19	Apr 1	19	17	19	Apr	21	Mar 7	6	33	22	Mar
5367	20	Apr 2	1	50	19	Apr	21	Mar 7	12	38	22	Mar
5739	20	Apr 2	7	58	19	Apr	21	Mar 7	18	44	22	Mar
5807	19	Apr 1	13	23	19	Apr	21	Mar 7	0	11	22	Mar
5834	20	Apr 1	18	37	20	Apr	22	Mar 7	5	25	23	Mar
5891	20	Apr 2	20	17	19	Apr	22	Mar 1	7	2	29	Mar
6111	20	Apr 2	13	5	19	Apr	21	Mar 7	0	47	22	Mar
6331	20	Apr 2	7	54	19	Apr	21	Mar 7	18	34	22	Mar
6426	19	Apr 1	18	33	19	Apr	21	Mar 7	5	17	22	Mar
7018	19	Apr 1	18	31	19	Apr	21	Mar 7	5	8	22	Mar
7170	20	Apr 2	6	51	19	Apr	21	Mar 7	17	26	22	Mar
8009	20	Apr 2	5	46	19	Apr	21	Mar 7	16	17	22	Mar

Dabis nobis, Caluissi, vthic, & in sequentibus, vbi id commoditas exigit, & iuxta præcepta tua extendamus pseudocalendarium tuum, vel potius additione periodorum iisdem vramur tabulis; & verbis tuis, tibi tua explicemus Paschata. Inspice ergo tabulæ huius columnas vltimas. *En 16 exempla, ex iis annis collecta, quæ referre*

referente Caluifio, in Calen. Gregoriano ante debitum tempus Pascha celebrandum offerunt, in Caluifiano vero, quando Pascha recte celebrandum sit, absq; vilo errore definiunt, in quibus tamen Caluifiani nō iam cum Tessareshadecatitū, siue Quartadecimanis hereticis, ab Ecclesia proscriptis, Pascha suum proxime ante plenilunium celebrāt; sed quod peccatum eorum auger, deterioresque eos facit Quartadecimanis, qui nunquā quartadecimam suo Paschate antevertebant, aut priores erant Iudæi, ipsi Iudæos longe præueniunt. Exemplum sit anno 2133, in quo Pascha Iudaicum feria tertia, die 21 Aprilis agitur, cum Caluifiani suum peregerint die 22 Martii, feria prima, cyclo luna nullo. Et sic in aliis exemplis, præsertim, quando Pascha in remotioribus annis celebratur. Absurdissimum certe est, memoriam resurrectionis Christi celebrare velle, priusquam tempus memoria passionis, mortis, & sepultura aduenerit. Sane in remotioribus annis, ut est centuria 8000, vix vllum Pascha est Caluifianum, quod ante Pascha Iudæorum non fiat. Adeo rigidus in censendis, & relictendis erroribus fuit Caluifius, ut ipse plures infarserit, quam inuenerit. Et, quod hic obstrepat cantor, non habet. Etenim cum iniulte Calendarium Gregorianum reprehenderit, iuste hæc omnia in ipsum, ipsiusque pseudocalendariū retorquentur. Patet igitur, quam verum sit, quod dixit: *Illud Iudæos in agendo Paschate præuenit hoc nihil tale committere potest.*

7. Hæc igitur hoc modo se habere, negare Caluifius non poterit, vrgebit autem fortassis, ut illi in innocenti, & nouo hoc Calendario illud monstremus absurdum, quo Pascha in duodecimo mēse celebratur. Verum facilius, Caluifi, & promptius id tibi ostendemus, quam tu hoc expetis. Nonne capite 21 recensuisti aliquot annos cum suis pleniluniis, in quibus, aiebas, Pontificiū contra tertium hunc Ecclesia de Paschate recte peragendo canonem peccant, & Pascha in duodecimo mēse celebrant? Ita est: negare id non potes. Ergo si in iisdem annis, eodem omnino die, cum Pontificiū Pascha celebrandum præcipis, in tuo nouo hoc Calendario necessaria concluditur consequentia, etiam te contra tertium hunc Ecclesia de Paschate recte peragendo canonē peccare, & Pascha in duodecimo mēse celebrare. Tu in catalogo tuo 18 refers exempla, ex quibus 14 (in reliquis enim differs à Calen. Gregoriano) in hanc, quam subiicimus, transcripsimus tabellā, plenilunia nimirum cum Pascharis, adiunctis tuis ex pseudocalendario tuo, ordine prorsus eodem, quo id in præcedente tabella præstitimus, prout nimirum omnia diebus respondent Calendarii Gregoriani.

Caluifianū Calend ex auctoris sui sentētia Pascha præscribere in duodecimo mēse.

Anni Christi	Plenilunia.			Pascha Calend. Gregoriani.	Plenilunia.			Pascha Calend. Caluif.
	Dies	fer.	hor. min.		Dies	fer.	hor. min.	
1704	21	M	6 1 25	23 Mar	21	M	6 1 25	23 Mar
1742	21	M	4 10 30	25 Mar	21	M	4 10 30	25 Mar
1761	21	M	7 2 59	22 Mar	21	M	7 4 2	22 Mar
1799	21	M	5 11 6	24 Mar	21	M	5 12 6	24 Mar
2334	21	M	4 10 21	25 Mar	21	M	4 10 21	25 Mar
2353	21	M	7 2 54	22 Mar	21	M	7 2 54	22 Mar
2391	21	M	5 11 57	24 Mar	21	M	5 11 58	24 Mar
2524	21	M	3 7 45	26 Mar	21	M	3 7 45	26 Mar
2581	21	M	4 9 22	25 Mar	21	M	4 9 22	25 Mar

Anni

Anni Chri- sti.	Plenilunia.			Pascha Ca- lend. Gre- goriani.	Plenilunia.			Pascha Ca- lend. Cal- uis.
	Dies	fer.	hor. min.		Dies	fer.	hor. min.	
2972	21	Mar	7 7 59	22 Mar	21	M	7 7 59	22 Mar
3564	21	Mar	7 7 49	22 Mar	21	M	7 7 50	22 Mar
4232	21	Mar	4 1 50	25 Mar	21	M	4 1 51	25 Mar
4270	21	Mar	2 10 54	27 Mar	21	M	2 10 55	27 Mar
4289	21	Mar	5 3 28	24 Mar	21	M	5 3 28	24 Mar

En, Caluifi, formam pseudocalendarii tui, qua omni prorsus labe caret, quaque pla-
ne non peccat, nec peccare potest! De hisce exemplis tumidis buccis decantras: Pontifi-
cios celebrare pascha in duodecimo mense, & in vno anno Ecclesiastico bis pascha peragere; al-
terum in primo mense, alterum in duodecimo, & sequentem annum absque paschatis cele-
bratione transigere. Id vero seuerissime, & quidem sub poena excommunicationis in Ecclesia
prohibitum esse, supra ex canone Græco intelleximus, &c. Et tu in pseudocalendario
tuo utraque paschata iisdem prorsus diebus, quo Calendarium Gregorianum
sua celebranda proponis, excepto vnico illo, quod pascha anni 4289 præcedit,
quod, quamuis non eodem die à te, eodem tamen mense adhuc præscribitur.

Rursus capite 31 Caluifi quædam obiicit, & exprobrat paschata Clauio, ex
centuria 9200 desumpta: Ita ab errore illo paschatæ, inquit, in duodecimo mense non ce-
lebrandi, qui hæreseos ab Ecclesia damnatus fuit, Clavius nequaquam abstinet, sed eñ quin-
quies in hac centuria admittit, vt anno 12, 31, 50, 69, 88. Sed eadem quinque paschata,
eorundem annorum, iisdem omnino anni diebus celebranda proponit innocēs
Caluifi nouum Calendarium, vltimo excepto, quod, quamuis non eodem præscri-
batur die, eodem tamen cum Gregoriano continetur mense. Ergo si Clavius,
aut in duodecimo mense, aut cum hæreticis illa paschata celebrat, etiam Calui-
sius ea in duodecimo mense, & cum hæreticis peragit. Et si falsus est, aut fallere
voluit, recte id in suum redit caput. En tabellam, eadem, qua præcedentes pro-
positam methodo.

Anni Christi	Plenilunia.			Pascha Calend. Gregor.	Plenilunia.			Paschata Calend. Caluis.
	Dies	fer.	hor. min.		Dies	fer.	hor. min.	
9212	20	M	3 9 28	25 Mar	20	M	3 7 33	25 Mar
9231	21	M	6 2 1	23 Mar	21	M	6 0 5	23 Mar
9250	20	M	1 18 33	27 Mar	20	M	1 16 37	27 Mar
9269	20	M	4 11 5	24 Mar	20	M	4 9 10	24 Mar
9288	20	M	7 3 38	28 Mar	20	M	7 1 42	21 Mar

Paschata Calui-
siana in nono
mense.

Addiderat denique capite 21, alia quædam pauca exempla ex annis remotis-
simis, ex centuriis nimirum 297300, 297600, & 297700 petita, in quibus simi-
liter ait Caluifi, paschata Clauiana duodecimum occupare mensem. Quod si
ad eosdē annos exigas paschata ex pseudocalendario Caluifi, inquiras nepe ple-
nilunia paschalia, quæ nouum hoc Calendarium constantissima lege, & in omnia secula du-
ratura

ratura definit, inuenies paschata Clauiana præueiri à Caluifianis spacio trium etiam mensium. Ergo si paschata Clauii cadunt in mensem duodecimum, Caluifiana ea præcedent, & in nono mense excubias agent. Quæ rursus insignis virtus est noui huius Calendarii.

8. Ludimagister noster, quando viderit etiam hunc se perdidisse lusum, ad alium rursus saltum faciet, suamque nobis inculcabit propositionem, nimirum: Calendarium Gregorianum *pascha post vicesimam primam lunam celebrat: hoc Caluifianum nihil tale committere potest.* At decipitur Caluifius, pseudocalendarium enim eius non adeo impotens est, sed plus potest, quam ipse putat. Redi quæso, Caluifi, ad ea, quæ in præcedentibus didicisti pluribus in locis, nimirum, quartamdecimam lunam ex institutione Concilii Niceni, denotasse lunam quartamdecimam, siue diem proxime ante plenilunium; & si omnino oblitus es, ad præceptorem tuum Scaligerum, iste disertissimis verbis hoc edocebit in canonibus Itagogenicis: ergo dies plenilunii est luna quintadecima, & sexta dies post plenilunium est luna vicesima prima. Ergo luna vicesima secunda, siue dies post lunam vicesimam primam, est dies septima post plenilunium, & eiusdem in ordine feriarum denominationis cum feria plenilunii. At tuum pseudocalendarium, quotiescunque plenilunium in feriam primam, siue diem Dominicum incidit, paschata trahit in sequentem feriam primam: Ergo tunc semper *pascha post vicesimam primam lunam celebrat:* Ergo falsum est, quod *nihil tale committere possit:* & ita falsum, ut non aliter possit, quotiescunque Dominica, & plenilunium eundem sibi vendicant diem: quod sæpissime contingit, & sæpius, quam ut vltimo opus habeat exemplo.

Paschata Caluifiana in 22 luna.

Porro non desunt exempla, quæ ipse Clauio obiicis, cumque huius accusas scelerais, in quibus tamen eodem rursus cum ipso die Pascha celebrandū in pseudocalendario tuo præscribis. Nonne cap. 3 1, de Clauio, & centuria 9200 dicis: *errorem etiã, quo Pascha in diem 22 mensis Paschalis reiiçitur contra canones, nouies admittit:* & tamen tu septem ex his nouem Paschatibus eodem die, quo Clauius sua, celebranda Caluifianis tuis iniungis: in annis videlicet, quos ipse enumeras, centuriæ videlicet dictæ 10, 30, 37, 57, 61, 77, 81. Atque ita Caluifius cum suis pleniluniis multipliciter impingit, & Calendarium hoc alias ybique errorum maculis fædatur, magis magisque inquinat. Enimuero, ut supra diximus, si in hisce hallucinatus est, recte errores in ipsius nunc ruunt caput; estque poena peccati iusta, ut falsitates cum tali scenore in suum, ex quo exiere, redeant finem.

9. Restat vltima particula eius, in quo versamur comparisonis 5, ac 6 puncto, ut nimirum videamus, an innocens illud, & ab omni peccato immune Caluifii nouum Calendarium, non etiam Pascha in secundum mensem reiiçiat, & tale aliquid committat, à quo omnino liberum laudatur à Caluifio. Et sane nisi Caluifius patronum suum Origanum in auxilium sumferit, vereor, ut quemadmodū in reliquis, ita & in hoc miserrime succumbat. Descendamus in arenam. *Primus mensis in Ecclesiastico anno est,* ait acutus Caluifius, *cuius nouilunium proximum est æquinoctio verno:* Ex quo deinde deduxit, *primum mensem esse, cuius plenilunium vel incidit in æquinoctium vernum, vel id proxime sequitur.* Ergo quando Pascha dirigitur ad plenilunium, cuius nouilunium sequitur post illud, quod proximum est æquinoctio verno, illud Pascha in secundum mensem trahitur. Sed hoc sæpe accidit in pseudocalendario Caluifii. Ergo sæpe Pascha in secundum mensem reiiçit. Quid

Paschata Caluifiana in secundum mensem.

Cap. 21.

Ggg

reſpo-

respondes Caluifi? Nos omnia plenilunia, inquis, quæ die 21 Martii sunt, incipiendo à media nocte vsq; ad mediam noctem, paschalia constituimus. Causa cur ita fieri debeat, hæc est, quod nostrum plenilunium paschale in locum termini paschalis, siue quartadecima succedit, quæ in die 21 Martii figitur, & nequaquam meridiem eius diei respicit, sed totum eundem diem. Deinde ne aliquando pascha in secundo mense ce'ebremus. Nostrum enim seculo, quemadmodum demonstrauimus, æquinoctium fit die 20 Martii, vt tempore Conci'ii Niceni, & vicesimum primum diem vix attingit: Si igitur cum Gregoriana ratione primum plenilunium paschale statuerimus in meridie vicesimiprimi Martii, certum esset, aliqua plenilunia futura, quæ inciderent hoc interuallo temporis, inter vicesimum scilicet diem Martii desinentem, & meridiem vicesimiprimi, quæ pro paschalibus non haberemus, etiamsi æquinoctium vernum sequeretur, & reuera plenilunia paschalia essent, atq; ita pascha in secundo mense celebraremus. Næ tu Caluifi, ridiculus, ac iocularis ludimagister, ac Calendariopæus es, an quia tu æquinoctium in media nocte figis die 21 Martii, ideo ibi perpetuo mansurum est? Aliis ac fortioribus, quibus affigas æquinoctium, opus est clauis; statuta pædagogica nequaquam coelos penetrant. At omnium lepidissimum est hoc, quod cum se, suumq; pseudocalendariū tanta solertia circumuallauerit, totque munitiones exstruxerit, ne pascha mensem primum præterfiliat: portas tamen reliquerit apertas, nullis appositis custodibus. Fatetur ipse, si æquinoctium in meridie 21 Martii statuisset, plurima plenilunia antemeridiana, paschata expellere à primo mense potuisse: ergo, quia hæc plenilunia æquinoctio postposuit, paschata sua omnia salua ac egregie munita reputat. Quid autē, Caluifi, sequinoctium in meridie diei 20 Martii, aut etiā in media nocte præcedente reperitur: pleniluniane, quæ illud proxime in die 20 Martii sequuntur, otiosa erunt? An non strenue cum Paschatis tuis pugnabunt, vt ea è primo mense eiiciant? Nonne nouum Calendarium tuum clasicum cecinit, & mirifice gloriatum est, quod tempora ad horas, & ad minuta describat? Quæ maior ratio de pleniluniis, quā de æquinoctiis? An quia æquinoctiorū interualla tēpora non sunt? Vides ne quā male nouo Calendario huic à te prouisum sit, non solum ne pascha ad secundum mensem transfugiat, sed etiam, ne retro ad duodecimum (vt tecum loquar) eirumpat? Videamus an aliquod ad propositum nostrum aptum exemplum è pseudocalendario tuo dare possimus, de paschate in secundo mense transfugo. Tu, adiuuante clarissimo viro M. Dauide Origano patrono, ac promotore tuo, anno 1609 statuis æquinoctium die 20 Martii, hora vndecima post mediam noctem, hoc est, in meridie (fortassis tempus prandii, quo ad nudum vescendum panem tuū te conferre soles, pædagogorum more, non Astronomorum pro meridie accipis, qui horam vndecimam vocas meridiem) & plenilunium eodem anno accidit eodē die 20 Martii, feria 6, hora 14, minut. 44, atq; adeo eius nouilunium omnium proximum illius anni æquinoctio verno, primū incipit mensem, & pascha die 22 Martii statuit: at nouum Calendarium tuum pascha in 26 Aprilem vsq; reiecit, non solum in secundū mensem sed etiam in vltimum lunæ quadrantem: Ergo cōstat propositum. Pari ratione anno 1628 (nolumus enim extra hoc seculū euagari) æquinoctium (statuta r. dice Origani qua ad annum 1600 iam sæpius vsi sumus, & per æquabilem anni tui Tychonici magnitudinem progrediendo) incidit in 20 Martii hor. 1, min. 25, & pleniluniū sequitur eodem die, fer. 2, hor. 7, min. 16, & pascha offert in 26 Martii celebrandum; cum tamen pseudocalendariū tuum illud in 23 Aprilis transferat. Idem accidit anno 1647, in quo æquinoctium committitur die 20 Martii, hor. 9, min. 51, & plenilunium sequitur eodem die, ho-

ra 23, min. 48. pascha autē pseudocalendarii in secundo mēse 21 April. peragitur. Idem inuenies in plurib. aliis annis, si paschata ad minutum vsq; ad medias, atq; æquabiles rationes expendenda sunt; in quibus tempus terere nolumus.

Demonstratum ergo tibi est, Caluifi, tabulas tuas, siue pseudocalendar. tuum, ex propriis assertis tuis, tales committere errores, qui, vt habes cap. 24. *ratione Ecclesia potissimum vitandi sunt. Eam enim maxime offendunt, dum & eandem erroribus inuoluunt, & certamina de festo paschatis recte celebrando iam dudum sepulta, ex mortuis quasi resuscitata renouant, & in vsum reuocant.* Et quid aliud certamina excitat, quam stramentitii vestri, ac lutei Elenchi, vestra castigata epactæ, vestra pseudocalendaria? Si enim, vt debebatis, Calendarium Gregorianum, quod Imperatores Reges, & Principes simul approbarunt, recepissetis, cum nihil prorsus in eo sit, quod Ecclesiam offendant, nullę omnino de paschate aliter celebrando vigerent nunc disputationes. Sed hæc vestra sunt miracula, quæ perpetratis, hæreles, atq; discordiarū femina iam dudū sepulta ex mortuis resuscitare, & in vsum reuocare. Hoc tuo magno labore magna comparanda tibi erat gloria: quam tandem spero, hac nostra elucubratione pro votis adeptus es; eam tibi felicem, faustā, fortunatamq; precamur ac gratulamur. Redeamus ad lineam, atq; ad cōparationis tuę puncta.

10. Septimo, *Illud quartamdecimam lunam circa plenilunium, si se se optime habeat, plus quam quatruidi ambitu circumducit: hoc plenilunium ipsum etiam in minutis ostendit.* Istud quatruidi ambitu circumducit, presse ac stricte ita sumendū videtur, vt epactæ quattordecimarū indices, in iis centuriis, vbi se se optime habent, nihilominus aliquando biduo diem plenilunii præcedant, aliquando eundem biduo sequantur: non enim puto te vtrinq; velle quatruidū intelligi, qui nimis crassius esset aucti pædagogi error. Placet igitur inquirere, vtrū id, quod d. cis, verū sit, & quidem in centuria, de qua tu ipse testimoniū das, epactas optime se se habere, quæ est centuria 9200, si epactas tecū intelligamus Lilianas. Verū in hac ipsa ceturia, quā cū epactis, ac plenilunis suis integrā describis, dictę epactæ iuxta Lili normā institutæ omnes, vel incidunt in eundem diem cum plenilunio, vel proximo die præcedunt, & semel tantum vna vno die sequitur. Ergo mendacium est, epactas si se se optime habeant, plus quam quatruidi ambitu circumducit. Nā tales centurię, qualis est 9200, inueniuntur etiā iis temporibus, in quo Clauius & Lilius in epactis cōueniunt. Imo, quod plus est, in eadem centuria 9200, epactæ Clavianæ, quas tu male se se habere affirmas, omnes iis dieb. affiguntur, quib. plenilunia cōmittuntur, aut quos plenilunia proxime præcedunt: eodē excepto anno quo Liliانا epacta sequitur vno die, Clauiana sequitur duobus, eo q. plenilunium ppe finem diei cōficiatur: diē porro semper accipimus, put eum tuæ tabulæ, ac catalogi exhibent. Et hæc quidem de Calen. Gregoriano. De Caluifiano vero auctor sic habet: *hoc plenilunium ipsum etiam in minutis ostendit:* tale nimirū minutū ostendit, à quo pleniluniū ipsum etiam vltra 14 horas remoueri potest. Si laus aliqua conuenit tabulis pleniluniorū, multo magis illa debetur Ephemeridib. Origani, quæ nō solū plenilunia non falsā, sed motus etiā solis, reliquorumq; planetarum singulis diebus totius anni proponit, iisq; longe iustius conuenit nomen Calendarii, quam nugatoriis Sethi tabulis, cum saltē speciem Calēdarii præ se ferant, oēs dies anni, nomina Sanctorū, festa, literas Dominicales, &c. proponāt. Suadeo tibi, Caluifi, vt tabulis tuis bene maiusculis literis hāc pfigas inscriptionē. NB. *Hoc est Calēdariū:* alias pro quouis potius, q̄ pro Calendario vendētur. Certe ille, qui pro coriandro calendaria coemerat, tua nunquam emisisset.

Quis certamina de paschate sepulta resuscitet.

Mendaciū Caluifii de quatruidi circa plenilunium quattordecimarum Gregorianum ambitu.

Octauo. Illud epactas alias satis lubricas, & inconstantes ineptissime, & falsissime aquat: hoc plenilunia paschalia ipsa constantissima lege, & in omnia secula duratura definit. De æquatione epactarum dictum est satis. Quod vero rursus Prophetam agas, quam recte id munus obieris, posteri iudicabunt: lepidissimum certe calendariopæum te omnis prædicabit ætas: nisi cito vna cum tabulis calendarii, tui memoria pereat.

De inconstan-
tissima plenilu-
niorum Calui-
sianæ ratione.

II. Nono. Illud epactas in singulis interdum centuriis, interdum in binis mutat: hoc plenilunia absq; ulla mutatione perpetuo eadem ratione inuestigantur. Quid dicas ipse nescis, Caluisci: In Calendario enim Gregoriano singulis vnde viginti annis eadē prorsus redeunt epactæ, recurruntque in orbem, eaque constantia sapissime ad trecentos durant annos, & si quando mutantur, id semel vno tantum fit anno, & deinde rursus in orbem circumuoluuntur, vel trecentenis annis, vel ducentenis, minimum aliquādo centenis. At tu in tabulario tuo Calen. vix vnquam duos in aliis vsitatos lunæ cyclos exhibes cōtinue sibi similes: imo, ppter hoc cyclos lunæ exilio tibi multandus erat; quia interruptionis nullus reperiatur modus. Inspice lector tabulam 400 annorum, quam lib. 3. ca. 7. proposuimus, paucissimorum enim est inter plenilunia Caluissiana, & illa differentia minorum, & mox videbis, quanta inconstantia inuicem permutentur, & confundantur. Exempli gratia, in primo cyclo tabulæ, eiusque anno secundo, siue aureo numero 2, plenilunium fit 26 Martii: at in secundo cyclo in simili anno, seu numero 2, plenilunium cadit in diem 27 Martii. Deinde in eodem primo cyclo anno 4, plenilunium habetur in die quarto Aprilis; in secundo vero cyclo eodem anno 4, reperitur in die 3 Aprilis. Iterum in primo cyclo anno 6, plenilunium est in die 11 Aprilis: in secundo cyclo, & anno etiam 6, migravit in diem 12 Aprilis. Item in primo cyclo anno 9, plenilunium committitur die 9 Aprilis: in secundo cyclo simili anno 9, conficitur die 8 Aprilis. Similes mutationes reperies horum duorum cyclo-
rum anno 10, 13, 14, & 18. Neque hic cyclos secundus cum tertio congruit, sed ab inuicem dissentit in similib. cycli annis, quoad dies pleniluniorum sapius; vt anno 13, 5, 6, 7, 10, 17, & 19. Sed neque tertius cyclos cum sequenti quarto conspirat: neque quartus cum quinto. Imo etiam si 4 cyclos simul sumas, & tanquam vnum cyclum cum proximis 4 cyclis conferas, adhuc tamen discrepantiam inuenies in pleniluniis, siue terminis Paschalibus pseudocalendarii Caluisci. Quis sani cerebri homo tantam in Calendario aliquo politico inconstantiam ferre, aut probare poterit? At Caluiscio hæc est constantissima lex, & in omnia secula duratura, absque ulla mutatione perpetuo eadem ratio.

Quod si dicat, se loqui de modo indagandi terminos, siue plenilunia. Sane in Calendario Gregoriano constantissima est ratio, & vnico intuitu tabularum epactarum expansa, & æquationis termini eruuntur. In Caluissiano vero, nunc iste, nunc ille instituendus calculus, & quæ semel calculo vno inuenta sunt plenilunia exorbitantia, altero deinde calculo ad viam reducenda sunt. Denique si obiciat, equationes esse mutandas, per alias extra ordinem adhibendas, &c. Neque ipse cum omnibus suis minutis ac scrupulis hinc inde vagantibus certi quicquam in perpetuum promittere potest. Nam ascia sua nondum eo peruenit, vt cœlos ad tabulas suas edolare.

Calend. Calui-
sianum nullam
cōplectitur an-

12. Decimo. Illud primum anni mensem contra naturæ ordinem cauum habet, & contra in Februario mensem inserit monstruosum triginta & vnus dierum: quæ omnia ab hoc
Calenda-

Calendario longissime absunt. Et adeo longe absunt, vt non solum pro Febuario, sed pro omnibus reliquis mensibus Iulianis, lunares menses omnes absint; nisi fortassis Martius, atque Aprilis coniunctis viribus aliquid mensium lunariū calendario pro huic eripuerint. Sed & hoc in dubium vocatur, nā prater plenilunia Paschalia non comparet aliud, non nouilunium incipiens, non finiens: non cauus, non plenus mensis: id quod in hanc vsque diem nulli Calendario Ecclesiastico atque politico contigit. Summa, si sermo sit de lunaribus siue annis, siue mensibus, tam in Febuario, quam in reliquis anni solaris stationibus: si de cyclis tum solaribus, tum lunaribus: si de anni Ecclesiastici, ac festorum ratione: si de aliis ad Calendarium spectantibus: vno omnibus responso Caluissius satisfacit: nimirum, *omnia ab hoc Calendario longissime absunt.*

ni lunaris ratō-
nem, menses
nec plenos, nec
cauos, &c.

Vndecimo eadem repetit. *Illud mensē Paschalem contra rerum naturam, & a-
storum motus decurtat, & vel vigintinouem, vel tātum vigintiocto dierum facit. Hoc eundē
mensem plenum, & motibus celi conuenientem proponit.* Sed imperitissime, quid primus mensis, quid item mensis Paschalis sit, licet eundem eadem definitione descri-
pseris, in hunc vsque diem ignoras: omnisque tua de hac re disputatio, cœcorū
est speculatio. Nullum vnquam mihi ostendes, Caluissi, in Calendario Gregoria-
no mensē Paschalem dierum tātum vigintiocto: in tuo vero vllus nec 20, nec
30, imo nec plurium, nec pauciorum dierum solidorum mensis, siue Paschalis,
siue non Paschalis comparet: & tamen *mensē plenum* iactas. Apud omnes, quot-
quot hactenus de re Calendarii politici, quale tuum esse gloriaris, scripsere, men-
ses caui, & pleni sunt 29 & 30, aut saltem solidorum dierum: apud te, si quidem
aliquis reperiri mensis potest, dilaniatus is, atq; disceptus est in horas, horarum-
que fragmenta: imo nihil aliud, quam vanus & nugatorius de plenilunius garri-
tus; & si illa plenilunia mensium terminos statuas, non plus vno, eumque dila-
ceratum componas mensē. Nam plenilunium vnum collocas in media nocte
21 Martii; alterum proxime sequens in die 19 Aprilis, post minuta 44 à meridie,
vnde interuallum apud te pro mense relinquitur dierum 29, horarum 12, minu-
torum 44, quem mensē nec cauum, nec plenum vllus vnquam vocauit in Ca-
lendario Ecclesiastico. Ergo falsum est, in pseudocalendario tuo dari Paschalem
mensē plenum.

13. Duodecimo, pædagogus vt hunc compleret numerum, quemadmodum Ineptissima Cal-
luna orbem suū, excogitanda fuit duodecima, eaque pædagogica comparatio. uissi Calēdario-
rum cōparatio.
*Illud, inquit, multis apologiis, defensionibus, castigationibus, & explicationibus, ingentia li-
brorum volumina complectentibus indiget: hoc nullo modo reprehendi potest, & paucissimis
pagellis absoluitur.* Vtrum pseudocalendarium tuum nullo modo reprehendi pos-
sit, satis, credo, sensisti. quod paucissimis absoluitur pagellis, ipsi vidimus. Verū
pagellas illas continere Calend. Ecclesiasticum, & politicum, quod, vt gloriaris,
omnibus suis partibus perfectum sit, nemini sani cerebri vnquam persuadebis. Quod
vero nullis opus habeat *apologiis, defensionibus, &c.* mihi iam persuasisti, quis enim
sani cerebri homo hanc committeret stultitiam, vt defendere id aggrediatur, quod
nullam omnino recipit defensionem; aut id explicare, in quo quis oleū perdat,
ac operam. Calendar. Gregorianum contra obrectatores ac criminatores de-
fenditur, quemadmodum, vt alibi diximus, ipsa Christiana sacra ab incuris. ve-
stris, aliorumque hæreticorum, Turcarum, ludæorum, paganorum, iam ab ipso
exordio Christiani nominis defensa sunt. Neque hactenus Christiana fides ob-

multitudinem apologiarū, aut explicationum quicquam amisit aut veritatis, aut auctoritatis: Tu miser hoc ariete putabas te prohibiturum euerfionem in firmi Elenchi tui; quod sane infeliciter tibi cessit.

De aliis Calu-
fianis tugiis

Quæ postea subiciis, quod nimirū *non multo melius editum sit Calendarium à Pōtifice Romano, quam à Numi Pompilio, & similia, cum adeo crassa, & ex tam pingui cerebro producta neminem sani cerebri fallere possint, M. Dauidi Origano explicanda, & epistolis suis ac præfationibus exornanda, & commendanda relinquimus. Concludamus ergo cum Caluifio; sed verius: Nihil igitur iam est, de quo Calendarium Ca'uisianum agit, quod non iure & merito culpari possit. in Gregoriano Nihil, quod non laudari debeat. Peniteat ergo & pigeat utrumque & Caluifium & Origanum incepti, laboris, & sumtuum in stramentitium hunc Elenchum male erogatorum. Pudeat Caluifium tantum astronomum, ut videri vult, qui tot annorū spatio non modo non rectius hoc Calendarium concinnare potuit, sed & Gregorianum emendando peius fecit. Tad' at omnes Origanos, quibus pro emendato Calendario mendosissimum obtrusum est. Gratulentur vero sibi qui id respuerunt, & adhuc abominantur.*

CAPVT XII.

Altera Pseudocalendarij à Caluifio constructi forma proponitur, & excutitur.

Caluifii de Clauio victoria & triumphus.

Sperabam hoc loco spectaturum me Sethi Caluifii de Christophoro Clauio triumphum, auditurumque ipsum enumerantem atque narrantem Gnathonibus, atque Origanis suis, quot quantisque ipse defunctus periculis, seruatis omnibus, à Clauio propositis conditionibus, gloriosam tandem victoriam reportauerit; tempusque tandem aduenisse illud, quo Calendas apud Græcos instituendas Clauius necesse haberet, demonstrantem: quippe Calendarii formam, te, quam Clauius Mæstlino conficiendam positis legibus proposuerat, quæ nimirum *omni prorsus labe caret, quæque plane non peccat, nec peccare potest, ut confidenter promissit, ita feliciter condidisse, proposuisse, explicasse.* Sed laudem hanc ac gloriam Caluifius alto sepultam maluit silentio. Et quænam huius rei causa? sane non modestia hominis, qui sua supra modum, ut passim audiui-mus, & laudare & extollere solet. non humanitas eius erga Clauium, quem tot criminationibus, & maledictis iam prosciderat. Quid ergo? Videor mihi videre silentii huius causam. Addiderat Clauius conditionibus suis *dummodo in eo (Calendario conficiendo) annus civilis (quod caput est) vsurpetur, & Cycli ab Ecclesia vsitati adhibeantur quod ad Calendas Græcas, &c. ad hoc Thraso responderat. Putas ne aliquem futurum, qui hisce conditionibus cum Clauio adeo confidenti prouocatore congre-di ausit? Vix credo putabis, non enim videtur hac confidentia de nihilo concepta: At ego iubeo te bonum animum habere, canes qui proteruius latrant, timidiore esse solent. Ego Sethus Caluifius congregiar cum ipso magna spe victoria. Omnino, Caluifii, canes qui proteruius latrant, timidiore esse solent, quod exemplo tuo verum demonstraſti, qui proteruius, quam feliciter cum Clauio congressus, eam quam vidimus, victoriam reportaſti, talem nimirum, de qua triumphare times. Nam postquam miserum te nihil effecturum conspexisses, nisi longius quam per diapason tum à conditionibus positis, tum à communi Ecclesiasti. i Calendarii ratione discederes: facto discessu victoriam tuam silentio æterno mandare, atque sepelire satius iudicaſti, quam eam pluribus verbis extollere. Enimvero non modo condiciones*

po-

positas non seruasti, cum Cyclos, & annum lunarem ciuilem proscripteris, sed, quod turpissimum est, nec lic quidem *Calendarium*, quod omni prorsus careat labe, conficere potuisti.

2. Caluissius igitur noster cum se se vt cunque in victorum numero inuenisset, altas cogitationes suas ad alias expeditiones conuertit, & *De forma Calendarii*, quae adhuc propius ad *Calendarium Gregorianum* accedit, & tamen melior sit, agere instituit. Sic ergo pergit: *Calendarium hoc nouum anni tropici, quod proposuimus, nullo modo per se reprehendi potest, cum omnibus suis partibus perfectum sit: ratione tamen temporum nostrorum, in quibus viuimus, hoc in ipso quispiam desiderare posset, quod non solum, quando Gregorianum Pascha non recte definit, & alieno tempore id celebrat, ab eo dissentit. Sed etiam quod alicubi vno die in mensibus etiam, & in festis immobilibus à Gregoriano abest.* At ipsum insigniter mentitum esse iam ostendimus, non modo quia *Pseudocalendariū* pro *Calendario*, quod omnibus suis partibus perfectum sit, vendiderit, cum tamen nec nomine *Calendarii* dignum sit: sed etiam quod in multis annis, de quibus dicit *Calendarium Gregorianum pascha non recte definire, & alieno tempore id celebrare*, *Pseudocalendariū* suum tunc à Gregoriano dissentire affirmauerit, adeo tamen absit, vt ab eo dissentiat, vt iisdem prorsus diebus vtrumque *Calendarium* & *Gregorianum*, & fictum suum, *Paschata* celebranda praescribant. Accedit quod à Gregoriano etiam in festis immobilibus dissentiat, non vno die tantum, sed in remotioribus annis pluribus etiam diebus; nisi fortassis ipsa anni magnitudo *Gregorianum* per extraordinariam diei eiectionem propius adduceret, ve etiam per intercalationem abduceret longius. ex qua discrepantia, vt ipse fatetur, *confusiones in imperio, quae iis annis, quando penitus Calendaris conuenimus, sopita fuissent, recrudescere possent.* Quare ista secum ipse recogitans Caluissius, concludit: *Desiderare ergo quispiam posset formam Calendarii; quae adhuc propius ad Calendarium Gregorianum accederet: nunquam enim futurum est, vt illi hoc modo suum Calendarium ad nostrum conforment, sed nostrum erit, vt nostrum ad Gregorianam formam, quantum salua libertate possumus, accommodemus.* Nimirum contra libertatem putat esse recipere atque approbare *Calendarium Gregorianum*, quod vel ipso teste, Imperatores, Reges & Principes simul approbarunt, qui fructus sunt purioris Ecclesiae, cuius Caluissius aduocatum agit, & expositorem doctrina de libertate Christiana.

Antequam autem Sethus iste, qui ad orbem Christianum errore liberandum in hunc mundum natus est, ad aliud *Pseudocalendariū* condendum sese conferrat, error ipsi, quem adhuc in orbe reperit, prius hominibus est eximendus, iis qui feriarum perturbationem possibilem reputant, licet eam consequenter introducendam fuisse Gregoriani *Calendarii* conditoribus in orbem contendit, dum *Cyclum Solis* non interruptum retinendum fuisse contendit: huius enim integram conseruationem, secuturam fuisse illam perturbationem supra Cap. 3. Num. 6. ostendimus, & hic à Caluissio exemplo describitur. *Fama est, inquit, in Polonia hoc alicubi in receptione Calendarii Gregoriani accidisse, vt ex feria quinta statim sequenti die in feriam secundam transcenderent, & sextam, septimam, & primam ita transirent.* At insulitate, atque inscitia plenus Caluissius, ignorans se idem commisisse, aut certe committendum proposuisse, non veritatem vnuerſam, eique generosam iuxta ac ingeniosam Polonorum nationi insulitatis, atque inscitiae notam inurere, quod si verum est, subdit, *is hoc magnopere vitio verti non debet, cum habeant Astronomos sibi insulitate hac, & inscitia pares.* Et qui nam tandem sunt cantores Lipsienses? Quis igitur est hic auctor, qui sese omnibus praepositum cupit:

Caluissius ita consilia de alio pseudocalendario introducendo,

De feriarum perturbatione Caluissii sententia, eiusdemque in reprehendendo audacia

Caluissius in Polonos inuehitur.

qui sit tantum ingenii acumen extollit; qui omnes præ se conterant? longius ire non est opus: en Caluifium stramentitii Elenchi auctorem?

Sane, si Caluifio credamus, non solum Polonis, sed & aliis non parui nominis Astronomis hoc modo visum est; feriarum nimirum ordinem turbatum iri, si dies aliqui septenario non numerabiles ex anno eiciendi essent: nam absque dubio supponebant cyclum solis cum suis Dominicalibus literis integre, atque imperturbatum conseruandum fuisse: *Visum est etiam, inquit, quibusdam non infima auctoritatis Astronomis, hoc modo ferias inter homines turbatum iri.* At Caluifio non solum ut istis Astronomis visum non est, sed & rem hanc puerilem errorem appellat; imo omnino impossibilem prædicat, dicens, *sed feri hoc nunquam poterit, & valde puerilis est error, qui hoc loco etiam huiusmodi hominibus est eximendus.* Sciendum igitur est, id quod nemo ante Caluifium sciuerat, in nullius hominis potestate esse, ut ferias hebdomadin turbare possit, cum earum series in prima statim creatione à Deo mandata sit, & hactenus obseruata. &c. Non me latet, esse & aliam ferias turbandi subtiliorem rationem, quæ puerilem Caluifii errorem, quo eam impossibilem existimat, clarissime manifestare ac demonstrare possemus: verum cum fieri facillime etiam posset, ut à Pædagogo non perciperetur, sponte eam omittimus. Ille igitur valde puerilis error illorum ne sit Astronomorum, an vero Astronomi Caluifii in Astronomia Scaligeræ eruditissimi, lectoris esto iudicium: nos propius ad perorationem, qua suum & consilium, & pseudocalendarij obtrudere nititur, accedamus.

Humanitas
Caluifii qua
imperio Roma
no, eiusque proce
ribus gratifica
ri cupit.

Præmissis igitur de conseruatione societatum exordio, Ita comparatum est in vita humana, ut societates &c. mox subdit: *Quid si eodem modo iis in Germania, qui Gregorianum Calendarium receperunt, gratificaremur, cum simus in eadem imperij societate, & iisdem legibus utamur? Cur non etiam quadam errata, quæ minutiora videntur in nostro Calendarium assumamus? Errata Calendarij Gregoriani vel committuntur ratione eximendorum dierum: vel ratione epactarum motum lunarem delineantium. Priora errata peccant tantum in leges methodi, vel artium, non in canones Ecclesie, posteriora peccant in canones Ecclesie, eaque seuerè à patribus primitiue Ecclesie damnata sunt. Si igitur hæc tantum summo studio vitaremus, priora vero pacis & concordia causa recipere, numerunt, qui nos magnopere culpabunt: non arbitror, sed nos potius laudabunt, qui pacis causa hoc ferre volumus.* Ecquisnam tam inurbanus esset, qui non summo opere laudaret ciues istos, qui tam humaniter agunt cum Imperatoribus, Regibus, & Principibus? Quis magnitudinem beneficii huius vnquam pro dignitate explicauerit? Sed quid aliud facerent pædagogi, quàm pædagogica proponere consilia; quæ indigna sane sunt, ut plura de illis verba faciamus: ea tamen hoc loco relata volumus alium in finem, ut post videbimus. Veniamus nunc ad ipsum pseudocalendarij.

In quo poste
rius Caluifianū
Calen. à priore
differat, & in
quo cum eodē
conueniat.

3. In eo autem solum differt posterius hoc pseudocalendarij à priori, quod cap. præcedenti proposuimus, & explicauimus, quod hoc reiectis 128 annorum periodis, tetracosieridem amplectatur Gregorianam. Nam tribus etiam constat tabulis, & prima quidem, atque secunda eadem omnino sunt, cum prima, & secunda prioris pseudocalendarij, discrepantia solum, ut diximus, comparet in tertia. Quare vna cum Caluifio non necessum arbitror, ut exemplis declaratur, quomodo ex hisce etiam tabulis plenius unius Paschale inquiratur cum eadem plane methodus sit cum ea quæ in superiori Calendario tradita, & exemplis declarata est. Caluifius tamen, quo animi suum maleuolum erga Calendarium Gregorianum clarius demon
straret,

straret, exemplum addit de anno Christi 1780, cuius Pascha ad rationem Calendarii Gregoriani agendum in duodecimo mense dicit, & quidem crassissimo errore, in suo vero pseudocalendario in primo peragi mense affirmat: quod quam verum sit, paulo post constabit. Itaque hoc loco solum à nobis requiritur, vt tertiam etiam huius pseudocalendarii exponamus tabulam, ad perficiendum in signe illud Caluissianum opus. Sic ergo se habet.

Quoniam igitur omnia, in insulitate periodi 128 annorum excepta, & quæ inde dependet, fere eadē sunt cum iis, quæ in priori pseudocalendario reperiuntur; eadem etiam absurda, incommoda, & imperfectiones huic pseudocalendario obici possunt: quæ, cum capite antecedenti satis sint explicata, Caluissium imitari nolimus, vt eadem repetere-mus, relegat ea ipse, si placet.

Ex hac autem tertiæ tabulæ mutatione Caluissius sese cū suis Caluissianis duo consequi prædicat: vt semper cum Calendario Gregoriano, inquit, conueniamus, & nullibi ab eo discrepamus, nisi quando ipsi contra canones Ecclesiæ pascha alieno tempore celebrabunt. Nam & hoc nostrum Calendarium pascha ex medio motu lunæ definit, & NVLLVM errorem committere potest. Deinde non adeo frequenter in paschate celebrando cum iis, qui Calendarium Gregorianum receperunt, discrepabimus. Quamuis autem supradicta absurda repetere non statui-mus, non possumus tamen non admonere male memorem Caluissium, eique nostrum, quod nobis hic oritur, proponere dubium: affirmat enim hic de pseudocalendario suo, quod nullibi à Calendario Gregoriano discrepet, nisi quando ipsi contra canones Ecclesiæ pascha alieno tempore celebrent. At capite 21 dicit; annis Christi 1704, 1742, 1761, 1799, 2334, 2353, 2391, 2524, 2581, 2972, 3564, 4232, 4270, 4289, eos, qui sequuntur Calendarium Gregorianum, Pōtīfīcios celebrare pascha in duodecimo mense contra canones: Ergo, si verum dicit, huic annis pseudocalendarii paschata, à paschatis Gregorianis discrepare debent: sed non discrepant: cum plane in eosdem incidant dies. Ergo falsum est, paschata Gregoriana esse duodecimi mensis, vel cōtra canones: aut certe pseudocalendarium Caluissianum nullum errorem committere posse, in fumum abiit. Plus ergo videtur consequutus Caluissius pseudocalendario suo, quam vel viderit, aut existimauerit.

4. Enumerat deinde Caluissius ad commendandum pseudocalendarium suum, quod nullum errorem committere potest, quoties id spacio quadringentorum annorum proxime succedentium in paschatis celebratione, à Calendario Gregoriano abeat: recēset autem paschata omnino sexdecim. Qua in re rursus mirum in modum sui oblitus miser pædagogus, tela retorta sinu suo excipit. Nam Calendarium Gregorianum vbique, & in omnibus suis partibus mendosissimum procla-

Tabula tertia
centuriarum:

1582	10	20
1700	11	8
1800	12	24
1900	13	12
2100	14	0
2200	15	16
2300	16	4
2500	17	20
2600	18	8
2700	19	24
2900	20	12
3000	21	0
3100	22	16
3300	23	4
3400	24	20
3500	25	8
3700	26	24
3800	27	12
3900	28	0
4100	29	16
4200	30	4
4300	31	20
4500	32	8
4600	33	—
4700	34	24
4900	35	12
5000	36	0
5100	37	16
5300	38	24
5400	39	20
5500	40	8
5700	41	24

Posterius hoc pseudocalendarium eosdē fere comprehendere errores, & defectus quos prius.

Cōmoda, quæ se hoc pseudocalendario cōsequi iactat.

Hoc pseudocal. aut pascha præscribere in 12 mense, aut Caluissium Calend. Gregorianū id imponere.

Quoties ex sententia Caluissii in proximis 400 annis Calend. Gregorianū errat, & à pseudocalend. ipsius differat.

Hhh

mat,

mat, quod, vt criminatur Dauid Origanus, *plus vulnerum, quam Scena apud Cæsarem Clypeus tela præferat, & pluribus sordibus obsolescat, quam si etatem in Camarina palude incuisset*; adeo vt in eo à capite ad plantam pedis NIHIL sani sit; nimirum cuius errores pueris etiam septuennibus noti sint, & toti mundo patefacti: quando vero enormitas, & multitudo errorum ostendenda est, in 400. annis non plura quam 16. reperit paschata, quæ, vt ipse dicit, contra Canones præscribantur: Si vero ipsa hæc 16. paschata examinaueris ad Canones, aut nullum, aut paucissima inuenies, quæ Canonibus aliquo modo contradicant. Capite 32. affirmat Caluissius, *In Calendario Gregoriano, frequentiores & sædiores errores committi, quam in Calendario Iuliano siue veteri: nunc autem ex Gregoriano in 400. annis vix 16. extorqueri potuerunt paschata talia, qualia ex primis 400. annis Calendarii veteris triplo aut quadruplo plura, vt ex nostra lib. 3. cap. 7. proposita tabula clarissime patet, reperiuntur Plurima, dicebat cap. 19. se potuisse dare paschata ex Calendario Gregoriano, quæ cum Iudæorum paschatis conueniant: Toties enim fere Pontificis, inquit, cum Iudæis in Paschate concurrunt, quoties quartadecima luna incidit in Sabbathum siue feriam septimam. Id quod in vna annorum centuria obseruata proportionem plus decies accidere potest: ergo in annis 400. minimum quadraginta Paschata Iudaica Caluissius producere debuisset: at miser numerum denarium transgredi ausus non est, Nam quando illa 16. paschata enumerare incipit, sic habet: Anno 1622. ad Calendarium Gregorianum pascha celebrabitur cum Iudæis, nos vero celebrabimus idem pascha octiduo serius, idem accidet etiam in hisce annis, 1805, 1818, 1825, 1845, 1903, 1913, 1947, 1954, 1967. Mirum sane ad quas minutias non descendant obrectatores isti, vt Calendario Gregoriano aliquam inurant notam: & tamen, quod illis turpissimum est, postquam omnia minutissime rimati sunt, quod iuste obiciant, non inueniunt. Enim vero etiam si demus Caluissio Pascha Christianorum cum azymis Iudæorum recte concurrere non posse, quod tamen falsum est, nihilominus miser iste pædagogus 10. sua paschata probare non potest: Conatus quidem est cap. 19. ex computo Hebræorum ostendere festum azymorum anni 1622. incidere in eundem diem cum paschate Calendarii Gregoriani, sed eū pædagogice errasse nos supra lib. 3. cap. 6. Num. 14. demonstrauimus, cum illud festum incidat in diem Sabbathi, & pascha nostrum in Dominicam sequentem, vnde malè in pseudocalendario Caluissii pascha in sequentem traicitur hebdomadam. Pari ratione ex computo Hebræorum deducitur, eos annis 1818, 1845, 1947, 1967. pascha suum celebraturos in secundo mense, integro scilicet mense post pascha tam nostrum, quam Caluissianum. Quomodo ergo Caluissius, *hisce annis pascha celebrabitur cum Iudæis*? Vides ne misero tibi ex 10. hisce annis vix remanere quinque. At in hisce quinque pascha Iudæorum proprie dictum, quando videlicet agnus mastrandus est, nequaquam cum paschate nostro conuenit in eundem diem: ergo neque in reliquis quinque annis ad Calendarium Gregorianum pascha celebrabitur cum Iudæis. Ergo non nostra paschata, sed tua erronea sunt. Nam pascha posse recte celebrari in plenilunio, suis locis fusius probauimus. Itaque ex sexdecim paschatis, quæ tanquam erronea enumerasti, & Calendario Gregoriano obiecisti, decem in spongiam incumbere vt iubeas, necesse est. Videamus quid sit de reliquis sex.*

Postquam igitur vnum anni 1724. pascha in vltimam lunaris mensis hebdomadam reici (de quo, quia Caluissius huiusmodi errores leuiculos vocat, cum

eo non contendimus) afferuisset Caluſius, ſic ſubiicit. Anno 1780. paſcha ad Gregorianum Calend: in duodecimo menſe agetur, nos contra id agemus, poſt eos integro menſe elapſo in primo ſcilicet menſe. At decipitur. Plenilunium enim ex tabulari ſuo Calendario, eo anno committitur die 20. Martii, feria 2. hora 19. min. 34. cum æquinoctium æquabile in eodem ſuo pseudocalendario, ex iis quas ipſe ſtatuit Originari radicibus, præceſſerit die 19. Martii, hora 21. Ergo illud plenilunium ex definitione primi menſis à Caluiſio datæ primi menſis eſt, atque adeo paſchale, & paſcha celebrandum oſtendit die 26. Martii, eo nimirum die, quo illud peragendum præſcribit Calendarium Gregorianum. Ergo Caluiſianum paſchanō in primo, ſed in ſecundo menſe ex ipſius propriis definitionibus celebrabitur. Neque ægre ferre poterit Caluiſius, nos ad horas, & minuta Calendarium illud examinare, quod, ipſo gloriante, tempora ad horas, & ad minuta deſcribit. Addit infelix pædagogus: In annis vero ſequentibus vt 1905. 1943. 1962. 2019. ad Gregorianum Calendarium paſcha in menſe impurorum, in ſecundo videlicet menſe agetur, vbi nos dum paſcha in primo menſe celebramus, integro menſe eos præueniemus: Atque ita decies ſexies fermentatione paſchatis, & feſtorum mobilium tantum à Gregoriana forma in annis quadringentis diſcrepabimus. At ecce ruruſus decipit, atque decipitur: Nam quantis laudibus prius illud ſuum Calendarium extulerit capite antecedenti, ſatis ſuperque conſpeximus; quippe quod non peccet, quodque adeo ſanctum ſit, quod neq; peccare poſſit: Sed illud innocens Calendarium præſcribit celebrandum paſcha anni 1905. eodem plane die, quo id Calendarium Gregorianum celebrandum deſinit: Ergo illud paſcha neceſſario erit in primo menſe; & hoc quod tu hic in ſecundo pseudocalendario decernis, ad vltimum ſiue duodecimum ſpectabit menſem. Atq; ita Calendariographus Caluiſius ex ſexdecim iſis erroneis paſchatis duodecim fere ſibi pro innocenti ſuo Calendario aſſumplit, quatuor Gregoriano relinquendo. Adeo rigidus denuo in cenſendis, & eiciendis ex Calendario erroribus fuit, vt ipſe plures in ſuum inſarferit, quam in Gregoriano inuenit. Niſi fortaiſis hinc nouo miraculo nouum hoc Calendarium multis modis melius, expeditius, & innocentius redditum ſit.

ſ. Mirabar ſane ſi ſic abirent noua hæc Calendaria, & ſeſe mutuo prius non diſcerperent, ſecū de ſanctitate non pugnarent, ſibi in innocentia non contradicerent. Mirabar hominem, qui pugnantia loqui eloquentiam reputat, hoc nō etiam facturum in pseudocalendaris ſuis, quorum vtrumque adeo innocens eſt, vt neque peccet, neque peccare poſſit. Verum Caluiſius Scaligerum encomiaſten ſuum falli nequaquam tulit; ſed virum ſe ipſo illius Germanorum ingenuitatis, & fidei probare voluit: quippe qui ſibi contradicere, lectoremq; decipere ab initio Elenchi ſui propoſitum habuit, ad finem uſque in eo magna ingenuitate ac fide perſeuerarit. Audiuiſus paulo ante, vt ciuiſſimus homo, iſi in Germania qui Gregorianum Calendarium receperunt, gratificari, & quadam errata, que minutiora videntur, in innocens Calendarium ſuum aſſumere voluerit, eaque ipſo facto aſſuſerit: talia tamen quæ peccant tantum in leges methadi vel artium, non in Canones Eccleſie, quod ne quis ſanctitatem Calendarii ſui pollutam illis erratis exiſtimaret, poſtquam ea iam aſſuſerit, repetitum voluit: quæ peccata, inquit, impingunt, vt diximus, non contra Canones Eccleſie, ſed contra præcepta artium, quæ omnia apte, & conuenienter tradi volunt. Et mox ſubdit quantum emolumenti hinc abſque villo paſchatū, aut Canonum detrimento in innocens Calendarium ſuum deriuetur:

Consequimur vero ex eadem re, ait, ut semper cum Calendario Gregoriano conveniamus, & nullibi ab eo discrepemus, nisi quando ipsi contra canones Ecclesie pascha alieno tempore celebrabunt. Nam & hoc nostrum Calendarium pascha ex medio motu luna definit, & nullum errorem committere potest: id, quod plurib. verbis de priori Calendario sui forma, & capite præcedente vidimus, prædicauerat. Cum ergo vtrumque hoc Calendarium, affirmante Caluasio, nulla ratione in paschatis, aut contra canones peccet: quid si pro eodem anno vtrumque Calendarium diuersa præscribat pascha, solido ab inuicem mense distantia? quid dicendum de hisce erit paschatis? Maius rei exemplum iam dedimus in anno 1905, cuius pascha prius pseudocalendarium determinat, eodem plane die, quò Calendarium Gregorianum, hoc est vicesimotertio Aprilis (qui dies in pseudocalendario vicesimosecundus Aprilis appellatur) (hoc vero illud præscribit 26 Martii, ipsis quatuor hebdomadis prius. Quid tibi Caluasi hic dicam? Si te tui vbique similem, rudem, ignarum, & nimis peregrinum in artificio Calendario; æorum dixerō; parum dixerō: siolum & operam te perdidisse affirmauerō; hoc vel me tacente exaudis: si te magno labore, non iam magnam gloriam, vti sperabas, sed magnam ignominiam tibi comparasse asseuerauerō; hoc plus satis sentis ipse, miseret me tui. Hoc solum responde, quodnam ex binis illis paschatis legitimum censendū est, & consequenter quodnam Calendarium ex tuis purum, legitimum, & dignum, quod puriori Ecclesie proponatur? Si dixeris hoc, quod 26 Martii agendum iubetur, ergo in ea Calendarii forma, qua omni prorsus labe caret, quaque plane non peccat, nec peccare potest, pascha in mense impurorum, in secundo videlicet mense agetur. Nonne de ea proclamabas: hoc (Calendarium) nihil tale committere potest: hoc, quando pascha recte celebrandum sit, absque vllō errore definit, nec peccare potest? Si vero mutato stylo, pascha 23 Aprilis celebrandum proponitur, canonibus consonum, atq; legitimum affirmaueris: Ergo hoc tuum Calendarium, quod pascha ex medio motu luna definit, & nullum errorem, aut quicquam contra canones Ecclesie committere potest, ab errore illo paschatis in duodecimo mense non celebrandi, qui barseos ab Ecclesia damnatus fuit, nequaquam abstinet. Et quomodo verum erit, quod paulo ante dicebas de hoc Calendario, consequimur, ut semper cum Calendario Gregoriano conveniamus, & nullibi ab eo discrepemus, nisi quando ipsi contra canones Ecclesie pascha alieno tempore celebrabunt. Quomodo à mendacio liberabis id, quod de eodē hoc pseudocalendario declamabas: Hac formula nunquam fallit, nunquam pascha alieno tempore exhibet, sed ad præscriptum Concilii Niceni omnia PERPETVO agit? Si denique præiis istis incommodis, atque absurditatibus vtrumque pascha tanquam legitimum eodem anno celebrandū edixeris: Ergo Calendaria tua, quæ neque peccant, neque peccare possunt, in anno anno his pascha peragere iubent, id, quod seuerissime, & quidem sub pena excommunicationis in Ecclesia prohibitum esse, turpiter asseueras. Vnde igitur constabit, statuta reformata religionis habituros Calendarium, multis modis melius, expeditius, & innocentius Vides ne Caluasi, quocunq; te vertas, ut noster sis? At quomodo excusabimur hominem, qui sibi ipsi cœcitatem consciuit? Qua obiurgatione dignus nō est, qui vnum se ex omnibus Academicis totius Europa, hanc rem ad asciam edolasse, & rumpat. ciuem professum, hanc doctrinam ex fundamentis ipsis cruisse, & demonstrationibus solidis illustrasse, & explicasse, reputat: atque tot probis, cōiiciis, & criminationibus in alios inuectus est.

6. Neque

6. Neque hoc, quod diximus, semel tantum, aut vnico contigit anno 1905, Plura exempla innumeros habet alios socios eiusdem criminis, vel, si mauis, virtutis, maxime, si quis vellet, vt Caluissius, ad trecentena annorum millia vsque excurrere; nam quæ duo paschata eodem anno ex Calend. Caluissianis celebranda docent. longe citius, quam eo perueniret, omnia omnino paschata vtriusque pseudocalendarii differentia inueniret: quod ne confidentius, quam verius dictum à nobis videri possit, ex seculis propinquieribus, in quibus tanta nondum compareret discrepantia, exempla aliquot ob oculos ponemus, quod sequenti hac faciemus tabula, cuius primus deorsum tendens ordo, annos tenet Christi. Secundus plenilunia paschalia ex priori pseudocalendario, capite præcedenti producto, deprompta; tertius ipsa paschata recenset: quartus deinceps ordo, plenilunia paschalia posterioris pseudocalendarii, de quo hoc capite, enumerat: & quintus denique siue vltimus, ipsa eiusdem Calendarii paschata comprehendit: omnia in diebus, prout ab ipsis denominantur pseudocalendariis. Sic ergo sunt.

Hhh 3

Ann

<i>Anni Christi</i>	<i>Plenilunia prioris pseudocalendarii. Dies fer. hor. min.</i>	<i>Paschata Caluisia - na.</i>	<i>Plenilunia posterio ris pseudocalendarii Dies fer. hor. min.</i>	<i>Paschata Caluisia - na.</i>
1666	21 M 7 16 21	12 Mar	19 A 2 5 5	25 Apr
1685	21 M 3 8 53	26 Mar	18 A 4 21 37	22 Apr
1905	18 A 4 15 24	22 Apr	27 M 3 2 40	26 Mar
2057	21 M 3 14 58	26 Mar	19 A 5 3 42	22 Apr
2076	21 M 6 5 30	23 Mar	18 A 7 18 14	19 Apr
2095	21 M 1 12 2	28 Mar	19 A 3 10 46	24 Apr
2448	21 M 6 13 35	23 Mar	19 A 1 2 19	26 Apr
2486	21 M 4 22 59	25 Mar	19 A 6 11 23	21 Apr
2820	21 M 6 19 31	23 Mar	19 A 1 8 25	26 Apr
2877	21 M 7 21 7	22 Mar	19 A 2 10 1	25 Apr
2896	21 M 3 13 50	26 Mar	19 A 5 2 34	22 Apr
2945	21 M 7 2 45	22 Mar	18 A 1 15 29	25 Apr
2983	21 M 5 11 50	24 Mar	19 A 7 0 34	10 Apr
3078	21 M 4 22 31	25 Mar	19 A 6 11 15	21 Apr
3097	21 M 7 15 3	22 Mar	19 A 2 3 47	25 Apr
3268	21 M 3 19 55	26 Mar	19 A 5 8 39	22 Apr
3336	21 M 3 1 22	26 Mar	18 A 4 14 6	22 Apr
3355	21 M 5 17 54	24 Mar	19 A 7 6 38	20 Apr
3374	21 M 1 10 27	28 Mar	18 A 2 23 11	24 Apr
3393	21 M 4 2 59	25 Mar	18 A 5 15 43	21 Apr
3469	21 M 7 21 8	22 Mar	19 A 2 9 52	25 Apr
3594	21 M 1 4 14	28 Mar	18 A 2 16 58	24 Apr
3651	21 M 2 5 50	27 Mar	18 A 3 18 34	23 Apr
3727	21 M 5 23 59	24 Mar	19 A 7 12 43	26 Apr
3740	21 M 1 16 32	28 Mar	19 A 3 5 16	24 Apr
3765	21 M 4 9 4	25 Mar	18 A 5 21 48	25 Apr
3784	21 M 7 1 37	22 Mar	18 A 1 14 21	25 Apr
3860	21 M 3 19 56	26 Mar	19 A 5 8 30	23 Apr
3985	21 M 4 2 51	25 Mar	18 A 5 15 35	21 Apr
4023	21 M 2 11 55	27 Mar	19 A 4 0 39	23 Apr

<i>Annus Christi</i>	<i>Plenilunia prioris pseudocalendarii. Dies. fer. hor. min.</i>	<i>Paschata Caluisia - na.</i>	<i>Plenilunia posterio- ris pseudocalendarii Dies fer. hor. min.</i>	<i>Paschata Caluisia - na.</i>
4042	21 M 4 4 27	25 Mar	18 A 6 17 11	20 Apr
4099	22 M 6 6 4	24 Mar	18 A 7 18 48	19 Apr
4118	21 M 1 22 36	28 Mar	19 A 3 11 20	24 Apr
4137	21 M 4 15 9	25 Mar	19 A 6 3 53	21 Apr
4156	21 M 7 7 41	22 Mar	18 A 1 20 25	25 Apr
4194	21 M 5 16 46	24 Mar	19 A 7 5 30	20 Apr
4243	21 M 2 5 42	27 Mar	18 A 3 18 26	23 Apr
4357	21 M 4 8 56	25 Mar	18 A 5 21 40	21 Apr
4376	21 M 7 1 28	22 Mar	18 A 1 14 12	25 Apr
4395	21 M 2 18 0	27 Mar	19 A 4 6 44	23 Apr
4414	21 M 5 10 32	24 Mar	18 A 6 23 16	20 Apr
4433	21 M 1 3 5	28 Mar	18 A 2 15 49	24 Apr
4471	21 M 6 12 9	23 Mar	19 A 1 0 53	26 Apr
4490	22 M 2 4 42	28 Mar	18 A 3 27 26	23 Apr
4509	21 M 4 21 15	25 Mar	19 A 6 9 59	21 Apr
4528	21 M 7 13 47	22 Mar	19 A 2 2 31	25 Apr
4566	21 M 5 21 51	24 Mar	19 A 7 10 35	20 Apr
4585	21 M 1 14 24	28 Mar	19 A 3 3 8	24 Apr
4615	21 M 2 10 47	27 Mar	18 A 3 23 31	24 Apr
4634	21 M 5 3 19	24 Mar	18 A 6 16 3	20 Apr
4691	21 M 6 5 56	23 Mar	18 A 7 18 40	19 Apr
4748	21 M 7 7 33	22 Mar	18 A 1 20 17	25 Apr
4786	21 M 5 16 37	24 Mar	19 A 7 5 21	20 Apr
4808	21 M 1 9 9	28 Mar	18 A 2 21 53	24 Apr
4824	21 M 4 1 42	25 Mar	18 A 5 14 26	21 Apr
4843	21 M 6 18 14	23 Mar	19 A 1 6 58	26 Apr
4862	21 M 2 10 47	27 Mar	18 A 3 23 31	23 Apr
4881	22 M 5 3 24	25 Mar	18 A 6 16 8	20 Apr
4957	21 M 1 21 28	28 Mar	19 A 3 10 12	24 Apr
4976	21 M 4 14 1	25 Mar	19 A 6 2 45	21 Apr

En lector beneuolē annos sexaginta, & centum viginti Paschata, quæ omnia, demonstrante Setho Caluisio, Musico Lipsienli, ad canones Ecclesiæ insticta sunt. Gaudeamus omnes in Domino, tot dies festos celebrantes. Gratulemur nobis de magno illo viro, de seipso testimonium amplissimum perhibente, quod orbem Christianum errore liberauerit: hætenus enim creditum est singulis annis singula tantum conuenire Paschata. Sed *va' de puerilo est error, qui hoc loco etiam huiusmodi hominibus eximendus erat.*
 abor-

Origanus ad
congratulandū
amico Caluīfio
inuitatur.

Caluīf. quodnā
Calendariū ex
suis feligat com
pellatur, atque
de parta victo-
ria collauda-
tur.

ab orbis Christiani liberatore Setho Caluīfio; cui commodius visum est bina celebrare paschata, & nullam Quadragesimam, quam Quadragesimam cum vno solum paschate. Et tu M. David Origane in hac nostra communi latiticia files, qui vtramq; Elenchi Caluīfiani partem te affirmante vidisti, & penitus introspectisti, ac considerasti, vehementer probasti, & vt ederentur, ac publici iuris fierent, auctor & promotor extitisti? Resume illud tuum, idque verbis geminatis atque duplicatis, Gratia Caluīfii ac Scaligeris debentur ingentes, quod vigiliis, & laboribus suis tempestiue alios ex somno excitauerint, iisdemque lumen accenderint, vt videant in hac materia ABSTRVSA, & à paucis recte explicata, quid verum, quid falsum sit, quid bonum, quid malum. Verum vt opinor, non tam attendisti cum quo tibi res esset, quam contra quem: satis tibi erat, conspexisse id, cuius tu flagrabas odio, & inuidia, Calendarium m Gregorianum, vel rectius, Clauium, atque Catholicos oppugnari; an vero id fieret à pedagogo, vel cantore, vel virgatore, bene aut male, tua non intererat, sed æquissimum est, qui socius fuisti magni laboris, sis etiam socius magnæ gloriæ, quā tandem, quod felix, faustum, fortunatumque sit Reipub. cuius vos magni ciues estis, copiose adepti estis.

7. Sed nos ad te reuertimur, Caluīf, Calendariopærorū peritissime, nostramque reiteramus quæstionem, nondum enim satisfactum de ea nobis est *Quæritur iam, an hoc legitimū Calendarium sit, in quo talia paschata præscribuntur?* Tu respondes affirmatiue, & vtrumque tale pronuncias, quod neque peccet, neq; peccare possit? Verum cum multipliciter Calendariorum, vt dicis, exhorreas (non enim credo 4 Calendaria nobis obtrudes, duplex tuum, & quod ab ipsis supponitur Iulianum, tum aptud nos Gregorianum) quod nam ex binis tuis à puriori Ecclesiæ, atque Imperio, cuius tu Aduocatū te, atque Consiliarium constituisti, recipiendum est? Tu suades posterius, vt suo loco supra vidimus, & hanc etiam ob causam antagonistarum tuorum Calendaria reprobasti, quod minus ad hoc tuum accedant. At interim Clauius, quem tu ad instituendas apud Græcos Calendas ablegasti, eo quod Calendarii formam, *quæ omni prorsus labe caret, quæq; plane non peccat, nec peccare potest*, iam excogitaueris, de te, tuoque hoc Calendario triumphabit, nimirum, quod ipse illud erroris & fallorum paschatum condemnes. Deinde, quod tale elegeris, in quo plura erronea paschata proximis quadringentis annis inueniantur, quam in Calendario Gregoriano, vt tibi ex tua hypothesi supra ostendimus. Quod si ei obicias errores indicum quartadecimarum, & nouiluniorum; tu, quod multo turpius est, in tuo Calendario nec lunationes, nec lunares indices habes, nullum omnino lunarem cyclum: summa, in omnibus inferior es: nam qui pleniluniam computare cupit, æque bene illa ex tabulis à Clauio propositis, quam ex tuis eliciet. Si vero huius te consilii pœniteat, & prius pseudocalēdarium puriori Ecclesiæ proposueris: non solum Clauius adhuc pluribus ex capitibus, sed & antagonistæ tui de te triumphabunt, ille præsertim, qui adhuc propius, quam tu ad annum tropicum accessit. Vides ne Caluīf tandem, imo sentis ne victoriam, triumphum, magnam gloriam tuam?

Maſte vir, Caluīf, perge ita emendationibus tuis: perge noua Calendaria fabricando: perge orbis cælestes scrutando: perge corporum cælestium magnitudines, interualla, cursus, progressiones, institutiones noscendo: perge solis & luna labores, & errores sciendo, & cōputando: perge tēpora, annos, & menses dirigendo, & definiēdo: perge huic studio sedulo incūbendo, & tēpora in futuros annos metiendo: perge summos Mathemati-

cos

eos in ludū euocando, eosq; morionib. & stultis cōparando, atq; cōiiciis & criminationib. lacerando: perge solertiātū, multorumq; annorū exercitiū extolledo: perge orbem *Christianū errore liberando*: perge deniq; omnib. te prapponendo. Tute virum ac Reipub. ciuem, verumque in re Calendarii, ac vnicum Iosephi Scaligeri discipulum probas. *Hunc eximium artificem candida iuuentuti, tanquam exemplar Calēdarii perfectissimum, imitandum, fugiendum inquam, proponimus.* Sed mittamus hæc & ad vltimum, quod diu sane nos expectauit, stramentitiū Elenchi caput lustrandum concedamus.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Idem pseudocalendariū aliter propositum lustratur.

Inscribit vndecimum siue vltimum secundæ partis atque adeo torius elumbis Elenchi caput Caluissius hac ratione: *Idem Calendariū breuioribus tabulis propositum*: Deinde sic insit: *Calendariū hoc iam videtur satis explicatū, & ratio plenè unius paschalis inuestigandi facilis monstrata, ita vt NIHIL amplius desiderari possit.* Nobis certe Caluissius satis fecisti: nam plures errores & absurda in eo nequaquam desideramus: satis fecisti etiam, quod caput est, M Dauidi Origano, qui postquam omnia penitus introspectit atque considerauit, bene maiusculis nomen suum in fronte præfixum voluit. Verum quasi hæc satis non essent, vir magnus Caluissius Christianum orbem non solum errore liberare, sed & pigritiæ eius subuenire, officii eius qui se *Reip. ciue profitetur*, esse duxit: atque adeo plus vltra & extra Herculis colūnas trophæa sua statuere, magno animi ausu conatus est. Attamen, prosequitur, *cum fortassis ob prolixitatem tabularum difficultatis argui possit. Vt ignauia & inuidia in hisce arguendis ingeniosa est, huiusmodi hominibus etiam subueniendum est.* Sed vt solent hæretici ad constituendas puriores ecclesias suas corradere iam dudū hæreseos condemnata dogmata; ita Caluissius pro puro suo stabiliendo calendario ad corradēdos excurrit antiquorum cyclos: de quibus præceptor ipse Scaliger: *Iam sexcenta millia cycloꝝ, Octaeteridū, Tessareskadeaeteridon ab hominibus otiosis edita, nihil aliud quam inscitiam auctorum detegebant.* Itaque minime otiosus Caluissius, cum ad nouum excogitandum cyclum otium non suppeteret, tres Octaeterides antiquas in vnum conflauit seminouum viginti quatuor annorum cyclum. At quanta præcisione putas, lector, quamque exacte integris eum conformauit mensibus homo scrupulosus, & qui tempora ad horas & ad minuta describit? Differentia Enneadecaeteridis, teste Caluissio, est *hora vnus, minut, 27, &c.* absque dubio scrupulosus Caluissius magis accessit. Sed ignoscat nobis lector, excessus hic aliquanto maior est, videlicet *dierum 4, fer, 6, hor. 14, min. 3, &c.* Sed & Caluissio ignoscendum est, qui nequaquam cycloꝝ methodo progreditur, atque adeo neque hunc tanquam cyclum lunæ sui pseudo calendarii, à quo cycli longe absunt, propositum voluit.

Caluissius vt pigritiæ hominū subueniret, ad antiquorum ineptos recurrit cyclos.

De emend. tēp. lib. 2.

2. Itaque vt ratio huius formulæ à nobis describatur, Calendariopæus noster, ubi ante in prima tabula proposuit 76 annos expansos; hic tantum exponit 24; Deinde ubi ante in secunda tabula progressus erat per periodos collectas 76 annorum; hic periodos colligit 24 annorum, non iam ab initio æræ Christianæ; sed incipiens ab anno 1560, & desinens in anno 1612. Tertia denique tabella

Descriptio pseudocalendarii aliter propositi.

Iii

ab anno

ab anno 1582 orditur, & in anno 2100 desinit, atq; ita consuluit quidem breuitati tabularum, non autem labori computationis, qui potius auctus est. quare à liberatore orbis hominibus ignauis nequaquam subuentum est; Nam frequenter accidit in hac tabula, si tot dies, tam in anno Iuliano, quam in anno tropico adiungantur; ut plenilunia è terminis paschalibus emoueantur, vnde per abiectionem mensium lunarium, in diebus, horis, ac minutis contentorum, in viam reducenda sunt: quod illis, quibus Caluissius consultum voluit, nequaquam satisfaciatur. Verum Calendarifex nihilo secius concludit: Atq; ita idem Calendarium eadem suis diebus, feriis, horis, & minutis plenilunia, & in hisce tabulis breuioribus exhibet, & N I H I L superest, de quo quis conqueri possit. Sed magna, Caluissi, nobis superest adhuc querela, nimirum, etiam has tabulas, quemadmodum illa præcedentium pseudocalendariorum, nihil minus esse, quam Calendarium: deinde etiam si Calendarii vicem gererent, omnia tamè absurda in eo contineri, quæ in præcedentibus, quæ hoc loco vt recenseantur, neque tu petes, neque necessitas exigit.

Querela de Caluissii Calendaris.

Quid de reliquis festis præter paschata, p suis Calendaris Caluissius præcipiat.

3. Videtur tamen querelâ nostrâ aliquo modo olfecisse Caluissius, nihil horum nimirum suis tabulis inesse, quæ Calendarium oleant, quare in fine libri de reliquis festis primum ordinare incipit, quæ cum pauca sint, vt Calendariorum Caluissianorum perfectio eluceat, ea huc trās lata volumus. Sic ergo habet: Quod iam ad reliqua festa mobilia per totum annum attinet, eorum ratio facilissima est: Dato enim die paschatis, qui certissime ex plenilunio paschali inuento haberi potest, si quadraginta nouem eundem diem addas, incidis in diem Pentecostes. Contra si quadraginta nouem dies ex eodem subtrahas, habebis Dominicam, Esto mihi, nisi sit annus bissextilis, & ea Dominica diem bissextum præcedat, vbi quadraginta octo dies tantum subtrahendi sunt, cuius rei certissimus index est litera Dominicalis. Lepidus profecto, Caluissi, festorum descriptor es? Gratia sane tibi agenda sunt ingentes, qui Paschati addideris festum Pentecostes, & Dominicam illam, quod minime festum esuriale est, eo quod cum Dominica Bacchanalium in eundem diem incidat. Non nihil tamen nos terret, quod illud Esto mihi appellaueris: quasi nihil nobis ex eo concederes; sed lata tibi ac pingua selegeris; macra nobis ac tristitia solum tempora reliqueris. Recordatur enim cantor canonis alibi citati: Si quis Episcopus, &c. aut CANTOR sanctam quadragesimam non ieiunat, &c. Sin vero L A I C V S sit, excommunicetur. & idcirco non, quemadmodum de Paschate, ita ex canonibus disputat cum Pontificiis de Quadragesima: adeo ab ea abhorruit, vt ne Quinquagesimam nominare ausus sit, veritus ne mox sequeretur Quadragesima. Omnino, Caluissi, è re tua erat hoc festum, Esto mihi, in Calendario tuo exprimere, quod si etiam cōsuetu rusticis Germaniæ signo notasses, facilius eisdem tabulas tuas Astronomicas pro Calendario saltem rustico vendidisses. Hoc tamen dubito, an rustico vnquam persuasurus sis Dominicam illam, Esto mihi, in anno bissexto 48 diebus tantum priorem esse Paschate: nam septe hebdomadæ (quibus perpetuo Dominica Quinquagesime, Dominica Paschatis præuenit siue annus sit bissextus, siue non) etiam apud rusticos dies non tantum 48, sed 49 constituunt, quorum quam plurimi sciunt, in anno bissexto, Februario vnum diem accedere.

Cantor Caluissius Theologum agit: & Calend. Ecclesiasticum solo motu lunari medio dirigere iubet.

4. His ita expeditis, Caluissius tandem conclusionem operis aggreditur, & postquam rursus in Calendarium Gregorianum, ac Clauium inuectus fuit, suamque extulit locatam operam, de suis nouis Calendaris hæc addit: præterea rationem monstrauimus per medium luna motum Calendarii dirigendi, quæ omnium optima facilissima,

gilima, expeditissima, & ab omnibus erroribus libera est, quam si status reformatæ religionis instituere voluerint, ut puritate religionis, ita bonitate Calendarii Catholicos, ut se dici voluit, multis parafangis antecedent. Nam, quemadmodum religionis vera fundamentum vnicum est, sacra Scriptura, ita Calendarium Ecclesiasticum solo motu lunari medio dirigitur. Ut autem illi doctrina Ecclesiastica fundamentum solum & vnicum sacram scripturam esse nolunt. Sed eius explicationem ex traditionibus, & ex Ecclesiasticis scriptoribus, quorum interpretationes tamen non solum ambigua, sed & discrepantes, & alicubi falsæ deprehenduntur, hauriendam precipiant, atque ita ambiguitate & dubitationibus totam religionem inuoluunt: Ita in Calendarii tractatione non medium motum luna, qui certissimus est, sequuntur, sed eius rationem deprehendendam describunt ex epactis, quarum ratio intricata, & difficilis; si des lubrica & inconstans est, quibus Calendarium incertum, vitiosumq; redditur. Nos contra in vtraque re fundamenta ipsa, eaque purissima observamus: unde hoc cōsequimur, ut quemadmodum religionem puram, & ab omni heresi liberam colimus: ita etiam Calendarium, quod in canones Ecclesia nunquam peccat, & tamen vsui politico accommodatum est, habeamus.

Eant nunc S. S. Gregorii, Hieronymi, Ambrosii, Augustini: Eant Basilii, Athanasii, Nazianzeni, Cyrilli, Nisseni. Eant cæteri Ecclesiæ Catholicæ orbisq; Christiani lumina. Eant Patres & Concilia: eant Canones vna cum Canonum auctoribus. Taceant omnes, quando pædagogus Sethus Caluissus & cantor loquitur. Audin' purior Ecclesia Aduocatū, Procuratorem, Consiliarium tuum? Audin', ut ex Musico repente factus Theologus, profundissime Theologizet. Aliæ hæ sunt ex doctrina comparatorum deductæ comparationes, quam supra vidimus: non iam, ut ante, Calendarium ad musicos directum vult modulos, nō cum tonis, & consonantiis illud iam comparat; nulla iam mentio vnisoni, nulla de diapason, diapente, aut diatessaron disputatio: ad pædagogos, & cantores hæc spectant, alio nunc scribit Caluissus stylo. Quantas Caluissus ineptias paucis hisce similitudinibus inuoluisti? Recte apparet, te præter virgam, & aliquos exorbitantes Arithmeticos, musicosque calculos vix tractasse aliud. Hoc miror, Origanū tecum in eadem vehi naui, qui eadem prorsus vsus est in sua epistola dedicatoria inepta similitudine. Quid dicam, ipse ne à te, an tu ex illo eam didicisti? Hoc quidem in stramentitio Elencho tuo expertus sum, te, quid Calendarium Ecclesiasticum, aut Pascha sit, omnino nescire: & in quo consistant Religio, & Canones, prorsus ignorare: & tamen hæc tu inuicem componere, & de iis indicare præsumis.

5. Sed dicito mihi, quando ita bonus Theologus es, Caluissi, celebratio Paschatis pertinet ne ad Religionem, nec ne? respondebis quod sic, qui hunc morem à Deo institutum, & in Ecclesia observatum, ut Pascha Dominica proxima post plenilunium paschale agatur, prædicas. Ostende ergo, quæ se te, in religionis vera fundamento vnico hoc ipsum, quod hic asseris, nimirum, morem hunc à Deo institutum, ut Pascha Dominica proxima post plenilunium Paschale agendum sit. Ostende mihi in eodem religionis vera fundamento vnico, Calendarium Ecclesiasticum, à quo dependet Paschatis celebratio, aut motu lunari medio, aut S O L O, dirigi debere. Ostende mihi Calendarium, & Pascha ad Canones Ecclesiæ institui debere, aut non debere, & qui sint canones isti. Ostende mihi itidem ex eodem fundamento tuum Calendarium in canones Ecclesiæ nunquā peccare. Et quando ita interrogare cœpimus, responde, quæso, eadem opera ad sequentia quæ sita. Primo, vbi nam habeatur in religionis vera

Caluissus Theo-
logo quædam
proponuntur
soluendæ quæ-
stiones.

fundamento vnico, Vos, vt gloriaris, in vtraquere, & Calendarii & Religionis fundamenta ipsa, eaque purissima obseruare. (Nā nisi hoc ostēderis, vana videbitur vestra religio) Secūdo, Religionis vera fundamentū vnicū esse sacram scripturā. Tertio sacra scripturæ explicationem ex traditionibus & ex Ecclesiasticis scriptoribus hauriendam non esse. Quarto, vos religionem puram, & ab omni hæresi liberam colere. Quinto, doceas me velim, quando interpretationes sacra scripturæ, ex traditionibus, & Ecclesiasticis scriptoribus depromptæ, ambigua & discrepantes deprehenduntur, quomodo cognoscam, an vere ambigua & discrepantes sint; et si hoc, quæ veræ, quæ falsæ sint. Si mihi ad has quæstiones responderis, Caluisti, atque satisfeceris, tunc plura hac de re tecum disseram: interim non ægre ferēs, spero, si tecum de hisce rebus disputare nolim.

Caluissius se vnicū reputat qui negotiū Calendarii ad a-sciam edolaucrit.

6. Ain tu Caluisti, te vnicū ac solum, veram Ecclesiastici Calendarii rationē proposuisse? Patres Nicenos, totamque Ecclesiam Catholicam, qui vnanimiter rationem illam in cyclis consistere, non tam scriptis, quam factis, vsq; declararunt, eamq; hætenus Ecclesia contra omnes adueriarios egregie defendit, tam turpiter errasse? Clauii vna cum reliquis Reformatoribus in re Calendarii talpa fuisse cœciores? tanto post tēpore tantā Reip. labē tu solus ex omnibus, Caluisti, compereris? vbi fuimus nos interim, vbi reliquæ fuere reliquarum ætatum hominum figuræ? mille & trecentos totos annos totum ne dormiebat ebrium humanum genus? Solus tu sobrie vigilabas? Obelluas inertes Capitولينos canes! O cœcos Pontifices! O luscios Imperatores! O stultos Reges! O parum prudentes Principes! O Mathematicos imperitissimos, qui tantam communis exitii lacuna tam diu non viderunt! *Non contemnenda est hac de Calendario doctrina, inquis, defudarunt in ea & olim multi præstantissimi viri, & Astronomi celeberrimi, vt Argyrus, Iohannes de Saxonia, Iohannes de Sacrobosco, Regiomontanus, Stoflerinus, Pittatus, & alii, & hoc nostro seculo Pontifex Romanus Gregorius XII, toto decennio hanc eandem rem à præstantiss. Astronomis in Collegio Romæ congregatis deliberandam proposuit. Clauius ipse vltra viginti annos (Ecquis interim alia ipsius obiit munia? quis tot & tanta interim elaborauit alia, quæ publice extant, & omnium teruntur manibus opera Mathematica?) in ea explicanda consumsit: in omnib. Academijs totius Europæ sententia, de mutando Calendario per scripta sunt, sed, quod pace illorum dixerim, hanc rem ad a-sciam edolasse nō videntur: Hinc paucissimi hodie inueniuntur, qui rem intelligūt, & qui recte de ea iudicare possint, tanta in obscuritate hac doctrina videtur latere. Quapropter nihil alienum à munere meo fecisse videor, qui & bonas literas, hasque artes imprimis amem & colam, & Reip. ciuem me profitear, qui hanc doctrinam ex fundamentis ipsis eruere, & demonstrationibus solidis (ex luto conflatis) illustrare & explicare conatus sim.* En vt omnes altissimo oppressi fomno, ipsa tredecim, & eo amplius dormiuius secula! Quis non benediceret diei huic, qui nos hoc viro donauit, qui orbem Christianum errore liberauit?

Epilogus & ad Caluissium adhortatio.

7. Et hac in refutationem Caluissiani Elenchi dicta sufficiant, quæ cum non magis ad Clauium defendendum, quam ad summi Pontificis auctoritatem ab importuni hæretici temeritate vindicandam pertineant, etiamsi interdum paulo austeriora, interdum vero aliquanto tenuiora extitisse videri possint; æqui tamen omnia, bonique faciet benignus, ac prudens lector; qui probe intelliget hominem intemperantem lenius, quam meritis est, tractatum fuisse. Nostræ enim modestiæ, & eius, quam profiteamur, humilitatis habenda nobis

nobis ratio fuit ; ideoque homini stulto non semper iuxta stultitiam suam, sed pro nostra moderatione animi respondere maluimus: non propterea tamen æstimauimus ipsi prorsus impunitam esse debere suam maledicendi, mentiendique libidinem, quin aliqua responsionis acrimonia fuerit perstringenda. quod sane eo animo præstitimus, cum ut veritas, æquitasque mendaciis, atque iniuriis emereret, non succumberet; tum ut ii ipsi, qui eam oderunt, quia non vident, hoc veluti medicato felle oculis imposito, possint eos, si velint, discussa omni cæcitate aperire, & suauissimam eiusdem veritatis lucem intrueri.

Vtinam vero Caluiss, quod ad calcem tui Elenchi profiteris, te nimirum veritatem ipsam, gloriam Dei, & publicam utilitatem quæsiuisses, reuera executus esses. purgatiorem certe oculum ad Calendarii Gregoriani lectionem atrulisses: animo à perturbationibus libero verissimam in eo doctrinam reperisses: non ex aliena depreffione tibi laudem quæsitum iuisses, non contumeliis in alium iaciendis inanem gloriam fuisses aucupatus, non iis Principibus, quorum sapius meministi, dissidii, & contumaciæ contra Ecclesiam retinendæ auctor fuisses. Verum dum tu odio in Pontificem, liuore in Clauium, furore in Catholicos, adulandi studio in tuos Principes, quasi æstu perturbationum abreptus, duceris, non ad veritatem peruenis, sed in errores, in mendacia, in inscitiam incurris. Lux est veritas, & pacis focia: non in prauarum affectionum tenebris, non cum affectuum tumultu est inuestiganda. Si verus es veritatis amator, compone motus animi, cohibe immoderatas voluntates, Philautiam, & Cenodoxiam contemne; abice amorem istius deformatæ religionis, depone odium, Catholicorū bonis ne inuideas, amica monentibus ne succenseas, Hæreticæ libertati seu magis licentiæ ne assuescas; & ipsa tibi fidei Christianæ veritas occurreret, cuius beneficio hæresim detestaberis, inscitiam & errores expelles, & certum salutis iter ingredieris. Vbi vero diuinæ illius veritatis, quæ humanæ intelligentiæ vires excedit, splendore collustratus fueris; tunc non fuerit difficile naturales disciplinas, istas etiam Mathematicas, quarum studio teneris, absque deceptione comprehendere, & cum laude iis tradere, quos susceperis imbuendos. Gloriam vero Dei si vere inquires, mihi crede, non isthac ibis, qua inisti hactenus. Contemptus meliorum, maledicentia in immeritos, defectio à vera religione, ostentatio atque iactatio sui, & omnis eiusmodi arrogantia non est via, ne erres, quæ ducat ad gloriam Dei, quin potius ab ea abducit ad inanem gloriam, tandemque ad intolerandam superbiam perducit. Seipsum despiciere, dignitates & honores humanos præ diuino cultu nihili ducere, frequentare Dei laudes, obsequi maiorum imperio, Ecclesiasticis præceptis morem gerere, hoc demum iter est ad gloriam, & verum cultum Dei, hoc teneto, si sapias: hac ito, & fidem facies abs te Dei gloriam fuisse quæsitam. Multo autem minus credimus tibi fuisse propositam publicam utilitatem, in ista tua noui Calendarii reprehensione, quæ verius est fomes Germanici Schismatis, seminarium discordiæ, reconciliationis impedimentum. Quemadmodum enim ciuitatibus, regnis, imperiis, omnique publicæ rei nihil est perniciosius, aut incommodum magis, quam dissensio inter partes, & earum defectio à capite;

ita nihil vtilius, aut commodius pace, tranquillitate, concordia. Tu ergo, si publicam optas vtilitatem, non id agas, vt Calendarium Gregorianum dissuadeas, hac enim dissuasionem si quid perficies, id solum tandem consequeris, vt Schisma quarundam prouinciarum ab Ecclesia diutius retineatur, dissidia partium Imperii Christiani augeantur, hæreses propagentur, ciuiles contractus, & humanæ confederationes impediuntur. Id potius animose aggredere, si quis tibi boni communis amor pectus sollicitat, hoc vrge fortiter, hic persiste constanter, vt omnibus pacem suadeas; vt separationem ab ea Ecclesia, à qua veræ fidei lumen olim hausit Germania, sicut vere est vituperanda, vituperes; vt vnanimem cum ea consensum commendes; vt ab hæresi resipiscas ipse, & ad resipiscendum hæreticos omnes adhorteris: hæc si egeris, vel sin minus perfeceris, saltem contenderis; tum te amatorem publicæ vtilitatis agnoscemus, non vt maleuolum hæreticum execrabimur, sed vt bonum Reipub. ciuem amplectemur. Cæterum sic Deus Opt. Max. te amet Caluisi, & hanc tibi mentem iniiciat, qua veritatem, diuinam gloriam, bonumque publicum non fiste, sed ex animo quæras; vt tu facile cognosces nos ea, quæ tibi ad tuum Elenchum respondimus, non ex odio, aut maleuolentia dixisse, sed huc spectasse duntaxat, vt cum veritatem defendissemus, te quoque illius impugnatores, ad eam amplectendam, nisi præfracte repugnares, adduceremus.

REFV-

REFUTATIONIS ELENCHI CALVISIANI

LIBER QUINTVS

De

METHODO TEMPORIS CIVILIS, SEV DE
ratione ac praxi Regularum ad Calendarium Ecclesiasti-
cum spectantium, vna cum Computo He-
bræorum.

P R O O E M I V M.



*Quintum hunc librum cur superioribus adii-
gerem, multa me causa impulerunt: sed illa
inter ceteras maxima. Quæ ad naturam
Calendarii spectantia in Elenchi refutatio-
ne, dum sparsim attinguntur, & idcirco ni-
mis p rei magnitudine tenuiter, nec satis di-
stinete disputantur, in vno, & in suo quasi lo-
co certis regulis, ac rationibus explicanda
vberius, & corroboranda firmitus visa sunt.
Lector autem beneuolus, quem audiendis al-
tercationibus nostris immoderatus fortasse
defatigauimus, remoto tandem strepitu pacatus, & aliquo doctrinæ au-
ditario locupletatus est dimittendus. Certe iustis amicorum postulationi-
bus, qui extremum hunc à me laborem exigunt, deesse non possum, quin
quæ tota hac de re à studiosis desiderantur, in eorum gratiam vna disputa-
tione comprehendam. Ad extremum Refutationem Elenchi, quam libro
primo vniuersas Calendarij Ecclesiastici rationes, & principia complecten-
te exorsus fui, libro ultimo singulares eiusdem regulas continente conclu-
dere oportet, ac terminare. Ergo vt ordinata iuxta ac breui methodo, quod
propositum mihi est, consequar, primum illud non permittam, vt quæ ab
aliis communiter, & passim traduntur, moleste & inutiliter replicem: Si
qua tamen eorum incidet, percurram obiter, ac leuiter attingam. Deinde
multa, quæ longiorem quidem, ac eruditorem tractationem conficerent,
sed tamen non adeo sunt ad id, quod agimus necessaria, præteribo. Impor-
tunam igitur tabularum multitudinem, ac per digitorum articulos insti-
tutos*

tutos computos, variarum, ac multiplicium regularum absque demonstrationibus confarctatam farraginem, diuersas diuersarum gentium annorum formas, barbarica barbarorum Calendaria, acutiores acutorum quorundam hominum, qui ultra finem mundi spectant, & propterea superfluas nullaque publica auctoritate fultas speculationes, inuolutiones, correctiones, & protensiones in hunc libellum non admitto. In his enim, si quid est, quod scire expediat, ab alijs usque ad satietatem tractatum est: qua vero ad rem nihil conferunt, ut fere sunt eius generis omnia, non est opera pretium scribere. Qua itaque hic scribitur, haec sunt: Totum librum tredecim omnino capitibus concludimus, quorum primis duobus tempora caelestia & ciuilia, quam breuissimè distinguimus: tertio, quarto, & quinto rationes annorum Aegyptiorum, Iulianorum, ac Gregorianorum tanquam per definitiones describimus: Sexto, ac septimo Calendaria ipsa, & tabulas necessarias proponimus: Octauo, nono, & decimo spectantes ad has anni formas Regulas institimus: tribus denique postremis capitibus Computum Hebraeorum tractamus. Et sane quod ad annos Aegyptiorum, Alexandrinorumque attinet, Patrum Nicenorum causa potissimum, quorum scilicet toties in quatuor precedentibus libris meminimus, eos proponimus, sic enim quinam temporum paschales (cum Calendario Alexandrino Patrum auctoritate ipso primo inscripti sint,) fuerint, & quibus diebus pascha ab Alexandrino Anno festi indictum sit, compertum habebimus. Alexandrinum annum, hoc nomine vocamus, non quod is solis Alexandrinis in usu, aut ab illis exigitus fuerit, sed quia ob eam, quam diximus, causam Alexandrinorum potissimum rationem habendam ducimus, & in hoc eam ab Aegyptio anno distinctum volumus. Cur autem res anni ac Calendarij Iuliani, siue veteris accuratius prosequar, iam diximus. De Gregoriano vera Calendario quin agendum fuerit, nemo profecto in dubium vocauerit, nec est quod de illo hoc loco pluribus praeponendum sit, nisi fortassis quod turbet annorum Gregorianorum appellatio: Sed neque hinc nascetur ambiguitas. Nam per annos Gregorianos absolute sumptos idem quod omnes, & nos intelligimus, annos videlicet ad methodum Calendarij Gregoriani institutos, quorum numerus licet inde ab ipsa aera deriuetur Christiana, ipsos tamen annos non nisi Gregorij XIII. Pont. Maxim. temporibus, hoc est anno 1582. correctionis appellato re ipsa incepisse omnes scimus. Quemadmodum enim per annum Iulianum, verbi gratia, Millesimum sexcentesium quintumdecimum, non alium quam labentem hunc ad Calendarium vetus siue Iulianum à Christo numeratum omnes fere Christiani intelligunt, etiam Iuliana anni ratio ante Christum introducta sit: ita per annum Gregorianum.

gorianum etiam millesimum sexcentesium quintumdecimum eundem prorsus intelligi volumus, licet hac annorum Gregorianorum methodus non nisi anno 1582, ut diximus, actu inceperit. Hoc tamen inter utrumque, Iulianum nimirum ac Gregorianum annum re ipsa est discriminis, quod alter prius altero incipiat, priusque etiam cursum suum finiat, & quidem hoc nostro tempore decem dierum spacio: ex quo, ut patet, sequitur circa fines ac principia ipsummet annorum numerum integra unitate alterum ab altero differre. Quando vero annos Gregorianos alia in significatione accipimus, hoc ipsum vel ex subiecta, quod aiunt, materia, vel ex aliquo addito vocabulo, vel ex admonitione expresse facta absque ulla hesitatione à quouis cognoscitur. Enim vero quemadmodum alij anni, ita & Gregoriani diuersimode accipi poterunt, ratione nimirum vel epocharum, vel principij, vel diuersi syderis, vel centenarij aut expansi numeri, vel civilis aut Ecclesiastici nominis, vel realis aut imaginaria ab alijs differentia, & huiusmodi: aliter enim considerari possunt ab æra Christi numerati, aliter si à Concilio Niceno, aut anno correctionis ortum ducunt; aliud etiam est initium annorum Solarium, aliud Lunarium; differentia denique annorum Iulianorum, & Gregorianorum ante correctionem ad Concilij Niceni tempora retro numeratorum imaginaria est; realis in annis post correctionem putatis. Has tamen diuersitates omnes, ut diximus, hoc libro ita distinguimus, ut lector absque ambiguitate mox videat, de qua annorum ratione aut sermo, aut Regula quævis instituta sit. Idem de diebus exemptilibus dictum volumus: Dies enim exemptiles absolute sumpti solos illos significant, qui anno correctionis exempti sunt, una cum reliquis, qui in posterum, si secula durauerint, ex lege Gregoriana eximentur: in reliquis semper aliqua sit annotatio. Nam ut Regula vniuersaliores euaderent, eas nonnunquam ita formamus, ut propositum saltem ab æra Christiana, aut Concilio Niceno deducant, non secus ac si tunc Calendarium Gregorianum incepisset, & ad nos usque productum fuisset. Poterat quidem eadem Gregoriani anni ratio, suam seruans imperturbatam methodum, ab ipso deduci mundi initio; verum cum id non solum incertum, sed & labor iste frustraneus nobis visus sit, imitantes in hoc ipsos Reformatores Calendarij, Regulas pro futuris potius, quam pro præteritis, & irrevocabilibus seculis condere maluimus, maioremque habere rationem viuorum, quam mortuorum, imo maiorem etiam posterorum utcunque certo futurorum, quam illorum, de quibus moraliter certum est, eos nunquam Regulis, aut Calendarijs opus habituros: quamuis hoc ipsum, ubi id absque verborum ambitu, nouisque, quibus lector perturbaretur potius, quam iuuaretur, annotationibus, commode fieri poterit, non omittimus. Hebræorum porro computum eo accuratius explicamus, quo minus id ab alijs factum comperimus; tum etiam quod hoc ipsum ad plene confutandum Caluissium mul-

tum facere conspeximus. Regulas vero huius Computi non tantum in Lunaribus, aut mixtis calculis conquiescere permittimus, sed eas ad puros solares, seu Tekuphales etiam extendimus. Annos tamen, si quando eos ab æra Christiana numeramus, non nisi Iudaicos intelligimus, aut certe tales nostratium, in quibus tanta nondum est differentia, ut Regula prima capituli 13. possit fallere, quod sane fieret in annis à nobis remotioribus. Caput namque anni Iudaici ut nostris, & retro numeratis temporibus in Calendario Iuliano, & Gregoriano circa autumnum nascitur, ita in remotioribus seculis, seruata constanti annorum Iudaicorum, Iulianorum, ac Gregorianorum magnitudine, ac differentia, multum inde recedere cogitur; in Calendario quidem Iuliano sursum, versus æstiuos menses retruditur, in Gregoriano vero deorsum hyemem versus prolabitur, cursu quidem in anno Iuliano tardiore, velociore in Gregoriano. Cuius quidem rei ratio horum annorum est inæqualitas, Iudaici enim à Iulianis deficiunt, Gregorianos vero superant, estque defectus minor excessu. Quando autem alia horum annorum occurrit acceptio, ea ex suo, quo à nobis induta est, mox cognoscetur schemate. Regulas tandem omnes ita instruimus, ut is, qui non nisi praxin desiderat, eas statim in promptu habeat: & quando forte fortuna ex diuersitate casuum, exemplorumque alio abreptus in tenebris cespitare se senserit, mox ex rationibus subiectis lumen petere, facemque accendere, qua prælucens, quo sibi eundum, quid abiiciendum, quid retinendum, qua pergendum, quo exeundum sit, clarissime conspiciere possit. Regulis denique addidimus Notanda quadam, ac Consectaria non negligenda, imo & compendia quadam pro nostro, in quo uiuimus seculo non inutilia, ut ea, & vsui, & exemplo ad condenda pro alijs seculis similia, cuius essent. Verum hæc prælusisse satis est; rem ipsam aggredimur.

LIBRI

De tempore caelesti.

1. **T**Empus, de quo nobis hic sermo, prima sua subdiuisione in caeleste diuiditur, acciue. Tempus dupl.
2. Caeleste tempus est numerus motus caelestis, ad spacia, quæ orbis, astrum, Tempus caeleste. vel certum aliquod cæli punctum, aut circulus peragrat, aut ad vices, quibus eadem repetit, numeratus.
3. Epocha, æra, siue radix, est terminus numerandique principium certum, Epocha, æra, vnde tempora tam præterita, quam futura numerantur. & tempori quidem radix-cælesti inferuiunt circuli, punctaue imaginaria, vt sunt Meridianus, Aequator, Zodiacus, &c. eorumque gradus, siue puncta. Ciui vero, de quo cap. sequenti dicemus, initium numerandi tribuunt facta illustria, vel aliquid aliud, in quo homines conueniunt: Sic numeramus annos ab orbe, & vrbe condita, ab Imperatoribus, à diluuiio, à Christo nato, &c.
4. Tempora vero ipsa caelestia à diuersis motibus diuersa sortiuntur nomina. Temporis varia denominatio.
5. Motus cæli, prout hic consideratur, triplex est, Primus, Secundus, & Tertius siue mixtus. Motus cæli triplex.
6. Primus motus est is, qui attribuitur primo mobili, quique secum rapit omnes reliquos orbes; conuersio videlicet orbium caelestium circa centrum vniuersi ab Oriente per meridiem in Occidentem. Motus primus.
7. Secundus motus est, qui Syderum orbibus attribui solet, stellis videlicet tam errantibus, siue planetis, quam fixis; conuersio nimirum, circa centrum vniuersi ab Occidente per meridiem in Orientem. Motus secundus.
8. Tertius siue mixtus motus est, qui aut ex his duobus, aut ex pluribus secundis componitur, siue resultat. Motus tertius, siue mixtus.
9. Diuiditur motus etiam in verum siue apparentem, & medium. Motus cæli duplex.
10. Verus siue apparens motus est cursus, quem peragit Planeta sup centro mundi, respectu cuius inæqualis est, æqualibus scilicet temporibus, inæqualia peragrans spacia. Motus verus.
11. Medius motus etsi in diuersis diuersimode accipitur, vt patet ex theoreticis, in negotio tamen nostro medii, siue æquabiles dici possunt prædicti motus inæquales certa ratione reducti ad æqualitatem. Motus medius
12. Tempus, quod ad solum primum motum describitur, in negotio quod præ manibus habemus, locum non habet. Tempus primi motus hoc loco non consideratur.
13. Ad secundum motum tempora descripta sunt anni, mensesq; periodici. Tempus à secundo motu describitur.
14. Ad tertium deniq; motum describuntur dies, horæ, menses, anniq; Synodici. Tempus à motu tertio deductum.
15. Annus periodicus est temporis spaciū, quod elabitur, dum Sydus aliquod motu suo proprio seu periodico, emenso omni cæli circuitu, ad eundem à quo digressum est, edit terminum. Sic annus Iouialis dici potest tempus, quo stella Iouis ab aliquo fixo fixi cæli (siue realis, siue imaginarii) puncto digressa idem repetit. Solaris annus, quo Sol hunc motum in orbe suo perficit: quod tempus ad vltimum vsque scrupulum exactè cognitum nondum est; neque, an sibi perpetuo æqualis, atque cœnstant sit, certo constat. Continet supra 365. dies, horas 5. minuta 49. secunda 16. in sententia Alphensinorum. Dicitur hic annus Tropicus, si à Tropiciis, Aequinoctialis, si ab æquinoctiis, aliter si aliunde numerandi initium capiatur. Annus Iouialis. Annus Solaris eiusque magnitudo & denominatio.

Mensis Lunaris periodicus.

16. Notandum tamen, tempus illud, quo luna hunc quem diximus motum suo in orbe conficit, communiter non vocari annum lunarem, sed potius mensem lunarem periodicum, qui circumscribitur limitibus dierum 27. horarum octo fere: annus enim lunaris, ut capite sequenti videbimus, aliter accipitur.

Mensis Solaris periodicus.

17. Est autem mensis periodicus in sole quidem tempus illud, quo Sol unum signum siue dodecatemorion, hoc est duodecimam partem Zodiaci, percurrit: in luna vero spacium illud, quod iam diximus.

Dies.

18. Dies vero est duratio seu spacium temporis, quo astrum aliquod motu tam primi mobilis, quam proprio latum eidem cæli puncto, vel potius meridiano fixo restituitur, à quo auulsum est. Vnde dies solaris siue naturalis absolute & antonomastice dies dictus, est tempus, quo una fit primi mobilis conuersio, & insuper tanta secundæ conuersionis pars, quanta requiritur ut Sol motu proprio in contrarium tendens, eundem quem deseruit, repetat meridianum.

Hora eiusque subdiuisio.

19. Hora est vigesima quarta pars diei, & subdiuidi solet in 60 minuta prima; vnum minutum primum in 60 minuta secunda; vnum secundum in 60 tertia, & sic deinceps.

Annus mensis- que Synodicus.

20. Annus, siue mensis Synodicus est spacium temporis, quod elabitur dum duo astra coniuncta alterum ab altero digreditur, donec rursus coniungantur.

Annus Sydereus.

21. Huiusmodi est ille annus Solaris, qui dici consuevit Sydereus: quando nimirum Sol ab aliqua stellarum fixarum digrediens ad eandem reuoluitur, & constat diebus 365. horis 6½ circiter.

Mensis Lunaris Synodicus.

22. Tale est etiam illud tempus, quod proprie mensis lunaris dicitur: quando videlicet luna post se relinquens Solem, motu velociori præcurrens, orbemque totum percurrrens, fugientem Solem cursu suo denuo assequitur. quod fit secundum medium motum spacio dierum 29. horarum 12½ --- proxime.

Diuisio vnus conuersionis siue circuli celestis.

23. Vna circulatio denique, vel potius circulus quiuis diuidi solet in partes 360. quas gradus vocant, gradus in 60. minuta, minutum ut ante de hora diximus in 60. secunda, &c Ex quo habemus vni signo Zodiaci obtingere gradus 30.

C A P V T S E C V N D V M

De Tempore Ciuili.

Tempus ciuile. 1. **T**empus Ciuile norma est quædam ac mensura durationis rerum, quæ vniqueque gens suo quodam instituto tam ad sacra, quam ad profana ordinanda, ipsamque durationem mensurandam ac numerandam vitur, temporis celestis imitatrix.

Tēpus ciu. dup.

2. Commode subdiuiditur in tempus simplex, ac compositum.

Tempus ciuile simplex.

3. Tempus ciuile simplex est, quod simpliciter sumptum ad celeste vnica constans circulatione proxime instituitur; ut dies, qui vnica conuersione primi mobilis, mēsis lunaris, qui vnica lunæ periodo, annus solaris, qui vnica solis ambitu absoluitur.

Tempus ciuile compositum.

4. Compositum est, quod ex simplicibus aliquoties sumpto componitur & æceruatur; ut hebdomada ex diebus, annus lunaris ex mensibus, Lustrum, Olympias, Cyclus, &c. ex annis.]

Dies ciuil. dup. Dies artificialis.

5. Dies ciuilis dupliciter sumitur, primo prout morā indicat Solis supra Horizontem, & dici solet dies artificialis: aut certe quod vulgo fieri solet, adiuncto utroque, matutino videlicet ac vespertino crepusculo, duratio lucis Solaris conti-

continua. atque hi dies, vt inter se inæquales sunt, ita etiam à die cœlesti, seu naturali varie discrepant. Pro varia enim habitatorum in globo terræ, respectu cœlic. constitutione, modo æquales, modo inæquales inter se sunt; nunc longi, nunc breues, plures vel pauciores in anno. Iis enim, qui sub sphæra recta degunt, tot dies in anno sunt artificiales, quot anno ipsi attribuuntur naturales, omnes inter se, quantum sensus percipit, æquales. Constitutis vero sub sphæra obliquissima, siue parallela, sub vtroque videlicet polo, non plus vno illucescit in anno dies, duratione sua plus quam medietatem anni absumens. Verum vsus communis obtinuit, vt, saltem hac in materia, solum hi dies dicantur ciuiles artificiales, qui vna cum sua sibi proxima nocte, diem naturalem, siue 24 horas adæquat. Atq; hinc est, vt si hi scæ diebus contingat, durationem aliquam aut tempus mensurari, subintelligantur etiam noctes. Nam, si res aliqua dicitur durasse decem dies, intelligimus eandem perdurasse totidem etiam noctes.

6. Est autem nox mora solis infra horizontem, siue absentia luminis solaris. **Nox.**

7. Tam dies, quam nox artificialis diuiditur in 2 partes æquales, quæ vocantur horæ inæquales, siue Planetariæ. Inæquales quidem, non quia horæ eiusdem diei, aut noctis inter se inæquales sint, quod est contra propositum: sed quia comparatæ cum horis aliis proximorum dierum, ac noctium, inæquales reperiuntur, prout ipsi dies, noctesque aliis diebus, ac noctibus inæquales sunt. Dicuntur planetariæ, quia cuilibet planetarum aliquis ab Astrologis præfici solet, & quia ab iisdem denominantur.

Horæ inæquales siue Planetariæ.

8. Rursus tam dies, quàm nox artificialis in 4 distribui solet partes, ita vt quilibet pars tribus constet horis planetariis, & noctis quidem partes vocantur vigiliæ; Diei vero quadræ, siue horæ. Vnde versus:

Quatuor diei noctisq; partes.

Solis equi lucis dicuntur quatuor horæ,

Hæc rubet hæc splendet, hæc calet, illa repet.

9. Altera diei ciuilis acceptio est spacium temporis, quod vel omnino cū die cœlesti naturali cōuenit, vel proxime ad illū accedit, prout nimirū ab hoc vel illo termino suum initium, horarumque deducit ordinem, & dicitur dies ciuilis naturalis: Termini celebriores, dantes tam horis, quam ipsi diei initium, sunt Horizon ac Meridianus. Ab horizonte ortiuo numerant Babylonii, Norimbergenses, &c. ab occiduo Itali, Hebræi, & plures alii. A meridiano superno, ac inferno, siue à meridie, ac media nocte Germani, Hispani, Galli, &c. diem quidem inchoant à media nocte vna cum horarum numeratione vsque ad 12, at reliquas 12 horas à meridie vsque ad sequentem mediam noctem numerando extendunt: qui ordo horarum diem naturalem in duas æquas secat partes, tempus nimirum antemeridianum, ac pomeridianum, vnde & horæ ipsæ denominationes suas trahunt. Antemeridianum enim à media nocte cum ipso die naturali incipit, & hora duodecima finitur in meridie. Pomeridianum vero à meridie deductum, vna cum ipso die hora duodecima in media nocte expirat. Nihil autem impedit, quin dies ab ipso etiam meridie inchoari, & ad alterum vsque meridiem extendi possit, more Astronomico: verum prior ratio, vt vulgo vsitatio est, ita etiam rectius ad tempus vulgare, siue ciuile spectare dicitur.

Dies naturalis

Termini vnde dies inchoantur, horæq; numerantur.

Antemeridianum & pomeridianum repus.

Ratio inchoandi diem Astronomorum.

10. Ex hac ergo dierum ciuiliū duplici differentia, duplex nascitur horarū genus, inæqualium videlicet, siue planetariarum, de quibus paulo ante diximus, & æqualium, siue vsualium, quæ sunt vicissim æquartæ partes diei naturalis ciuili-

Duplex horarum genus. Horæ æquales siue vsuales.

lis, & absolute, & absque villo addito, Horæ appellantur; quæ vulgo subdividi solent in semihoras, quadrantés, & semisses quadrantum, breuiora enim tempora ad moménta, vel durationem, qua Pater noster, Salutatio Angelica, Psalmus Miserere, &c recitari potest, reducuntur.

Hebdomada.

**Denominatio
dierum heb-
domadæ.**

11. Hebdomada siue septimana, complexio est, vt nomé indicat, dierum ciuiliū septem, qui à septem Planetis prius, postea à feriis, earundemque ordine nomen sibi inuenerunt: ita vt dies illa, quæ ante dies solis dici consuevit, nunc feria prima, vel potius à Dominica Resurrectione, Dominica compelletur. Dies lunæ, feria secunda: dies Martis, feria tertia: dies Mercurii, feria quarta: dies Iouis, feria quinta: dies Veneris, feria sexta: dies Saturni, feria septima, siue Sabbathum vocetur.

**Mensis ciuilis
duplex.
Mensis solaris.**

12. Mensium ciuiliū alii sunt solares, alii lunares,

13. Solaris mensis pars est proprie anni solaris tanta, quanta à qualibet gente statuitur: vt Romanis est duodecima; quamuis neque hanc præcise exprimât, cum alii dies contineant 31, alii 30, nonnullus etiam 28, vel 29 tantum. Nomina accipiunt à diuersis diuersa.

**Mensis lunaris,
siue lunatio.
Mensis cauus
& plenus.**

14. Mensis lunaris, qui communiter lunatio dicitur, duodecima, vel decima tertia pars est anni lunaris, regulariter constans diebus vel 29 vel 30, quorum ille cauus, hic plenus appellatur: ad æquans videlicet vterq; mensem cœlestem synodicum quam proxime.

**Annus ciuilis
duplex.**

15. Annus ciuilis duplex quoque est, à duplici luminari sole & luna denominatus.

**Annus solaris
ciuilis.**

16. Solaris communiter proxime ad cœlestem accedit, nulla habita ratione mensium lunarium; sed tantum dierum solidorum: quamuis eidem alii plures, alii pauciores dies attribuant.

**Annus lunaris
ciuilis.**

17. Lunaris annus est, qui dum ad solarem accedere, eique se in magnitudine conformare contendit, non solum dies solidos, sed & menses suos lunares integros coaceruat.

Cyclus.

18. Cyclū est complexio annorum in certo numero, ac magnitudine inter se connexorum, vt tempora ciuilia, ac cœlestia, ad quandam reducant æqualitatem.

Æquatio

19. Methodus denique illa, hæc duo tempora ad æqualitatem reducendi, Æquatio dicitur, ex seipso procreans cyclos, vel aliunde procreatos in ordinem redigens.

CAPVT TERTIVM.

De ratione anni Ægyptiorum, & Alexandrinorum.

**Annus Ægypti-
acus vagus, siue
Nabonassar.**

ÆCyptiis olim in vsu fuisse annum solarem, quem ob nimiam æquinoctii, principii anni, & tempestatum per omnes anni dies euagationem, vagum vocât, adeo notum est, vt eo adhuc propter inuariatam sui magnitudinem, vniuersa vtatur schola Astronomorum, eumque Ægyptiacum, siue Nabonassar vocitet: diebus constat perpetuo 367.

**Partes anni Æ-
gyptiaci.
Epagomenæ.**

2. Annus iste in duodecim distribuitur menses, quorum quilibet 30 dies sibi assumit, reliqui quinque dies, qui Epagomenæ dicuntur, in fine anni append. cis loco annectuntur.

3. Primus

3. Primus huius anni mensis appellatur Thoth: secundus Phaophi: tertius Athyr: quartus Choiac: quintus Tybi, & reliqui eo ordine, vt describuntur in Calendario cap. 6 proponendo.

4. Annus Alexandrinorum hoc tantum addit Ægyptiaco, quod ad modum anni Iuliani quarto quoque anno sex faciat dies appendices, siue Epagomenas.

5. Vnde annus communis dicitur is, qui quinque tantum habet Epagomenas, siue, qui dies habet in vniuersum 365: intercalaris vero, qui sex Epagomenas, siue dies habet 366.

6. In reliquis vero, numero videlicet, ordine, magnitudine, ac nominibus mensium cum anno Nabonassari conuenit.

7. Diem suū intercalarem eo anno Iuliano currente fini anni sui annectunt, qui bissextum proxime præcedit. Quare cum vicesimus nonus dies mensis Augusti anni Iuliani, primo diei anni Alexandrini congruat, sequitur illum annum communem Alexandrinum, qui proxime ad intercalarem sequitur, ob diem intercalarem præcedentem, non à 29 Augusti, sed à 30 eiusdem incipere, & postea à consueto ordine vtriusque anni digressionem fieri per vnum diem, donec superato Februario dies bissextus Iulianus, antiquam restituat dierum vtriusque anni connexionem, quod quia fit in principio Martii, sequitur secundo, menses Paschales ab omni discrepantia esse liberos, ita vt termini Paschales in vtroque Calendario iisdem perpetuo diebus adhæreant. Sic citimus terminus fixus, in die 25 mensis Phamenoth, perpetuo responder diei 21 Martii, & vltimus in 23 Pharmuthi, diei 18 Aprilis. Vnde tertio sequitur, tantum discrepare Calendariū Alexandrinum, in mensibus saltem Paschalibus à Calendario Gregoriano, quantum hoc à Iuliano differt.

Annus Alexandrinorum.
Annus communis & intercalaris.

Conuenientia anni Alexandrini cum Ægyptiaco.
Locus & annus intercalandi.
Annorum Alexandrinorum & Iulianorum mutua connexio.

CAPVT QVARTVM.

De anno Iuliano, siue Calendario veteri.

1. **A**nnus Iulianus (à Caio Iulio Cæsare sic dictus) quo est vsa ad correctionem vsque Gregorianam Catholica Romana Ecclesia, solaris est, initium suū olim à Bruma, siue solstitio hyberno ducens, & in hoc ab Ægyptiaco differt, vt quo magis conformetur cœlesti, quarto quouis anno diem tibi adiciat vnum intercalarem: Astronomica vero ratione sumptus sibi semper equalis est, & dies continet 365, horas 6.

2. Duplex igitur annorum Iulianorum genus est, cōmunium & bissextorum.

3. Annus communis est purus Ægyptiacus dierum videlicet 365.

4. Bissextus vero nomē mutuatus à loco, ac die intercalari dieb. constat 366.

5. Atque ex hac annorum communium ac bissextorum diuersitate ac ordine nata est Tetraeris, siue quadriennale lustrum Iulianum, quod cyclum æquationis anni solaris constituit.

6. Dies porro iste ascititius nomen sibi bissexti inuenit ex eo, quod bis eodem mense pronuncietur sexto Calendas, quoties anno communi dies adiciendus est: id, quod apud Christianos contingit in Vigilia, siue profesto Sancti Matthiæ Apostoli, ipsum enim festum eo anno ex die vicesimo quarto Februarii, quo in annis communibus celebrari consuevit, in vicesimum quintum

Annus Iulianus
cuiusque initium.

Annus Iulianus
Astronomicus.

Duplex annorum Iulianorum
genus.

Annus communis.

Annus bissextus.

Tetraeris Iuliana, siue lustrum Iulianum, cyclus æquationis anni solaris.
Dies bissextus
cuiusque locus.

tum diem eiusdem mensis transfertur. Mensis vero Februarius dierum 29 efficitur, cum alias tantum 28 contineat.

Ordo ac nomen mensium antiqui Iuliani.

7. Enimvero tam annus communis, quam bissextus ex 12 mensibus solaribus civilibus componitur, qui à Ianuario ortum ducunt, & in Decembri vna cum ipso anno finiuntur; nomina illorum suo ordine capite sexto, vna cum ipso Calendario proponuntur.

Quantitas mensium.

8. Mensium horum alii sunt 30, alii 31 dierum, excepto Febuario, de quo iam diximus, huius rei gratia hi proponi solent versus:

Terdenos September habet, totidemque November,

Innius, Aprilis: reliquis superadditur vnus.

Sit nisi bissextus, vicenos Februus octo.

Subdiuisio dierum mensium in Calendas, Nonas, & Idus.

9. Dies hosce Romani in Calendas, Nonas, & Idus discriminantes, Primo cuiusque mensis diei Calendas attribuerunt, alios ex in à Nonis, proximos post ab Idibus, reliquos deinde omnes à Calendis mensis insequentis denominarunt: tres vero dies tantum cuiusvis mensis simpliciter & absolute nomen accipiunt à Calendis, Nonis, & Idibus, reliqui vero appellatur à numero dierum quo præcedunt Nonas, Idus, & Calendas; vt exempli gratia, dies ille, qui incluso vtroque termino quadriduo præuenit Nonas, Idus, vel Calendas, hoc est, quorū interuallum est duorum dierum, diceretur Quarto Nonas, Quarto Idus, Quarto Calendas: is tamen, qui proxime præcedit, non secundo Nonas, aut secundo Idus, &c. sed pridie Nonas, Pridie Idus, Pridieque Calendas vocitatur.

Anni ac mensium Iulianorum in hebdomadas distributio.

10. Et quamuis Romani etiam Christiani hac ratione dies suos & numerare, & denominare consueuerint, omnes tamen simul toto orbe diffusi Christi fideles septimanis, siue hebdomadis perpetuo sibi ordine succedentibus, quæ nec annorum, nec mensium interromperet varietas, more Hebræorum, vtuntur, diesque ipsos per ordinem feriarum distinguunt.

Notæ feriarum earundemque per annum ordo ac numerus.

11. Has vero ferias vt apte notarent, septem sibi delegerunt ex serie elementorum notas, literas videlicet septem priores, A, B, C, D, E, F, & G, quæ Calendario quinquagies bis directo ordine inscriptæ, 364 dies absumerent, vltimo siue trecentesimo sexagesimo quinto diei eandem quam primo, literam A tribuentes: dies enim bissextus Calendariis perpetuis inscribi non solet; inscriptus vero eandem, quam ipse dies sexto Cal. Martii appellatus, literam F sibi vendicat.

Cyculus solaris, siue literarum Dominicalium, ortus eiusdem ac ratio.

12. Ex hac aurem duplici causa progenitus est ille, quem solarem, siue literarum Dominicalium vocant, viginti octo annorum cyculus. Superflua enim, quæ in fine anni sola repetitur, litera A efficit, vt sequenti anno non eadem litera, quæ præcedenti, eidem feræ inseruiat, vtque non nisi post septennium idem ordo redeat. Dies vero bissextus cum quarto quouis anno eundem turbet literarum ordinem, & non nisi exacto quater septennio, vel potius septies quadriennio illam restituat, inde factum est, vt 28 anni cyculum, quem diximus, compleant. Atque hæc est breuiter veteris anni solaris ratio.

Annorum lunarium ratio.

13. Quoniam vero ex Apostolicis traditionibus Pascha Christianorum ad lunam etiam dirigitur, hinc alia apud ipsos nata est anni Iuliani methodus, quæ vtique sydlus perpetuo quodammodo foedere copularet. Luna enim Sole longe velocior, si vna cum sole annum solarem incipiat, eundem sæpe sæpius præterit lunæ, non nisi post vnde viginti annos visa est cum eodem eandem anni metam attingere. Ergo notato hoc annorum numero, anni lunares fermari cepti

cepti sunt. Lunationes enim 235, quas luna eo temporis spacio conficit, ita in partes annosque lunares distributæ sunt, ut septem illorum quilibet 13 lunationibus præsumerent; reliqui vero singuli duodenis contenti essent. Nimirum quemadmodum lustrum Iulianum, per diem bissextum annos solares redigit in ordinem: ita cycli lunæ 19 annorum, per embolismum, septemque lunationes embolimas, annis cum solaribus confederaret lunares.

14. Duplex ergo annorum lunarium genus est, communium videlicet, & embolimæorum; & utrumque, vel cauum, vel plenum.

15. Communis annus est, qui duodecim constituitur lunationibus; cauus quidem, si dies contineat tantum 353. plenus si 354.

16. Embolimæus est, qui tredecim habet lunationes, cauus, si dies 383. plenus, si 384 continet.

17. Ratione porro initii anni, ordinisque mensium anni lunares, easdē quas retulimus retinētes species, & genera, duplicem aliam denominationē induūt. Alter enim, qui à Nouilunio, quod in Calendis Ianuarii committitur, vel ipsas proxime præcedit Calendas, initium ducit, annus lunaris ciuilis dicitur. Alter vero, cui Nouilunium paschale (de quo infra) principium dat, annus lunaris Ecclesiasticus appellatur.

18. Dies vero, quibus annus lunaris à solari in fine deficit, siue qui vna cum anno lunari solarem complent, epactarū nomine venire solent: qui quidē singulis annis non sunt eadē, eo quod annus lunaris non semper cum solari incipiat, sed plerumque ille hunc præueniat, & quidem tot diebus, quot præcesserunt epactæ. Exempli gratia, si annus lunaris communis cum solari incipiat, epactæ ad complendum annum solarē erunt vndecim, tot videlicet quot diebus anni solaris communis dies 365. ipsos anni lunaris 354 dies superant. Sequens ergo annus lunaris vndecim diebus ante solarem incipit, & 22 diebus ante eundē finitur, & tunc ad complendum annum solarem dies 22 asciscuntur; & sic deinceps: quod si epactæ numerum tricenarium excedunt, dies triginta pro mense embolimo abiciuntur.

19. Ipsi porro numeri illorum, de quibus paulo ante diximus, vnde viginti annorum, ab unitate vsque ad 19. aurei appellati sunt: & cycli ipse nouendecim annorum cycli lunæ, siue aureorum numerorum dictus: imo quemadmodum cycli solaris litteræ, ita huius Cycli numeri (etsi diuersa ratione, ac methodo) ipso Calendario, tum ad determinanda Nouilunia, tum præcipuē ad præfiniendos terminos paschales inscripti sunt; ita ut singulis annis vnus istorum numerorum Nouiluniis, ac termino paschali indicando præficeretur, quemadmodum litteræ, diebus Dominicis. Hos numeros sequentis capituli sexti Calendarii in columna decima exhibet.

20. Hinc factum est ut cycli lunæ dupliciter sumi soleat: vel ut significat numerum 19 annorum collectivæ, ac simul sumptum, vel prout vnum tantum ex hisce aureis numeris indicat, qui, quotusquisque in ordine 19 annorum sit, determinet. Idem intelligendum est de cycli solaris numeris; nam & ipsi duplicem hanc significationem induunt.

21. Ex his denique cycli lunaris aureis numeris Calendario inscriptis, nō solum Nouilunium ciuile, & Ecclesiasticum, sed & reliquæ ætates lunæ cum ipso plenilunio eruuntur.

Duplex duplicis anni lunaris species. Communis annus lunaris cauus, & plenus. Embolimæus annus lunaris cauus, & plenus. Annus lunaris ciuilis, & Ecclesiasticus.

Epactæ.

Cycli lunæ, aureique numeri.

Duplex cyclorum, lunaris atque solaris acceptio.

Aurei numeri lunæ in Calendario indices.

Actas long.

22. Est autem ætas lunæ numerus dierum à die Nouilunii Ecclesiastici, quod coniunctionem lunæ cum sole ex prima sui institutione significat, inclusiue numeratus ita, ut is dies, cui aureus numerus currens in Calendario adscriptus est, & Nouiluniū ut diximus, indicat, prima dicatur luna, sequens luna secunda, & sic deinceps; quinta decima vero luna idem sit, quod plenilunium Ecclesiasticū.

Quintadecima
luna pleniluni-
um.

Nouilunium
Paschale.

Terminus
paschalis.

Mensis pascha-
lis. Ordo men-
sium in anno
lunari Ecclesia-
stico.

Cyclus Pascha-
lis.

23. Ex his vero Nouilunium, siue prima luna paschalis est, quæ à die octauo Martii, vel post illum usque ad diem quintum Aprilis inclusiue committitur.

24. Terminus deinde Paschalis est quartadecima luna Ecclesiastica, incidens in 21 diem Martii (in quo Æquinoctium vernum à Patribus Niceni Concilii fixū est) vel in aliquem sequentium dierum usque ad 18 Aprilis inclusiue, post quem Dominica proxima sacrosanctum celebratur Christianorum Pascha.

25. Unde mensis paschalis, qui & primus anni lunaris Ecclesiastici dicitur, is est, in quo terminus paschalis includitur. Secundus, qui hunc proxime sequitur: Tertius, qui deinceps succedit, &c. Ultimus denique, qui primum sequentis anni, proxime præcedit.

26. Cyclus denique Paschalis est annorum numerus, quo omnis varietas Pascharis, quæ respectu mensis, ac terminorum Paschalium, Cycli lunæ, ac solis, ordinisq; bissextorum contingere potest, includitur, ita ut eo absoluto idem prorsus redeat Paschatum ordo. produciuntur hic annorum numerus ex ductu cycli decemnouennalis in cyclum solis 28 annorum, atque adeo annos 328 complectitur.

Indisito.

27. Indictio est spacium temporis constans tribus lustris Romanis, hoc est, annorum quindecim, in morem cycli semper in orbem recurrens. Nam et si lustrum quandoque aliter sumatur, ut lustrum Iulianum pro quadriennio, lustrum tamen absolute, siue Romanum dictum quinquennium significat completum.

CAPVT QVINTVM.

De anno, ac Calendario Gregoriano.

Defectus vete-
ris Calendarii.

Calendarium
nouum cur
Gregorianum
dictum, & quan-
do publicatum
sit.

Annus Grego-
rianus solaris.

Rationem Calendarii à Concilio Niceni Patribus præscriptam, & capite præcedenti breuiter explicatam, cum post aliquot elapsa sæcula inuenta esset à cælesti methodo nimium deflectere, correctione, ac reformatione indiguisset, nemo est qui nesciat. Cyclus enim lunæ, quem vnde viginti annis solaribus, si non exactissime, saltem exactius quam deprehensum est, congruere putarunt, discrepantiam in vna reuolutione horæ vnius, ac minorum circiter 27, hoc est, spacio annorum 312, quasi diei integri intulit, & à Concilio ad nostra usque tempora Nouilunia cælestia ad quatrimum saltem ab Ecclesiasticis per aureos numeros descriptis in anteriora remouit. Lustrum vero Iulianum à quatuor annis cælestibus 43 ferè minutis, nimirum intervallo annorum 134 Iulianorum circiter, die vno à rationibus solaribus deuians, æquinoctiū verum ex die 21. Martii, in vndecimum eiusdem mensis diem protrulit. Postulatis igitur innumeris tam publicis, quam priuatis tandem acquiescens, Summus atque nunquam interitura gloriæ Pontifex Gregorius tertiusdecimus errorem supradictum sustulit, annumque, ac Calendarium, quod iure optimo Gregorianum dicitur, feliciter constituit, & anno Domini 1582. publicauit, atque in vsum tam Ecclesiasticum, quam politicum introduxit. eius igitur Calendarii rationem sic breuiter accipe.

2. Annus Gregorianus solaris in hoc cum Iuliano conuenit, quod nec pau-
cio-

diebus, quam 365, nec pluribus quam 366 circumscribatur diebus; atq; adeo in eadem omnino, vt Iulianus, diuiditur annorum communium, ac bissextorum periodus. Hoc solum inter vtrumque interest, quod Iuliana ratio nullum ex anni diebus Domini, quos præcise numerat: quaternarius absque die bissexto abire permittat: Gregoriana vero methodus, centenariis, qui ex lustro Iuliano omnes bissexti sunt, eandem legem dixerit, quem in non centenariis, quos expansos vocant, obseruatam cernimus; vt nimirum non nisi quartus quisque, is videlicet, qui in ordine proprio centenariorum, quemadmodum expansi in suo, quaternario exacte mensuratur, diem bissextum assumeret; & quadringenti anni Gregoriani à totidem Iulianis triduo deficerent; ita vt annus Gregorianus Astronomicè consideratus ultra dies 365. comprehenderet horas tantum 5. minuta prima 49. secunda 12. atque adeo tam æquinoctium vernum, quod eo temporis spacio totidē diebus in Calendario Iuliano à sede sua aberrare deprehensū est, quam ipsum anni principiū, quod in hac Gregoriani anni forma decimo, vel vndecimo circiter post Brumā die figitur, suæ sedi firmitus adhæresceret.

Anni centenarii eundem inter se seruat modum ratione bissexti, quem anni expansi.

Annus Gregorianus Astronomicus.

Anni Gregoriani principium. Cyclus æquationis solis partialis. & totalis.

3. Cyclus ergo æquationis solis Gregorianus nō Terraeteride tantum, vt Iulianū, sed Tetracoseteride, siue centū lustris Iulianis, hoc est, quadringētis annis cōstat: ita vt Terraeteris dici quodammodo possit cyclus æquationis solis partialis; Totalis vero ipsa Tetracoseteris.

4. Reliqua deinceps oīa, quæ ad solarē spectant annum, Gregorianus, ac Iuliano anno communia sunt, excepto cyclo solari, siue litterarum Dominicalium, quem Calendariū Gregorianū propriū, ac peculiare, eumq; elegantissimū habet, & cum ipsa Tetracoseteride in orbem redit, cum post 400 annos eundem prorsus litterarū Dominicaliū, annorumq; bissextorum restituat ordinē. Quando vero annus Gregorianus cyclū solis antiquū adhibet, eum non nisi vt partialem quodammodo adhibet, quantum videlicet spectat ad rationem tantum, ac ordinem 28 numerorum.

Cyclus solis Gregorianus.

5. Iam vero quod ad lunare attinet meth. dū eiectis è Calendario aureis numeris nouiluniorū indicibus, qui oēs dies anni, vt motus requirit, ac ratio celestium nouiluniorū longo tēpore sibi succedentiū, explere nequuerāt, munus indicandi Nouilunia triginta epactis commissū est, ea ratione in Calendario dispositis, vt nullū omnino diem (intercalari, qui Calēda: io inscribi nō solet, excepto;) quin aliquod Nouiluniū aliquādo excipere possit excluderēt. quod quidē munus ita inter dictas epactas distributum est, vt non plures quam 19 in eadem centuria id susciperēt, sibi inuicem congruo ordine succedentes: initio vero cuiusvis centuriæ, vel eadem, si ita cōueniret, in officio confirmarentur; vel mutatis quibusdā aliæ ipsis substituerētur. Qua vero methodo, quoue ordine id fieri debeat, vberime docent, in hunc finem cōstructæ epactarum tabulæ, expansa, & æquationis.

Lunares indicia.

6. Sunt itaq; epactæ Gregorianæ & dies, quibus annus lunaris à Solari in fine deficit, & Calendario inscriptæ indices Nouiluniorū, & quartarum decimarum paschaliū.

Epactæ Gregorianæ.

7. Cyclus lunæ partialis est idem cum antiquo cyclo lunæ, saltem quoad numeros, eadem videlicet vnde viginti annorum periodo cōclusus. Dicitur partialis eo qd non cum eodē cycli numero, eadem semper recurrit epacta nouiluniorum index, quāuis interim numerorū ordo ab 1. vsq; ad 19. perpetuo continuatur;

Cyclus lunæ partialis.

tur: ea prorsus ratione, qua cyclus solis antiquus, cuius numeri nunc his, nunc aliis attribuuntur litteris. Cyclus lunæ totalis ob rationes capite 1. libri 3. Refutationis Elenchi Caluifiani explicatas, nullus constitutus est. Ex quo etiam sequitur, nullum hic dari proprium, & absolutum cyclum paschalem.

Aetas lunæ, terminus, & mensis paschalis.
Anni lunaris species.

8. Aetatis porro lunæ, termini, & mensis paschalis eadem sunt definitiones, quæ cap. præcedenti.

9. Annus denique ipse lunaris tam civilis, quam Ecclesiasticus, ut in veteri Calendario, duplex quoque est, communis nimirum, & embolimus, cum suis speciebus caui, & pleni. hoc solum hic est differentia, ut dum initio centuriarum indices mutantur lunares, vnus dies extra ordinem, tam mensi, quam anno vel accedat, vel decedat, prout alia epacta unitate minor, aut maior in indiciem eligitur.

Aequatio solis ordinaria.

10. Aequatio solis ordinaria est, quam num. 2. huius capituli explicauimus, omisio videlicet in tribus centuriis continuis trium dierum bissextium; quartaque suo cum bissexto apposita.

Aequatio solis extraordinaria.

11. Aequatio solis Extraordinaria est, quando præter dictam æquationem dies vnus, vel plures, aut omittitur, aut admittitur.

Dies exemptiles.

12. Dies omisos, exemptiles vocare iam consueuimus; admissorum vero præter ordinem uti non extat memoria, ita nec proprium inuentum est nomen.

Aequatio lunæ ordinaria.

13. Aequatio lunæ ordinaria est, quæ dum in 25. centuriis dies octo (hoc est, quauis ex septem triacoseteridibus diem vnum, octauum vltima tetracoseteride) per mutationem epactarum Nouiluniorum indicum, in Calendario anticipare nititur, cum solari composita per eandem epactarum variationem eodem temporis spacio, nunc 11, nunc 10 diebus indices lunares postponere cogitur. Ratio vero hæc suis constat regulis, ac legibus tribus, nimirum quæ sequuntur.

Regulæ quibus æquatio lunæ ordinaria dirigitur.

Prima. Quando centenarius aliquo anno dies intercalaris omittitur, i que non est tertius ex supradictis triacoseteridibus, vel quartus in vltima tetracoseteride, epacta proxime maior eligitur, diesque vnus postponitur.

Secunda. Quando centenarius aliquo anno dies intercalaris non omittitur, isque est tertius ex dictis triacoseteridibus, vel quartus in vltima tetracoseteride, epacta proxime maior eligitur, diesque vnus anticipatur.

Tertia. Quando centenarius aliquo anno dies intercalaris omittitur, isque est tertius ex iis, quas diximus triacoseteridibus, vel quartus vltima tetracoseteridibus, epacta quam dat Regula ordinaria, perseverat in officio, nullusque dies, aut postponitur, aut anticipatur.

Aequatio lunæ extraordinaria.

14. Aequatio lunæ extraordinaria est, quando vltra ordinariam hanc epacta maior aut minor in indicem lunarem eligitur, atque adeo in Calendario præter ordinem ascenditur, vel descenditur, hoc est, dies vnus, pluresue anticipatur vel postponitur: de hac vero extraordinaria æquatione vtriusque luminaris, quando adhibenda sit, ob incertitudinem motuum certum tempus decretum non est, sed ea definitio spectat ad posteros, summosque Pontifices, quorum erit eandem imperare, quando opus fuerit.

Lunæ anticipatio, & postpositio.

15. Hinc colligitur, quid sit lunaris anticipatio, vel postpositio, numerus videlicet dierum epactalium à certa epocha anticipatorum, vel postpositorum, à lunationibus 235. cycli enneadecaeterici ablati, vel iisdem additi. Anticipationi quidem non nisi secundum quid in Calendario Gregoriano locus est, cum

cum aliquando superior epacta eligitur; simpliciter enim semper fit postpositio, vt in definitione æquationis lunæ ordinariæ paulo ante diximus; quæ, vt patet ex præmissis Regulis, semper differentiam dierum exemptilium, & anticipatorum adæquat.

16. Est autem dies epactalis, tricesima pars mensis lunaris ciuilis postpositi, ita, vt si dies isti, quibus in Tabula epactarum descēditur, in lunationes colligendi sint, triginta semper ei attribuantur, propter 30 epactas, quæ huic mensi lunari destinatæ sunt.

Dies epactalis.

17. Tabula epactarum expansa est, quæ comprehendit omnes combinationes, quas 30 epactæ, siue indices lunares cum 19 aureis numeris subire possunt, distributa in 30 ordines transuersales, ita, vt singulis cyclis lunæ partialibus aliquis illorum vñ esse possit.

Tabula epactarum expansa.

18. Tabula æquationis Tabulæ epactarum expansæ est, quæ per suas notas, siue literas epactales ostendit, quā ordo transuersalis, siue cyclus partialis quauis centuria assumendus, eique officium indicandi nouilunia, & quartasdecimas committendum sit.

Tabula æquationis epactarum

19. Notæ vero, siue literæ epactales vtriusque tabulæ communes sunt 30 literæ, partim maiusculæ, partim minusculæ ea ratione 30 ordinibus transuersalibus, siue cyclis partialibus respondentes, quo cernuntur in ipsa tabula epactarum expansa capite septimo exhibenda; incipiunt vero à P maiuscula per N, M, H, G, &c. ordine retrogrado progredientes, tandem in a minuscula desinūt, electæ quippe sunt 19 literæ minusculæ ab a vsque ad u inclusiue (omissa sola o, quia cifra, seu characteri numerali similis) reliquæ deinde maiusculæ ab A vsque ad P, videlicet vñdecim, omiſſis I, K, L, O, ne eandem ob causam confusionem pariant; nam I, L, O, literæ sunt numerorum, & K maiuscula parum à k minuscula differt. Has 5 literas Clavius hoc comprehendit versiculo:

Notæ siue literæ epactales.

Ornabit iustos Kyrios Laudabilis omnes.

CAPVT SEXTVM.

Proponuntur Calendaria, Gregorianum, vetus siue Iulianum, & Alexandrinum.

Coniecimus hæc tria Calendaria in sequentem tabulam eo ordine, vt quodlibet suos habeat dies mensis, & dies anni collectos, idq; tam in anno communi, quam intercalari, literas Dominicales, nouiluniorum indices, & terminos Paschales: quamvis breuitatis causa non unicuique Calendario hæc omnia seorsim adscripta sint, cum quædam communia esse possint, atque adeo necesse non fuerit illa sæpius repetere.

Tria calēdaria vnica tabula comprehensa.

Distinximus autem totam tabulam in quatuor partes principales. Prima continet in quinque columnis Calendarium Gregorianum, prout ab ipso Gregorio XIII Pontifice Max. promulgatum est: id enim cum aliis permiscere religioni duximus. Secunda in quatuor columnis comprehendit quædam, quæ quamvis Calendario Gregoriano tantum inscripta sint, quædam tamen ex illis communia vtrique, & nouo, & veteri esse queunt. Tertia duabus in columnis completur ea, quæ propria veteris Calendarii sunt; & quarta denique, quæ proprie ad Alexandrinum spectant.

Tabulæ quatuor partes principales.

Lll 3

Rursus

Explicatio 14
columnarū to-
cius tabulæ.

Rursus quia tota tabula quatuordecim constat columnis, cūvis, quo facilius ea, quādo opus erit, inueniri possit, sui ordinis numerum in capite affiximus. Et prima quidem epactas, indicesve lunares Gregorianas præ se fert. Secunda constat ex literis Dominicalibus, siue feriarum notis, quæ præcipue Calendario Gregoriano ac Iuliano inseruiunt, licet etiam ad Alexandrinum applicari possint. Tertia, quæ dies mensis more Romano determinat, communis etiam est vtrique; tam nouo, quam veteri Calēdario, sicut & quarta, quæ eisdem dies ratione vulgari per numeros exhibet. Quinta festa Romana stabilia suis diebus proponit, quæ etiam ad Calendarium vetus transferre licebit. Sexta dies ab initio Ianuarii, & anni vsque ad finem serie naturalis colligit, quæ vna cum septima (quæ eadem in re anno bissexto ancillatur) vtrique Calendario, imo & octaua, quæ dies mensis seorsim pro anno bissexto proponit, inseruit. Sequitur columna nona, quæ nō nisi in mensibus Martio, & Aprili officium exercet suum, terminos Paschales subministrando. Binæ sequentes, decima videlicet & vndecima, veteres lunares indices, siue aureos numeros exponunt, illa quidem per totum annum, hæc vero solum terminos determinat Paschales. Has denique binas columnas tres aliæ excipiunt, duodecima videlicet, decimatertia, & decimaquarta, quarum prima dies mensis Alexandrini communis, prout diebus respondet Calendarii veteris, ordinat; altera dies ab initio anni Alexandrini, hoc est, à primo die mensis *Thoth* numerat; Tertia denique Alexandrinos menses cum suis diebus profert, prout inueniuntur in anno suo intercalari, pro quo dies collectos seorsim non posuimus, cum facili negotio eorum ratio ex columna decimatertia, ac decimaquarta colligatur. Dies vero harum trium columnarum, annorum nimirum Alexandrinorum communium, & intercalacium, non ordinauimus prout sibi mutuo respondent in diuerso anni genere, quemadmodum de diebus anni Romani communis, & bissexti fecimus: sed prout dies annorum Alexandrinorum diebus respondent annorum Romanorum. Sed inspicere nunc ipsam tabulam, vsum eius ex sequentibus accepturus.

CALEN.

CALENDARIVM GRE- GORIANVM					Pro Calendario Gregoriano.				Pro Cal. veteri.		Pro Calend. Alexandr.		
IANVARIVS.					IANVARIVS.				Ianuar.		TTBI,		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Cycluse- pacta- rum.	Lit. Do- mi- nic.	Denomina- tiones dierū.	Dies men- fis.	Festa Romana stabilia.	Dies collec. anni cōnu- nis.	Dies collec. anni bissex.	Dies mens. bissex.		Aurei nume- ri.		Dies men- fis.	Dies coll. anni com- mun.	Dies men- inter cala
* XXI	A	Kal.	1	Circūcisio Dom.	1	1	1		3		6	12	6
X	b	IV.	2	Octava S. Stephani	2	2	2				7	12	7
XXVIII	c	III.	3	Oct. S. Ioannis	3	3	3		11		8	12	8
XXVII	d	Prid.	4	Oct. SS. Innocent.	4	4	4				9	12	9
XXVI	e	Non.	5	Vigilia	5	5	5		19		10	13	0
25 XXV	f	VIII.	6	Epiphania Dom.	6	6	6		8		11	13	1
XXIV	g	VII.	7		7	7	7				12	13	2
XXIII	A	VI.	8		8	8	8		16		13	13	3
XXII	b	V.	9		9	9	9		5		14	13	4
XXI	c	IV.	10		10	10	10				15	13	5
XX	d	III.	11	Higinii Pap. & m.	11	11	11		13		16	13	6
XIX	e	Prid.	12		12	12	12		2		17	13	7
XVIII	f	Id.	13	Octava Epiph.	13	13	13				18	13	8
XVII	g	XIX.	14	Hilarii ep. & Cōf.	14	14	14		10		19	13	9
XVI	A	XVIII.	15	Pauli eremita	15	15	15				20	14	0
XV	b	XVII.	16	Marcelli Pap. & m.	16	16	16		18		21	14	1
XIV	c	XVI.	17	Antonii Abbat.	17	17	17		7		22	14	2
XIII	d	XV.	18	Cathe. S. Pet. Ro.	18	18	18				23	14	3
XII	e	XIV.	19	Marii, Mari. Audif.	19	19	19		15		24	14	4
XI	f	XIII.	20	Fab. & Sebast. m.	20	20	20		4		25	14	5
X	g	XII.	21	Agnetis virg. & m.	21	21	21				26	14	6
IX	A	XI.	22	Vincent. & Anast.	22	22	22		12		27	14	7
VIII	b	X.	23	Emeren. virg. & m.	23	23	23		1		28	14	8
VII	c	IX.	24	Timothei ep. & m.	24	24	24				29	14	9
VI	d	VIII.	25	Conuers. S. Pau.	25	25	25		9		30	15	0
V	e	VII.	26	Polycarpi ep. & m.	26	26	26				MECHIR		
IV	f	VI.	27	Io. Chrysost. ep. cōf.	27	27	27		17		2	15	1
III	g	V.	28	Agnetis secundo.	28	28	28		6		3	15	2
II	A	IV.	29		29	29	29				4	15	3
I	b	III.	30		30	30	30		14		5	15	4
*	c	Prid.	31		31	31	31		3		6	15	5

CALENDARIVM GRE- GORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				Pro Cal. veteri.		Pro Calend. Alexandr.		
FEBRVARIVS.					FEBRVARIVS.				Februar.		MECHIR		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Cycluse- pacta- rum.	Lit. Deno- mi- nic. dierū.	Deno- men- sis.	Dies	Festa Romana stabilia.	Dies collec. anni cōmu- nis.	Dies collec. anni biflex.	Dies mens. anni biflex.		Aurei nume- ri.		Dies men- sis.	Dies coll. anni com- mun.	Dies mens. anni inter- cala.
XXIX.	d	Kal.	1	Ignatii ep. & mar.	32	32	1				7	157	6
XXVIII.	e	IV.	2	Purifica. B. Mar.	33	33	2		11		8	158	7
XXVII.	f	III.	3	Blasii episc & mar.	34	34	3		19		9	159	8
XXVI.	g	Id.	4		35	35	4		8		10	160	9
XXV.	A	Non.	5	Agatha virg. & m.	36	36	5				11	161	10
XXIV.	b	VIII.	6	Dorothea vir. & m.	37	37	6		16		12	162	11
XXIII.	c	VII.	7		38	38	7		5		13	163	12
XXII.	d	VI.	8		39	39	8				14	164	13
XXI.	e	V.	9	Apollon. vir & m.	40	40	9		13		15	165	14
XX.	f	IV.	10		41	41	10		2		16	166	15
XIX.	g	III.	11		42	42	11				17	167	16
XVIII.	A	Id.	12		43	43	12		10		18	168	17
XVII.	b	Idib.	13		44	44	13				19	169	18
XVI.	c	XVI.	14	Valenti. pres. & m.	45	45	14		18		20	170	19
XV.	d	XV.	15	Fausti. & Louisa m.	46	46	15		7		21	171	20
XIV.	e	XIV.	16		47	47	16				22	172	21
XIII.	f	XIII.	17		48	48	17		15		23	173	22
XII.	g	XII.	18	Simeonis ep. & m.	49	49	18		4		24	174	23
XI.	A	XI.	19		50	50	19				25	175	24
X.	b	X.	20		51	51	20		12		26	176	25
IX.	c	IX.	21		52	52	21		1		27	177	26
VIII.	d	VIII.	22	Cat' ed. S. Petr.	53	53	22				28	178	27
VII.	e	VII.	23	Vigilia. (Ant.	54	54	23		9		29	179	28
VI.	f	VI.	24		55	55	24						29
V.	g	V.	25	Matthia Apost.	56	56	25				30	180	30
IV.	A	IV.	26		57	57	26		17		PHA	MEN	OTH
III.	b	III.	27		58	58	27		6		2	182	2
II.	c	Id.	28		59	59	28				3	183	3
I.		Prid.	29		60	60	29		14		4	184	4

CALEN-

CALENDARIUM GREGORIANUM

MARTIUS

1	2	3	4	5
Cyclus Epactæ rum	Littera Dominica minic dierum	Denominatio mensium	Dies mensis	Festa Romana stabilia
XXIX	d	Kalen	1	
XXVIII	e	V I	2	
XXVII	f	V	3	
XXVI	g	IV	4	
XXV	A	III	5	
XXIV	b	Prid.	6	
XXIII	c	Non.	7	In. de Aq. Cōf.
XXII	d	VIII	8	
XXI	e	VII	9	Quadez. Mart.
XX	f	VI	10	
XIX	g	V	11	
XVIII	A	IV	12	Greg. Pa. & Cōf.
XVII	b	III	13	
XVI	c	Prid.	14	
XV	d	Idib.	15	
XIV	e	XVII	16	
XIII	f	XVI	17	
XII	g	XV	18	
XI	A	XIV	19	Joseph Confess.
X	b	XIII	20	
IX	c	XII	21	Benedict. Abbat.
VIII	d	XI	22	
VII	e	X	23	
VI	f	IX	24	
V	g	VIII	25	Annun. B. Mariæ
IV	A	VII	26	
III	b	VI	27	
II	c	V	28	
I	d	IV	29	
	e	III	30	
	f	Prid.	31	

Pro Calendario Gregoriano.

MARTIUS

6	7	8	9
Dies coll. ann. com.	Dies collect. ann. bissex.	Dies Ter. m. Pa. bissex.	Dies Ter. m. Pa. schal.
60	61	1	
61	62	2	
62	63	3	
63	64	4	
64	65	5	
65	66	6	
66	67	7	
67	68	8	
68	69	9	
69	70	10	
70	71	11	
71	72	12	
72	73	13	
73	74	14	
74	75	15	
75	76	16	
76	77	17	
77	78	18	
78	79	19	
79	80	20	
80	81	21	XXII
81	82	22	XXI
82	83	23	XX
83	84	24	XX
84	85	25	XIX
85	86	26	XVIII
86	87	27	XVII
87	88	28	XVI
88	89	29	XV
89	90	30	XIV
90	91	31	XIII

Pro Calendario veteri.

Martius.

10	11
Ag. rei m. Pa. vi	Ter. m. Pa. schal
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
20	
21	
22	
23	
24	
25	
26	
27	
28	
29	
30	
31	

Pro Calendario Alexandrino.

PHAMENOTH.

12	13	14
Dies mens. coll. ann. schal.	Dies mens. coll. ann. schal.	Dies mens. coll. ann. schal.
5	185	5
6	186	6
7	187	7
8	188	8
9	189	9
10	190	10
11	191	11
12	192	12
13	193	13
14	194	14
15	195	15
16	196	16
17	197	17
18	198	18
19	199	19
20	200	20
21	201	21
22	202	22
23	203	23
24	204	24
25	205	25
26	206	26
27	207	27
28	208	28
29	209	29
30	210	30
31	211	31

CALENDARIVM GRE- GORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				ProCalen. veteri.		Pro Calend. Alexandr.		
APRILIS					APRILIS.				Aprilis.		APRILIS		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
<i>Opellus</i> <i>Epaphro-</i> <i>ditum.</i>	<i>Li-</i> <i>ter. mi-</i> <i>De tio di-</i> <i>mo- crum</i> <i>nic.</i>	<i>Den-</i> <i>er. mi-</i> <i>De tio di-</i> <i>mo- crum</i> <i>fic.</i>	<i>Di-</i> <i>es</i> <i>fic.</i>	<i>Festa Romana</i> <i>stabilia.</i>	<i>Dies</i> <i>coll.</i> <i>anni</i> <i>com</i> <i>mum</i>	<i>Dies</i> <i>coll.</i> <i>anni</i> <i>biff.</i>	<i>Dies</i> <i>mens</i> <i>anni</i> <i>biff.</i>	<i>Termi-</i> <i>ni Pa-</i> <i>schal.</i>	<i>Aurel</i> <i>nume</i> <i>ri.</i>	<i>Ter</i> <i>mi-</i> <i>ni</i> <i>Pa-</i> <i>sch.</i>	<i>Di-</i> <i>mes</i> <i>fic.</i>	<i>des</i> <i>col.</i> <i>an-</i> <i>ni</i> <i>inter-</i> <i>com</i> <i>cal</i>	<i>Dies</i> <i>mens</i> <i>anni</i> <i>inter-</i> <i>com</i> <i>cal</i>
XXX	g	Kal.	1		91	92	1 XII			15	6	216	6
XXVII	A	IV	2		92	93	2 XI		11	4	7	217	7
XXVII	b	III	3		93	94	3 X				8	218	8
25 XXVI	c	Prid.	4		94	95	4 IX		19	12	9	219	9
XXV XXIV	d	Non	5		95	96	5 VIII		8	1	10	220	10
XXIII	e	VIII	6		96	97	6 VII		16		11	221	11
XXII	f	VII	7		97	98	7 VI		5	9	12	222	12
XXI	g	VI	8		98	99	8 V				13	223	13
XX	A	V	9		99	100	9 IV		13	17	14	224	14
XIX	b	IV	10		100	101	10 III		2	6	15	225	15
XVIII	c	III	11	<i>Leouis Pap. & conf.</i>	101	102	11 II				16	226	16
XVII	d	Prid.	12		102	103	12 I		10	14	17	227	17
XVI	e	Idib.	13		103	104	1 *			3	18	228	18
XV	f	XVIII	14	<i>Tibur. Va. & Max.</i>	104	105	14 XXIX		18		19	229	19
XIV	g	XVII	15		105	106	15 XXVI		7	11	20	230	20
XIII	A	XVI	16		106	107	16 XXVII				21	231	21
XII	b	XV	17	<i>Anicet. Pap. & m.</i>	107	108	17 XXVI		15	19	22	232	22
XI	c	XIV	18		108	109	18 XXV		4	8	23	233	23
X	d	XIII	19		109	110	19 XXIV				24	234	24
IX	e	XII	20		110	111	20		12		25	235	25
VIII	f	XI	21		111	112	21		1		26	236	26
VII	g	X	22	<i>Sotber. & Gaii PP.</i>	112	113	22				27	237	27
VI	A	IX	23	<i>Georgii mart.</i>	113	114	23		9		28	238	28
V	b	VIII	24		114	115	24				29	239	29
IV	c	VII	25	<i>Marci Euang.</i>	115	116	25		17		30	240	30
III	d	VI	26	<i>Cleti. & Marc. PP.</i>	116	117	26		6		P.A	CHO N	
II	e	V	27		117	118	27				2	241	
I	f	IV	28	<i>Vital. Mart.</i>	118	119	28		14		3	242	
*	g	III	29		119	120	29		2		4	243	
XXIX	A	Prid.	30		120	121	30				5	244	

CALENDARIVM GREGORIANVM					Pro Calendario Gregoriano.				Pro Cal. veteri.		Pro Calendar. Alexandr.		
M A I V S.					M A I V S.				Maius.		PACHON		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Cyclus Epactarum.	Ls. Dominic.	Denominatio dierum.	Dies mensis.	Festa Romana stabilia.	Dies coll. annu comm.	Dies collec. annu biss.	Dies mens. annu biss.		As- rei nu- meri.		dies mens. fis.	Dies coll. annu comm.	Dies mens. inter- cal.
XXVII	b	Kal.	1	Philip. & Iac. Ap.	121	122	1		11		6	246	6
XXVIII	c	VI.	2	Ashanas. ep. & conf.	122	123	2				7	247	7
XXVI	d	V.	3	Inuent. S. Crucis.	123	124	3		19		8	248	8
25 XXV	e	IV.	4	Monica vid.	124	125	4		8		9	249	9
XXIV	f	III.	5		125	126	5				10	250	10
XXIII	g	Prid.	6	Ioan. anteport. Lat.	126	127	6		16		11	251	11
XXII	A	Non.	7		127	128	7		5		12	252	12
XXI	b	VIII.	8	Apparit. S. Mich.	128	129	8				13	253	13
XX	c	VII.	9	Greg. Theol. ep. conf.	129	130	9		13		14	254	14
XIX	d	VI.	10	Gord. & Epim.	130	131	10		2		15	255	15
XVIII	e	V.	11		131	132	11				16	256	16
XVII	f	IV.	12	Ner. Achil. Pantrat.	132	133	12		10		17	257	17
XVI	g	III.	13		133	134	13				18	258	18
XV	A	Prid.	14	Bonifac. mar.	134	135	14		18		19	259	19
XIV	b	Idib.	15		135	136	15		7		20	260	20
XIII	c	XVII.	16		136	137	16				21	261	21
XII	d	XVI.	17		137	138	17		15		22	262	22
XI	e	XV.	18		138	139	18		4		23	263	23
X	f	XIV.	19	Potentiana virg.	139	140	19				24	264	24
IX	g	XIII.	20		140	141	20		12		25	265	25
VIII	A	XII.	21		141	142	21		1		26	266	26
VII	b	XI.	22		142	143	22				27	267	27
VI	c	X.	23		143	144	23		9		28	268	28
V	d	IX.	24		144	145	24				29	269	29
IV	e	VIII.	25	Vrbani Pap. & m.	145	146	25		17		30	270	30
III	f	VII.	26	Elenh. Pap. & m.	146	147	26		6		PACHON		
II	g	VI.	27	Ioannis Pap. & m.	147	148	27				2	272	2
I	A	V.	28		148	149	28		14		3	273	3
+	b	IV.	29		149	150	29		3		4	274	4
XXIX	c	III.	30	Felici Pap. & m.	150	151	30				5	275	5
XXVIII	d	Prid.	31	Petronilla virg.	151	152	31		11		6	276	6

CALENDARIVM GRE- GORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				Pro calen. veteri.		Pro Calend. Alexandr.		
I V N I V S					I V N I V S				I n i u s .		P A Y N I .		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Cyclus Epacta- rum.	Li- Do- mi- ni- c. erum.	Deno- mi- tio di- fis.	Dies men- fis.	Festa ROMANA fastidia.	Dies collect.	Dies coll. 2. mens anni	Dies coll. 2. mens anni		Ante- name- ri.		dies pro- fecti	Dies collect.	Dies mens.
XXVII	e	Kal.	1		152	153	1				7	277	
25 XXVI	f	IV	2	Marcel. Pet. Eras. m.	153	154	2		19		8	278	
XXV	g	III	3		154	155	3		8		9	279	
XXIII	A	Prid.	4		155	156	4		16		10	280	10
XXII	b	Non.	5		156	157	5		5		11	281	11
XXI	c	VI	6		157	158	6				12	282	12
XX	d	V	7		158	159	7		13		13	283	13
XIX	e	IV	8		159	160	8		2		14	284	14
XVIIII	f	III	9	Primi & Felicia m.	160	161	9				15	285	15
XVI	g	II	10		161	162	10		10		16	286	16
XVI	A	Prid.	11	Barnabæ Apost.	162	163	11				17	287	17
XV	b	Non.	12	Bas. Cyr. Nab. Naz.	163	164	12		18		18	288	18
XIV	c	VI	13		164	165	13		7		19	289	19
XIII	d	V	14	Basiliæ & confess.	165	166	14				20	290	20
XII	e	IV	15	Viti Mod. Cresc. m.	166	167	15		15		21	291	21
XI	f	III	16		167	168	16		4		22	292	22
X	g	II	17		168	169	17				23	293	23
IX	A	Prid.	18	Marci & Marcel. m.	169	170	18		12		24	294	24
VIII	b	Non.	19	Greg. & Proth. m.	170	171	19		1		25	295	25
VII	c	VI	20	Silvestri Pap. & m.	171	172	20				26	296	26
VI	d	V	21		172	173	21		9		27	297	27
V	e	IV	22	Pauli ep. conf.	173	174	22				28	298	28
IV	f	III	23	Vigilia	174	175	23		17		29	299	29
III	g	II	24	Nat. S. Io. Bapt.	175	176	24		6		30	300	30
II	A	Prid.	25		176	177	25				31	301	31
I	b	Non.	26	Ioan. & Paul. m.	177	178	26		14		2	302	
*	c	VI	27		178	179	27		3		3	303	
XXIX	d	V	28	Leon. Pap. conf.	179	180	28				4	304	
XXVIII	e	IV	29	Pet. & Pauli Apost.	180	181	29		11		5	305	
XXVII	f	III	30	Cyri. S. Paul. Ap.	181	182	30				6	306	

CALE

CALENDARIUM GREGORIANVM					Pro Calendario Gregoriano.				Pro Cal. veteri.		Pro Calend. Alexandr.		
IV L I V S.					IV L I V S.				Iulius.		EPIPHI		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
<i>Cyclus</i> <i>Epactæ</i> <i>rum.</i>	<i>Li.</i> <i>Do mi na - men</i> <i>tic. erum.</i>	<i>Deno -</i> <i>mo - tio di</i> <i>fis.</i>	<i>Dies</i> <i>fis.</i>	<i>Festæ Romana</i> <i>stabilia.</i>	<i>Dies</i> <i>coll.</i> <i>annus</i> <i>com - mun.</i>	<i>Dies</i> <i>collec.</i> <i>annus</i> <i>biss.</i>	<i>Dies</i> <i>mens.</i> <i>annus</i> <i>biss.</i>		<i>An -</i> <i>rei nu</i> <i>meri.</i>		<i>dies</i> <i>mens.</i> <i>coll.</i> <i>annus</i> <i>com - mun.</i>	<i>Dies</i> <i>coll.</i> <i>annus</i> <i>com - mun.</i>	<i>Dies</i> <i>mens.</i> <i>coll.</i> <i>annus</i> <i>com - mun.</i>
XXVI	g	Kal.	1	Off. S. Ioh. Baptif.	182	183	1		19		7	307	7
25 XXV	A	VI.	2	Visitat. o B. Mariæ.	183	184	2		8		8	308	8
XXIV	b	V.	3		184	185	3				9	309	9
XXIII	c	IV.	4		185	186	4		16		10	310	10
XXII	d	III.	5		186	187	5		5		11	311	11
XXI	e	Prid.	6	Off. Apost. Pet. & P.	187	188	6				12	312	12
XX	f	Non.	7		188	189	7		13		13	313	13
XIX	g	VIII.	8		189	190	8		2		14	314	14
XVIII	A	VII.	9		190	191	9				15	315	15
XVII	b	VI.	10	Sept. frat. m. Ruf. & c.	191	192	10		10		16	316	16
XVI	c	V.	11	Pii Pap. & m.	192	193	11				17	317	17
XV	d	IV.	12	Nab. & Felicit. m.	193	194	12		18		18	318	18
XIV	e	III.	13	Anaclet. Pap. & m.	194	195	13		7		19	319	19
XIII	f	Prid.	14	Bonauent. ep. conf.	195	196	14				20	320	20
XII	g	Idib.	15		196	197	15		15		21	321	21
XI	A	XVII.	16		197	198	16		4		22	322	22
X	b	XVI.	17	Alexii confess.	198	199	17				23	323	23
IX	c	XV.	18	Symph. cum 7. fil. m.	199	200	18		12		24	324	24
VIII	d	XIV.	19		200	201	19		1		25	325	25
VII	e	XIII.	20	Margar. v. & m.	201	202	20				26	326	26
VI	f	XII.	21	Praxed. virg.	202	203	21		9		27	327	27
V	g	XI.	22	Mariæ Magd.	203	204	22				28	328	28
IV	A	X.	23	Apollinar. ep. m.	204	205	23		17		29	329	29
III	b	IX.	24	Vig. S. Christin.	205	206	24		6		30	330	30
II	c	VIII.	25	Iacob. Apoll.	206	207	25				ME	SORI	
I	d	VII.	26		207	208	26		14		2	332	2
*	e	VI.	27	Pantaleo. m.	208	209	27		3		3	333	3
XXIX	f	V.	28	Naz. Cels. Vict. PP.	209	210	28				4	334	4
XXVIII	g	IV.	29	Martha virg. (& c.	210	211	29		11		5	335	5
XXVII	A	III.	30	Abdon &	211	212	30		19		6	336	6
XXVI	b	Prid.	31		212	213	31				7	337	7

CALENDARIVM GREGORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				Pro calen. veteri.	Pro Calend. Alexandr.			
AVGVSTVS					AVGVSTVS				Augustus	MESORI			
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
<i>Cyclos Epactarum.</i>	<i>Ls. Denominatio diei.</i>	<i>Denominatio diei.</i>	<i>Dies mensis.</i>	<i>Festa Romana stabilia.</i>	<i>Dies collectarum.</i>	<i>Dies collectarum.</i>	<i>Dies mensis.</i>	<i>Dies mensis.</i>	<i>Aurei numeri.</i>	<i>diei.</i>	<i>Dies collectarum.</i>	<i>Dies mensis.</i>	<i>Dies mensis.</i>
XXIV	c	Kal.	1	Petri ad vincula.	213	214	1		8		8	338	8
XXIII	d	iv	2	Stephani Pap. & m.	214	215	2		16		9	339	9
XXII	e	iii	3	Inuent. S. Stepha.	215	216	3		5	10	10	340	10
XXI	f	Prid.	4	Dominic. confess.	116	217	4				11	341	11
XX	g	Non.	5	Dedic. S. Mar. adni.	217	218	5		13		12	342	12
XIX	A	vi	6	Transfig. Domini.	218	219	6		2		13	343	13
XVIII	b	vii	7	Donati ep. & m.	219	220	7				14	344	14
XVII	c	vi	8	Cyr larg. & Suar.	220	221	8		10		15	345	15
XVI	d	v	9	Vigilia	221	222	9				16	346	16
XV	e	iv	10	Laurentii mar.	222	223	10		18		17	347	17
XIV	f	iii	11		223	224	11		17		18	348	18
XIII	g	Prid.	12		224	225	12				19	349	19
XII	A	Idib.	13		225	226	13		15		20	350	20
XI	b	xix	14		226	227	14		4		21	351	21
X	c	xviii	15	Assumpt. B. Mar.	227	228	15				22	352	22
IX	d	xvii	16		228	229	16				23	353	
VIII	e	xvi	17	Octava S. Laurent.	229	230	17		12		24	354	
VII	f	xv	18		230	231	18		1		25	355	
VI	g	xiv	19		231	232	19				26	356	26
V	A	xiii	20	Bernard. Abb.	232	233	20				27	357	27
IV	b	xii	21		233	234	21		17		28	358	28
III	c	xi	22	Octau. Assumpt.	234	235	22		6		29	359	29
II	d	x	23	Vigilia.	235	236	23				30	360	30
I	e	ix	24	S. Barthol. Apost.	236	237	24		14		EP	Agom ena	
*	f	viii	25	Ludovici Regis conf.	237	238	25		3		2	362	2
XXIX	g	vii	26	Zepheri Pap. m.	238	239	26				3	363	3
XXVIII	A	vi	27		239	240	27		11		4	364	4
XXVII	b	v	28	August. ep. & co. f.	340	241	28		19		5	365	5
XXVI	c	iv	29	Decol. S. Io. Bapt.	241	242	29				TH	OTH	6
25 XXV	d	iii	30	Felici & Adauct. m.	24	243	30		8		2	2	
XXIV	e	Prid.	31		243	244	31				3	3	

CALEN.

CALENDARIVM GREGORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				Pro calen. veteri.		Pro Calend. Alexand.		
SEPTEMBER.					SEPTEMBER.				Septemb.		THOTH		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
<i>Cyclus Epactarum.</i>	<i>Li. Dominice.</i>	<i>Dominice.</i>	<i>Dies mensis.</i>	<i>Festa Romana stabilia.</i>	<i>Dies coll. anni comm.</i>	<i>Dies coll. anni biss.</i>	<i>Dies mens. anni biss.</i>		<i>Aurei numeri.</i>		<i>Dies mens. coll. fi.</i>	<i>Dies mens. coll. anni comm.</i>	<i>d. mē. an pro xi post inter. cal.</i>
XXIIII	f	Kal.	1	<i>Agidi Abb.</i>	244	245	1		16		4	4	31
XXIII	g	IV.	2		245	346	2		5		5	5	4
XXII	A	III.	3		246	247	3				6	6	5
XX	b	Prid.	4		247	248	4		13		7	7	6
XIX	c	Non.	5		248	249	5		2		8	8	7
XVIII	d	VIII.	6		249	250	6				9	9	8
XVII	e	VII.	7		250	251	7		10		10	10	9
XVI	f	VI.	8	<i>Natiuit. B. Mar.</i>	251	252	8				11	11	10
XV	g	V.	9		252	253	9		18		12	12	11
XIV	A	IV.	10		253	254	10		7		13	13	12
XIII	b	III.	11		254	255	11				14	14	13
XII	c	Prid.	12		255	256	12		15		15	15	14
XI	d	Idib.	13		256	257	13		4		16	16	15
X	e	XVIII.	14	<i>Exaltatio S. Crucis.</i>	257	258	14				17	17	16
IX	f	XVII.	15	<i>Octau. Nat. B. Mar.</i>	258	259	15		12		18	18	17
VIII	g	XVI.	16	<i>Cornelii & Cypr. P. P.</i>	259	260	16		1		19	19	18
VII	A	XV.	17		260	261	17				20	20	19
VI	b	XIV.	18		261	262	18		9		21	21	20
V	c	XIII.	19		262	263	19				22	22	21
IV	d	XII.	20	<i>Vigilia.</i>	263	264	20		17		23	23	22
III	e	XI.	21	<i>Matthæi Apost.</i>	264	265	21		6		24	24	23
II	f	X.	22	<i>Maurit. & soc. m.</i>	265	266	22				25	25	24
I	g	IX.	23	<i>Lini Pap. & m.</i>	266	267	23		14		26	26	25
*	A	VIII.	24		267	268	24		3		27	27	26
XXIX.	b	VII.	25		268	269	25				28	28	27
XXVIII.	c	VI.	26	<i>Cypr. & Iust. m.</i>	269	270	26		11		29	29	28
XXVII.	d	V.	27	<i>Cosm. & Dam. m.</i>	270	271	27		19		30	30	29
25 XXVI.	e	IV.	28		271	272	28				PH	aophi	30
XXV.	f	III.	29	<i>Dedic. S. Mich.</i>	272	273	29		8		2	32	1
XXIV.	g	Prid.	30	<i>Hiero. presb. conf.</i>	273	274	30				3	33	2

CALENDARIUM GREGORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				Pro Calend. veteri.		Pro Calend. Alexandr.		
OCTOBER					OCTOBER				OCTOBER		PHAOPHI		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
<i>Cyclus Epactarum.</i>	<i>Le. Deno. De. ter. minas.</i>	<i>De. ter. minas.</i>	<i>De. ter. minas.</i>	<i>Festa Romana stabilia.</i>	<i>Dies coll. anni com. munda.</i>	<i>Dies coll. anni biss.</i>	<i>Dies mens. anni biss.</i>		<i>Aures wunue ri.</i>		<i>Dr. s. me. fis.</i>	<i>dies col. an. ni com.</i>	<i>d. mē. an. pro. xi. post. inter. cal.</i>
XXII	A	Kal.	1	Remigii ep. conf.	274	275	1		16		4	34	3
XXI	b	vi	2		275	276	2		5		5	35	4
XX	c	v	3		276	277	3		13		6	36	5
XIX	d	iv	4	Francisci conf.	277	278	4		2		7	37	6
XVIII	e	iii	5		278	279	5				8	38	7
XVII	f	Prid.	6		279	280	6		10		9	39	8
XVI	g	Non	7	S. Marci Pap. conf.	280	281	7				10	40	9
XV	A	vi i i	8		281	282	8		18		11	41	10
XIV	b	v i i	9	Dion. Rust. Eleut.	282	283	9		7		12	42	11
XIII	c	vi	10		283	284	10				13	43	12
XII	d	v	11		284	285	11		15		14	44	13
XI	e	iv	12		285	286	12		4		15	45	14
X	f	iii	13		286	287	13				16	46	15
IX	g	Prid.	14	Callist. Pap. m.	287	288	14		12		17	47	16
VIII	A	Idib.	15		288	289	15		1		18	48	17
VII	b	xvii	16		289	290	16				19	49	18
VI	c	xvi	17		290	291	17		9		20	50	19
V	d	xv	18	Lucæ Euang.	291	292	18				21	51	20
IV	e	xiv	19		292	293	19		17		22	52	21
III	f	xiii	20		293	294	20		6		23	53	22
II	g	xii	21	Hilarion. Abb.	293	295	21				24	54	23
I	A	xi	22		294	296	22		14		25	55	24
*	b	x	23		296	297	23		3		26	56	25
XXIX	c	ix	24		297	298	24				27	57	26
XXVIII	d	viii	25	Chrys. & Dar m.	298	299	25		11		28	58	27
XXVII	e	vii	26	Euarist. P. & m.	299	300	26		19		29	59	28
XXVI	f	vi	27	Vigilia	300	301	27				30	60	29
25 XXV	g	v	28	Sim. & Iud. Ap.	301	302	28		8		AT	HYR	30
XXIV	A	iv	29		302	303	29				2	62	
XXIII	b	iii	30		303	304	30		16		3	63	
XXII	c	Prid.	31	Vigilia.	304	305	31		5		4	64	

CALEN.

CALENDARIVM GREGORIANVM.					Pro Calendario Gregoriano.				Pro calen. veteri.		Pro Calend. Alexand.		
NOVEMBER.					NOVEMBER.				Nouemb.		ATHYR		
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
Cyclus Epacta vnm.	Ls. D mo usc	Deno mina tio de teram.	Dies mo di be.	Festa Romana stabilia.	Dies coll. annus com- mun	Dies coll. annus biff.	Dies mens. annus biff.		Aurea nume- ra.		Dies men fis	Dies collec. annus com- mun	d mō an pro su post inter- cal.
XXI	d	Kal.	1	Fest. omn. Sancto.	305	306	1				5	65	4
XX	e	IV.	2	Com. om. defunct.	306	307	1		13		6	66	5
XIX	f	III.	3		307	308	3		2		7	67	6
XVIII	g	Prnd.	4		308	309	4				8	68	7
XVII	A	Non	5		309	310	5		10		9	69	8
XVI	b	VIII.	6		310	311	6				10	70	9
XV	c	VII.	7		311	312	7		18		11	71	10
XIV	d	VI.	8	Ostaua omn. Sancto.	312	313	8		7		12	72	11
XIII	e	V.	9	Dedic. Bal. Saluar.	313	314	9				13	73	12
XII	f	IV.	10	2 heoph. Respi. Nymph.	314	315	10		15		14	74	13
XI	g	III.	11	Martin. episc. conf.	315	316	11		4		15	75	14
X	A	Prnd.	12	Mart. Pap & m.	316	317	12				16	76	15
IX	b	Idib.	13		317	318	13		12		17	77	16
VIII	c	XVIII.	14		318	319	14		1		18	78	17
VII	d	XVII.	15		319	320	15				19	79	18
VI	e	XVI.	16		320	321	16		9		20	80	19
V	f	XV.	17	Gregor. Thaumal.	321	322	17				21	81	20
IV	g	XIV.	18	Dedic. Bas. Pet. & P.	322	323	18		17		22	82	21
III	A	XIII.	19	Pontian. Pap. & m.	323	324	19		6		23	83	22
II	b	XII.	20		324	325	20				24	84	23
I	c	XI.	21		325	326	21		14		25	85	24
*	d	X.	22	Caciliæ virg. & mart.	326	327	22		3		26	86	25
XXIX	e	IX.	23	Clement. Pap. & m.	327	328	23				27	87	26
XXVIII	f	VIII.	24	Chrysog. mart.	328	329	24		11		28	88	27
XXVII	g	VII.	25	Cathar. virg. m.	329	330	25		19		29	89	28
25 XXVI	A	VI.	26	Pet. Alex. ep. m.	330	331	26				30	90	29
XXV XXIV	b	V.	27		331	332	27		8		CH	OIAC	30
XXIII	c	IV.	28		332	333	28				2	92	1
XXII	d	III.	29	Vigilia.	333	334	29		16		3	93	2
XXI	e	Prnd.	30	Andrez Apof.	334	335	30		5		4	94	3

CALENDARIVM GRE- GORIANVM					Pro Calendario Gregoriano.				Pro Cal. veteri.	Pro Calend. Alexand.
DECEMBER					DECEMBER.				Decemb.	CHOIAC
I	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
<i>Cyclus Epacta vnm.</i>	<i>Li. Do- mi- ni- c.</i>	<i>Den- mi- tio di- crnm.</i>	<i>Dies men- fis.</i>	<i>Festa Romana stabilia.</i>	<i>Dies coll. anni com- muni.</i>	<i>Dies collec. anni biss.</i>	<i>Dies mens. anni biss.</i>		<i>An- ni nu- meri.</i>	
XX	f	Kal.	1		335	336	1		13	
XIX	g	IV.	2	Bibiana virg. m.	336	337	2		2	
XVIII	A	III.	3		337	338	3			
XVII	b	Prid.	4	Barbar. virg. m.	338	339	4		10	
XVI	c	Non.	5	Sabba Abbat.	339	340	5			
XV	d	VIII.	6	Nicolai episc. confess.	340	341	6		18	
XIV	e	VII.	7	Ambrosii episc. conf.	341	342	7		7	
XIII	f	VI.	8	Concept. B. Mariæ	342	343	8			
XII	g	V.	9		343	344	9		15	
XI	A	IV.	10	Melchiod. p. & m.	344	345	10		4	
X	b	III.	11	Damasi P. & conf.	345	346	11			
IX	c	Prid.	12		346	347	12		12	
VIII	d	Idib.	13	Luciæ virg. & m.	347	348	13		1	
VII	e	XIX.	14		348	349	14			
VI	f	XVIII.	15		349	350	15		9	
V	g	XVII.	16		350	351	16			
IV	A	XVI.	17		351	352	17		17	
III	b	XV.	18		352	353	18		6	
II	c	XIV.	19		353	354	19			
I	d	XIII.	20	Vigilia	354	355	20		14	
*	e	XII.	21	Thomæ Apost.	355	356	21		3	
XXIX	f	XI.	22		356	357	22			
XXVIII	g	X.	23		357	358	23		11	
XXVII	A	IX.	24	Vigilia	358	359	24		19	
XXVI	b	VIII.	25	Nat. D. N. Iesu Chr.	359	360	25			
XXV	c	VII.	26	Stepha. protomart.	360	361	26		9	
XXIV	d	VI.	27	Ioan. Ap. & Euang.	361	362	27			
XXIII	e	V.	28	SS. Innoc. mart.	362	363	28		16	
XXII	f	IV.	29	Thomæ Cant. ep.	363	364	29		5	
XXI	g	III.	30		364	365	30			
19 XX	A	Prid.	31	Siluestri P. & conf.	365	366	31		13	

CALEN-

Exponuntur quadam tabula ad examen, & vsum Calendariorum spectantes.

TAbulas hoc capite damus octo, eas nimirum tantum, quæ visæ sunt ad scopum, ac propositum nostrum maxime facere. Et quatuor quidem priores ex capite 17 Libri primi Caluissiani Elenchi huc transtulimus. vt is, qui nostras vellet examinare operationes, haberet vnde eandem normam acciperet, nec opus ei esset alio excurrere: hisce enim tabulis tanquam Goliæ ensopotissimum in Refutatione Elenchi vñ sumus ad truneandas Caluissianas calumnias. Posteriores vero propter Calendarii Romani, tam noui, quam veteris vsum, quem sequentibus Regulis tradere constituimus, subiunximus. De constructione porro harum tabularum breuitatis causa verba facere nolui- mus: nam quod ad priores attinet, earum constructio tum ex ipsis tabulis, tum ex iis quæ infra capite 12. de huiusmodi tabularum structura dicturi sumus, facile colligitur; posteriorum vero fabrica intuenti eas, vel mox constabit, velex Clauio de Calendaris explicatione ea peti poterit.

Tabulæ igitur ipsæ sic se habent.

TABVLA PRIMA.

Anni Chri.	P. enilunia Dies	Paschalia fer. hor. min sec.	Cy. fol.	Cy. lu.	Anni Chri.	Plenilunia Dies	Paschalia fer. hor. min sec.	Cy. fol.	Cy. lu.
1	28	Ma. 2 4 39 41	10	2	39	8	Ma. 7 13 44 32	20	2
2	16	Ap. 1 2 12 22	11	3	40	15	Ap. 6 11 17 16	21	3
3	5	Ap. 5 11 1 0	12	4	41	4	Ap. 3 20 5 54	22	4
4	24	Ma. 2 19 49 38	13	5	42	25	Ma. 1 4 54 32	23	5
5	12	Ap. 1 17 22 40	14	6	43	13	Ap. 7 2 27 13	24	6
6	2	Ap. 6 2 11 18	15	7	44	1	Ap. 4 11 15 51	25	7
7	22	Ma. 3 10 59 56	16	8	45	21	Ma. 1. 20 4 29	26	8
8	9	Ap. 2. 8 32 37	17	9	46	9	Ap. 7 17 37 12	27	9
9	29	Ma. 6 17 21 15	18	10	47	30	Ma. 5 2 25 42	28	10
10	17	Ap. 5 14 53 57	19	11	48	16	Ap. 3 23 58 30	1	11
11	6	Ap. 2 23 42 35	20	12	49	6	Ap. 1 8 47 8	2	12
12	26	Ma. 7 8 31 21	21	13	50	25	Ma. 5 17 35 46	3	13
13	14	Ap. 6 6 3 44	22	14	51	4	Ap. 4 15 8 20	4	14
14	3	Ap. 3 14 52 13	23	15	52	2	Ap. 1 23 57 5	5	15
15	23	Ma. 7 23 40 51	24	16	53	23	Ma. 6 8 45 44	6	16
16	10	Ap. 6 21 13 32	25	17	54	11	Ap. 5 6 18 2	7	17
17	31	Ma. 4 6 2 10	26	18	55	31	Ma. 2 15 7 3	8	18
18	19	Ap. 3 3 34 51	27	19	56	18	Ap. 1. 12 39 45	9	19
19	8	Ap. 7 12 23 30	28	1	57	7	Ap. 5 21 28 23	10	1
20	27	Ma. 4 21 12 8	1	2	58	28	Ma. 3 6 17 11	1	2
21	15	Ap. 3 18 44 49	2	3	59	16	Ap. 2 3 49 42	12	3
22	5	Ap. 1. 3 33 27	3	4	60	4	Ap. 6 12 38 20	13	4
23	25	Ma. 5 12 22 5	4	5	61	24	Ma. 3 21 26 58	14	5
24	12	Ap. 4 9 54 46	5	6	62	12	Ap. 2 18 50 40	15	6
25	1	Ap. 1 18 43 25	6	7	63	2	Ap. 7 3 48 18	16	7
26	22	Ma. 6 3 32 4	7	8	64	21	Ma. 4 13 36 56	17	8
27	20	Ap. 5 1 4 45	8	9	65	9	Ap. 3 10 9 37	18	9
28	29	Ma. 2 9 53 23	9	10	66	29	Ma. 7 18 58 15	19	10
29	17	Ap. 1 7 26 4	10	11	67	17	Ap. 6 10 30 57	20	11
30	6	Ap. 5 16 14 43	11	12	68	6	Ap. 4 1 19 34	21	12
31	27	Ma. 3 1 3 21	12	13	69	26	Ma. 1 10 8 13	22	13
32	13	Ap. 1 22 36 2	13	14	70	14	Ap. 7 7 40 54	23	14
33	3	Ap. 6 7 24 39	14	15	71	3	Ap. 4 16 29 32	24	15
34	23	Ma. 3 16 13 17	15	16	72	23	Ma. 2 1 18 11	25	16
35	11	Ap. 2 13 45 59	16	17	73	10	Ap. 7 22 50 52	26	17
36	30	Ma. 6 22 34 37	17	18	74	31	Ma. 5 7 39 30	27	18
37	18	Ap. 5 20 7 18	18	19	75	19	Ap. 4 5 12 11	28	19
38	8	Ap. 3 4 55 56	19	1	76	7	Ap. 1 14 0 49	1	1

SECUNDA TABULA

Anni collecti.	Annorum					Cycl.	Anni collecti.	Collectorum					Cyclus
	Dies	fer.	hor.	min.	ic. Solis			Dies	fer.	hor.	min.	sec. Sol.	
76	0	3	5	50	1	8	2812	8	7	23	58	15	16
152	0	6	11	40	27	16	2888	9	4	5	48	28	24
228	0	2	17	30	40	24	2964	9	7	11	38	42	4
304	0	5	23	20	53	4	3040	9	3	17	28	55	12
380	1	2	5	11	7	2	3116	9	6	23	19	8	20
456	1	5	11	1	20	0	3192	10	3	5	9	21	0
532	1	1	16	51	33		3268	10	6	11	59	35	8
608	1	4	22	41	47	8	3344	10	2	16	49	48	16
684	2	1	4	32	0	16	3420	10	5	22	40	2	24
760	2	4	10	22	14	24	3496	11	2	4	30	15	4
836	2	7	16	12	27	4	3572	11	5	10	20	28	12
912	2	3	22	2	40	12	3648	11	1	16	10	42	20
988	3	7	3	52	54	20	3724	11	4	22	0	55	0
1064	3	3	9	43	7	0	3800	12	1	3	51	8	8
1140	3	6	15	33	21	8	3876	12	4	9	41	22	16
1216	3	2	21	23	34	16	3952	12	7	15	31	35	24
1292	4	6	3	13	47	24	4028	12	3	21	21	48	4
1368	4	2	9	4	0	4	4104	13	7	3	12	2	12
1444	4	5	14	54	14	12	4180	13	3	9	2	15	20
1520	4	1	20	44	27	20	4256	13	6	14	52	29	0
1596	5	5	2	34	40	0	4332	13	2	20	42	42	8
1672	5	1	8	24	54	8	4408	14	6	2	32	55	16
1748	5	4	14	15	7	16	4484	14	2	8	23	8	24
1824	5	7	20	5	21	24	4560	14	5	14	13	22	4
1900	6	4	1	55	34	4	4636	14	1	20	3	35	12
1976	6	7	7	45	48	12	4712	15	5	1	53	48	20
2052	6	3	13	36	1	20	4788	15	1	7	44	2	0
2128	6	6	19	26	14	0	4864	15	4	13	34	15	8
2204	7	3	1	16	27	8	4940	15	7	19	24	25	16
2280	7	2	7	6	41	16	5016	16	4	1	14	43	24
2356	7	2	12	56	54	24	5092	16	7	7	4	55	4
2432	7	5	18	47	7	4	5168	16	3	12	55	8	12
2508	8	2	0	37	21	12	5244	16	6	18	45	23	20
2584	8	5	6	27	35	20	5320	17	3	0	35	36	0
2660	8	1	12	17	48	0	5396	17	6	6	25	48	8
2736	8	4	18	8	2	8	5472	17	2	12	16	2	16

Nam s RESL

RESIDVVM SECVNDÆ TABVLÆ.

Anni						Collectorum						Cyc. Sol.	
Collecti	Dies	fer.	hor.	min.	sec.	Collecti	Dies	fer.	hor.	min.	sec.		
5548	17	5	18	6	15	24	8284	26	3	12	14	17	4
5614	17	1	23	56	29		8360	26	6	18	4	31	12
5700	18	5	5	46	43	12	8436	26	2	23	54	44	20
5776	18	1	11	36	55	0	8512	27	6	5	44	57	0
5852	18	4	17	27		0	8588	27	2	11	35	10	8
5924	18	7	23	17	23	8	8664	27	5	17	25	24	16
6004	19	4	5	7	7	16	8740	27	1	23	15	37	24
6080	19	7	10	57	49	24	8816	28	6	5	5	51	4
6156	19	3	16	48	3	4	8892	28	110	56		4	12
6232	19	6	22	3	15	12	8968	28	4	16	46	18	20
6308	20	3	4	8	29	20	9044	28	7	22	36	31	0
6384	20	6	10	18	43	0	9120	29	4	4	26	44	8
6460	20	2	16	8	56	8	9196	29	7	10	16	57	16
6536	20	5	21	59	9	16	9272	0	2	3	23	7	24
6612	21	2		49	23	24	9348	0	5	9	13	21	4
6688	21	5	9	39	37	4	9424	0	1	15	3	34	12
6764	21	1	15	29	50	12	9500	0	4	20	53	48	10
6840	21	4	21	20	3	20	9576	1	1	2	44	1	0
6916	22	1	3	10	16	0	9652	1	4	8	34	15	8
6992	22	4	9	0	29	8	9728	1	7	14	24	28	16
7068	22	7	14	50	43	16	9804	1	3	20	14	42	24
7144	22	3	20	40	57	24	9880	2	7	2	4	55	4
7220	23	7	2	31	10	4	9956	2	3	7	55	8	12
7296	23	3	8	21	24	12	10032	2	6	13	45	21	20
7372	23	6	14	11	37	20	10108	2	2	19	35	34	0
7444	23	2	20	1	50	0	10184	3	6	1	25	48	8
7524	24	6	1	52	3	8	10260	3	2	7	16	1	16
7600	24	2	7	42	17	16	10336	3	5	13	6	15	24
7676	24	5	13	32	30	24	10412	3	1	18	56	28	4
7752	24	1	19	22	43	4	10488	4	5	0	46	43	12
7828	25	5	1	12	57	12	10564	4	1	6	36	56	20
7904	25	1	7	3	10	20	10640	4	4	12	27	9	0
7980	25	4	12	53	24	0							
8056	25	7	18	43	37	8							
8132	26	4	0	33	50	16							
8208	26	7	6	24	3	24							

TABVLA TERTIA.

Anni col- lecti.	Dies.fer.hor.min.sec.	Anni col- lecti.	Dies.fer.hor.min.sec.
10640	4 4 12 27 8	180880	17 3 18 13 18
21280	9 2 0 54 17	191520	22 1 6 40 26
31920	13 6 13 21 25	202160	26 5 19 7 35
42560	18 4 1 48 34	212800	1 1 18 50 40
53200	22 1 14 15 42	223440	6 6 7 17 49
63840	27 6 2 42 51	234080	10 3 19 44 57
74480	2 2 2 25 56	244720	15 1 8 12 6
85120	6 6 14 53 5	255360	19 5 20 39 14
95760	11 4 3 20 13	266000	24 3 9 6 23
106400	15 1 15 47 22	276640	28 7 21 33 31
117040	20 6 4 14 30	287280	3 3 21 16 37
127680	24 3 16 41 39	297920	8 1 9 43 45
138320	29 1 5 8 47	308560	12 5 22 10 54
148960	4 4 4 51 53	319200	17 3 10 38 2
159600	8 1 17 19 1	329840	21 7 23 5 10
170240	13 6 5 46 10	340480	26 5 11 32 19

IV. TABVLA MENSIVM.

Men- ses.	Dies. fer.hor.min.sec.	Men- ses.	Dies. fer.hor.min.sec.
$\frac{1}{2}$	14 7 18 22 1	10	295 1 7 20 32
1	29 1 12 44 3	20	590 2 14 41 4
2	59 3 1 28 6	30	885 3 22 1 35
3	88 4 14 12 9	40	1181 5 5 22 7
4	118 6 2 56 13	50	1476 6 12 42 39
5	147 7 15 40 16	60	1771 7 20 3 11
6	177 2 4 24 19	70	2067 2 3 23 42
7	206 3 17 8 22	80	2362 3 10 44 14
8	236 5 5 52 25	90	2657 4 18 4 46
9	265 6 18 36 1		

V. TA-

V. TABVLA Cycli solaris antiqui.

1	2 3	4 5	6 7	8 9	10 11	12 13	14
GF	ED	CBA	GF	EDC	BA	GFE	D
15	16 17	18 19	20 21	22 23	24 25	26 27	28
C	B AG	FE	D CB	AG	F ED	CB	A

SEXTA TABVLA
CYCLVS SOLARIS GREGORIANVS

1 G	29 G	57 G	85 G	113 A	141 A
2 F	30 F	58 F	86 F	114 G	142 G
3 E	31 E	59 E	87 E	115 F	143 F
4 D C	32 D C	60 D C	88 D C	116 E D	144 E D
5 B	33 B	61 B	89 B	117 C	145 C
6 A	34 A	62 A	90 A	118 B	146 B
7 G	35 G	63 G	91 G	119 A	147 A
8 F E	36 F E	64 F E	92 F E	120 G F	148 G F
9 D	37 D	65 D	93 D	121 E	149 E
10 C	38 C	66 C	94 C	122 D	150 D
11 B	39 B	67 B	95 B	123 C	151 C
12 A G	40 A G	68 A G	96 A G	124 B A	152 B A
13 F	41 F	69 F	97 F	125 G	153 G
14 E	42 E	70 E	98 E	126 F	154 F
15 D	43 D	71 D	99 D	127 E	155 E
16 C B	44 C B	72 C B	100 C	128 D C	156 D C
17 A	45 A	73 A	101 B	129 B	157 B
18 G	46 G	74 G	102 A	130 A	158 A
19 F	47 F	75 F	103 G	131 G	159 G
20 E D	48 E D	76 E D	104 F E	132 F E	160 F E
21 C	49 C	77 C	105 D	133 D	161 D
22 B	50 B	78 B	106 C	134 C	162 C
23 A	51 A	79 A	107 B	135 B	163 B
24 G F	52 G F	80 G F	108 A G	136 A G	164 A G
25 E	53 E	81 E	109 F	137 F	165 F
26 D	54 D	82 D	110 E	138 E	166 E
27 C	55 C	83 C	111 D	139 D	167 D
28 B A	56 B A	84 B A	112 C B	140 C B	168 C B

RESI-

RESIDVVM SEXTÆ TABVLÆ.

169 A	209 A	249 G	289 F	329 F	369 E
170 G	210 G	250 F	290 E	330 E	370 D
171 F	211 F	251 E	291 D	331 D	371 C
172 E D	212 E D	252 D C	292 C B	332 C B	372 B A
173 C	213 C	253 B	293 A	333 A	373 G
174 B	214 B	254 A	294 G	334 G	374 F
175 A	215 A	255 G	295 F	335 F	375 E
176 G F	216 G F	256 F E	296 E D	336 E D	376 D C
177 E	217 E	257 D	297 C	337 C	377 B
178 D	218 D	258 C	298 B	338 B	378 A
179 C	219 C	259 B	299 A	339 A	379 G
180 B A	220 B A	260 A G	300 G	340 G F	380 F E
181 G	221 G	261 F	301 F	341 E	381 D
182 F	222 F	262 E	302 E	342 D	382 C
183 E	223 E	263 D	303 D	343 C	383 B
184 D C	224 D C	264 C B	304 C B	344 B A	384 A G
185 B	225 B	265 A	305 A	345 G	385 F
186 A	226 A	266 G	306 G	346 F	386 E
187 G	227 G	267 F	307 F	347 E	387 D
188 E	228 F E	268 E D	308 E D	348 D C	388 C B
189 D	229 D	269 C	309 C	349 B	389 A
190 C	230 C	270 B	310 B	350 A	390 G
191 B	231 B	271 A	311 A	351 G	391 F
192 A G	232 A G	272 G F	312 G F	352 F E	392 E D
193 E	233 F	273 E	313 E	353 D	393 C
194 D	234 E	274 D	314 D	354 C	394 B
195 C	235 D C	275 C	315 C	355 B	395 A
196 B	236 C B	276 B A	316 B A	356 A G	396 G F
197 A	237 A	277 G	317 G	357 F	397 E
198 G	238 G	278 F	318 F	358 E	398 D
199 F	239 F	279 E	319 E	359 D	399 C
200 E	240 E D	280 D C	320 D C	360 C B	400 B A
201 D	241 C	281 B	321 B	361 A	
202 C	242 B	282 A	322 A	362 G	
203 B	243 A	283 G	323 G	363 F	
204 A G	244 G F	284 F E	324 F E	364 E D	
205 F	245 E	285 D	325 D	365 C	
206 E	246 D	286 C	326 C	366 B	
207 D	247 C	287 B	327 B	367 A	
208 C B	248 B A	288 A G	328 A G	368 G F	

VII. TABVLA EPA-

AVREI NVMERI

Lettere e pa- tales	3	4	5	6	7	8	9	10	11
		E	P	A	C	T	Æ		
P	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII
N	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII
M	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI
H	XXVII	VIII	IX	*	XI	XXII	III	XIV	XXV
G	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV
F	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII
E	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII
D	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI
C	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX
B	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX
A	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII
u	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII
t	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI
f	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV
r	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV
q	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII
p	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII
n	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI
m	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X
l	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX
k	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII
i	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII
h	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI
g	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V
f	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV
e	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III
d	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II
c	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I
b	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*
a	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX

CTARVM

CTARVM EXPANSA.

AVREI NVMERI.

Li.	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2
Ua.			E	P	A	C	T	Æ		
P	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VIII	XIX
N	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	25	VII	XXVIII
M	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	VI	XVII
H	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	V	XVI
G	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	IV	XV
F	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	III	XIV
E	III	XIV	25	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	II	XIII
D	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	I	XII
C	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	*	XI
B	*	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XVII	XXIX	X
A	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVIII	IX
u	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVII	VIII
t	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXVI	VII
f	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXV	VI
r	25	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIV	V
q	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXIII	IV
p	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XXVIII	XXIX	X	XXII	III
n	XXII	III	XIV	25	VI	XXVII	XXVIII	IX	XXI	II
m	XXI	II	XIII	XXIV	V	XXVI	XXVII	VIII	XX	I
l	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XIX	*
k	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XXVIII	XXIX
i	XXVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XXVII	XXVIII
h	XXVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XVI	XXVII
g	XXVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XV	XXVI
f	XV	XXVI	VII	XXVIII	XXIX	X	XXI	II	XIV	XXV
e	XIV	XXV	VI	XXVII	XXVIII	IX	XX	I	XIII	XXIV
d	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XII	XXIII
c	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XXVIII	XXIX	XI	XXII
b	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XXVII	XXVIII	X	XXI
a	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XXVI	XXVII	IX	XX

VII. TABVLA EPA-

AVREI NVMERI

Litte- ra epa Eales	3	4	5	6	7	8	9	10	11
		E	P	A	C	T	Æ		
P	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII
N	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII
M	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI
H	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXV
G	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV
F	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII
E	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII
D	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI
C	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX
B	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX
A	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII
u	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XVII
t	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI
f	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV
r	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV
q	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII
p	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII
n	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	XXVIII	XIX	*	XI
m	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XXVII	XXIX	X
l	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI	XXVI	XXVIII	IX
k	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XXVI	XXVII	VIII
i	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XXV	XXVI	VII
h	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXV	VI
g	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V
f	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV
e	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III
d	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II
c	III	XIV	XXV	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I
b	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*
a	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VI	XXVII	XXIX

CTARVM

CTARVM EXPANSA.

AVREI NVMERI.

Li.	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2
epa			E	P	A	C	T	Æ		
da.										
P	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VIII	XIX
N	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	25	VII	XXVIII
M	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	VI	XVII
H	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	V	XVI
G	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	IV	XV
F	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	III	XIV
E	III	XIV	25	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	II	XIII
D	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	I	XII
C	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XVIII	*	XI
B	*	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XVII	XXIX	X
A	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVIII	IX
u	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVII	VIII
t	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	XXVI	VII
f	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXV	VI
r	25	VI	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIV	V
q	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXIII	IV
p	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XXVIII	XXIX	X	XXII	III
n	XXII	III	XIV	25	VI	XXVII	XXVIII	IX	XXI	II
m	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XX	I
l	XX	I	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XIX	*
k	XIX	*	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XVIII	XXIX
i	XVIII	XX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVII	XXVIII
h	XVII	XXVIII	IX	XX	I	XII	XXIII	IV	XVI	XXVII
g	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XI	XXII	III	XV	XXVI
f	XV	XXVI	VII	XXVIII	XXIX	X	XXI	II	XIV	XXV
e	XIV	XXV	VI	XXVII	XXVIII	IX	XX	I	XIII	XXIV
d	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	*	XII	XXIII
c	XII	XXIII	IV	XV	XXVI	VII	XXVIII	XXIX	XI	XXII
b	XI	XXII	III	XIV	25	VI	XVII	XXVIII	X	XXI
a/x	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	IX	XX	

VIII. Tabula æquationis Epactarum.

Liter. epact.	Anni Christi	Dies ex-emptiles	Dies anti-cip. luna.	Liter. epact.	Anni Christi	Dies ex-emptiles	Dies anti-cip. luna.
P	0	Biss. 0	0	m	4100	1	0
N	100	1	0	l	4200	1	0
N	200	1 ☾	1	l	4300	1 ☾ ☾	1
M	300	1	0	l	4400	Biss. 0	0
M	400	Biss. 0	0	k	4500	1	0
M	500	1 ☾	1	k	4600	1 ☾	1
H	600	1	0	i	4700	1	0
G	700	1	0	i	4800	Biss. 0	0
H	800	Biss. 0	1 ☾	i	4900	1 ☾	1
G	900	1	0	h	5000	1	0
F	1000	1	0	g	5100	1	0
F	1100	1 ☾	1	h	5200	Biss. 0	1 ☾
F	1200	Biss. 0	0	g	5300	1	0
E	1300	1	0	f	5400	1	0
E	1400	1 ☾	1	f	5500	1 ☾	1
D	1500	1	0	f	5600	Biss. 0	0
D	1600	Biss. 0	0	e	5700	1	0
C	1700	1	0	e	5800	1 ☾	1
C	1800	1 ☾ ☾	1	d	5900	1	0
B	1900	1	0	d	6000	Biss. 0	0
B	2000	Biss. 0	0	d	6100	1 ☾	1
B	2100	1 ☾	1	c	6200	1	0
A	2200	1	0	b	6300	1	0
u	2300	1	0	c	6400	Biss. 0	1 ☾
A	2400	Biss. 0	1 ☾	b	6500	1	0
u	2500	1	0	a	6600	1	0
t	2600	1	0	p	6700	1	0
t	2700	1 ☾	1	a	6800	Biss. 0	1 ☾ ☾
t	2800	Biss. 0	0	p	6900	1	0
f	2900	1	0	N	7000	1	0
f	3000	1 ☾	1	N	7100	1 ☾	1
r	3100	1	0	N	7200	Biss. 0	0
r	3200	Biss. 0	0	M	7300	1	0
r	3300	1 ☾	1	M	7400	1 ☾	1
q	3400	1	0	H	7500	1	0
p	3500	1	0	H	7600	Biss. 0	0
q	3600	Biss. 0	1 ☾	H	7700	1 ☾	1
p	3700	1	0	G	7800	1	0
n	3800	1	0	F	7900	1	0
n	3900	1 ☾	1	G	8000	Biss. 0	1 ☾
n	4000	Biss. 0	0	F	8100	1	0

2. Quod iam ad ipsas attinet tabulas, priores quatuor ad Plenilunia paschalia indaganda accommodas, ex Caluifio, vt diximus, transcripsimus; & quamuis nō simus nescii in iis, vt suo etiam loco monuimus, errores minime desiderari, quia tamen pleriq; circa pauca minuta versantur, quæ ex nostra sententia rationem paschatum turbare non debent, crassioribus tantum sublati cætera fideliter retulimus. Si quis vero accuratiorem pleniluniorum paschalium expeteret computū, is eum vel ex Clauio, vel etiam ex pseudocalendario Caluifiano, à nobis libro 4. Refutationis cap. 10. proposito, quod nihil aliud est, quam pleniluniorū paschalium tabula non ad oculos Prutenicos, vt præmissa, sed ad Tychonicos instituta, petere poterit. Nos iam breuiter tabularum vsum exponemus.

Admonitio de
ple iluniorum
tabulis.

3. Constat prima tabula columnis omnino quatuor, quarū prima annos ab æra Christiana deducit, à primo videlicet vsq; ad septuagesimum sextū; secunda Plenilunia paschalia eis correspondentia in diebus mensium Iulianorū, feriis, horis, minutis primis, & secundis à media nocte Ierosolymitana præcedenti numeratis exhibet; tertia cyclum solis, & quarta denique cyclum lunæ refert.

Tabulæ primæ
explicatio.

Secunda tabula tribus constans columnis in prima annos per 76, seu 4. lunæ cyclos colligit, in secunda anticipationes lunares annis illis debitas addit; in tertia vero ad cyclum solarem colligendum aptos proponit numeros.

De tabula se-
cunda.

Tabula tertia duas complexa columnas in priori ab eo annorum numero incipit, in quo secunda tabula desit, eundemq; per aliquot in serie naturali multiplices producit, iisdemque in posteriori columna anticipationes conuenientes afficiat.

Tercia tabula.

Quarta deniq; tabula aliquot menses lunares in diebus, horis, minutis, & secundis binis in columnis refert, in altera quidem numerum mensium, in altera vero eos, quos diximus dies, cum horis, horariisque scrupulis.

Quarta tabula,

4. Vfus quatuor harum tabularū hic est. Si numerus anni, cuius pleniluniū paschale desideras, 76. non exceßerit, prima sufficit tabula, è regione enim anni dati, dantur & reliqua. Exempli gratia. Anno Christi 33. plenilunium paschale ostenditur in Calendario veteri, die Aprilis 3, feria 6, hora à media nocte 7. 24. 39". currentibus cyclis, solis quidem 14, lunæ vero 15.

Vfus 4. tabula-
rum in plenilu-
niis paschalibus
inuestigandis.

Quod si propositus annus 76 exceßerit, ab annis vero 10640 defecerit, in secunda tabula eiusq; columna prima accipe numerum proxime minorem, (etiā si annus propositus exacte in ea inueniretur) in prima vero tabula residuū; Dies deinde, ferias, horas, & minuta cum cyclo solis ad numerum aureum in secunda tabula acceptū, subtrahere ex diebus, feriis, horis, minutis & cyclo solis ad residuū annorum numerum ex prima tabula excerptis, eritq; quod relinquitur locus plenilunii quæsitus. Exempli gratia, scire velim plenilunium Paschale anni 1606 proxime minor numerus in tabula secunda est 1596. atq; adeo eius residuū 10. cui in prima tabula adscribitur dies 17. April. fer. 5. hor. 14. min. 53. sec. 57. cycl. sol. 19. & subduco dies 5. April. fer. 5. hor. 2. min. 34. sec. 40. cyc. sol. 0. quæ ad numerum 1596. in secunda tabula reperiuntur, remanentq; dies 12. April. fer. 7. hor. 12. min. 19. sec. 17. cyc. sol. 19. sedes videlicet plenilunii paschalis in Calendario veteri pro anno dato 1606.

Si deniq; annus propositus etiam 10640. superauerit, eius numerus proxime minor accipiendus est in tabula tertia, diesque, feriæ, horæ & scrupula ei correspondentia coniungenda diebus, feriis, &c. cum numero residuo minore in ta-

bula

bula secunda inuentis, & summa detrahenda ex diebus, feriis, &c. quæ cum ultimo hoc residuo in prima tabula repertæ sunt, manebit enim ut antea locus plenilunii. Exempli gratia, annus 1695 o. excedit annos 1640. ergo proxime minor quærendus in tabula tertia, is est 159600. atque adeo primum residuum 9950. quærendum in secunda tabula proxime, nimirum 9880. ut habeamus 70. secundum residuum in prima tabula notandum, numeri vero transsumendi ex binis tabulis sunt, ex tertia quidem dies 8. fer. 1. hor. 17. min. 19. secund. 1, ex secunda vero dies 2. fer. 7. hor. 2. min. 4. secund. 55. cyc. sol. 4. summa dies 10. fer. 1. hor. 19. min. 23. secund. 56. cyc. sol. 4. subducenda ex numero secundo residuo in 1. tab. adscripto, nimirum ex Aprilis die 14. fer. 7. hor. 7. min. 40. secund. 54. cyc. sol. 23. remanetque Aprilis dies 3. fer. 5. hor. 12. min. 16. secund. 58. cycl. sol. 19. sedes plenilunii paschalis in Calendario veteri pro anno proposito. Et sic de cæteris.

Quomodo plenilunium extra limites paschales inuentum ad suos reuocatur terminos.

5. Quoniam vero in Calendario veteri anticipatio lunaris plenilunium hac ratione inuentum sæpe ante citimum terminum paschalem, & postpositio in nouo post ultimum exhibet, ut mox constabit ex p. opositis exemplis, id reducitur intra terminos adiectione, vel abiectione solidorum mensium, quem in finem quarta proposita est tabula. Exempli gratia. pro anno 8426. ex præceptis datis inuenietur in Calendario veteri plenilunium die 3. Mart. fer. 1. hor. 0. min. 53. sec. 44. cyc. sol. 7. ante citimum terminum, cum igitur discrepantia mensium non excedat, addito mense lunari ex quarta tabula deprompto, videlicet diebus 29. Mar. fer. 1. hor. 12. min. 44. sec. 3. inueniemus diem 1. April. fer. 2. hor. 13. min. 37. sec. 47. sedem paschalis plenilunii.

Quod si idem ante inuentum plenilunium reducendum sit ad rationem Calendarii Gregoriani, tot dies illi addendi sunt, quot bissexti vsq; ad annum propositum 8426. omittuntur, adiectis 10 diebus anno correctionis exemptis, hoc est dies exemptiles quos cap. 10. Regula secunda inuenire docebimus, quibus anni Gregoriani in denominatione annorum, ac mensium, ul. anos præcedunt, adiiciendi, qui in nostro exemplo sunt 61. atque adeo plenilunium pro Calendario veteri die 3. Martii repertum, in tertium vsque Maii protrudunt ultra ultimum paschalem terminum, abiectione igitur mense lunari integro, retrahetur ipsum in diem Aprilis 3. fer. 6. hor. 12. min. 9. sec. 41. intra terminos. Atque hac ratione procedendum etiam est in cæteris.

Tabula quinta, cycli solaris antiqui.

Sexta tabula, cycli solaris Gregoriani.

Tabula septima epactarum expansa.

6. Sequitur quinta tabula cycli solaris antiqui, siue litterarum Dominicalium duobus ordinibus transuersalibus contenta, altero numeros siue cyclos, altero litteras correspondentes ob oculos ponens.

Sexta idem præstat duabus columnis in ratione anni Gregoriani.

Septima deinceps tabula est epactarum expansa supra capite 5. num. 17. definita, columnas comprehendens 20, vel si mauis, 19. areales, vnam lateralem, & aliam transuersalem in fronte. Areales continent omnes epactas diuersimode inter se dispositas; lateralis notas siue litteras epactales; frontalis denique omnes 19. lunæ cyclos, siue aureos numeros.

Tabula octaua, æquationis epactarum.

Octaua denique tabula est ea, quæ eodem cap. 5. num. 18. definitur, & dicitur tabula æquationis epactarum. Hanc in quatuor columnas distribuimus, quarum prima litteras epactales exhibet; Secunda annos centenarios ab æra Christiana deductos numerat; tertia quinam ex centenariis Bissexto admittant vna cum diebus

diebus exemptibilibus indicat; quarta denique lunæ æquationem, diesque anticipationis lunaris denotat. Tabulam hanc eadem prorsus methodo ab initio *Methodus calendariana de iudicibus* Christianæ deduximus, quæ per reliquos annos extensa cernitur, quamuis Reformatores eam in singulis centenariis, alias ob causas ea ratione non proposuerint, quippe Calendarium non tam pro annis præteritis, pro quibus nemo indiget nouo Calendario, quam pro futuro tempore, construxisse se professi sunt, licet id retro extendi posse, nullibi negauerint; præsertim cum vel ad ipsum initium vsque mundi eadem methodo regressi facillimum sit, imo hoc etiam David Origanus in Introduct. in Ephemer. Part. 1. Cap. 3. præstiterit. Eandem vero tabulam ultra annum 8000. non produximus, eo quod plura secula Calendaris mundi incertitudo persuadeat, in re tam incerta pro illis posteris, qui, ut est verisimile, nunquam futuri sunt, non sollicitius quam par est laborare. Verum de hisce pluribus in Refutatione disputauimus.

Cur tabula ad remotiora secula in futurum producta non sit.

Vltus porro quatuor harum posteriorum tabularum capite 9. & 10. planus fiet.

CAPVT OCTAVM.

Regulae pertinentes ad annum Alexandrinum, & Aegyptiacum.

REGVLA I.

Datos annos Aegyptiacos in Iulianos transmutare.

Anni dati completi diuidantur per 1461. & quotus, auctus prius vnitatem, si quod sit diuisionis residuum; si nullum absque vnitatem subtrahatur, ab annis datis, & qui reliquus sit numerus annos indicat Iulianos quæsitos. Residuum vero diuisionis multatum vnitatem diuidatur per 4. quotus enim subtractus ex 365. reliquos facit dies anni Iuliani inueniendi addendos.

Regula.

Exemplum 1. Sunt propositi anni Aegyptiaci completi 4383, diuide eos per 1461. fit quotus 3. residuum nullum; subtrahere ergo 3 ex 4383. & remanebunt 4380. anni Iuliani quæriti.

Exemplum 2. Sint dati anni 748. completi, qui cum pauciores sint quam 1461. ipsimet sunt loco residui diuisionis per 1461, & quotus est 0, qui auctus vnitatem, & subtractus ex 748 reliquos facit annos Iulianos integros 747. Idem deinde residuum minus vnitatem, hoc est, 747. diuisum per 4. quotum facit 186. (residui 3 nulla habetur ratio) qui subtractus ex 365. reliquos facit dies 179. annis Iulianis 747. adnumerandos.

Exemplum 3. Sint anni reducendi 1615. completi, facta diuisione per 1461. quotus est 1. residuum 154. qui quotus vna cum vnitatem subtractus ex 1615 annos relinquit Iulianos 1613. residuum vero (dempta prius vnitatem) diuisum per 4. facit secundum quotum 38. sublati ergo 38. ex 365. reliqui fiunt dies 327. Ergo anni Aegyptiaci 1615. Iulianos efficiunt 1613. & dies insuper 327.

Ratio Regulæ. Cum quatuor anni Aegyptiaci minores sint totidem Iulianis die vno; sequitur ex proportionum Regula annos 1460. deficere à totidem Iulianis diebus 365. hoc est, anno vno integro Aegyptico; siue quod idem est annos 1461. Aegyptiacos, aequales esse annis Iulianis 1460. Ergo quoties in dato annorum Aegyptiacorum numero comprehenduntur 1461 toties

toties ipsi una unitate mutilandi sunt; & si nulli fuerint ultra anni residui, hac unica operatione constat absolutum esse id, quod propositum est. Si vero anni adhuc sunt residui, aut certe diuisio per 1461 fieri non potuerit, eo quod dati anni hunc numerum non attigerint, unus illorum ultra dictum quotum annis propositis ideo subtrahitur, ut ab eo in dies resolutus, dies subtrahi possint bissexti, qui residui illis annis respondent: quos dies bissextos inueniri in quoto, si ipsi residui anni (dempto prius illo anno in 365 dies resolutus), per 4. annos, hoc est, lustrum Iulianum diuidantur, & per se clarum est, & infra ostenditur.

Observandum
esse bissexti lo-
cum ratione
epochæ.

Notandum 1. Si anni adstricti ad certam epocham sunt, ratio habenda est etiam annorum residuorum, qui ex diuisione per quaternarium supersunt, num videlicet aliquis eorum alicui anno bissexto respondeat, atque adeo dies adhuc vnus subtrahendus sit.

Exemplum.

Exempli gratia, sint anni 748. completi in exemplo secundo propositi, numerati ab æra Nabonassari, quæ ex communiori sententia in annum incidit Iulianum currentem (supponendo rationem annorum Iulianorum etiam tunc in usu fuisse) qui secundus est post bissextum, qui additus ad 3, residuum scilicet diuisionis per 4, fiunt 5, ergo in illo ternario adhuc continetur bissextus vnus, cæterius post gram, sit quintus post bissextum, quare quoto 186. adicienda adhuc est unitas, & sic facta subtractio ex 365. Anni 748. ab æra Nabonassari, respondebunt annis Iulianis 747. & diebus 178.

Annos ab æra
Christiana pe-
culiari obser-
uatione bissexti
opus non ha-
bere.

Notandum 2. Si anni propositi ab æra numerantur Christiana vulgari, Notando primo opus non est, ratio est, quia non nisi ultimus, siue quartus annus lustræ ab hac æra bissextus est; is vero in dies iubetur resolui, quando residuum diuisionis per 4 ternariū adæquat (in reliquis enim casibus bissextus non reperitur) atque adeo, siue respondeat bissexto, siue non, dies exhibebit eosdem.

Quid faciendū
si præter annos
integros dies
etiam dati sint.

Notandum 3. Quod si annis Ægyptiacis datis dies adhæreant, cum annis integris præcedendum erit iuxta Regulam; & si per illam præter annos Iulianos nulli dies inuenti sunt, ipsi dies dati annis Iulianis adnumerandi sunt, eritque satis factū proposito. Sin autem præter annos Iulianos dies etiam reperti fuerint, ii cum datis in vnā summā collecti propositum expediunt; abiecto tamen ex summā si potest prius integro anno Iuliano, id est diebus 365, aut 366. prout est iuxta Notandum 1. communis, aut bissextus constituendus fuerit; numerus vero annorum Iulianorum ex Regula inuentus unitate ut conuenit, augendus est.

Exemplum.

Exempli gratia. Volo scire quot annis, ac diebus Iulianis respondeant anni Ægyptiaci 748, & dies 200. ab æra Nabonassari numerati. Repertis pro annis 748, integris annis Iulianis 747. cum diebus 178. ut in exemplo Notandi 2. habuimus, dies 178 adiciantur ad dies datos 200. & ex summā 378. abiciantur dies 365. anni cōmunis Iuliani, & reliqui fient dies 13. Ergo annis, & diebus propositis respondēt anni Iuliani 748. (addita videlicet unitate ad 747.) & dies 13.

REGULA II.

Datos annos Iulianos in Ægyptiacos conuertere.

Regula.

Anni Iuliani completi diuidantur per 1460. & quotus addatur, ipsis annis datis, dabitque summa annos Ægyptiacos quæsitos. Residuū vero si quod fuerit, diuisum per 4. in quoto ostendet dies annis inuentis adnumerandos.

Exem-

Exemplum. Anni 1000. Iuliani quot faciunt Ægyptiacos? Diuisionis per 1460 residuum sunt ipsi anni dati, qui iidem sunt anni Ægyptiaci quæsit, cum quorus sit nullus, iidem diuisi per 4. in quoto dant dies 250. Quare anni propositi faciunt annos Ægyptiacos 1000. dies 250.

Ratio Regulæ satis constat ex præcedentibus.

Notandum 1. Ratio habenda & hic est annorum bissextorum in annis Iulianis, à certa epocha deductis, vt supra Regula 1. Notando 1. annotatum est; num videlicet in residuo diuisionis per quaternarium aliquis adhuc contineatur bissextus, atque adeo vnus adhuc dies reliquis diebus, & annis Ægyptiacis adiiciendus sit. Res non indiget exemplo. Notandum deinde tam secundum, quam tertium Regulæ primæ etiam hic suo modo locum habent, & res clarior videtur, quam vt opus habeat, siue explicatione, siue exemplis.

Tria Notanda præcedentis Regulæ etiam hic suo modo obseruanda esse.

REGVLA TERTIA.

Dato anno, ac die Ægyptiaco siue Nabonassari, annum, ac diem Iulianum, ante vel post Christum, correspondentem dare.

ANnis propositis completis cum diebus datis adherentibus per Regulam I. eiusque Notandum 1. & 3. inuentis, conuerte in annos, ac dies Iulianos: & siquidem æram non curaueris, dies inuentos à die 25. Februarii inclusiue numera. & incidet in diem Iulianum dato diei respondentem. Vel diebus inuentis adde 56. (reiectis 365. quando summa dierum maior est) & habebis diem anni Iulianum ab initio eius numerandum; atque adeo, si eum in columna sexta Calendarii cap. 6. expositi quæsieris, inuenies è regione, in columna 4. diem mensis anni Iuliani correspondentem. Sin autem ipsos annos ad æram Christi reductos volueris, annos Iulianos inuentos cum diebus annexis ex annis 746. ac diebus 309. subtrahere, si potes, & habebis annos completos cum diebus ante Christum. Quod si subtractio fieri nequiuerit, annos 746. ac dies 309. contra ex inuentis abice, & restabunt anni ac dies post Christum: resoluti semper vno anno integro in suos dies, quando subtractio ratione dierum tantum fieri non potest.

Regula.

Exemplum; Propositum sit inquirere, cui anno Iuliano ante vel post Christum numerato respondeat primus dies Thoth anni Nabonassari 749. ineuntis. Anni completi 748. per Regulam 1. & exemplum Notandi 1. respondent annis Iulianis 747. completis & diebus 178. quibus addo primum diem Thoth, vt fiant dies 179. à die 26. Februarii numerandi, vel diebus iisdem 179 addo 56. vt exurgant dies 235. ab initio anni, siue primo Ianuarii deducendi, utroque; vero modo incidam in diem 23. Augusti: quem eundem diem in columna 4. Calendarii capitis 6. respondere inuenies diei 235. columnæ 6. ergo primus dies Thoth anni 749. propositi incidit in 23. Augusti, anni 748. Iuliani currentis. Quod si iisdem annis 747. Iulianis inuentis, cum diebus suis 579. hoc est (resoluto anno vno in dies) annis 746. diebus 544. subtraxeris annos 746. & dies 309. (hic enim numerus minor est illo) inuenies annos completos 0. dies 235. post Christum, hoc est, anni, ac dies propositi respondent diei 235. siue vicesimo tertio Augusti, anni primi Christi currentis.

Ratio Regulæ. Cum constet ex prima Regula, annis, ac diebus Ægypti

Ppp

acis

acis dari equivalentes annos, ac dies Iulianos, hac regula aliud faciendum non erat, quam datos annos Iulianos ab eadem deducere, prout in diebus Iulianis assignatur, Epocha Nabonassari; quia ergo illa statuitur in vigesimo sexto Februarij, siue die quinquagesimo sexto ab initio anni, ideo à die 26. Februarij, ipsos dies inuentos numerare, vel iisdem, ut ab initio anni deducerentur, 56. addere iussimus. Denique, quia ab era Nabonassari, usque ad eram Christianam anni Iuliani 746. & dies 309. numerantur; necessario sequitur per illam, quam imperauimus subtractionem, annos ante vel post Christum reliquos futuros.

Quid obseruandum ratio-
ne Notando.
rum prae-
missum.

Notandum. Ne semper recurrendum sit ad primum primae Regulae Notandum, haec obseruanda veniunt. Quando in diuisione, quae in Regula 1. per quaternarium facienda praecipitur, vnitas tantum superest, & dies qui per Notandum 3. adiiciuntur, cum illis ex Regula 1. inuentis annum non excedunt, nihil aliud praeter ipsam Regulam primam, & eius Notandum 3. pro annorum, & dierum Aegyptiacorum in Iulianos conuersione, obseruandum est: Si autem dies illi collecti annum excedunt, subtrahendi pro anno sunt dies 366. Si denique residuum, quod diximus, vnitatem excedit, cum tunc semper in eo contineatur annus bissextus, quoto diuisionis vnitas addenda est.

REGULA IV.

Dato anno, ac die Iuliano à Christo, annum, ac diem à Nabonassaro correspondentem ostendere.

Regula

Annos datos completos, cum suis diebus annexis per Regulam 2. conuertere in annos, ac dies Aegyptiacos, eosque adde ad annos 747. & dies 131. abiectis ex summa dierum, pro anno integro reliquis adiiciendo, diebus 365. (quando ipsa maior est) & habebis annos Aegyptiacos completos, cum die anni currentis ab initio ipsius numerato.

Exemplum. Quaezatur cui diei, ac anno respondeat dies vigesima tertius Augusti, siue 235. ab initio anni primi Christi Domini. Adiectis diebus 235. ad annos 747. & dies 131. (nam opus hic non est annorum Iulianorum conuersione, aut additione, cum nullus completus datus sit,) & summa anni 747. dies 366. hoc est anni completi 748. dies 1. ergo dies 23. Augusti anni primi à Christo, respondet diei primo mensis Thoth (is enim in columna duodecima Calendarii capitis 6. respondet primo diei anni Aegyptiaci in columna 13. accepti) anni currentis, 749.

Ratio Regulae. Hic nihil praeterea, quae in praecedentibus diximus, necesse est indicare, quam annos Aegyptiacos 747. cum diebus 131. spacium temporis ab era Nabonassari, ad eram Christi usque extentum; atque adeo respondere annis Iulianis 746.

& diebus 309. quibus in praecedenti regula vsi sumus.

REGV-

REGVLA V.

Dato anno Alexandrino intercalaris vest, vel communis docere.

Supposito aram nostram vsitatam ab æra Alexandrina Christiana non præ- Suppositio.
sueniri longius, quam quantum initium anni Alexandrini præuenit an-
num Iulianum, hoc est diebus 125. tot nimirum, quot numerantur à die 29
Augusti vsque ad 1. Ianuarii sequentis anni, siue à primo die Thoth, vsque ad
diem sextum mensis Tybi, ita vt primum annum Christi Alexandrinum com-
pleat dies vigesimus octauus Augusti primi anni Christi currentis Iuliani, &
sextus dies Tybi anno Iuliano initium det, sic instituatur operatio:

*Annus datus Alexandrinus auctus vnitate diuidatur per 4. & si quidem nullum di- Regula.
uisionis fuerit residuum, indicium est annum propositum esse intercalarem, dierumue 366.
Si vero remanserit vnitas, erit is primus post intercalarem; si binarius, secundus post in-
tercalarem; si ternarius, tertius.*

Exemplum. Propositus sit annus Christi Alexandrinus 1615. addita v-
nitate, factaque diuisione remanet nihil: ergo propositus annus Alexandrinus
intercalaris est.

Ratio Regulæ. Vnitas additur, quia annus precedens primum an-
num Christi Alexandrinis fuit primus, post intercalarem: reliqua per
se constant.

REGVLA VI.

*Dato anno, ac die Alexandrino æra Christiana, cui anno,
ac diei Iuliano congruat mon-
strare.*

Quotiescunque dies datus anni proximi post intercalarem precedit diem quintum men- Regula.
sis Tybi, hoc est diem 125. anni Alexandrini, & in reliquis annis diem sextum eius-
dem mensis Tybi, siue quod idem est, diem 126. anni, toties numerus annorum Iuliano-
rum vnitate cedat Alexandrinis: postea vero semper æquales sunt. Dies autem datus, si sit vl-
timus anni intercalaris, aut ex numero dierum anni proximi post intercalarem, quaratur
in columna 14. Calendarii capite 6. propositi, è regione enim in columna 8. inuenies diem
Iulianum respondentem. In aliis annis dies propositus in columna 12. acceptus, ostendet in
columna 4. diem Iulianum quesitum.

Exemplum. Queratur cui anno ac diei Iuliano respondeat dies 19. men-
sis Pharmuthi anni 401. quo die Theophilus Episcopus Alexandrinus sacro-
sanctum pascha celebrandum indixit: annus hic ex Regula precedenti secun-
dus est post intercalarem, & dies propositus post mensem Tybi, ergo annus Iu-
lianus est etiam 401. quia autem diei 19 Pharmuthi in 12. columna accepto re-
sponderet dies 14. Aprilis, ideo hoc die Iuliano eo anno pascha peractum est, id
quod comprobatur littera Dominicalis F. diei 14. Aprilis affixa.

*Ratio Regulæ huius satis constat tum ex suppositione facta initio Re-
gulæ precedentis, tum ex dispositione Calendarii capite 6. producti.*

REGVLA VII.

Dato anno, ac die Iuliano ara Christiana, cui anno ac diei Alexandrino conueniat palam facere.

Regula.

Numerus annorum Alexandrinorum fiat vna vnitatem maiorem quam datus numerus annorum Iulianorum, quotiescunque dies datus sequitur, in anno quidem proxime ante bissextum (quomodo autem inueniatur bissextus in annis Iulianis, Regula tradidit 8. Capite sequenti) diem trigesimum mensis Augusti in reliquis vero diem 29 eiusdem mensis: In ceteris casibus numerus annorum idem erit. Deinde dies propositus quaratur in propria sua columna Calendarii capitis sexti, quarta videlicet, vel octaua, prout annus propositus communis vel bissextus repertus fuerit: & si quidem bissextus sit, vel idem dies datus post 29. Augusti in anno qui bissextum proxime precedit, sequatur, columna 14. dat correspondentem diem Calendarii Alexandrini, in reliquis vero casibus columna duodecima.

Exemplum. Anno Christi Iuliano 373. pascha celebratum est (vt ex epistola colligitur S. Ambrosii de paschate) pridie Kal. Aprilis, siue 31. Martii, quæritur quo anno, ac die Alexandrino id acciderit? Quoniam dies datus Augustum mensis precedit, annus erit idem. Diei vero 31. Martii proposito in quarta columna accepto, in duodecima directe opponitur dies quintus mensis Pharmuthi, ergo eum in annum, ac diem apud Alexandrinos pascha incidit.

Ratio Regulae patet ex precedentibus, dierumque utriusque anni Calendario capite 6. proposito connexionione.

Ceterum ea, quæ spectant ad comparisonem annorum Ægyptiorum, & Alexandrinorum cum annis Gregorianis infra cap. 10 proponuntur.

CAPVT NONVM.

Regula pro veteri, siue Iuliano Calendario.

REGVLA I.

Cyclum Luna, siue aureum numerum pro quouis anno ara Christiana colligere.

Regula.

Anus datus auctus vnitatem diuidatur per 19, & indicabit numerus residuus (accipitur 19. pro residuo si nullus sit) numerum quesitum: Quotus vero numerus Cyclorum Ægyptiorum ab anno aram Christianam proxime precedente usque ad propositum elapsorum.

Exemplum. Sit propositus annus Christi 1615. is auctus vnitatem, & diuisus per 19. reliquam facit vnitatem, & quotum 85. Ergo anno proposito aureus numerus est 1. elapsis integris Cyclis 85.

Ratio Regulae. Annis Christi additur unitas, quia proximo anno ante aram hanc ex aureis numeris responderet unitas: ac proinde primo Christi anno binarius, qui ex unitatis ad annum Christi additione gignitur, sic de ceteris diuiditur autem summa per 19. ut abijciantur omnes Cycli integri, quorum numerum, ut ipsa fert diuisionis ratio, indicat quotus est. &c.

Notan-

Notandum. Pro nostro seculo 1600 compendii gratia, annis expansis addatur quinarius (aureus numerus anni 1600, sicut enim primo anno expanso obtingit senarius pro aureo numero, &c.) & à summa abiiciantur omnia 19, & erit, quod relinquitur aureus numerus quæsitus. Facile autem abiiciuntur omnia 19, si toties abiiciantur 20, quoties fieri potest, & pro quauis abiectione vnitas addatur.

Exemplum pro anno 1615, addantur 5 ad 15 fiunt 20, abiectis 19, relinquitur 1 aureus numerus. Exemplum 1.

Aliud pro anno 1643, addantur 5 ad 43, fiunt 48, abiectis 40, siue bis 20, relinquantur 8, quibus adiungantur duo (propter duplicem abiectionem vicenarii) vt fiat 10 aureus numerus quæsitus. Exemplum 2.

REGVLA II.

Epactam communem siue vulgarem indagare.

Aureus numerus ex Regula prima reperitus multiplicatur per 11, & numerus productus diuidatur per 30. Residuum diuisionis indicat epactam quæsitam (accipiendo pro epacta 30, si residuum nullum sit.) Quotus vero numerus lunationum embolimarum currentis cycli refert. Regula

Exemplum 1. Aureus numerus 1 pro anno proposito 1615 multiplicatus per 11, productus 11, & quia diuisione per 30 opus non habet, ipsemet numerus 11 est id, quod quæritur residuum, atque adeo epacta communis currens est 11.

Exemplum 2. Anno 1643, vt paulo ante habuimus, aureus numerus est 10, qui multiplicatus per 11 facit 110, quo numero diuiso per 30 residuum fit 20: ergo 20 est epacta vulgaris anni 1643 dati.

Ratio Regulæ. Multiplicatio fit per 11, quia cuilibet anno epactæ dantur 11, ex producto deinde per diuisionem tricenarij abiiciuntur lunationes embolima integra; quarum numerum necessario refert quotus multiplicatur denique aureus numerus anno proposito currens per 11, non autem ipsi anni Christi, tum, quia primo cycli anno ex hac Regula debentur epactæ 11; tum, quia cum eodem aureo numero semper eadem redit epacta.

Notandum. Cum epactæ Astronomicæ veræ vnus anni dies 11 solidos non attingat, patet epactas hac regula inuentas non esse perpetuas: eam vero ideo proposuimus, quod hac tempestate huius epactæ beneficio (vt infra regula 5 videbimus) vulgus ætatem lunæ inquirat, & idcirco has epactas vulgares vocauimus. Epactarum vulgarium imperfectio.

REGVLA III.

Novilunii Ecclesiastici diem, lunæque ætatem reperire.

Aureus numerus ex Regula prima pro anno proposito inuentus, quærat in Calendario veteri, siue Iuliano in mense proposito, dies enim illi adscriptus novilunium indicat Ecclesiasticum. Ab hoc die si vsque ad propositum, pro quo ætatem lunæ scire cupis (si is sequatur, vel à novilunio precedentis mensis, si dies datus novilunium proprii mensis precedat) inclusis diebus numeraueris, quæsitam lunæ colliges ætatem. Regula

Exemplum. Propositum sit indagare novilunii diem mensis Martii anno 1615.

etatemq; lunæ pro vigesimoprimo die eiusdem mensis enunciare. Aureum numerum 1 reperio (in columna 10 Calendarii capitis 6) adscriptum diei 23, ergo huic diei competit nouilunium Ecclesiasticum, quem cum præcedat dies 23, quæro nouilunii diem in mense Februario proxime præcedenti, eumq; inuenio esse 21; ab hac die vsq; ad 21 Martii inclusiue, numerantur dies 29; ergo hæc est ætas lunæ pro die proposito 21 Martii quæ sita.

Ratio Regulæ. Ita enim initio indices lunares, quos aureos numeros vocant, in Calendario dispositi fuerunt, ut pro tempore, quo Calendarium Christianum primo reformatum est, hoc est, tempore Concilii Niceni, indicarent nouilunia: quoniam autem ob defectum cycli lune, nouilunia Ecclesiastica cælestibus consentire perpetuo non poterant, hinc factum est, ut illa ab his hodie aberrant quatrinduo, vel etiam quinquenduo: cetera de ætate luna ex illius descriptione cap. 4. num. 21 data patent.

REGULA IV.

Quartamdecimam lunam, siue terminum Paschalem inuenire.

Regula.

QUere ubi habeatur in Calendario aureus numerus currens ab octaua die Martii quintum Aprilis inclusiue, ut habeas nouilunium Paschale; ab eo igitur si incluseris dies numeraueris, incidet in eum, quem quæris, terminum Paschalem.

Exemplum. Anno 1615, est aureus numerus 1, qui reperitur inter dictos terminos in 23 Martii, indicans ibi nouilunium Paschale; quartusdecimus dies ab illo inclusiue, est quintus Aprilis, atque adeo terminus Paschalis.

Ratio Regulæ patet tum ex præcedenti, tum ex constitutione Patrum, qui diem octauum Martii, & quintum Aprilis, extremos limites nouiluniorum Paschalium esse voluerunt.

2. Idem aliter absque Calendario.

Regula.

Epactam vulgarem per Regulam 2 inuentam, quando ea maior non est, quam 26, subtrahere ex 47, & relinquatur dies Martii, in quem cadit terminus Paschalis, qui si 31 cadat, abiectionis reliquus fiet dies Aprilis eidem termino debitus. Quod si epacta numerum 26 excedat, subtrahere illam ex 46, & remanebit dies Aprilis, termino Paschali dicatus.

Exemplum. Anno 1615, epacta vulgaris reperta est 11, quæ subtracta ex 47, reliquum facit diem 36 Martii, hoc est, abiectionis 31, diem 5 Aprilis, ubi anno proposito terminus Paschalis figitur.

Ratio Regulæ. Quando terminis Paschalibus per aureos numeros in Calendario descriptis, substituuntur epacta illa, quæ per Reg. 2. ex iis in quibus substituende sunt, aureis numeris, eliciuntur, & loca vacua expletur numeris, quos ipsa epactarum series subministrat, epacta hæc in Calendario per dies Martii, & Aprilis acquirunt ordinem, ut incipientes à vigesimoprimo Martii, & epacta 26, progrediantur serie naturalis, ordine tamen retrogrado, & in 15 Aprilis in unitate desinant, in 16 Aprilis rursus à 30 initium ducant, & retrograde progredientes in 18 Aprilis

Aprilis in duabus epactis 28. & 27 expirent, numerumque suum tricenarium compleant. Cum igitur in hac serie naturali dies mensium unitate continuo crescant, epacta vero tantundem decrescant, clarum est, si assumatur numerus, qui sit ex additione binorum numerorum utriusque ordinis sibi e regione respondentium, & alteruter eorum ex hoc numero assumpto detrahatur, remansurum alterum. Ergo cum hic numerus perpetuo sibi aequalis sit (producendo tamen dies Martii in suo ordine usque ad diem 15 Aprilis, cui epacta 1 respondet, ita ut dies 15 Aprilis dicatur 46 Martii) concluditur, si ex eo alteruter ordo continue detrahatur, reliquum fore alterum ordinem: sed iste numerus est 47, tantum enim fit, si 21, qui est numerus dierum Martii, ad epactam 26 adiungas; (& eadem ratio est de reliquis usque ad diem 46 Martij) ergo si ex 47 id, quod regula iubet, epactas detraxeris, remanebunt dies Martij correspondentes, ex quibus, si 31 sustuleris, quando id fieri potest, necessario remanebunt dies Aprilis, eo quod Martio in Calendario dies tribuantur 31 tantum. Pari modo ostenditur ratio secunda partis Regule, quæ est pro Aprili, & epactis maioribus, quam 26, dies enim sextusdecimus Aprilis assumit sibi epactam 30, dies decimusseptimus, epactam 29, &c. sed bini hi numeri (16, & 30, siue 17 & 29, &c.) conficiunt simul 46. Constat ergo, cur deductionem fieri ex 46 iusserimus. Cetera ex dictis patent.

Confectarium 1. Ex his constat, qua ratione contra ex dato termino Paschali in numero dierum mensis Martii, vel Aprilis, epacta ei congruens elicienda sit. Subtrahendus videlicet datus dies Martii est (dies Martii continuando usque ad 46, ita ut dies quintusdecimus Aprilis dicatur quadragesimus sextus Martii) ex 47, dies vero Aprilis datus, qui 15 excedit, ex 46, & remanebit epacta quaesita.

Datus sit exempli gratia, dies 5 Aprilis, hoc est 36 Martii, subtractis 36 ex 47, **Exemplum.** remanent 11, epacta videlicet quaesita.

Confectarium 2. Constat etiam, qua ratione nouilunium Paschale absque Calendario habeatur; Inuento enim termino Paschali ex Regula proposita, si ab eo inclusive 14 dies retro numeraueris, incidet in nouilunii Paschalis diem. Aut certe subtrahere epactam per Regulam secundam inuentam, quæ 26 non excedit, ex 34, & remanebit dies Martii, in quem nouilunium Paschale cadit, si numerus relictus 31 non excedit, nam si maior fuerit, abiciendi erunt dies 31, & quod tunc relinquitur, indicabit nouilunii diem in Aprili. Quod si epacta 26 excedit, subtrahenda ipsa est ex 33, & remanebit dies Aprilis, cui nouilunium Paschale congruit. Ratio ex supradictis facile patet, nam si aureis numeris, qui in Calendario limitibus nouiluniorum Paschalium continentur, epactæ supradictæ substituantur, cadet epacta 26 in octauam Martii, epacta 27 in diem nonam, &c. epacta * siue 30 in tertium Aprilis, epacta 29, in quartum Aprilis. Sed 26 & 8 simul faciunt 34, sicut etiam 25 & 9: & 30 & 3, quemadmodum etiam 29 & 4, faciunt 33, &c. Imo hinc habebimus

Confectio

Ex nouilunio
Paschali epacta
inuenire.

Confectarium 3, qua ratione nimirum cuique diei limitibus nouiluniorum Paschaliū conclusio epacta detur congruens. Nam subtrahendus datus dies Martii est (dies Martii continuando vsque ad 33, ita ut dies secundus Aprilis dicatur trigessimus tertius Martii) ex 34; dies vero Aprilis, qui 2 excedit, ex 33, & remanebit epacta quæ sita.

REGULA V.

*Ætatem Luna, & inde Nouilunii diem ex Regula vulgari
pronunciare.*

Regula.

Regula vulgaris hæc est: Numero epactæ (per regulam 2 inuentæ) anni currentis (qui hoc in negotio à Martio incipit, & ad Martium vsq; sequentis anni exclusiue extenditur) addantur tot dies, quot sunt Calendæ mensium præcedentium Calendis Martii vsque ad mensem, cuius queritur quota sit luna (hoc est, numerus mensium præcedentium) addantur præterea tot numeri, quot sunt dies eiusdem mensis (hoc est, ipse dies mensis propositus) & omnibus numeris simul computatis, inuenietur, quot dies habeat luna in illo mense. Quod si numerus aggregatus ex supradictis superaret 30, abieciat, quot supersunt, sunt dies luna, qui retro numerati, diem ostendunt nouilunii.

Exemplum. Proponatur dies 5 Aprilis anni 1615, numerus mensium præcedentium est 1 tantum, videlicet ipse Martius, qui additus ad 11, quæ epacta currentis, vna cum 5, dato videlicet die, conficit 17: ergo per hanc regulam die 5 Aprilis dicetur decima septima, quos si retro numeraueris, incidet in nouilunium lunationis labentis, qui est vigesimus Martii.

Ratio Regulæ. Cum epactarum natura atque officium sit, ut ostendant quot diebus nouilunium proximū initium anni solaris præuenierit, sequitur epactam currentem semper indicare in principio anni ætatem luna completam, & addito primo anni die currente, ætatem currentem, quæ sequitur addito quouis alio eiusdem mensis die, ætatem currentem ostendit. Quare si dies mensium solarium æquales essent, numero dierum mensium solarium, aliud non requireretur ad indagandam pro quouis mense die totius anni solaris, luna ætatem, quam additio diei propositi ad epactam currentem (quæ quidem in hoc casu nulla esset, & loco illius epocha tantum aliqua opus esset, quando nouilunium in primum diem mensis solaris incidere) anni propositi. Quod cum secus eueniat, & solarium mensium plures dies sint, ita ut omnes simul sumpti in fine anni excedant 12 menses lunares, diebus undecim, quibus luna ratione dierum mensium solarium superascendit in Calendario, Regula hæc hos 11 dies per totum annum ita tribuit, ut singulis solaribus mensibus completis, singulas attribuat vni addititiæ, quæ luna ætatem vetustiore reddant, atque adeo nouilunium vno die ascendere faciant. Incipit vero annum à Martio, ut mensis februarium, qui solus solarium mensem à lunari deficit, ab hoc vni tributo liberet, & propterea præcedentium tantum mensium Calendæ tollere

gere præcipis. Denique ex summa collecta, 30, quando id fieri potest, iubet abicere, ut ætas quesita à proximo, non autem ab alio illud præcedente derivetur nouilunio.

Notandum 1. Cum annus in hac Regula incipiat à Martio anni Christi currentis, ratione communi à Ianuario deducti, & in sequentem usque extendatur Martium, quando pro Ianuario aut Febuario ætas lunæ inquiritur, tunc epacta non anni Christi currentis, sed præcedentis assumenda est.

Quæ epacta à Ianuario ac Febuario assumenda sit.

Notandum 2. Etiam si hæc regula propius accedat hac tempestate ad rationes lunares cœlestes, quam aurei numeri veteris Calendarii; tamen neque ipsa perpetua est; eo quod epactis utatur, qui successu temporis vitium faciunt: quare ut proxime cum luna conueniat, epactæ sunt assumendæ castigatæ.

Regulam hanc ætatē lunæ nisi assumatur epactæ castigatæ, diu recte monstrare nō possō. Festa mobilia ex hac Regula non esse deducenda.

Notandum 3. Ex his lunæ calculis, hac regula inuentis, nequaquam inuestiganda esse Festa mobilia; cum differant ab aureis numeris, per quos solos Festa illa in Calendario veteri determinanda sunt.

REGVLA VI.

Cui mensi Iuliano quævis Lunatio tribuenda sit intelligere.

At tendatur in quo mense Iuliano proposita finiatur lunatio, hoc est, cuius mensis Iuliani sit dies ille, qui aureum numerum currentem immediate sequenti nouilunio in Calendario adscriptum proxime præcedit, illius enim mensis dicitur data lunatio, vnde cum, tandem ea inceperis.

Exemplum. Quærat, ad quem mensem spectet lunatio Paschalis anni Christi 1615, eius initium ex regula præcedenti incidit in 23 Martii, finis vero in 20 Aprilis, ergo ad mensem spectat Aprilem.

Ratio Regulæ est primo, quia ita inter se conuenerunt Computi Ecclesiastici periti, cum enim menses Iuliani, & lunares inæquales sint, atque adeo, neque quo ad initia, neque quo ad æquales differentias simul omnes concurrere, aut uniformiter sese sequi possint, in potestate hominum erat, hunc mensem lunarem huic attribuire solari: alterum alteri, &c. eos autem lunationes ea, qua diximus, ratione distribuisse antiquus comprobatur Computatorum versus:

In quo completur mensi lunatio detur.

Secundo, quia cum currente aureo numero 3, (qui primo diei Ianuarij adscribitur, & à quo cyclus lunaris in veteri Calendario ratione annorum lunarium ciuiliū incipit) tam prima lunatio, quam primus mensis Iulianus, hoc est, annus tam solaris, quam lunaris, simul eodem die initium sumant, eodemque in mense lunatio illa finem habeat, nulli alteri mēsi, quam huic, id est, Ianuario, eam conueniebat attribuire; pari ratione secunda lunatio, secundo mensi, hoc est, Febuario, adiudicanda fuit; & sic ordine reliqua reliquis, ita ut 12 lunationes, duodecim congruerent mensibus Iulianis primi anni: tertiadecima deinde lunatio secundi anni, & vigesima

quinta tertij anni rursus Ianuario mense obtingeret, & sic deinceps. Conueniens enim visum fuit, lunationem ei mense dedicare, qui sibi eam iure serie naturalis deposceret, neque quisquam secundam adscisceret, donec eam tota possideret, quod tunc primum futurum erat, quando dua lunationes eodem in mense extremos sui limites poneret, id quod lunationi trigesima quarta, ac trigesima quinta accidit, quarum utraque corrente aureo numero 5, atque adeo tertio cycli anno in mense expirat Octob. illius enim continet ultimum diem, hanc vero totam: & sic de ceteris.

REGULA VII.

Quot lunationum quiuis propositus annus sit, hoc est, communis ne sit, an embolimaus, addiscere.

ANnum lunarem dupliciter sumi in Refutatione Elenchi Caluissiani libro 3 capite 12. & supra capite 4, num. 17 explicatum est. Alius enim, quem civilem vocauimus, à lunatione Ianuarii incipit: alius vero Ecclesiasticus nobis dictus, à lunatione paschali ortum ducit.

Regula

Pro utroque igitur anno inuestigetur ex Regula prima aureus numerus, & si de simili queratur anno, is erit embolimaus, siue lunationum tredecim; cui vnus ex septem sequentibus obtingit aureus numerus, videlicet 2, 5, 8, 11, 13, 16, 19, reliqui duodecim erunt communis omnes, atque adeo lunationum tantum 12. Annorum vero Ecclesiasticorum is embolimaus est, qui vnus ex his septem aureis numeris sibi vendicat, nimirum, 2, 5, 7, 10, 13, 15, 18: reliqui vero communes.

Exemplum. Annus 1615, cui aureus debetur numerus 1, communis est in utraque anni lunaris ratione, eo quod aureus numerus 1, embolismum non suscipiat.

Ratio Regulæ Ab initio cycli lunaris inclusive quiuis annus tertius, sextus, nonus, undecimus, quartus decimus, decimus septimus, & decimus nonus embolimaus est: ergo statutis diuersis aureis numeris pro lunaris cycli initiis, diuersi numeri embolimaorum erunt indices. Quia igitur annorum lunarium civilium cyclus, ab aureo numero 3, qui Calendis Ianuarii adscribitur, initium sumit, ideo tertius numerus in naturali serie aureorum numerorum inclusive, hoc est 5, primus est anni embolimai index; 8 secundus; 11 tertius, &c 19 sextus, & (redeundo à 19 versus cycli principium, quod est 3) 2 septimus, siue ultimus. Pariratione, cum cyclus annorum Ecclesiasticorum initium ducat ab aureo numero 16, qui octauo diei Martij, ubi nascitur prima Paschalis luna, præficitur, tertius ab eo inclusive, qui est 18, primum annorum Ecclesiasticorum embolimaum indicat, sextus, qui est 2, secundum; nonus, qui est 5, tertium; undecimus, qui est 7, quartum. & sic deinceps. Quod autem tertius quiuis, sextus, nonus, undecimus, quartus decimus, decimus septimus, & decimus nonus annus embolimaus sit, sic manifestum sit. Primus quiuis cycli annus duodecim conti-

net

net lunationes, & dies siue epactas integras 11, secundus rursus 12 lunationes, & dies 22, tertius vero lunationes 12, & dies 33, hoc est, lunationes 13, & dies 3, acceptis videlicet pro tertiadecima lunatione diebus 30: & sic progrediendo per undecim epacterum incrementum, sextus annus rursus inuenietur lunationum 13, & dierum 6, nonus vero ultra 13 lunationes, dies 9 complectetur; quibus diebus si addamus duorum annorum epactas, quæ sunt 22, inueniemus undecimum annum embolimam præter suas 13 lunationes comprehendere unum adhuc diem. Sic quartusdecimus habebit lunationes 13, & dies 4; decimusseptimus vero totidem lunationes, & dies 7 sibi assumit, quibus diebus si rursus adiiciantur duorum annorum epactæ, summa fiet 29, quæ decimatertia lunationi tribuantur, ita ut annus nonusdecimus & ipse fiat embolimus. Constat igitur propositum.

REGVLA VIII.

Qualitatem anni solaris, bissextus ne sit, an vero primus, secundus, vel tertius post bissextum, aperire.

Anni Christi diuidantur per 4, residuum indicabit quotus annus propositus sit post bissextum atque adeo si id nullum sit eum esse bissextum. Quotus vero numerum bissextorum, siue lustrorum Iulianorum ab æra Christi vsque ad annum propositum inclusiu præteritorum. Regula.

Exemplum. Annus Christi 615 diuisus per 4, residuum facit 3, & quotum 403; quod signum est, eum esse tertium post bissextum, quadringentesimum & tertium ab æra Christiana.

Ratio Regulæ. Cur per 4 diuidatur numerus annorum propositorum, constat ex numero quaternario annorum vnius lustrum Iuliani, quod autem nihil addatur, vel dematur initio, ratio est, quia annus æram Christianam proxime præcedens bissextus fuerit, eiusque index 0.

Notandum. Tam pro nostro seculo, quam pro quouis alio hoc vt illicet compendio: anni expansi (centenarii enim, & alii maiores omnes quaternario sunt numerabiles) diuidantur per 4, & residuum indicabit, vt ante qualitatem anni: quotus vero numerum bissextorum post annum 1600, vel aliud proxime præteritum annum centenarium elapsorum, si aliquod sit residuum, si secus, auferatur vnitas; qui quotus additus ad 400 (numerum bissextorum, qui annis 1600 debentur) indicat numerum bissextorum ab æra Christi vsque ad propositum annum expansum huius seculi celebratorum. Pro nostro seculo compendium.

Exemplum. Exempli gratia proponatur annus currens 1615, diuide 15 per 4, fit quotus 3, & residuus numerus 3, hic indicat, annum propositum tertium esse post bissextum, ille vero cum 400 coniunctus 403 bissextos præteritos.

Cyclum solis inuestigare.

Regula

Annus propositus auctus nouenario diuidatur per 28, eritque numerus residuum cyclum quaesitus (accipiendo 28 pro cyclo, si diuisio nullum faciat residuum:) Quotus vero indicabit, quoties cyclus in orbem redierit.

Exemplum. Annus Christi 1615 auctus nouenario, facit 1624, & diuisus per 28, residuum dat 0, & quotum 58. ergo pro cyclo assumendus est numerus 28, ultimus scilicet numerus reuolutionis quinquagesimæ octauæ, nono ante æram Christianam anno inceptæ.

Ratio Regulæ. Nouenarius additur propterea, quod proximo anno ante æram nostram cyclus solis fuerit 9, cetera per se constant.

Pro nostro seculo compendiū.

Notandum Pro nostro seculo annis expansis addantur 13 (cyclus solis anni 1600) & ex summa abiciantur omnia 28, & erit quod relinquitur cyclus solis qui quaeritur. Quo facilius autem reiciantur omnia 28, loco eius uti possumus tricenario, & pro qualibet eius abiectione binarium restituere.

Exemplum.

Exemplum pro anno 1615, addantur 13 ad 15, fiunt 28, cyclus solis quaesitus, &c.

REGULA X.

Literam Dominicalem inquirere.

Regula

Ad annum Christi propositum auctum quinario addatur numerus bissextorum præteritorum per regulam octauam repertorum, summa diuidatur per 7, residuum enim subtractum ex 8, reliquum facit indicem literæ quaesitæ. Est autem vnitas index literæ A, binarius literæ B, & sic deinceps: quod si nullum diuisionis fuerit residuum, litera A erit Dominicalis. In anno deinde bissexto litera, qua hac ratione inuenitur, diem Dominicam indicat usque ad festum sancti Matthiæ Apostoli, postea assumenda est ea, quæ inuentam proxime præcedit, ut si inuenta fuerit D, assumenda est C; si fuerit G, assumatur A.

Exemplum. Annis Christi 1615, & 5, addantur bissexti 403, supra in exemplo Regulæ 8 inuenti, summa igitur 2023 per septenarium diuisa, reliquum facit 0, est ergo A litera Dominicalis.

Aliud pro anno bissexto 1616. Bissexti præteriti sunt, ut ante 403, (propositus enim est currens non præteritus) ergo summa tota 2024, quæ per 7 diuisa reliquam facit vnitatem, eaque ex 8 abiecta, dat indicem 7. igitur septima litera, videlicet G, erit Dominicalis usque ad diem S. Matthiæ sacrum, cui deinceps succedet F.

Ratio Regulæ. Annis Christi additur quinaris, quia quinta litera in ordine retrogrado literarum, quo annuatim Dominicales progrediuntur, hoc est, C, (Genim est prima, F secunda, &c.) fuit anno proximo ante æram Christianam Dominicalis posterior (erat enim annus bissextus) adduntur etiam bissexti præteriti, hi enim una cum annis Christi componunt numerum omnium literarum Dominicalium, ab initio æræ Christianæ usque ad datum

datum annum ordine retrogrado se se consecutarum: cum cuilibet bissexto bina debeantur littera Dominicales. ergo abiectis per diuisionem omnibus septenariis necessario remanet index littera Dominicalis anni dati in ordine retrogrado. Quare ut habeatur Index in ordine directo, regula subtrahere iubet residuum diuisionis ex 8. nam si 1. qua est index littera G. in ordine retrogrado dematur ex 8. remanent 7. eiusdem littera index in ordine directo, & sic de ceteris. Iussimus autem quando nullum est residuum absque alia ratiocinatione assumere litteram Dominicalem A, quia eiusdem littera habetur index, si diuisor 7. qui in illo casu, ut in ceteris omnibus fieri solet, tanquam residuum ex 8. subtraheretur.

Notandum. Pro nostro seculo breuitatis causa annis expansis addantur 3. (index scilicet litteræ E. ordinis retrogradi, qui anno 1600. est Dominicalis posterior) & eiusdem currens seculi, bissexti præteriti, per Notandum Reg. 8. inuenti, summa diuidatur per 7. & reliqua ut in Regula. Compendium pro currens centuria

Exemplum pro anno 1615. addantur 3. & bissexti præteriti 3. ad 15. & summa 21. diuidatur per 7. relinquitur 0 pro littera A Dominicali quæ sita, ut supra.

2. Idem aliter per Cyclum Solis.

Cyclus Solis per Regulam 9. inuentus diuidatur per 4. quotus addatur ipsi Cyclo, summa diuidatur per 7. &c. ut in præcedenti Regula. Regula.

Exemplum. Cyclus Solis 28. anni 1615. diuisus per 4. facit quotum 7. qui additus ad 28. dat summam 35. quæ diuisa per 7. relinquit 0. atque adeo litteram Dominicalem A. ut supra.

Ratio Regulæ. Quoniam cum eodem Cyclo solis eadem semper recurrit littera Dominicalis, idcirco loco annorum Christi assumitur debitus anno proposito Cyclus Solis; diuiditur vero is per 4. & quotiens additur ipsi Cyclo, ut habeatur numerus omnium litterarum Dominicalium ab initio Cycli, unicuique enim anno debetur una, & cuius bissexto, qui per diuisionem in quaternarium habentur, dua: Huic denique numero nulla additur radix, quia proxime ante initium Cycli littera currit A. qua est septima in ordine retrogrado; ergo cum omnes septenarij abiiciendi sint, nulla opus est huius radice additione. Cetera se habent ut ante.

3. Idem aliter per tabulam.

Cum Cyclo Solis ingredi tabulam quintam Cap. 7. expositam, littera enim è response respondens proposito anno Dominicalis est. Regula.

Exemplum. Anno 1615. quo Cyclus Solis currit 28. littera Dominicalis est A, quia numero 28. adscripta est.

Litteram quæ cuius proposito diei debetur, & ex hac feriam eruere.

Regula.

Numerus dierum à principio anni siue primo Ianuarii vsque ad propositum diem inclusive, hoc est, dies collecti diuidantur per septenarium, & quotus indicabit, quoties omnes 7. litteræ repetitæ sint, residuum vero ipsum littera indicem monstrabit, accepto, ut fieri solet diuisore, hoc est 7. pro residuo si id nullum sit. In anno tamen bissexto, qui dies continet 366. quando dies collecti excedunt 55. ab indice littera distaratione inuenio subtrahenda est vnitas, ut maneat verus index litteræ pro anno bissexto: ab hoc indice, si subtrahatur index litteræ Dominicalis multatus vnitate, relinquitur numerus feria, addito videlicet septenario ad indicem hoc præcepto inuenio quando subtractio fieri nequit.

Exemplum. Propositus sit dies 23. Martii, anno 1615. communi. dies à principio Ianuarii vsque ad propositum inclusive collecti sunt 82 (ut videre est ex columnis 4 & 6 Calendarii, cap. 6. propositi) facta diuisione per 7. quotus est 11. & residuum 5. ergo quinta littera, hoc est E, proposito diei debetur, & ipsæ 7. litteræ duodecies repetitæ sunt. Index litteræ Dominicalis pro hoc anno 1615. est 1. & dempta vnitate 0, quare 0 subtractum ex 5. reliquum facit 5 indicem feriarum: ergo dies 23 Martii est feria quinta.

Ratio Regulæ in annis communibus verbis opus non habet: nam quia ordine directo per dies anni littera progrediuntur, & à prima, quæ est A incipiunt, constat præcepti ratio: in bissextis vero ideo post diem quinquagesimum quintum iubetur subtrahi vnitas, quia sequens dies quinquagesimus sextus eandem habet litteram quam præcedens, id quod in omnes alios sequentes redundat; itaque vel à diebus anni, vel ab indice priore ratione inuenio, demenda vna illa repetita littera est. Per illam denique, quam in fine Regula præcepimus, subtractionem, dari feriam, clarum est. Posita enim vnitate pro indice litteræ Dominicalis, index litteræ etiam index est feria; ergo tunc nihil subtrahendum est: Quando autem littera Dominicalis alium sibi vendicat indicem, per subtractionem sui ipsius minus vnitate ab indice litteræ diei propositi, acquirit hic index posterior numerum eius ordinis, in quo ille alter est primus, hoc est, numerum feriarum, id videlicet, quod faciendum proponebatur.

Anni dies collectos faciliè reperire.

Notandum. Dies collecti facile habentur, si dies mensium propositum præcedentium (vniuscuiusque autem numerus ex mensibus habetur Cap. 4. Num. 8. propositis) in vnam colligantur summam, eique addatur ipse dies mensis propositi.

Exemplum.

Sic in exemplo proposito diebus 31, & 28. (quos continet Ianuarius, & Februarius) hoc est diebus 59. si addas 23. (datum diem Martii) conficies dies collectos 82. qui vigesimo tertio Martii respondent.

REGV-

REGVLA XII.

Feriam dati diei absque cognitione littera Dominicalis cognoscere.

Colligantur vnā in summam anni Christi completi, bissexti elapsi (per Reg. 6. re- Regula
 perti) & anni currentis dati dies collecti mutilati vnitare, ea enim diuisa per 7. re-
 siduum dabit, quod denominat feriam, assumpto ipso septenario residui loco, si id nul-
 lum sit.

Exemplum. Sit denominandus à sua feria dies 23. Martii anni 1615. An-
 ni 1614. elapsi cum 403. bissextis, & diebus collectis 82. minus vnitare, faci-
 unt in vna summa 2098. quæ diuisa per 7. residuum facit 5. ergo dies propo-
 situs est feria quinta.

Ratio Regule. Post singulos annos communes ad indicem ferie pri-
 mi diei anni accedit vnitare, ita vt quando primus dies fuerit aliquo an-
 no communi feria prima, anno proxime sequenti primus dies in denomi-
 natione ferie vnitare crescat, sitque feria secunda: ratio est, quia abiectis
 omnibus septenariis ex anno communi, siue diebus 365. vnitare superflua
 sit; & quia binarius superest, si omnes septenarij ex anno bissexto, siue di-
 ebus 366. reijciantur, ideo post annum bissextum denominatio primi diei
 creuit binario: ergo si hæ omnes unitates addititiæ in vnā colligantur
 summam, hoc est, tam anni Christi, quam bissexti præteriti seorsim, &
 addantur radici, siue numero ferie primi diei primi anni Christi, habebi-
 tur reiectis omnibus 7. index ferie primi diei anni propositi. Quare si, an-
 tequam fiat reiectio illa, etiam addantur dies anni currentis, qui post pri-
 mum diem anni vsque ad diem propositum numerantur (qui sunt ipsi di-
 es collecti minus primo die anni) & post reijciantur omnes 7. necessario
 remanebit index ferie pro die proposito: atque hæc sunt, quæ regula fieri
 præcipit; nisi quod nulla additio præcipiatur radici, quod consulto factum
 est, nam primus dies primi anni Christi, quem vt radicem regula respicit,
 fuit feria 7. quia ergo omnes septenarij per diuisionem abiiciuntur, nulla
 opus fuit additione radici.

Notandum. Si pro nostro seculo compendio vti velis, annis expansis ela- Compendium
 psis adde bissextos eiusdem seculi præteritos, ex Notando Reg. 8. repositos, & 4. pro labente se-
 (quia anni 1600. in quo radix statuenda est, primum diem præcessit feria 4.) tum culo.
 etiam dies collectos datos anni currentis, summam diuide per 7. & remanebit
 vt supra, feria quæ sita.

Exemplum pro eodem die 23. Martii anni 1615. annis 14. expansis præ- Exemplum
 dictis addantur bissexti 3, & radix 4. tum collecti dies 82. summa 103. diuisa per
 7. residuum facit 5. indicem ferie quæ sita.

REGV-

REGULA XIII.

*Tam litteram, quam feriam cuiusvis diei mense, & anno
proposito explorare.*

Quæ littera pri-
mo diei cuius-
vis mensis in
Calendario ad-
scripta sit co-
gnoscere,

Quod si absque diebus collectis ea quæ binis præcedentibus regulis docui-
mus, per menses tantum indagare cupis, scire primum oportet, à qua littera
quicquid mensis ortum ducat, siue quæ littera primo diei cuiusvis mensis in Ca-
lendario adscripta sit, id quod nullo negotio ex hisce discas Clauianis verbi-
bus.

*Astra dabit Dominus, gratisque beabit egenos.
Gratia Christicola feret aurea dona fideli.*

Nam duodecim hæ voces duodecim tribuuntur mensibus, astra videli-
cet Ianuario, dabit Februario, & sic deinceps. initialis autem vocis littera est ea,
quæ primo diei eius mensis, cui ipsa vox attributa est, in Calendario adscribi-
tur, A. scilicet Ianuario, D. Februario, &c.

Regula.

Itaque à dato die mensis omnes reiiciantur septenarii, residuum numeratum à littera
initiali dati mensis inclusiue in ordine directo 7. litterarum Dominicalium, dat litteram
propositi diei, accepto septenario pro residuo, quando nihil remanet. Ex littera deinde feri ha-
betur, ea ratione, ut Regula II. docuimus.

Exemplum. Proponatur dies 23. Martii, anni 1815. reiectis ex 23. omni-
bus 7. residuum sit 2. ergo secunda littera à D (Martio enim debetur tertia
vox Dominus) inclusiue, hoc est, E adscripta est in Calendario diei vigesimo
tertio Martii.

Ratio Regulæ nulla videtur indigere explanatione, cum ex litte-
rarum per Calendarium, diesque mensium dispositione constet, post septem
semper redire eam litteram, qua initio mensis posita est.

REGULA XIV.

*Pascha, ac reliqua festa mobilia, quatuor anni solennia ieiunia, numerum
item Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum, una
cum ipso Aduentu determinare.*

Regula.

Inuento per Reg. 4. termino Paschali, proximus post illum dies Dominicus festum
Pasche indicat; à quo, si per 9 hebdomadas retro in antecedentia numeraueris, incidis
in Dominicam Septuagesima; si 7. tantum, in Dominicam Quinquagesima; post quam
proxima feria quarta diem cinerum notum reddit. Similiter, si post pascha septem hebdoma-
das in consequentia progressus fueris, habebis Pentecosten; si vero per quinque tantum, & à
hac Dominica in feriam quintam descenderis, reperies Ascensionem Domini. Vel, pro festo
Pentecostes adde diei Pasche, dies 49. & totidem ab eo deme pro Quinquagesima: pro Ascen-
sione adde 39. vel à Pentecoste detrahe 10.

Initium Aduentus celebratur ea Dominica, qua festo S. Andrea, siue diei ultimo
Noebris proximior est.

Qua-

Quatuor vero anni ieiunia, quæ vocant Quatuor Tempora, peragi solent feria quarta, sexta, & septima siue Sabbatho post tertiam Dominicam Aduentus, post primam Dominicam Quadragesima; Post Pentecosten, post Festum Exaltationis S. Crucis, quod die celebratur decimo quarto Septembris.

Numerus denique Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum incidentium sic reperitur: Attendatur quot sint Dominica post Pascha vsque ad diem S. Georgii Martyrii inclusiue, qui in diem 23. Aprilis incidit; siue quot sint post Pentecosten vsque ad Festum S. Barnaba Apostoli inclusiue, quod die 11. Iunii peragitur: hoc est, quoties numerus septenarius in diebus post Pascha, vel post Pentecosten, vsque ad diem S. Georgii, vel S. Barnaba inclusiue contineatur, tot enim Dominica addenda sunt ad 24. vt habeatur numerus Dominicarum quæstatarum. Vnde si nulla Dominica in diebus comprehenditur, siue quod idem est, si pauciores quam 7. sunt, vel Pascha in ipsum diem S. Georgii, vel Pentecoste in diem S. Barnaba incidet, numerus Dominicarum erit 24. Sin autem Pascha, vel Pentecoste post suum, quod diximus festum celebratur, tunc 23. tantum erunt Dominica inter Pentecosten, & Aduentum.

Exemplum. Quæruntur hæc omnia pro anno corrente 1615. Terminus paschalis Regula quarta inuentus est in die 5. Aprilis, qui, vt ex præcedentibus Regulis colligi potest, feriam quartam sibi vendicat; ergo proxima sequens Dominica, quæ in 9. Aprilis reperitur, Pascha est; cui si addas hebdomadas 7. siue dies 49, fiunt dies 58. & reiectis 30. pro Aprili, relinquitur dies vigesimus octauus Maii, in quem Festum Pentecostes incidit; & detractis diebus 10. reliquus sit decimus octauus Maii pro Ascensione Domini. Additis vero ad eundem diem 9. Aprilis, diebus omnibus, tum Martii, tum Februarii, quorum hic in anno communi 28. tantum complectitur (vt numerum efficias ex quo 49. demere possis) & à summa 68 detraxeris 49. reliquus fiet dies 19. Februarii, pro Dominica Quinquagesimæ, &c. Quia autem ex Regula præcedenti primus dies Decembris litteram gerit F, sequitur vltimum diem Nouembris, siue Festum S. Andreae habere litteram E, & quia anno proposito littera A, ex Regula 10. Dominicalis est, atque adeo illa, quæ in 3. Decembris figitur, proximior sit ipsi E, quam illa, quæ in 26. Nouembris præcedit, consequens est, Aduentum incipere die 3. Decembris. Denique quoniam post diem 9. Aprilis, qui est, Paschatis, vsq; ad 23. Aprilis, siue S. Georgii, numeratur dies 14. in quibus septenarius bis continetur, ideo 2. ad 24. adicienda sunt, vt consuetur numerus 26. Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum, &c.

Ratio Regulæ. Si vltimam partem de numero Dominicarum inter Pentecosten, & Aduentum excipias, alia hoc loco non est quarendæ, quam Constitutiones, ac Decreta Patrum, qui nobis hæc Festa ita distinxerunt. Quod vero ad illas attinet Dominicas, de quibus in calce Regule præcipitur, res facilis est: Cum enim remotissimus terminus, à quo Aduentus initium trahere potest, in tertio die Decembris hareat (ad tres enim dies tam citra, quam ultra Festum S. Andreae initium illud excurrere potest) isque litteram A adscriptam habeat, quando ea Dominicalis est, Pascha diem S. Georgii, siue 23. Aprilis, cui similiter littera A adscripta est, excedere non potest (vltimus enim Paschalis limes est dies 25. Aprilis, quare littera A non repetitur): & si quidem Pascha fiat eo in die, inter

Rrr

dum

duas illas Dominicas interijciuntur alie Dominica 31. ut patet ex Calē-
dario. Si vero uno die precedat, etiam initium Aduentus uno die
precedit tertium Decembris; & si duobus, duobus, &c. usque ad numerum
septenarium exclusiue, ita ut idem semper maneat interuallum dierum
223. in quo septenarius habetur tricies, & semel. Ergo demptis septem illis
Dominicis, quae post Pascha usque ad Pentecosten inclusiue numerantur,
inter Pentecosten, & Aduentum Dominica 24. relinquuntur. Quare pro-
ueniente Paschate diem S. Georgij, tot Dominica addendae erunt ad 24.
quot à Paschate usque ad eundem S. Georgij diem inclusiue inueniuntur.
Et quia Pascha ultra 32 dies, qui septenarium quater tantum continent,
retrocedere non valet (vigésimus enim secundus dies Martij citimus eius
limes est) sequitur numerum Dominicarum 28. excedere non posse. Quod
si pascha post diem S. Georgij inueniatur, mox una perit ex numero 24.
Dominicarum, nam etiam si id ultra diem 25. Aprilis, ut diximus, non
labatur, tamen quia litterae B & C diebus 24. & 25. Aprilis respondēt, ipse
initium Aduentus in 4 & 5 Decemb. qui iisdem litteris insigniti sunt, pro-
trudere non possunt, eo quod idem initium tunc alias, & festo S. Apollin-
viciniores, in diebus 27. & 28. Nouemb. fixas litteras B & C sibi affigunt,
ergo cum non idem, quod antea, maneat interuallum, & nihilominus
plus una Dominica ex illo tollatur, sequitur tunc numerum Dominicarum
inter Pentecosten, & Aduentum esse tantum 23. cumque omnium esse
minimum.

REGVLA XV.

*Nonas, Idus, & Calendas in diebus ordinariis mensium exhibere; & con-
tra hos ab illis denominare.*

Qui, ac quot di-
es singulis men-
sibus à Calēdis,
Nonis, ac Idib.
denominentur,
scire.

PRIMO omnium scire oportet, vel qui dies simpliciter, vel quot à Calēdis,
Nonis, & Idibus nomen accipiant, id quod hisce tradi versibus solet.

*Maius sex Nonas, October, Iulius & Mars,
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet Octo.*

Ex quibus facile discitur, quinam mensis dies simpliciter à Nonis, & Idibus
denominentur, nam primum cuiusvis mensis diem absolute à Calēdis de-
minari suo loco Cap. 4. Num 9. diximus. Quia igitur hi 4. menses, Martius,
delicet, Maius, Iulius, & October, qui his exprimuntur versibus, sex Nonas
dies habent, quia Nonis appellationem accipiunt; reliqui vero 8. menses, qui
tuor tantum, sequitur, si addamus primum mensis diem, cui Calēda nonis
imponunt, Nonas in illis incidere in diem septimum; in his vero in diem quita-
tum: & si hisce rursus addamus dies 8. qui iuxta recitaros versus in omnibus
mensibus attribuuntur Idibus, in illis quatuor mensibus Idus cadere in diem
decimum quintum, in his vero 8. in diem decimum tertium.

Ergo vt dies propositus à Nonis, vel Idibus alicuius mensis, vel à Calendis insequen- Regula pars
prior.
tis denominatus, exhibeatur in numero dierum ordinario, detrahendus est numerus denomi-
nationis minus vno, ex numero diei in quem Nonæ cadunt, vel Idus, vel Calenda insequen-
tis mensis, prout dies denominatus erit à Nonis, vel Idibus, vel Calendis. Reliquus nam-
que numerus diem mensis exhibebit eum, qui quarebatur.

Si contra dies mensis in numero ordinario datus, denominandus sit à Nonis, Idibus, Regula pars
posterior.
vel Calendis, si is est primus, simpliciter denominatur à Calendis; si quintus aut septimus, à
Nonis. vt supra dictum; si denique tertius decimus, aut quintus decimus, ab Idibus, vt simi-
liter monuimus, sin alius, qui tamen sedes Iduum, hoc est, diem 13. vel 15. non exce-
dat, detrahe eius numerum minus vnitatem ex 5. vel 7. si fieri potest, & qui relinquitur nu-
merus, denominationem exhibet Nonarum: si detrahi ex 5. vel 7. non potest, detrahatur
iuxta menses assignatos, vel ex 13. vel ex 15. & remanebit denominatio ab Idibus sumenda.
In reliquis diebus qui videlicet 13. vel 15. excedunt, fiat dati diei minus vnitatem subtractio
ex numero dierum totius mensis aucto vnitatem, remanebit enim numerus à Calendis mensis
subsequens denominandus.

Exemplum. Proposito quinto Idus Ianuarii sit exhibendus respondens Exempla pro
prima parte
Regulæ.
dies ab initio Ianuarii numeratus. Quoniam Idus Ianuarii cadunt in 13. di-
em, subtrahatur 4. (id est numerum vnitatem minorem, quam numerus deno-
minationis quinto Idus datæ) reliquus sit 9, ergo dies nonus Ianuarii estis,
qui diei proposito responder.

Aliud. Scriptæ sunt litteræ decimo octauo Calendas Iulii, qui dies in
mense Iunio existit, quia autem Calenda Iulii cadunt in diem trigesimum pri-
mum à Calendis Iunii numeratum, cum Iunius habeat dies 30. ergo si de-
trahatur 18. minus vno, hoc est 17. ex 31. supersunt 14. Ergo litteræ hæ scri-
ptæ sunt 14. Iunii, proximo videlicet die post Idus.

Exemplum pro secunda parte Regulæ. Datus sit dies 3. Aprilis, qui cum Exempla pro
secunda parte
Regulæ.
Nonas, quæ in diem quintum cadunt, præcedat, is minus vno ex 5. subtrahendus est,
quofacto remanent 3. dices ergo die 3. Aprilis, Tertio Nonas Aprilis.

Aliud. Oblatus sit dies 23. Martii. Quoniam Idus præterierunt, hoc
est, numerus 23. est maior quam 15. in quem Idus cadunt, & Calen-
dæ Aprilis insequentis, cadunt in diem tricesimum secundum ab initio
Martii numeratum, hoc est, ex 31. numero videlicet dierum mensis
Martii, & vnitatem additiciam fiant 32. ideo 23. minus vno, hoc est, 22.
ex 32. subtrahenda sunt, vt remaneant 10. quæ nos doceant die pro-
posito dicendum esse, decimo Calendas Aprilis.

Ratio Regulæ Non est opus quicquam addere ijs, quæ ipsi Regula præ-
misimus, cum inde sufficienter ratio constet, præsertim si bene intelligen-
tur ea quæ cap. 4. num. 9. de Calendis, Nonis, & Idibus diximus: nisi for-

taſſus ſcire quiſpiam deſideret, quod cum in vtraq; parte Regula ſubtractio fieri præcipiatur, cur numerus ſubtrahendus ſemper unitate multatus deſit. Sed neque hoc difficultatem habet. Enimvero cum numerus Nonarum non incipiat cum ipſo numero dierum menſis, ſed vno die poſt, & poſt Nonas immediate ſequantur Idus, atque poſt Idus Calenda, ita vt numeratio ex vtraque parte ab eodem non deriuetur termino, differentiaque illa ſit, vt diximus, unitas, hinc eſt quod, antequam fiat ſubtractio, quam Regula præcipit, per unitatis multam alter numerus ad eum, qui propoſitus eſt, reducatur terminum.

REGVLA XVI.

Indictionem pro anno propoſito elicere.

Regula.

Annus Chriſti propoſitus addatur ternarius, & ſumma diuidatur per 15. indicabitur numerus reſiduus (accipiendo 15. pro reſiduo, quando in diuiſione nihil ſuperſit) indicationem, qua queritur: Quotus vero numerus Cyclorum integrorum.

Exemplum. Annus Chriſti 1615. auſtus ternario, & diuiſus per 15. reliquum facit Indictionem 13, quoto indicante Cyclos 107.

Ratio Regulæ. Ternarius additur, quia anni Chriſti non vni Cyclo Indictionum incipiunt, nam proximo ante aram Chriſti annus ternarius fuit Indictio currens, atque adeo primo anno Chriſti quaternarius, qui ex additione ternarij ad annum Chriſti naſcitur, & ſic de reliquis.

Compendium pro noſtro ſeculo.

Notandum. Pro noſtro ſeculo hac vti poterimus particulari Regula: annus panſis addatur tanquam radix numerus 13. (Indictio videlicet anni 1600. ex iſdem ſubtrahantur 2, numerus conſtutus, vel reſiduus diuiſus per 15, quam facit Indictionem, quæ queritur.

Exemplum.

Exempli gratia hoc anno 1615. ex 15. ſubtrahe 2. relinquitur 13. Indictio currens.

CAPVT DECIMVM.

Regula Calendarii noui, ſue Gregoriani.

REGVLA I.

Qualitatem anni Solaris an videlicet biſſextus, vel communis ſit, & ſi communis, quotus ſit poſt biſſextum edicere.

Quomodo hoc capite anni Gregoriani ſumantur.

Quamuis anni Gregoriani diuerſimode, quemadmodum in Proœmio huius libri quinti inuimus, ſumi poſſint, tamen quantum ad caput præſentis ſtat, ſumuntur, prout in numero exhibentur ab æra Chriſtiana deducto, ſcilicet anno 1582. quo dies decem ſimul exempti ſunt, primo in vſum iatroducitur Pontif. Max. Gregorio XIII. Gregoriani denominati ſunt. Iſi igitur ſue panſi ſint, ſiue centenarii (vtriſque tamen in proprio ſuo genere conſiderantur eadem prorfus inſeruit Regula, qua mox cognoscitur vtrum annus poſt correctionem Calendarii acceptus reuera biſſextus, vel non biſſextus futurus ſit vel fuerit; aut, ſi datus annus ex numero annorum ante correctionem elatus eſt, qualis is fuiſſet, ſi tunc temporis methodus Gregoriana in vſu fuiſſet. Regula igitur talis eſt.

Numerus, qui in annis centenariis propositis, solas centurias cum suis decadibus centuriarum, in expansis vero solos expansos denotat, diuidatur per 4, indicabit residuum quotus annus propositus post bissextum sit, in centenariis quidem ratione centenariorum, in expansis ratione expansorum. Quando vero ex diuisione nullus oritur numerus residuus, signum est, annum propositum esse bissextum.

Exemplum 1. Esto propositus annus currens 1615, in quo anni habentur expansi 15, hi igitur soli diuisi per 4, reliquum faciunt ternarium, qui indicat annum Christi 1615, esse communem, & tertium post bissextum.

Exemplum 2. Proponatur annus 301700, qui cum sit centenarius, diuido numerum centuriarum cum sua decade, qui est 17, per 4, & inuenio vnitatem residuam, quæ indicat, annum propositum communem esse, primumq; post bissextum, qui fuit anno centenario 301600.

Ratio Regulæ quo ad annos centenarios, est ipsum Pontificis Maximi Gregorii XIII. statutum, quo anni Iuliani modo, excessu peccanti, tres annos centenarios continuos (quarto quoque præterito) bissextis suis spoliando medelam attulit. Quia igitur liber à mulctatione pronunciatus fuit annus 1600, qui primus post correctionem centenarius est, & quaternario ratione centuriarum exacto numeratur, atque quartus quisque centenarius, tam ante (si æquatio Gregoriana retro extendatur) quam post ipsum eodem gaudeat privilegio, constat propositum. Nam quod soli anni expansi per 4 diuidantur, etiam si ipsis annexi sint centenarii alique maiores, ratio est, quia omnes centenarii quaternario exacte numerantur: imo in vniuersum, ut Arithmetici demonstrant, quiuis numerus, quantumuis magnus, quaternario numerabilis est, si duæ vltimæ ipsius figuræ, quibus vnites, & decades exprimuntur, eodem quaternario numerabiles fuerint. Atque hæc etiam causa est, cur in annis centenariis solum illas duas figuras, quæ centenarios, eorumque decades denotant, nulla reliquarum habita ratione, per 4 diuidi præcipimus.

Notandum. Quando anni expansi ternarium non excedunt, & quis scire cupiat, quotus ille sit post bissextum, attendendum est, an proxime præcedens centenarius bissextus fuerit, nec ne. Nam si bissextus fuerit, quæstioni Regula satisfacit, sin minus, ad ipsos annos expansos datos adiiciendus est quaternarius, vt habeatur numerus, qui indicet quæsitum.

Exempli gratia datus sit annus 1702, anni expansi sunt 2, & proxime præcedens centenarius 1700 non est bissextus, additis igitur 4 ad 2, summa, quæ est 6, indicabit annum propositum esse sextum post proximum bissextum. Anni centenarii communes semper sunt quarti post bissextum proxime elapsam.

Quomodo ab ordine, post bissextum denominandi sint anni expansi proxime post annos centenarios communes sequentes.

REGVLA II.

Numerum dierum, quos exemptiles vocant, quibusque anni Gregoriani à Iulianis differant, computare.

Regula hac nihil aliud inquirendum proponitur, quam numerus dierum bissextorum, qui vltra 10 illos dies, qui anno correctionis 1582 perierunt, dies exemptiles qui.

imposterum pro quouis dato anno ex lege Gregoriana omittendi sunt, his ipsis 10 diebus coniunctus: hi enim simul sumpti, vt cap. 5. num. 12 definitum est, absolute exemptiles dicuntur. Verum nihil obest, quin Regula fieri possit vniuersalior, & retro etiam ad æram Christi vsque extendi, ita vt colligere liceat, si methodus Gregoriana tunc incepisset, quæ nam quouis anno proposito vtriusque Calendarii, noui scilicet, & veteris, differentia fuisset. Regula igitur hæc esto.

Regula.

Ex anno Christi proposito duæ abiiciantur postrema figura, vt remaneant soli centenarii, centenariisque maiores, & reliquus numerus per 4 diuidatur, triplus enim quotus additus ipsi, si quod fuerit diuisionis residuo, dies exhibebit ab ipsa æra Christi exemptiles: à quibus si subtrahantur duo, relinquuntur dies proprie dicti exemptiles, veri vel imaginarii, prout annus post, vel ante correctionem propositus fuerit.

Exemplum 1. Esto propositus annus Christi 690, abiectis figuris 0, & 0, siue annis 90, centenarii 6 reliqui diuisi per 4, quotum dant 1, residuum 2, quotus triplicatus cum ipso residuo facit 5, tot igitur dies sunt ab æra Christi exemptiles; abiecto vero binario remanent 3 dies proprie exemptiles, sed tantum imaginarii, cum annus datus correctione, in qua ipsi cum 7 aliis exempti sunt, præcesserit.

Exemplum 2. Datus sit annus 1615, reiectis 15 manent centenarii 16, qui diuisi quaternario faciunt residuū 0, quotū 4; ergo iste triplicatus dat dies 12 à Christo exemptiles, & abiecto binario remanent 10, totidem nimirum, quot ab anno Christi 300, vsque ad annum 1600, siue ad annum 1700 exclusiue Pontifex Max. Gregorius XIII. anno correctionis eximi voluit.

Exemplum 3. Proponatur annus Christo 8120, diuidantur 81 per 4, & erit quotus 20, triplus vero ipsius 60, quod additum ad vnitatem residuam componit numerum 61, dierum à Christo exemptilium, & abiectis 2, relinquitur dies 59 proprie, & veros exemptiles: indicant enim annum Gregorianum 8120, totidem diebus præuenire annum Iulianum 8120, hoc est, diem quinquagesimum nonum anni Gregoriani 8120, incidere in diem vltimum anni Iuliani 8119, ita vt dies anni propositi sexagesimus, siue primus Martii in Calendario Gregoriano: (annis enim propositus bissextus est) respondeat primo diei anni propositi, hoc est, primo Ianuarii in Calendario Iuliano.

Ratio Regulæ manifesta est: cum enim quauis tetracosietèr de dies 3 omittendi sint, patet, quoties in annorum Christi numero habentur anni 400 (quod scitur ex quoto, si anni Christi per 400, hoc est, abiectis utrobique, tam ex diuidendo, quam ex diuisione binis postremis figuris, reliqua annorum figura per 4 diuidantur) toties tres dies bissextos omittendos esse, atque adeo hunc numerum dierum præcreari, si quotus ille triplicetur. Quoniam vero tetracosietèrides à Christo incipientes, in primis, secundis, & tertiis annis centenariis singulos dies bissextos abiiciunt, quartos quoque prætereundo; hinc est, quod singuli anni centenarii in diuisione illa per 4 residui, singulos dent dies triplicato quoto addendos. vt habeatur totus numerus dierum bissextorum à Christo vsque ad datum centesimum inclusiue omittendorum. Sed quia æquatio Gregoriana, quamvis hac methodo in annis Christi post correctionem progrediatur, tamen ante illam non

primo

primo anno centesimo, sed tertio, qui Concilio Niceno proximus est, primum abiectum sibi imaginatur diem, ac propterea anno correctionis decem re ipsa abiicere precepit; Regula nostra, ut hos dies, siue verè, siue imaginarie abiectos colligat, ab illis priore ratione inuentis, duos, qui prioribus duobus debentur annis centesimis, iubet abiicere.

Notandum 1. Quando annus datus præcise est centenarius, & ex numero illorum, qui multari bissexto solent, tum dies exemptiles reperti comprehendunt etiam illum diem bissextum, qui ipso anno proposito omittendus est.

Notandum 2. Si dies aliqui præter hunc ordinem aliquando eximi à Pontificibus præciperentur, vel alii intercalarentur, illi hinc hac Regula inuentis addendi, vel subtrahendi essent.

Consuetudinem. Patet hinc, cuius proposito diei Calendarii Gregoriani, correspondentem diem in Calendario Iuliano, & contra, dari posse. Potissimum enim quod ad hoc requiritur, est dierum exemptilium cognitio, quibus habitis sic procedendum est: A die Calendarii Gregoriani in numero collecto annidato, auferantur dies exemptiles hac Regula inuenti, additis diebus 365 (vel 366, si annus præcedens bissextus sit) quando subtractio fieri nequit, eritque, qui remanet, dies collectus anni Iuliani quæsitus, ostendens diem mensis in Calendario capite 7 proposito, in propria anni ratione acceptus. Si contra dies datus collectus ex Calendario Iuliano desumptus sit, quæratque ei correspondens in Calendario Gregoriano, dies exemptiles addendi ad ipsum sunt, & à summa, quando fieri potest, annus auferri integer, ut colligatur, aut remaneat dies Calendarii Gregoriani quæsitus.

Exempli gratia quærat, cui diei in Calendario Iuliano congruat dies 25 Ianuarii (qui idem est vicesimus quintus anni) ex Calendario Gregoriano, & anno Christi currente 8120 desumptus, dies exemptiles pro hoc anno, ut Exemplo 3 præsentis Regule inuentum est, sunt 59, qui ex 25 auferri non possunt, additis igitur diebus 365, quibus constat annus Iulianus proxime præcedens, auferantur ex 390, & remanent dies 331, quibus in Calendario capitis 7 in columna 6 acceptis, responder in columna 4 dies vicesimus septimus mensis Nouembris, anni Christi 8119, is nimirum, qui quæstioni propositæ satisfacit.

Si contra datus esset dies 27 Nouembris ex Calendario Iuliano anni 8119, ad 331, dies scilicet collectos 27 Nouembris respondentes, addédi essent dies exemptiles 59, & ex summa 390 auferendus annus propositus dierum 365, ut remaneret 25 Ianuarii anni 8120 pro Calendario Gregoriano.

Rursus datus sit eodem anno 8120 ex Calendario Gregoriano dies primus Aprilis, qui est nonagesimus secundus anni bissexti propositi (ut ex columnis septima & quarta Calendarii capit. 7 colligitur) ablatis igitur 59, remanet dies 33, siue secundus Februarii, qui eodem anno 8120 in Calendario veteri dato diei 1 Aprilis responder, &c.

Item, velit quis scire pro anno Christi 325, cui diei Calendarii Iuliani respondeat dies vicesimus primus Martii Calendarii Gregoriani, si id, ut nunc fingitur (conseruata tetracosietidū methodo à Christo deductarum) anno Christi trecentesimo primum vsurpari cœpisset; Dierum exemptilium ex Regula est tantū vnus, qui subtractus ex 21 Martii relinquit diem 20 Martii quæsitum; & sic de cæteris.

Dies exemptiles anni centenarii propositi an hac regula inueniatur nec ne. Dies exemptiles & intercalares extraordinarii.

Dato quouis die in Calendario Gregoriano correspondentem ei exhibere in Calendario Iuliano.

Exemplum 1.

Exemplum 2.

Exemplum 3.

Exemplum 4.

Quid

Quid faciendum sit, quando dies exemptiles annum solarem superant, duabus sequentibus Regulis patebit.

REGULA III.

Dato anno Gregoriano, cui anno Iuliano is congruat, pronunciare.

Regula.

Dies exemptiles pro dato anno Gregoriano completo ex Regula 2 inuenti, diuidantur per 1461, & quadruplus quotus subtrahatur à dicto annorum numero, remanebitque annus Iulianus quaesitus. si quidem nullum diuisionis fuerit residuum: sin minus, tot ex inuentis Iulianis adhuc demantur, & iuxta quantitatem suam (bissextus videlicet in dies 366, communis in dies 365) resoluantur, quot necessarii sunt, vt ex illis subtrahi possit diuisionis residuum, facta enim hac subtractione remanebit annus Christi Iulianus completus cum diebus, si qui fuerint anni proxime sequentis.

Exemplum 1. Queratur, cui anno Christi iuxta Calen. Iulianum, siue vetus, respondeat annus Gregorianus completus 974200. Dies exemptiles horum annorum ex Regula 2 sunt 7305, qui diuisi per 1461, quotum reddunt 5, residuum nullum: ergo quadruplus quotus, id est 20, subtractus ex anno 974200 proposito, relinquit annum Iulianum 974180 quaesitum.

Exemplum 2. Volo scire, cui anno Christi Iuliano respondeat annus Gregorianus completus 301700, quem Caluissus tanquam similem, & similiter (proh quanta dissimilitudine) à reformatione Calendariorum remotum, cum anno Christi Iuliano 1500 composuit. Dies exemptiles ex eadem Regula 2 dantur 2261, qui diuisi per 1461, residuum faciunt dierum 800, & quotum 1, cuius quadruplum ex 301700 subductum, reliquos facit annos Iulianos 301696, ex quibus demo adhuc annos tres (vt subtrahere possim residuum 800) videlicet nonagesimum sextum, qui est bissextus, & dierum 366. & duos communes proximos, nonagesimum quintum, & nonagesimum quartum, qui tres anni faciunt simul dies 1096, dempto igitur residuo dierum 800 remanent 296: ergo anno Christi Gregoriano proposito 301700, respondet annus Christi Iulianus 301693 completus, & dies 296; hoc est, dies vltimus anni Christi Gregoriani 301700, ex consecrariis huius, & precedentis Regulæ, respondet diei ducentesimo nonagesimo sexto, siue vigesimo tertio Octobris anni Christi Iuliani 301694 currentis.

Ratio Regulæ. Cum dies exemptiles aliud non sint, vt iam sepius diximus, quam differentia, siue defectus, quo anni Christi, prout iam, & imposterum ad Calendarium Gregorianum computatur, ab æquali annorum Christi numero Iulianorum deficiunt, si illi ipsi dies annis Christi Gregorianis cogitentur additi, complebitur numerus annorum Christi propositus in magnitudine annorum Iulianorum, hoc est, fient anni Christi in Calendario Iuliano vsitati. Si vero contra idem dies exemptiles ex eodem numero proposito annorum Christi Gregorianorum, ac si Iuliani essent, demantur, manebit annus Christi Iulianus quaesitus, correspondens videlicet anno Gregoriano proposito. Cum igitur in singulis quadrienniis, siue lustris Iulianis contineantur tres anni communes, & vnus bissextus, hoc est, dies 1461, toties quatuor anni subtrahendi sunt, quoties hic numerus 1461 in diebus

diebus exemptilibus comprehenditur, ut remaneat precise annus Christi Iulianus completus, si nullus dierum exemptilium superfit: Si autem aliqui dies superfuerint, illi ex annis Iulianis, qui remanserunt subtracti, necessario relinquent annos ac dies Iulianos, qui exacte respondeant annis Gregorianis propositis, iuxta notam utriusq; Calendarii rationem. Sed non possunt dies illi ex annis subtrahi, nisi tot anni Iuliani (qui quaternarium nunquam excedent) ex ultimis in dies resoluantur, quot necessarij sunt ad subtractionem, qui cum possint esse vel communes, vel aliquis illorū bissextus, ideo iuxta quantitatem suam in ordine annorum Iulianorum in dieb. exhibendi sunt, id nimirum, quod in regula præscriptissimus.

Confectarium. Patet hinc quid faciendum sit, si certus dies alicuius anni ex Calendario Gregoriano proponatur, quæratque, cui diei & anno in Calendario Iuliano respondeat, nimirum iuxta Regulam hanc annos Christi Gregorianos completos reducendos esse ad Iulianos, annisq; ac diei Iuliano inuento addendum esse diem datum ab initio anni numeratum, nam si summa hæc annum Iulianum non exceßerit, factum erit, quod propositum fuit. Si vero maior fuerit, annus Iulianus abiiciendus, & reliquis adnumerandus erit, & qui relinquitur, dies erit is, qui quærebatur.

Datus dies & annus Gregorianus cui diei & anno Iuliano congruat cognoscere.

Exempli gratia, ait Caluissius, iuxta Clauui rationes anno Christi corrente 301701 in Calendario Gregoriano fore quartamdecimam Paschalem die 5 Aprilis, proximo scilicet die post plenilunium Paschale, quod in feria secunda præcefferit, atque adeo quod sequitur Pascha futurum die 10 Aprilis, quæritur, cui anno ac diei, iuxta Calendar. vetus, siue Iulianum id respondeat. Annis completis 301700 respondet Iuliani anni 301693, & dies 296, ut paulo ante exemplo 2 habuimus: dies decimus Aprilis est centesimus ab initio anni, additis ergo 100 ad 296, fiunt 396, & demptis diebus 366 pro anno Iuliano, qui proxime post annum 301692 sequitur (est enim bissextus) remanent dies 30: ergo Pascha, quod iuxta Caluissium in Calend. Gregoriano accidit anno 301701 die 10 Aprilis, respondet anno 301693 currenti, & diei 30 Ianuarii, aberrabitque Calend. vetus (anni enim magnitudo Gregoriana à Caluissio non reprehenditur) plus quam 6 annis solidis.

Exemplum.

REGULA IV.

Dato anno Christi Iuliano annum Gregorianum correspondentem sistere.

Dies exemptiles annis Iulianis tanquam Gregorianis debiti ex Regula 2 colligantur, iuxta propriam rationem in annos Gregorianos, annique collecti cum diebus residuis si qui fuerint additi annis propositis, component annos diesque Gregorianos quæsitos. Ut autem commode dies illi colligantur in annos primo diuidendi sunt per 1461, ut quotus det lustra siue quadrienaria, & residuum deinde per 365, ut habeantur in quoto anni singulares reliqui, & in residuo dies superadditi.

Regula.

Exemplum. Sit propositus annus Christi Iulianus completus 974200, cui ex Regula 2 dies respondent exemptile: 7305, qui diuisi per 1461, in quoto red-

Sss

dunt

dunt 5 quadriennia, hoc est, annos 20: hi igitur additi ad annum propositum, efficiunt annos Christi 974220 Gregorianos quæsitos.

Exemplum 2. Annis 301700 Iulianis respondent tanquam annis Gregorianis dies exemptiles 7301, qui diuisi per 1461, quotum dāt 1, hoc est, annos 4, & residuum 800, quod per 365 diuisum, annos dat adhuc duos, dies 296. ergo annis propositis respondent anni Gregoriani 301706, cum diebus 296.

Ratio Regule satis constat ex præcedentibus. Enimvero cum dies exemptiles non sint aliud, quam excessus, quo anni Christi Iuliani totidē Gregorianos in numero dierum excedunt, si illi ipsi dies ab annis Iulianis cogitentur detracti, remanebit idem numerus annorum in ratione annorum Gregorianorum: Ergo ut habeantur anni Gregoriani in dierū simul sumptorum numero æquivalentes datis Iulianis, iidem dies in annos Gregorianos colligendi, & prædictis annis Gregorianis addendi sunt, id quod præcipit Regula. Sed cōst

Obseruatio circa annos centenarios.

Notandum 1. Quando ex additione annorum, ex diebus exemptilibus per diuisionem numeri 1461 collectorum, ad annos propositos nascitur aliquis annus Gregorianus centenarius communis, illi non plures dies esse tribuendos, quam 365, atque adeo diem vnum pro quouis simili centenariō superaddendum.

Exemplum.

Exempli gratia propositi sint anni Christi Iuliani 301796, quorum dies exemptiles sunt 2261, & ut paulo ante Exemplo 2 habuimus, annos componunt 6 cum diebus 296, additque ad annos propositos, faciunt 301802, & dies 296. quia igitur natus est annus centenarius 301800, qui ex Regula 1 communis est, & sunt illi per diuisionem dierum 1461 (qui numerus continet 3 annos communes cum vno bissexto): tanquam bissexto attributi dies 366, ergo dieb. 296 dies vnus adhuc adiciendus est, & annis Christi Iulianis 301796 propositis, æquales enunciandi anni Gregoriani 301802 cum diebus 297.

Obseruatio circa annos bissextos.

N tandem 2. Quando residuum diuisionis per 1461, aut certe ipsi dies exemptiles dati, per 365 diuidendi quotum reddunt, qui additus datis annis, bissextum efficiat, vnus dies ex reliquis diebus subtrahendus est, vel, si nullus reliquus sit, vltimus ille annus, qui bissextus fuisset, rursus in dies resoluendus, & pro ipso cæteris annis dies 365 addendi, bissexto enim anno non tantum 365, quod fit illa diuisione, sed 366 debentur.

Exemplum 1.

Exempli gratia sint anni Iuliani 52303, eorum dies exemptiles ex Regula 2 inueniuntur 391, qui diuisi per 365, in quotum dant annum 1, residuum dierum 26: quia igitur additus annus ad 52303, facit 52304, qui ex Regula 1 bissextus est, ideo ut suos contineat dies 366, dies vnus ex 26 subtrahendus est, & annis Iulianis propositis æquales enunciandi anni Gregoriani 52304 cum diebus 25.

Exemplum 2.

Vel sint dati anni Iuliani 48999, quorum dies exemptiles sunt 365, & diuisi per 365, dant annum vnum superaddendum, qui, etiamsi centenarius nascatur, scilicet 49000 quia tamen ex diuisione per 1461 natus non est, neque etiam bissextus ex Regula prima reperitur, nihil nec addendum, nec subtrahendum est, sed annis Iulianis propositis 48999 æquales enunciandi sunt anni Gregoriani 49000.

Notandum 3. Quamuis, tam in hac, quam in præcedenti Regula, quo vniver-

saliores

saliores ipsæ sint, nomine dierum exemptilium accipi possint non solum ii, qui æquatione ordinaria, sed etiam, qui extra ordinem exempti intelliguntur, & idcirco hac Regula dies exemptiles colligere iussimus *iuxta propriam rationem in annos Gregorianos; respicientes tamen magis ad æquationem ordinariam, & tempora proximiora, quam ad extraordinariam, & nescio quæ secula imaginaria, Regulas præceptis onerare noluimus, & propterea dies exemptiles solum per numerum dierum vnius lustri, siue quadriennii, hoc est, per 1461, si eo usque peringerent, diuidere præcepimus. Nam si ratio ordinaria tetracositeridum spectetur, iidem exemptiles, si tot essent, prius per numerum dierum integræ tetracositeridis diuidendi essent, aut certe, quod facilius, cum anni Gregoriani 146100 æquiualeant annis Iulianis 146097, ipsi anni propositi per 146097 partiendi, ut quotus ostenderet, quot ternarius anni Iuliani aucti Gregoriani dici possent, &c. Sed hæc hoc loco sufficere iudicauimus.*

Admonitio de diebus exemptilibus extraordinariis.

Confectarium. Posse hac Regula cuius diei cuiusuis anni Iuliani dari annum ac diem Gregorianum respondentem, clarum est, nihil enim aliud requiritur, quam ut anni Iuliani compleri per hanc Regulam conuertantur in Gregorianos, iisque addantur dies dati, & si hac additione alius compleretur annus Gregorianus, is reliquis adnumeretur, ut in confectario Regulæ præcedentis de annis Iulianis dictum est.

Datus dies & annus Iulianus cui diei & anno Gregorianorepondeat scire.

REGVLA V.

Cyclum Solis cuique anno proposito debitum attribuere.

Cycli solis antiquus pro Calendario Gregoriano non aliter inuestigandus est, quam capite præcedenti, Regula nona, pro Calendario veteri eundem inuestigari præcepimus: hic tamen anni Christi Gregoriani, ibi Iuliani ad computum assumendi sunt.

Cycli vero solis proprie Gregorianus habetur in numero, qui remanet, quando ab annis Christi relictuntur omnia 400. siue, quod idem est, qui remanet, quando iidem anni per 400 diuiduntur, acceptis ipsis 400 pro cyclo, quando nihil in diuisione remanet.

Exemplum 1. Reiectis ex anno 1615 omnibus 400, reliquus fit numerus 15, cycli solis Gregoriani anni dati.

Exemplum 2. Propositus sit annus Christi 1824, is diuisus per 400, reliquum facit cyclum solis 224.

Ratio Regulæ, Tetracositerides Gregorianas incipere posse ab ipsis Christiana æra ænnis, præcedenti Regula monuimus. Cum igitur cycli solis nihil aliud sit, ut alibi diximus, quam certus annorum tam communium, quam bissextorum cum literis Dominicalibus rite connexorum numerus, quo absolute, idem omnino tam annorum, quam literarum reddit ordo ac qualitas, is autem certus numerus in representanti sit annorum Gregorianorum 400, ut testatur Clavius in Explicatione Calendarii capite vigesimo primo, numer. 4. & nos iamiam demonstrabimus, ipsum

hunc numerum una cum literis Dominicalibus debitis cyclum solis componere necessario dicendum est; quem cyclum, et si liberum fuerit inchoare undecumq; tandē libuerit; omniū tamen optime fingitur incepisse una cum annis Christi, & tetracosietēridib. à litera G, & ita à Clauio etiam loco citato proponitur, actu vero ac re ipsa usurpatum esse post diem 4 Octobris anni 1582 ponitur; ita ut reliquæ eiusdem anni parti pro cyclo solis Gregoriano obtigerit numerus 382, literam subministrans Dominicalem C, quæ admodum ex tabula sexta cap. 7 proposita manifestum est: recte igitur annos Christi per numerum annorum unius tetracosietēridis dividere præcepimus.

Post 400 annos
Gregorianos
eundem redire
literarum Do-
minicalium or-
dinem ostenditur.

Redire autem post 400 annos, si ter omittatur dies bissextus, eundem literarum ordinem, sic ostendi potest. In cyclo literarum Dominicalium 28 annorum, si semel quarto anno, ubi bina copulantur literæ, una tantum ponatur, & deinde ordo consuetus continuetur, post duodecim annos exactos eadem, quæ initio fuit posita in simili ad bissextum dispositione redit litera, ut clarissime in hac apparet tabella: eam enim incepimus à litera G, & anno primo post bissextum, quartoq; anno, qui iuxta antiquum cyclum bissextus esse deberet, unam tantum literam tribuimus, in reliquis deinde consuetum ordinem seruauimus, & post 12 annos eandem prorsus literam G, immediate post bissextum, ut initio posita est, reperimus. Ergo subtractis ex quolibet annorum numero, qui semel hac interruptione turbatus est, illis annis duodecim literæ reliquæ omnes eundem tenebunt ordinem, quem eis consuetus tribuit 28 annorum cyclus. Cum igitur prima in centuria, in qua semel sit interruptio, præter tres cyclos integros 28 annorum, comprehendantur anni adhuc 16, si ex eis auferantur dicti anni 12, remanent anni quatuor, pro nouo inchoando cyclo 28 annorum: & sic in secunda tetracosietēridis centuria, in qua secunda sit interruptio, ablatis tribus cyclos, & 12 annis, supererunt anni 8: & quod sequitur facta eadem subtractione in centuria tertia, restabunt pro nouo inchoando cyclo 28 annorum anni 12; Hi 12 anni coniuncti cū 100 annis quartæ tetracosietēridis cēturia, quæ abiectione literæ non interruptitur, componūt exacte cyclos antiquos 4. Ergo cum in 400 annis, abiectionis ter 12 annis, qua abiectione idem semper cycli initium restituitur, contineantur præcise cycli integri, numero scilicet 13, sequitur, post 400 annos semper redire idem cycli initium, eundemque literarum ordinem, quod est propositum: post vigintiocto enim annos in cyclo antiquo eandem redire literarum seriem, nemo est, qui dubitet.

Notan-

Notandum. Nostro seculo hoc est compendii, quod indagatione Cycli Gregoriani opus non sit, cum ipsimet anni Christi expansi eum denotent: (abiectionis enim ex 1600. omnibus 400 remanet nihil) sic hoc anno 1615. currente, Cyclus Solis Gregorianus est 15.

REGVLA VI.

Litteram Dominicalem deprehendere.

Indici littera Dominicalis quouis trium modorum Regula 10. Capitis praecedentis praescriptorum reperto, addatur numerus dierum exemptilium per Regulam 2 inuentorum, summa diuisa per 7. in residuo dat indicem littera Dominicalis quesita.

Exemplum. Cap. praecedenti in exemplis Regulae 10 pro anno corrente 1615. inuenta est littera Dominicalis A, siue index 1. dies exempti sunt 10. qui additi ad 1. faciunt 11. & abiectionis 7. remanet quaternarius index litterae D, quae hoc anno in Calendario Gregoriano Dominicalis est.

Ratio Regulae. Cum in Calendario Gregoriano toties una omittatur littera in ordine litterarum Iulianarum, quoties dies unus bissextus: ergo si tot litterae (reiectionis facilioris numerationis causa omnibus 7) à littera Dominicali Iuliana, siue veteri retrogrado ordine demantur, siue quod idem est, tot ordine directo addantur, ut inbet Regula, quot dies exempti sunt, habebitur illa littera, siue index eius, quae queritur.

Notandum 1. In anno bissexto littera hac Regula inuenta Dominicalis est, vique ad Festum S. Matthiae, postea assumitur proxime praecedens,

Notandum 2. Si annus propositus est centenarius communis, dies exempti Regula 2. inuenti unitate mutilandi sunt (quia ipsi comprehendunt etiam diem illum qui anno proposito post ipsius initium omittitur) antequam addantur ad indicem litterae antiquae.

Notandum 3. Nostro seculo si uti vis compendio, adde ad indicem litterae veteris Calendarii 3. (numerum qui relinquitur, si ex decem diebus exemptilibus abiciantur 7.) & habebis litteram Gregorianam. Et contra à Gregoriana subtrahe 3, vel adde 4, & remanebit, vel conflabitur index litterae Iulianae.

Litterae Dominicales anni bissexti.
Admonitio de anno centenario communi.

Compendium pro nostro seculo.

2. Idem aliter per Cyclum Solis Gregorianum.

Cyclus Solis per Regulam 5. inuentus diuidatur per 4. & quotus multiplicatus tot unitatibus, quot Cyclus inuentus continet centenarios, addatur ipsi Cyclo, summa diuidatur per 7. residuum enim subtractum ex 8 reliquum facit indicem litterae quaesitae, & si nullum est residuum, signum est unitatem esse indicem, atque adeo A litteram esse Dominicalem.

Exemplum 1. Cyclus Solis 15. pro anno 1615. Regula 3. repertus, diuisus per 4 facit quotum 3, qui additus ad 15 (propositi enim anni Cyclus nullum centenarium continet) facit 18. abiectionis omnibus 7 remanent 4, quae dempta ex 8 relinquunt alium quaternarium litterae Dominicalis D indicem.

Exemplum 2. Queratur littera Dominicalis pro anno Christi Gregoriano 1824. Cyclus Solis est, ut in exemplo 2. Regula 3. vidimus, 224, & diuisus per 4

Sss 3

dat

dat quotum 56. qui multatus binario (tot enim centenarios Cyclus continet) & additus ipsi Cyclo 224 facit summam 278. hæc vero diuisa per 7. residuum subministrat 5. quod subtractum ex 8. reliquum facit 3. indicem litteræ Dominicalis C. post Festum S. Matthiæ usurpandæ.

Ratio Regulæ prorsus eadem est cum ea, quam dedimus Cap. præcedenti Regula 10 ubi in secundo modo similiter litteram ex numero Cycli Solis elicere docuimus, & ad verbum huc transferri posset: hoc solum hic additur, ut bissexti per diuisionem in quaternarium reperti, multentur tot unitatibus, quot Cyclus continet centenarios, cuius ratio est, quia tot omittuntur bissexti, inde, quia Cyclus non à bissexto incipit, additur.

Quæ littera
initio anni
bissexti Domi-
nicalis sit.

Notandum 1. Quando annus propositus est bissextus, quod cognoscitur, quando in diuisione Cycli per quaternarium nihil remanet, per hanc Regulam inuenitur littera quæ post Festum S. Matthiæ in usu est, quare, ut habeatur ea, quæ initio anni Dominicam indicat, ad indicem inuentum addenda est vnitas; assumendi enim essent bissexti tantum elapsi: sic in exemplo 2. index litteræ Dominicalis initio anni 1824. usurpandi, erit 4. litteram D. indicans.

Regula parti-
cularis pro la-
bente seculo.

Notandum 2. Pro nostro seculo hoc erit compendium: anni expansi aucti quarta sui parte, & diuisi per 7 in residuo dant numerum, qui ex 8. subtractus relinquit indicem litteræ quæ sit: Seruato tamen in annis bissextis etiam Notando 1.

Exemplum.

Exempli gratia anno 1616. anni expansi sunt 16. eorumque quarta pars ipsis annis addita facit 20. facta vero diuisione per 7, residuum fit 6, quod subtractum ex 8. relinquit 2. quibus addenda est vnitas (propterea quod annus 1616. bissextus sit) ut fiat 3. index litteræ Dominicalis C. quæ sit.

3. Idem aliter per tabulam.

Cum Cyclo Solis Gregoriano ingredi tabulam sex:am capite 7. expositam, littera enim è regione ei respondens proposito anno Dominicalis est.

Exemplum anno 1704. quo Cyc'us currit 104. littera Dominicalis prima est F, secunda E.

4. Idem aliter per Cyclum Solis antiquum, hoc est, numerum Cycli antiqui inuenire, qui in tabella eiusdem Cycli litteram ostendat Dominicalem Gregorianam.

Regula.

Ex Cyclo Solis Gregoriano aucto quinario subtrahantur tot duodenarii, quot centenarios complectitur ipse Cyclus, nam reliquus numerus diuisus per 28. in residuo exhibet numerum quæsitum.

Exemplum 1. Anno 1615. Cyclus solis Gregorianus est 15, adde 5, fiunt 20. numerus videlicet, qui in tabella Cycli solis antiqui exhibet litteram D.

Exemplum 2. an: 3333. Cyclus solis Gregorianus est 133, adde 5, fiunt 138. subtrahe semel 12. remanent 126. quæ diuisa in 28 residuum dant numerum 14 cui respondet littera D. Dominicalis anno proposito.

Ratio

Ratio Regulæ patet ex iis, quæ in explicatione rationis ad Regulam 3. diximus. quinarium vero, qui hic additur, radicis loco est; nam Cyclo Gregoriano 1. respondet littera G proxime post bissextum; eidem autem litteræ G in eadem ad bissextum dispositione in tabella Cycli antiqui respondet numerus 6. Ergo si 5. ad Cyclum Gregorianum addantur, & 28. quoties fieri potest, abijciantur, fiet ille numerus tabellæ antiquæ eidem litteræ respondentis, quam diu non fit interruptio; interruptioni remedium affertur per subtractionem duodenarii, ut loco citato exposuimus.

Notandum 1. Quando Cyclo Gregorianus est præcise numerus centenarius, & minor quam 400, est videlicet vel 100, vel 200, vel 300, tunc ex eo non tot duodenarii abijciendi sunt, quor ipsi centenarii indicant, sed vno minus, hoc est, si Cyclo præcise 100 est, nullus dematur duodenarius, si 200. vnus tantum, si 300. duo: ratio est, quia omisio bissexti, ob quam duodenarius abijcitur, non fit initio anni centenarii, littera autem pro initio anni inquirenda est.

Observatio
pro annis cen-
tenariis com-
munibus.

Notandum 2. Eodem in casu vna littera tantum ex tabella antiqui Cycli accipienda est, & quidem ea, quæ initio anni pro Dominicali assumitur: annus enim talis communis est.

Alia.

Exempli gratia Anno Christi 1800. Cyclo solis est 200, adde 5, & ex summa 205. subtrahes semel tantum 12. relinquitur numerus 193. qui diuisus per 28. residuum facit 25. ostendentem in tabella litteras E & D, sed sola Equæ prima in vsum assumi consuevit, toto anno proposito Dominicalis est.

Exemplum.

Notandum 3. Pro nostro seculo compendii causa annis expansis addatur primo quinarium, deinde abijciantur omnia 28, & erit qui relinquitur numerus is, qui in tabella Cycli veteris litteram ostendet Dominicalem.

Compendium
pro currente
seculo.

5. Idem aliter per tabellas particulares.

Hunc modum præscripsimus in Refutatione Elenchi, Lib. 2. Cap. 13. Num. 5.

REGVLA VII.

Litteram, quæ proposito diei debetur præscribere, & ex hac feriam deducere.

Omnia fiant, ut habet Regula 1. Capite præcedenti.

Exemplum. Esto propositus dies 23. Martii, anno 1615. communi currente, cui diei deberi litteram quintam, siue E, in exemplo dictæ Regulæ vndecimæ inuenimus. Littera Dominicalis paulo ante reperta est quarta, siue D, ergo si 4. minus 1, hoc est, 3. subtrahantur à 5, relinquetur binarius index feriarum: ergo dies 23. Martii, qui in Calendario veteri, cap. præcedenti inuentus est in feria quinta, in Gregoriano est feria secunda.

REGVLA

REGULA VIII.

*Feriam dati diei absque littera Dominicalis notione
notam facere.*

Regula.

Primo omnia fiant vt habet Regula 12. Capitis præcedentis. Deinde ab indice feria ea ratione reperto subtrahere residuum quod remanet, si dies exemptiles vsque ad annum, & diem propositum inclusive per Regulam 2 inuenti per 7. diuidantur, vel eidem indici eiusdem residui complementum ad 7 adde, & habebis feria indicem pro Calendario Gregoriano.

Exemplum. Feriæ index pro 23. Martii, anni 1615. repertus est in exemplo Regulæ 12 in capite præcedenti quinarium; dies exemptiles 10 per 7. diuisi, residuum faciunt ternarium, quia quinario subductus, reliquum facit binarium indicem quesitum: eundem habebis, si ad 5. addideris 4. (complementum ternarii ad 7) & ex summa 9 abieceris 7. Ergo dies propositus est feria secunda.

Ratio Regulæ. Cum differentia inter duos dies eiusdem denominationis, (tam à mense, quam à numero) alterum veteris Calendarij, alterum noui, sit numerus dierum exemptilium, quibus nouum Calendarium præcedit, sitque interim ordo feriarum prorsus idem, clarum est, si ab indice feria antiqui Calendarij subtrahatur illa differentia in ratione feriarum, relinqui indicem feria Calendarij noui: id nimirum, quod Regula præcipit.

Regula pro nostro seculo.

Notandum. Pro nostro seculo propositum hoc assequemur compendio: annis expansis completis addantur bissexti in illis contenti, ex Notando Regulæ 8. Capitis præcedentis, pro eodem seculo reperti, & vnitas (quia primum anni 1601 diem præcessit feria prima) tum etiam dies collecti dati anni currentis; Summa diuidatur per 7. & remanebit, vt supra feria quesita, per ea, quæ ad Regulam 12 cap. præcedente docuimus.

Exemplum.

Exemplum pro eodem die 23. Martii, anni 1615. annis expansis 14. præteritis addantur bissexti 3. & radix 1. tum collecti dies 82. summa 100. diuisa per 7. residuum facit binarium, indicem feriæ secundæ, vt supra.

REGULA IX.

*Tam litteram, quam feriam cuiusvis diei, mense, & anno
proposito designare.*

Omnia fiant vt habet Regula 13. Capitis præcedentis. Requiritur solum vt propria loco adhibeatur littera Dominicalis, videlicet Gregoriana.

REGULA X.

*Annos Gregorianos, & Aegyptiacos, vel Alexandrinos
inuicem comparare.*

Si propriis Regulis fieri posset quod proponitur, quia tamen exiguus illorum in re Calendarum fuit, Regulas multiplicare nolimus: Sufficit enim quando anni Gregoriani in Aegyptia-

Aegyptiacos conuertendi sunt, vt prius ipsi per Regulam 8. in annis Iulianis exhibeantur, & deinde per Regulas capituli 8. in Aegyptiaco transformantur; vel quando anni Aegyptiaci in Gregorianos transferendi sunt, ipsi prius per Regulas capituli 8. in Iulianos conuertantur, & Iuliani deinde per Regulam precedentem in Gregorianos abeant.

REGVLA XI.

Cyclum luna quouis anno æra Christiana currentem assequi.

Omnia fiant vt habet Regula 1. Capituli precedentis.

REGVLA XII.

Epactam communem, siue vulgarem dictam venari.

AB Epacta per Regulam 2. cap. precedentis inuenta detrahantur dies exemptiles, additis Regulæ 30 quando subtractio fieri nequit, & erit, quod remanet epacta quaesita.

Exemplum. Pro anno 1615. inuenta est epacta 11 ex Regula 2. Cap. precedentis, exemptiles vero dies sunt 10, quibus detractis ex 11 remanet 1. epacta communis anni propositi.

Ratio Regulæ. Hac Regula aliud non queritur, quam epacta, quæ tantum differat ab epacta communi, siue vulgari Calendarij veteris quantum nouum differt ab ipso veteri; cum igitur hæc differentia sit numerus dierum exemptilium, constat propositum: fit vero subtractio, non autem additio differentia, eo quod Calendarium vetus præueniatur à nouo.

Notandum. Pro seculo nostro compendii causa ab Epacta vulgari Calendarij veteris subtrahatur denarius, additis 30 ad ipsam epactam, quando subtractio fieri non potest, & remanebit epacta quaesita. Exemplum dedimus paulo ante de anno 15.

Regula particularis pro præfenti seculo.

REGVLA XIII.

Rationem dierum postpositionis Lunæ inire.

ET si mutatio litterarum epactalium, vnde postpositionis dies ortum ducunt, non nisi anno Christi 1700, quo primus dies postponitur, incipiat; eo, quod indices lunares anno correctionis ita restituti sint, vt ipsi plerumque Nouilunia caelestia media sequantur, quicquid tandem in præteritis factum fuerit: quia tamen si quis methodo Gregoriana ad præterita regredi, & quænam ratio lunarium indicum tunc fuisset, si dicta methodus suo in cursu fuisset, scire cuperet, vt huic etiam satisfaceret hosce dies ab ipsa æra Christiana ea ratione deducere volumus: & quidem per sequentem Regulam.

Vnde Regula sequens dies postpositionis deducere doceat.

Dati anni Christi centenarii aucti septenario diuidantur per 25. ab octuplo quoti, vna cum tot vnitatibus, quot ternarii sunt in residuo diuisionis, subtrahatur binarius, & numerus, qui relinquitur demptus ex diebus ab æra Christi exemptilibus, pro eodem anno proposito ex Regula 2. repertis, dies faciet reliquos, qui ab eadem æra Christiana fuissent propositi, si tunc Calendarium Gregoriani ratio incepisset.

Tit

Exem-

Exemplum 1. Esto propositus annus Christi 1615. anni centenarii 16. aucti septenario faciunt 23, & diuisi per 25. quotum dant nullum, ternarii vero in residuo 23, sunt 7, à quibus subtracto binario, & reliquis 5, demptis ex 12. diebus ab æra Christi exemptilibus, restant 7, numerus dierum postpositorum quæsitus.

Exemplum 2. Rursus datus sit annus 1860. anni centenarii 18. cum 7. faciunt 25, qui diuisi per 25, dant quotum 1. residuum nullum, octuplum quoti, diminutum binario, & à diebus 14, exemptilibus demptum reliquos facit 8 dies postpositos.

Exemplum 3. Proponatur annus 8020 cuius centenarii anni aucti septenario faciunt 87, & diuisi per 25 dant quotum 3, & residuum 12, quod ternarios continet 4: additis ergo 4. ad octuplum quoti, hoc est 1, ad 24, & à summa 28 subtractis 2, reliquique 26. demptis ex 60 diebus exemptilibus, qui debentur anno proposito, restabunt dies postpositi 24.

Ratio Regulæ. Dies postpositi sunt, ut vidimus Capite 5. Num. 13. & 15. differentia anticipationis lunaris, & dierum exemptilium, ab eadem æra numeratorum, cum igitur in annis 2500. ea ratione, quam eodem loco explicauimus, dies 8. anticipentur, constat ratio, cur numerum centuriarum iusserimus per 25. diuidi, quotum octuplare, adijcere tot unitates, quot tria cosieterides supersunt, & summam ex diebus exemptilibus detrakere. Quod autem annis Christi centenariis septenarium addere praceperimus, ratio est, quod spatium illud, siue 2500. annorum periodus, in qua æra Christi continetur sexcentis annis ante ipsam aram incipiat, ita ut æra incidat in septimum eius centenarium, atque adeo primus post Christum centenarius, octauus dicendus sit illius 2500 annorum periodi, quod non nisi additione septenarii obtinetur. Quod denique ex diebus anticipatis binarius detrahatur, ratio est, quia illis sexcentis ante Christum annis, siue duabus tria cosieteridibus duo conueniunt dies anticipati, qui ideo subtrahendi sunt, ut dies anticipati ab eadem deriuentur æra, qua exemptiles.

Ex diebus postpositis litteram epactalem pro data centuria eruere.

Confectarium 1. Cum tot dies postponantur, quot notæ, siue litteræ epactales diuersæ in tabula æquationis epactarum ponuntur, aut quoties eodem (absoluto 30 litterarum periodo) repetuntur, sitque ex tabula 8. capitis 7. æræ Christianæ littera epactalis P maiuscula, sequitur, si ab hac exclusiue retrogrado ordine per N, M. &c. numeremus tot litteras, quot pro centuria, cuius scire velimus litteram epactalem, dies postpositi (abiectis prius omnibus 30) inuenti sunt, reperturos nos litteram quæsitam.

Exemplum.

Exempli gratia pro centuria 1600 inuenti sunt postpositionis dies 7, hi numerati post P, per N, M, H, G, F, & E, in D littera, centuriæ 1600. debita, desinunt.

Dies postpositi, pro quouis annorum numero à quouis

Confectarium 2. Manifestum etiam est, qua ratione, pro quouis spacio temporis post Christum, ex Regula data dies postpositionis inuestigandi sint, hoc est, quomodo pro aliquo anno Christi proposito dies illi, ab alia post Christianam

stianam æra deducti inueniendi sint: nimirum ex Regula præsentis dies postpositos inuestigandos esse, tam pro anno proposito, quam pro illa alia æra constituta, posteriores enim subtracti à prioribus, dant numerum dierum quæsitorum.

Exempli gratia statuatur æra annus Christi 1600, velinque scire quot dies ab illa vsque ad annum 8020 regulariter postponendi sint. Ex Regula hac, vt in exemplis præmissis conspeximus, pro anno 1600. inueniuntur dies postpositi 7, pro anno vero 8020. dies 34, subtractis 7 ex 34, remanent dies postpositi 27 quæsiti. Quia igitur anno 1600 præfigitur epactalis littera D, ex confectario præcedente inueniemus anno 8020 deberi litteram G; eam videlicet, quam reperiēs si post D retrograde 27 litteras epactales, vel directe 3 (complementum ipsorum 27 ad 30) tantum numeraueris.

Notandum. Quando præter ordinem trium Regularum Cap. 5. Num. 13. propositarum, aliqua epacta aut retineretur, aut mutaretur, eius peculiariter ratio habenda est, & dies postpositi, hac Regula inuenti, aut minuendi, aut augendi, aut certe plures, paucioresue anni centenarii, vni diei tribuendi, prout res postulatuerit.

era post Christum numerato
supputare.
Exemplum.
Mutationis epactarum extra ordinem rationem habendam esse.

REGVLA XIV.

Epactam Gregorianam quouis anno currentem, siue indicem Nonilunij Ecclesiastici indicare.

Pro anno dato ex Regula præcedente inquirantur dies postpositionis ab æra Christi, iique reiectis prius omnibus tricenariis, ex 30 subtrahantur, & erit, quod relinquitur epacta Gregoriana concurrens cum Cyclo lunæ 3. Itaque si Cyclos lunæ anni propositi, sis minor quam 3, ab epacta inuenta subtrahantur tot vnderarii (adiectis ad epactam 30 quando subtractio fieri nequit) quot vnitatibus Cyclos currens cedit ternario, & habebitur epacta currens: Si vero sis maior ternario, tot vnderarii addantur, quot vnitatibus ternarium excedit, abiectis 30, quoties potest.

Fortassis breuius sic. Cyclos lunæ anni dati multiplica per 11, & productum diuide per 30, & à residuo (quod est epacta vulgaris Calendarii veteris, quam cap. præcedenti Regula secunda inuenire docuimus) aufer prædictos dies postpositionis (reiectis prius, vt antea omnibus 30) auctos ternario, eritque, quod remanet epacta Gregoriana quæsita.

Exemplum 1. Pro anno 1615 inuenti sunt per præcedentem Regulam dies postpositionis 7, qui subtracti ex 30, relinquunt 23, epactam Cycli 3; Cum igitur Cyclos lunæ huius anni sit 1, deficiens à 3 binario, detrahe ex 23 bis 11. & remanet 12, epacta quæsita. Vel ex 11 epacta vulgari antiqua anni propositi detraho eosdem 7, dies postpositionis vna cum ternario, hoc est, 10, & remanet epacta, vt ante.

Exemplum 2. Dies postpositionis pro anno 1800 supra inuenimus 8, qui ex 30 dempti faciunt epactam 22 pro Cyclo lunæ 3, ac Cyclos lunæ anni propositi est 15, ternarium excedens duodenario, multiplicatis igitur 12 per 11, fiunt 132, & abiectis per diuisionem omnibus 30, remanet 12, qui additi ad 22, conflant 34, & abiectis 30 remanet 4, epacta quæsita pro anno 1800. Vel ex epacta vulgari antiqua huius anni 15, aufer 11, hoc est 8 dies postpositionis auctos ternario, remanent 4 vt antea.

Exemplum 3. Denique pro anno 8020 inuenimus dies postpositionis 34, abiectis igitur 30, & subtractis reliquis 4, ex 30, remanet epacta 26, anno proposito

posito currens, cum eius Cycli lunæ sit 3. Vel ex epacta vulgaris antiqua 3. aucta tricenario, subtrahere eadem 4, una cum ternario additio, hoc est, 7, & remanent 26, ut ante.

Ratio Regulæ. Cum epacta primo aera Christiana seculo cum aureo numero 3. concurrens, si anni Gregoriani forma iuxta propriam ipsius methodum ad præterita extendatur secula, sit * siue XXX. ut patet ex tabulis epactarum expansa, & æquationis capite 7. propositis, (in hac enim congruere videmus aera Christiana litteram P maiusculam, in illa vero è regione ipsius P sub Cyclo luna 3 positam esse epactam * siue XXX.) quæ eadem epacta in tabula expansa in suo ordine descendente sub eodem aureo numero 3 tot unitatibus minuatur, quot litteræ epactales siue dies postpositi, post P numerantur, (reiectis videlicet prius, si qui sunt, tricenariis) ita ut verbi gratia decima littera in ordine retrogrado post P, quæ est A, epactam sibi vendicet XX. unitatibus 10. minorem ipsis XXX. constat ratio inuentionis epactæ Cyclo luna, siue aureo numero 3 congruentis. Et quia deinde quemadmodum aurei numeri in Cyclo luna vnde viginti annorum ab 1 usque ad 19 progrediuntur per unitatis incrementum, ita epacta eodem ordine per adiectionem vndenarij reiectis 30 quoties fieri potest, procreantur, constat etiam ratio inuentionis epactarum reliquis aureis numeris debitarum, atque adeo prima partis Regula: imo & secunda partis: multiplicatione enim per 11, & diuisione per 30, nihil aliud fit, quàm ut inueniatur epacta, quæ debeat aureo numero proposito in progressionem illa epactarum, per vndenarij incrementum instituta, in qua aureo numero, siue Cyclo tribuitur epacta XI; cum igitur epacta aera Christiana sub aureo numero 1, non sit XI. sed VIII. (ut patet ex tabula epactarum expansa) quæ sub eodem numero aureo 1, quemadmodum XXX. sub aureo numero 3, ad quamuis litteram, diemue postpositionis unitate decrescit, redeundo post unitatem ad tricenarium, ideo ut habeatur epacta Gregoriana ab epacta hac ratione inuenta dies postpositionis aucti ternario, (quo XI excedunt VIII) subtrahendi sunt.

Quo pacto ex epacta cuiusvis anni, proxime insequentis anni epacta formanda sit, Quæ ratione ex littera epactali, epacta aurei numeri 3. cognoscatur, & contra.

Consuetudinem 1. Manifestum ex dictis est, quæ ratione ex qualibet epacta, anni insequentis epacta formetur, nimirum si ad illam adiciantur 11, & ex summa, si ea maior sit quam 30. abiciantur 30, ad epactam tamen aurei numeri 19. addenda sunt non 11. sed 12. ut primi Cycli, siue aurei numeri redeat, epacta.

Consuetudinem 2. Cum tricesima littera in ordine directo 30. litterarum epactalium, hoc est P, respondeat ut diximus epactæ * siue XXX. sub aureo numero 3. & prima littera, quæ est a minuscula, epactæ 1. sequitur epactam, quamuis sub eodem aureo numero 3, tantam esse, quantum in ordine directo littera ei correspondens obtineat locum, atque adeo, si littera cuiusvis seculi cognita sit, cognitam etiam esse epactam Cycli lunæ 3. & contra.

Exempli gratia, quia litera D, est vicesima tertia, ideo XXIII, est epacta ei cō- **Exemplum.**
gruens sub cyclo 3; & contra, quia epacta aurei numeri 3 est XXIII, ideo litera
epactalis ei debita est D, vicesima scilicet tertia in literarum epactalium ordine.

Confectarium 3. Sequitur etiam, cōflari epactas aureorum numerorum ternario **Quomodo au-**
numerabilium per continuam additionem ternarii, ad epactam aurei nume- **reorū numero-**
ri 3, atque adeo binas quasque intermedias fieri per additionem 1 1, & 2 2: cum **rū ternario nu-**
enim pro singulis vnitatibus aureorum numerorum addendi singuli sint vnde- **merabiliū epa-**
narii, erunt pro tribus vnitatibus addendi 3 vndenarii, hoc est, abiectis, 3 0, vnita- **ctę vna cum in-**
tates 3. Habita igitur epacta per primam Regulę partem aurei numeri 3, si pro **termediis faci-**
quouis alio aureo numero maiori ternario numerabili quarendam epacta sit, abii- **le inueniatur,**
ciendus vnus erit ternarius ex ipso aureo numero, & habebitur numerus ad-
dendus ad epactam aurei numeri 3.

Exempli gratia in exemplo 2 huius Regulę anni 1800, aureus numerus est **Exemplum.**
15, ternario numerabilis, abiecto ergo ternario, remanent 12, illę, de quibus di-
ximus, vnitates addititę, quę additę ad epactam 2 2 aurei numeri 3, summā dant
3 4, & abiectis 3 0, pro epacta anni propositi relinquuntur 4. Sic si ad eandē epactam
2 2 ternarium addideris, conficies epactam 2 5, aureo numero 6 debitam; quę
aucta ternario dat 2 8, epactam aurei numeri 9. & sic deinceps.

Immo quauis epacta cuiusuis aurei numeri in eodem cyclo ab 1 incipiente **Quorumuis au-**
procreatur ex additione ternarii ad epactam alterius aurei numeri ternario mi- **reorū numero-**
noris, vel ex subtractione ternarii ab epacta alterius aurei numeri ternario maio- **rum epactas re-**
ris: sic epacta aurei numeri 4 fit, si epactę aurei numeri 1 addatur, vel epactę au- **perire per addi-**
rei numeri 7 subtrahatur, ternarius; & sic de ceteris: eadem enim est, quę antea, **tionē vel sub-**
huius rei ratio. Hinc igitur sequitur **tractionē ter-**
Confectarium 4. Datis epactis trium aureorum numerorum, 1, 2, & 3, reliquas **narii.**

omnes produci ex sola ternarii additione: addito enim ternario ad primum fit **Datis trib. triū**
quarta, & sic ex secunda formatur quinta, & ex tertia sexta; deinde rursus ex **annorum con-**
quarta nascitur septima, ex quinta octaua, &c. abiectis semper 30, quando nū- **tinuorum epa-**
merus maior cōponitur. Et vniuersaliter datis tribus quibusuis epactis, imme- **ctis, reliquas o-**
diate se se in eodem cyclo lunę (qui ab vnitate incipiat) sequentibus, reliquę o- **mnēs eiusdem**
mnēs habentur ex sola prosthaphæresi ternarii; minorum videlicet aureorum nu- **cycli facillime**
merorum epactę ex ternarii subtractione, maiorum vero ex eiusdem additione, **inuenire.**
ratione supradicta.

Exempli gratia dentur hoc seculo epactę annorum 1600, 1601, & 1603, si- **Exemplum.**
ue aureorum numerorum 5, 6, & 7; quę sunt 1 5, 2 6, & 7: ex 7 subtrahantur 3,
& relinquetur epacta 4, aurei numeri 4; ex 2 6 si abiciantur 3, reliqua fit epacta
2 3 aurei numeri 3; & sic ex 1 5 habebimus epactam 12, aurei numeri 2; & ex in-
uēta epacta 4, aurei numeri 4, si abiciatur 3, restat epacta 1, aurei numeri 1, quod
si subtractio fieri non posset, addenda essent 3 0. inuentio reliquarum per addi-
tionem faciliior est, quam vt verbis explicari debeat.

Notandum 1. Quotiescunque hac Regula inuenta est epacta XXV, concurrens **Admonitio de**
cum aureo numero maiori quam 11, vel epacta XIX cum aureo numero 19, pro **epactis 25, & 19**
illa assumenda est epacta 15, pro hac 19, diuersi videlicet coloris vel characteris à **diuersi chara-**
ceteris: sic enim cauetur, ne luna in eodem cyclo in eundem diem incidat, aut **cteris.**
lunatio aliqua præter modum in longum excurrat.

Notandum 2. Etsi propter incertitudinem quantitatis vtriusque anni, tam so- **Cur Regula**
laris, **perpetua nos**

prescribatur,
quidque facien-
dū, si aliqua ali-
quando futura
esset interrup-
tio.

laris, quam lunaris, certum non sit, quam diu hæc Regula, quæ facilitatis causa vnicuique diei ratione lunæ in anno Gregoriano postposito, vnam tribuit epactam (hoc est, mensi lunari postposito, qui dies tantum continet 29¹ proxime, dies 30, vsui esse possit; & ob eandem incertitudinē frustra alia, quamvis ea assumpta quacumque; hypothesi nullo à nobis construeretur negotio, præscriberetur, præsertim, quod supra allata ad plura secula, atque ad aliquot etiam millia annorum integritatem suam promittat: tamen si aliquando futura esset aliqua per æquationem extraordinariam epactarum interruptio, hæc eadem Regula facili m³, assumpto illo ipso interruptionis seculo pro epocha, vel alia quavis commodiore, iuxta 3 Regulas cap. 5 num. 13 propositas, produci, aut instaurari poterit. quæ omnia cum, vti diximus, in incerto posita sint, merito à nobis incertis relinquuntur posteris.

Ratio indagandi epactas pro nostro seculo facillima.

Notandum 3. Pro nostro seculo facillima est epactarum inuentio, enimvero, quotiescunque; aureus numerus est aliquis ex progressionē Arithmetica ab vnitatē incipiente, & per incrementum ternarii progrediente, qualis est hæc, 1, 4, 7, 10, 13, 16, 19, toties epacta erit eadem, hoc est, eiusdem quantitatis cum aureo numero. Habito igitur pro quouis anno aureo numero, si is vnus ex hisce septē fuerit, is idem erit epacta currens; sin minus ea formabitur per additionem vndenarii ad aureum numerum proxime minorem, quando aureus numerus vnitatē aliquem ex iisdem septem superat; vel ex additione 12, si duab. vnitatibus, aut certe subtractione vndenarii ex aureo numero proxime maiori. Quare cum aureus numerus etiam summa facilitate haberi possit, vt ad Reg. 1. cap. præceden. diximus, & non solum pro quouis seculo huiusmodi Regulæ particulares formari, sed & pluribus & facillimis modis, vt patet ex iis, quæ paulo ante attulimus, reperiri possint, constat quanta falsitate asseruerit Caluissius epactas inuentu, & vsu difficiles esse, nugatoriaque; ipsius plenilunia Paschalia eadem facilitate, imo facilius inueniri, quam epactas. Sed inueniet vnde se defendat, nam quo plures, & faciliores modi epactas indagandi præscribentur, quemadmodum de litera Dominicali fecit Clavius, eo difficilius, imo difficulter & implicatissime rem tradi concludet, hæc est enim ipsius ars demonstrandi, hoc acumen ingenii. Caterum ratio huius Regulæ particularis constat ex consecrariis 3 & 4, & ex ipsa tabula epactarum expansa, in quæ regione literæ D, sub aureo numero 1, ponitur epacta 1, sub aureo numero 4, epacta 4, & sic de cæteris.

Notatur Caluissius.

2. Idem aliter ex tabulis.

Ex tabula octaua cap 7. præscripta, quæ est æquationis epactarum, accipieliteram epactalem seculo proposito congruentem, & cum ea ingredi tabulam septimam, hoc est, epactarum expansam in latere, & cum aureo numero, siue cyclo lunæ anni dati in capite, dabitque angulus, siue concursus communis epactam quæsitam.

Exemplum. Volo scire, quæ epacta currat anno 1615. In tabula æquationis anno seculari 1600 adscriptam inuenio literam D, quæ in tabula expansa in sua linea transversali sub aureo numero 1, quæ proposito debetur anno, ostendit epactam 1, ea igitur est, quam volui.

Ratio Regulæ alia non est quarendæ præter ipsam tabularum constructionem, de qua plura apud Clavius, vbi etiam tabulas particulares pro

pro determinatis seculis inuenies, quas sponte omittimus.

REGVLA XV.

Nonilunij diem, etatemque luna subducere.

Cum epacta quouis anno currens in hoc Calendario nonilunii Ecclesiastici index sit, ut aureus numerus est in veteri, omnia fiant, ut Regula 3 capitis precedentis precipit, modo qua ibi dicuntur de aureis numeris, lunariis indicibus, debito modo epactis applicentur, is enim dies nonilunio Ecclesiastico tribuitur, cui epacta currens adscripta est. Regula

2. Idem aliter abque Calendario.

Quaratur (per sequens Notandum 2) cui diei in mense proposito epacta currens adscripta sit, & habebitur nonilunii Ecclesiastici dies. Pro dato vero die, luna etatem colliges, si epactam, qua ipsi diei (qua, quomodo inueniatur, dicemus Notando 5) adscripta est, ex epacta corrente detraxeris, adiectis prius 30, si subtractio fieri nequiuert, & reliquo numero addideris insuper unitatem, si epacta XXV, eundem diem cum XXI V occupans, non existit inter epactam propositi diei, & epactam currentem illam, qua propositum diem precedit, non autem ea, que sequitur. Regula

Exemplum. Currente epacta VII, cupiat quis scire etatem lune 27 Augusti: Diei huic præfixam reperiemus epactam XXVIII, quæ cum ex VII auferri non possit, auferenda est ex 37, ut remaneant 9, & addita unitate (eo q, inter XXVIII, & VII non reperiuntur associata epacta XXV, & XXIV) conflabitur ætas lune dierum 10.

Ratio Regulæ. Ex ipsa epactarum per Calendarium dispositione habetur quamuis epactam, verbi gratia currentem, tot diebus distare à quamvis alia epacta proxime post se posita, quot unitatibus ipsa hæc superat (adiectis 30, quando epacta currens minor est illa alia) eo quod omnes epactæ ordine naturali per unitatis decrementum in Calendario sese sequantur, exceptis illis locis, in quibus binæ epactæ eidem diei attributæ sunt. Constat igitur cur epacta dati diei ab epacta corrente subtrahi debuerit: quia vero ætas luna, quæ queritur, numerari solet inclusio utroque termino, & per subtractionem illam unus tantum relinquatur, ideo unitas adhuc superaddenda precipitur, nisi inter utrumq, terminum associata illa epacta interiecta fuerint, hæc enim cum uni diei tantum æqualeant, unitatem illam restituunt.

Notandum 1. Ut sciatur cuinam diei propositi mensis epacta currens adscripta sit, cognita prius esse debet epacta Calendis cuiusvis mensis deputata; quæ res facilis est. Nam Ianuarius habet in ipsis Calendis epactam *, seu XXX, Februarius XXI X, Martius rursus *, vel XXX, Aprilis iterum XXI X, Maius XXVIII, Iunius XXVII, & sic deinceps alii menses ordine habent epactam unitate minorem: Augustus solus associatas sibi assumit in ipsis Calendis epactas XXV, XXIV, ac proinde Calendis Septembris epacta XXI III obtingit, & Calendis Octobris XXI I, &c.

Quamnam epacta Calendis cuiusvis mensis adscripta sit cognoscere,

Notatu dignum etiam est, in omnibus mensibus, Februario excepto, easdem epactas in fine reponi, quæ in principio positæ sunt; in Augusto tamen, qui, ut diximus, initio epactas binas, XXV & XXI V habet, sola epacta XXI V in fine reponitur. Eadē epacta in fine mensium, quæ in principio, Februaria excepto.

repetitur. Februarius vero, vt monuimus, ab epacta XXIX incipit, & in epacta 1 delinit.

Ex epacta Calēdis Ianuarii adscripta, epactas Calendis reliquorum mensium affixas ordine colligere.

Itaque notatis duabus hisce pro Augusto & Febuario exceptionibus, ex solo Ianuario per reliquos menses colligemus ordine, quænam epacta Calēdis adscriptæ sint: cum enim per totum Calendarium omnes epactæ retrogrado ordine sese sequantur, & Ianuarius tam in principio, quam in fine gerat * seu XXX, sequitur illam in fine positam, proxime subsequi XXI, atq; adeo eam debent Calendis Februarii; & quia Februarius in epacta 1 expirat, Martius ab * ortum ducet, & proinde, quia eadem epacta ei finem imponit, Aprilis nascetur cum epacta XXI, & sic de cæteris. Obseruandum tamen est, mensem Iulium in fine cum epacta XXVI, coniungere epactam diuersi coloris characterisve 25, vt infra, notando 4, dicemus.

Data epacta, cui dici in mense proposito adscripta sit, intelligere.

Notandū 2. Dies igitur epactæ currenti in dato mense debitus habebitur, si epacta aliqua currens ab epacta Calēdis propositi mēsi adscripta subducatur, (adscitis 30, quādo subductio nequit fieri) & numero reliquo insuper vnitas addatur, nisi inter epactam currentem, & eam, quæ Calendis adscribitur copula, de qua diximus, occurrat binarum epactarum XXV, & XXI V, tunc enim vnitas emittitur.

Exemplum.

Exempli gratia sit epacta currens VI, & quærat, cuinam diei Augusti ipsa præfixa sit, subtrahis VI à XXV (prima epacta Augusti) remanet 18, dies mēsis quæsitus; nam copula epactarum inter primam epactam, & currentem in ipsis Calendis occurrit, atque adeo nulla vnitas superaddenda fuit. Ratio vero huius præcepti, est eadem, quæ ipsiusmet Regulæ paulo ante allata. Verum vt sciamus sex domicilia illa in Calendario, in quibus binæ habitant epactæ.

Quibus diebus duæ epactæ XXV & XXIV simul adscribuntur scire.

Notandum 3. Menses sex esse, qui eidem diei tribuant epactas XXV, & XXIV, & quidem eos, qui in numero mēsum à Ianuario deducto, loca paria obtinent vsque ad Augustum, qualis est secundus, quartus, sextus, & octauus; nimirum, Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus; & post Augustum esse duos locorum imparium, nonum videlicet, & vndecimum, hoc est, Septembrem, & Nouembrē; qui quidem menses (Augusto excepto) sunt omnes, qui pauciores, quam dies 31 obtinent, ac proinde, qui versus illos, *Terdenos September, &c.* quos cap. 4. num. 8. proposuimus, memoria tenet, etiam horum 6 mensium recordabitur, quinque enim suis nominibus ibi exprimuntur, quibus si addat Augustum, habebit & numerum, & nomina. Quibus vero diebus illa epactarum locietas obtingat, res scitu facilis quoque est: nam cum ea accadat vel circa initium, vel circa finem mēsum, hoc est, ante Augustum circa initium; post Augustum circa finem, in Augusto vero in ipso initio; & ex Notando 1 constat, quænam epacta initio ac fini mensium conueniant, si ab ipsis deorsum, vel sursum numerabimus, consequemur nostrum propositum.

Exemplum.

Exempli gratia, Februarius in primo die habet epactam XXI, in secundo XXVI, ergo in quinto XXV, atque adeo etiam XXI. Pari ratione, quia Nouēber in die trigesimo, siue vltimo habet XXI, & in vigesimo nono XII, sequitur, eum in die 27 habere XXV, ac proinde & XXI V, &c.

Quib. locis in Calendario epactæ 25 & 19 diuersi characteris sunt.

Notandum 4. In his ipsis 6 mensibus, epactæ XXVI, proxime ante epactam XXI V cum XXIII associatam positæ, adscribitur epacta 25 diuersi coloris, vel characteris, quæ epactarum copula in ipsum Augustum cadere non potest, eo quod

quod in ipso initio dicta epacta XXV ipsi XXIIV, associetur, ac propterea in ultimum cadit diem Iulii. In fine deinde Decembris, cum epacta XX alia coniungitur epacta 19, diuersi etiam characteris, vel coloris à cæteris. Harum itaque epactarum (25 scilicet associata cum XXVI, & 19 cum XX) in vsu huius Regulæ, atque eorum, quæ in hisce notandis præmisimus, habenda est ratio, ita vt quando vna harum currens est, eas ipsa leges subeat, quibus epacta XXIIV cum XXV coniuncta subiecta est.

- *Notandum* 5. Denique cum Notando 2 traditum sit, datæ cuique epactæ diem correspondentem exhibere, placet vice versa, dato diei epactam congruentem adscribere, quod hac ratione assequemur. Diem datum detrahemus ex epacta Calendis mensis propositi adscripta, additis prius 30, si detractio fieri nequeat; reliquo numero addemus vnitatem, si inter datum diem, & primam epactam mensis non existit epacta XXV, associata epactæ XXIIV, conflatus enim numerus erit epacta quam quærimus.

Quænam epacta dato diei adscripta sit.

Exempli gratia sit, diei decimo octauo Augusti sua assignanda epacta: subtrahis 18 ex XXV (epacta Calendis Augusti debita) remanet VII epacta quæ sita, nulla enim additur vnitatem propter epactam XXIIV, ipsi XXV in Calendis associata.

Exemplum.

3. Ætas lunæ, nouiluniique dies aliter ex Regula vulgari.

Assumpta epacta Gregoriana currente, omnia fiant, vt habet Regula 5 capituli precedent.

Exemplum. Quærat currite epacta Gregoriana VII, ætas lunæ pro 27 die Augusti; numerus mensium à Martio Augustum præcedentium, est 5, qui additur ad epactam 7, vna cum 27, dato videlicet die, conficit 39, & abiectis 30, remanet dies 9, pro ætate lunæ dati diei, quibus numeratis retorsum, incidemus in diem 19, nouilunio ex hac regula debitum.

Notandum. Cum hæc Regula non semper eosdem dies exhibeat, quos præcedens, per eam luna Ecclesiastica, & consequenter festa mobilia indagari non debent: traditur enim propter alios vsus, quia lunam offert parum tam à cœlesti, quam ab Ecclesiastica discrepantem.

Hæc via nec lunam Ecclesiasticam, nec festa mobilia indaganda esse.

REGULA XVI.

Quartamdecimam lunam siue terminum Paschalem præscribere.

Assumpta epacta Gregoriana currente loco aurei numeri, reliqua fiant, vt habet modus prior, Regula 4 cap. precedent.

Exemplum. Anno 1615 est epacta currens 1, quæ reperitur inter extremos nouiluniorum Paschalium limites in die 30 Martii, indicans ibi Paschale non: lunium, à quo inclusive quartusdecimus dies occurrit 12 Aprilis, igitur hoc anno terminus Paschalis est.

2. Idem aliter absque Calendario.

Epactam Gregorianam currentem ex Regula 14 inuentā, quando ea maior non est, quam **Regula** XXIIV subtrahere ex 44, & relinquetur dies Martii, in quem cadit terminus Paschalis, qui si 31 excedat, in abiectis, reliquus fiet dies Aprilis eidem termino debitus. Quod si epacta numerus 23 excedat, neque sit XXIIV, vel 25 diuersi characteris, subtrahere illam ex 43, vel si sit XXIIV aut 25, ex 42, & remanebit dies Aprilis termino Paschali dictus.

Vnn

Exem-

Exemplum. Anno hoc 1615 epacta est 1, quæ subtracta ex 44, reliquum facit diem 43 Martii, hoc est, abiectis 31, diem 12 Aprilis, ubi anno proposito terminus Paschalis figitur.

Ratio Regulæ eadem prorsus est, quæ posterioris modi Regula 4, capite precedenti propositi; Nam quemadmodum ibi propter epactam 26 cum die 21 Martii (cui tanquam quartadecima index debetur) 47 componitur, quævis epacta ipsa minor ex 47 detrahatur: ita in hac Regula quævis epacta maior, quam XXIII, quæ in 21 Martii prima quartadecima Paschalis nota est, & cum ipsa coniuncta 44 componitur, ex 44 abiicitur, ut habeatur dies quartadecima Martij illi correspondens, &c. Iubetur vero hic epacta XXIV, & epacta 25 diuersi characteris demi non ex 43, sed ex 42, quia utraq; cum suo die decimooctavo scilicet, & 17 Aprilis coniuncta, facit 42, non autem 43, ut ceteræ, quæ post duodecesimum Aprilis, in quam quartadecima epacta 1 cadit, sequuntur.

Ex dato termino Paschali correspondentem epactam deducere.

Confectarium 1. Eadem ratione, quæ in Confectario 1 Regulæ 4 capitis precedentis, deducemus modum, quo ex dato termino Paschali epacta ei debita eliciatur. Subtrahendus videlicet datus dies Martii est (diei Martii cōtinuando usque ad 43, ita ut d. odecimus Aprilis dicatur quadragesimus tertius Martij) ex 44, dies vero Aprilis datus, qui 12 excedit, ex 43, & remanebit epacta quæ sita. Dato vero die 17 Aprilis epacta ne XXVI, an vero 25; & die 18, an epacta XXV, vel potius XXIV eligenda sit, ex aureo numero peti debet.

Novilunium Paschale & ex hoc eius epactam reperire.

Pari ratione confectaria 2 & 3 Regulæ 4 capitis precedentis huic Regulæ accommodata erunt, si in iis loco epactæ 26 substituas 23, & loco numeri 34 intelligas 31, & denique pro 33 accipias 30, &c.

REGULA XVII.

Cui mensi solari civili in anno Gregoriano, quævis lunatio tribuenda sit perquirere.

Iuxta rationem Computatorum veterum omnia fieri debent, ut habet Regula 6 capitis precedentis, loco tamen aurei numeri currentis accipienda est epacta currentis.

REGULA XVIII.

Quot lunationum datus annus lunaris sit, hoc est, communis ne sit, an embolimus, perscrutari.

Regula

Annorum lunarium similitum ille embolimus, siue 13 lunationum est, cuius epacta currentis una est ex sequentibus *, XXIX, XXVIII, XXVII, XXVI, XXV, 25, XXIV, XXIII, XXII, XXI, XX, 19, quibus accedat epacta XVIII concurrens cum aureo numero 10 (id, quod in vno tantum cyclo accidit, illo nimirum, cui in tabula epactarum expansa, præfixa est litera C maiuscula) reliquarum vero epactarum anni omnes communes sunt. Pari ratione annus Ecclesiasticus embolimus est, qui epactam currentem habet unam ex his undecim, XXII, XXI, XX, XIX, XVIII, XVII, XVI, XV, XIV, XIII, XII, XI: cetera epacta anno indicantis communes, & 12 lunationum omnes.

Exem-

Exemplum. Annus 1615, cui epacta debetur 1, communis est in vtraque anni lunaris ratione, eo quod epacta 1 locum non habeat inter prædictas.

Ratio Regulæ. Supra capite 9 ad Regulam 7 expositum est, in cyclo lunari undecunque tandem inchoetur, semper tamen tertium, 6, 9, 11, 14, 17, & decimum nonum annum embolismum recipere; cum igitur pro annis lunaribus civilibus, ut fusi cap. 17 in explicat. Calend. docet Clavius, cyclos semper inchoetur ab epacta *, siue XXX, vel si ea in aliquo cyclo desit, ab epacta 1; & supra allata priores epacta ab *, vel 1, semper vel tertium, vel sextum, vel nonum, &c. in cyclis tabula epactarum expansa locum obtineant, constat propositum. Similiter cum cyclos annorum Ecclesiasticorum incipiat vel ab epacta XXIII, qua octavo Martij, vel quando ipsa in aliquo cyclo non continetur, ab epacta XXII, qua nono diei eiusdem Martij adscribitur, & præmissæ posteriores undecim epacta, eundem etiam situm cum his seruent, ut tertium, 6, 9, 11, &c. locum occupent, ut patet in tabula epactarum expansa, constat etiam reliquæ partis Regulæ propositæ ratio.

Notandum 1. Epactam XXII in annis lunaris Ecclesiasticis embolismum non esse, nisi cyclos ab epacta XXIII ortum ducat.

Notandum 2. Quemadmodum in Calendario veteri, si cyclos incipiatur ab 8 Martij, aut rei numeri post Decembrē, in Ianuario videlicet, Februario, & prioribus Martij diebus per Calendarium inscripti, anno Ecclesiastico non congruunt, eo quod aureorum numerorum inscriptio per totum Calendarium, iuxta rationem anni lunaris civilis ab initio Ianuarii ortum ducant: ita in Calendario Gregor. idem accidit ratione epactarum, & annorum lunarium Ecclesiasticorum; nam & hic epacta ab initio Ianuarii, annoq; solari, non autem ab octauo, vel nono Martij deducuntur, tam in inscriptione per Calendarium, quam in earundem usu communi. Posset tamē, qui vellet facilimo negotio tam aureorum numerorum in veteri, quam epactarum in nouo Calendario ordinem, per Ianuarium etiam, ac Februarium, vsque ad octauum Martij producere, methodumque annorum lunarium Ecclesiasticorum perficere.

Quando epacta XXII annū lunarem Ecclesiasticum embolismum facit. Lunares indices utroque in Calendario per menses Ian. Febr. & partem Martij anno lunari Ecclesiastico non esse accomodas.

REGVLA XIX.

Literam Martyrologii pro quouis anno seligere.

Queratur per Regulam 14 epacta anni propositi, ostendentq; vnitates illius quota litera ex triginta epactalibus in ordine directo, & anno seligenda sit. Regula.

Exemplum 1. Anno 1615 epacta est 1, ergo prima litera, hoc est, a minusculā litera Martyrologii est

Exemplum 2. Anno 1710 epacta est *, siue XXX, ergo tricesima litera, quæ est P maiuscula, est ea, quæ dicitur Martyrologii.

Ratio Regulæ alia non est, quam quod loco 30 numerorum, quibus ætates luna pronuntiarentur, ne cum cæteris numeris, cyclis luna videlicet, & epactis confunderentur triginta literæ epactales, de quibus cap. 5, num. ult. diximus, ordine directo electæ sunt. Cætera ex Rubricis Martyrologii petantur.

Vuu 2

Pascha

Pascha cum reliquis festis mobilibus; quatuor anni ieiunia; numerus Dominicarum inter Pentecosten & Aduentum: Item ratio Nonarum, Iduum, & Calendarum; insuper & Indictio

Inueniuntur per Regulas 14, 15, & 16 capitis præcedentis, modo pro quattadecima Paschali, annis, & reliquis Calendario veteri propriis, accipiantur quattadecima, anni, &c. Calendarii noui, siue Gregoriani.

CAPVT VNCECIMVM.

De anno ac Computo Hebræorum.

Computus Hebræorum recte hoc nomine appellatur.

Rationem anni, qua ab aliquot retro seculis vtuntur Iudæi, Computum cõmuniter vocant Hebræorum, magis proprie sane, quam Christiani Calendarii sui methodum hoc nomine appellant. Enimvero cum methodus Calendarii Ecclesiastici Christianorũ cyclis, qui annis aut diebus solidis perfecte absoluntur, constet, ac proinde, quæ singulis annis cõputet, atq; ad scrupulos calculos reuocet, non habeat; sed progressu, ac serie quadam naturali cyclorum semel instituta, cuius characteres insequentis anni absq; vlllo tali calculo innotescant; profecto minus proprie eam Computum vocari cõcludendum est. Contra, quia Hebræis, vt annis suis singulis singula initia procreent, deque ipsorum magnitudine ac quantitate enunciet, dierum, horarum, horariorumq; scrupulorum calculi computandi sunt; & præterea non tam destituantur, quam nõ vtantur, qui huic rei competat, facili cyclorum progressu, meo iudicio apte, recteque Computus dicitur, & quidem propter necessariam, ac scrupulosam scrupulorum obseruationem scrupulosus, ad quem hodierni, etli minime scrupulosi nonatores confugiunt. Christi fidelibus circa veram Ecclesiasticam & ab Ecclesia visitatam, & approbatam temporum rationem scrupulum iniiciant: & q, hisce hominibus Christiano nomine vtentibus turpissimum est, Iudaicam rationem Christianæ præferunt, & vt diuinum aliquod inuentum ad sydera vsq; extollunt. Verum de hisce satis in Refutatione Elenchi.

Hæretici scrupulosum cõputum Catholicis obtrudere conantur.

Anni Hebræorum etli lunares sint, simul tamen ad solem etiam diriguntur.

Duplex annorum Iudaicorũ inæqualitas.

Anni cõmunes & embolimæi.

Anni Deficientes, Ordinati, & Abundantes.

Quantitas eorundem.

2. Annus ciuilis Hebræorum lunaris est, & mensibus cõstat lunaribus synodicis ciuilibus, tali inter se ordine, ac numero cõnexis, vt annos solares certa quadam ratione æmulentur atq; incitentur: adscitis enim mensibus septem embolimis, qui septem annos embolimæos, duodecim communibus interponendos, constituent, ita attemperantur anni reliqui, vt vnde viginti continui simul sumpti, totidẽ solaribus proxime æquales sint: quod quidem Iudæi proprio suo instituto sic faciunt, vt anni eorum non solum ratione mensium, sed & ratione dierum inæquales inde emergerint.

3. Ratione mensium annus duplex est, communis videlicet, & embolimæus. Communis est, qui duodecim mensium concluditur ambitu. Embolimæus, qui addit tertiumdecimum.

4. Ratione dierum vtrumque anni genus triplicem suscipit differentiam. Alii enim anni Defectiui, siue Deficientes sunt; alii Ordinati, siue Mediocres: alii Abundantes, siue Excrecentes. Deficiens annus communis est, qui diebus constat 353. Ordinatus, qui diebus 354. Abundans, qui dies 355 complectitur. Embolimæus verò Deficiens, dies habet 383. Ordinatus 384: & Abundans, dies

dies 385. Oritur hæc dierum inæqualitas ciuilitèr potissimum ex translatione de qua post dicemus Neomeniarum.

5. Duplex annis suis Hebræi statuunt Principium, politicum videlicet, & sacrum, siue Ecclesiasticum: illud ab autumnò (à quo mundum incepisse autumant) & Neomenia mensis Tisri; hoc à vere, & Neomenia mensis Nisan deducunt. Annos tamen ciuilitèr à capite politico numerant.

Annorum Iudaicorum principium.

6. Alterū igitur annum, alterius anni caput in bina discriminat semestria: Caput scilicet anni Ecclesiastici, siue Neomenia Nisā annū politicum; & Neomenia Tisri annum Ecclesiasticum bissecat, siquidem de annis communibus sermo sit: de aliis enim alia etiam est ratio. Nam spaciū illud quod à Neomenia Nisan incipit, & vsque ad Neomeniam Tisri protenditur, semestris, & propter Festa Pentecostes, & Paschatis nobilius est, sibi que perpetuo æquale, numero videlicet dierum 177 conclusum. Alterum vero inæquale omnino est, non solum in dierum, sed & in mensium numero, cum duos menses, Marchesuan nimirum & Chisleu instabiles contineat, & in anno embolismo ex semestri in spaciū septem mensium abeat.

Medietates annorum Iudaicorum, altera constans, altera mutabilis.

7. Enimvero numerus mensium, vt diximus, in annis communibus, est duodenarius, quibus annus embolismus superaddit tertiumdecimum, in annorum ordinum specie alterni pleni, & caui. Eorum hæc sunt nomina, & quantitates: 1. Tisri plenus. 2. Marchesuan nunc cauus, nunc plenus. 3. Chisleu modo plenus, modo cauus. 4. Tebeth cauus. 5. Sebat plenus. 6. Adar prior (mensis embolismus) plenus. 7. Adar posterior cauus. 8. Nisan plenus. 9. Iar cauus. 10. Siuan plenus. 11. Tamuz cauus. 12. Ab plenus. 13. Elul cauus. Est autem, vt alibi diximus, mensis plenus dierum 30, cauus dierum 29.

Numerus, nomina, & quantitates mensium.

8. Itaque omnis ratione dierum varietas in duos menses Marchesuan, & Chisleu concurrit: in anno enim deficiente vterque cauus; in abundante vterque plenus; in ordinato ille cauus, hic plenus est.

Duo menses, in quos omnis redundat dierum varietas.

9. Annus Semitah est in numero annorum Iudaicorum quiuis septimus.

Annus Semitah Iobel

10. Iobel Systema annorum quadraginta nouem est, hoc est, septem hebdomadarum annalium complexio.

11. Cyclus lunæ est vnde viginti annorum reuolutio, & in vsu dupliciter sumitur, annos videlicet 19. vel collectiue, vel distributiue, quemadmodum supra capite 4. monuimus, computat.

Cyclus lunæ.

12. Cyclus solis, si quis annis Iudaicis attribuitur, 28 annorum recursus est, septem constans tetraeridibus.

Cyclus solis.

13. Cyclus magnus siue feriarum, est periodus tredecim Cyclorum lunarium, siue annorum 247, quæ absoluta Neomeniæ, & Festa pleraque ad easdem ferias redeunt, atque adeo eadem redit etiam annorum qualitas. Dixi pleraque, quia, quamuis Characteres duorum Cyclorum maximorum immediate sese sequentium, discrepantiam dierum, vel horarum solidarum non præferant, quia tamen differentia saltem 905. horarum punctorum est, illa tam Neomeniarum, quam Festorum ordinem, non solum vno die, sed & propter ferias inhabiles diebus duobus turbare potest.

Cyclus magnus

14. Solent præterea Hebræi in suis Ephemeridibus, seu Festorum tabulis quatuor annotare anni tempestates, ingressumque solis in 4 Zodiaci puncta

Quatuor Tempestates

Duplex Tekupharum acceptio: Tekupharum denominatio.

cardinalia, bina scilicet Aequinoctialia, & bina Solstitialia, siue quatuor anni Solaris quadrantes, quos Tekuphas, siue Reuolutiones appellant. Dupliciter enim Tekupha sumitur, nimirum, vel prout indicat punctum, siue instans temporis, quo quadrans anni, ver scilicet, æstus, hyems, & autumnus incipit, vel prout solidam comprehendit anni solaris quartam partem. Denominationem vero hæ Tekuphæ trahunt à mensibus, in quos plerumque, saltem hisce temporibus, iuxta priorem rationem acceptæ, incidunt: autumnalis enim vocatur Tekupha Tisri; hyberna, Tekupha Tebeth; vernalis, Tekupha Nisan; æstiuæ denique Tekupha Tamut dicuntur.

Duplex ratio: ne loci, ac magnitudinis de Tekuphis Rabbinorum sententia.

15. Quamuis autem harum in Tekupharum tam magnitudinem, quam principio, hoc est, in vtraque earum acceptione, Iudæi non vndeque conueniant, in duplicem tamen conspirant sententiam, & hanc ob causam etiam in suis Tabulis, seu Computis semper vtrumque annotant, cuique suum adscribentes autorem. Altera enim eaque vetustior Rabbi Samueli cognomento Iarhinai attribuitur: Altera postea à Rab. Adda filio Ahaba ortum duxisse ferunt.

Tekupha Rabbi Samuelis.

16. Estigitur Tekupha Rabbi Samuelis quadrans anni solaris Iuliani Astronomici, siue dierum 365, horarum sex; dies comprehendens 91. horas septem cum dimidia; & quod sequitur, singulis Iulianis in eodem anni Iuliani modo in orbem recurrit.

Tekupha Rab. Adda.

Cyclus Lunarum Astronomicus.

Annus Tekuphalis Rab. Adda.

Punctum, & Momentum horarium.

Diei, horarumque initium.

17. Tekupha vero Rab. Adda septuagesima sexta pars est Cycli lunaris Astronomici, siue 19 annorum lunarium, hoc est, dierum 6939, horarum 16. punctorum 595. complectens dies 91 horas 7, puncta 519. momenta 31. Annus enim solaris, siue Tekuphalis, vel quod idem est quatuor Tekuphæ Rab. Adda, dierum est 365. horarum 5 punctorum 997. momentorum 49. pars videlicet decima nona lunationum 235. siue annorum 19. lunarium Astronomicorum, septem nimirum embolizorum, & duodecim communium.

18. Est autem punctum, siue scrupulum horarium millesima octogesima pars horæ; momentum vero septuagesima sexta pars vnius puncti: punctum enim statuitur 76. momentorum; hora vero punctorum 1080. Horas vero suas Hebræos ab occasu solis, vnde diem incipiunt, numerare alibi diximus.

Annus lunaris communis, & embolizus Astronomicus.

Mensis lunaris Astronomicus.

Differentia Solaris Cyclica.

Differentia Solaris annalis.

19. Rursus annus Lunaris communis Astronomicus est dierum 354. horarum 8. punctorum 876. Embolizus vero dierum 383. horarum 21. punctorum 589.

20. Mensis Lunaris Astronomicus est dierum 29. horarum 12. punctorum 793.

21. Differentia Solaris Cyclica est spacium temporis, quo Cyclus lunæ Astronomicus, siue 19. anni lunares Iudaici Astronomici, à totidem Solaribus differunt: Differentia vero solaris annalis spacium temporis est, quo vnus, vel plures anni solares Astronomici, ab initio ordine continuo, intraque terminos vnius Cycli lunaris Iudaici computati, à totidem annis Iudaicis Astronomicis eodem modo sumptis, discrepant: & duplici ratione vtraque, pro duplici anni solaris magnitudine afficitur, excessu scilicet, & defectu.

Excessus Solaris Cyclicus.

22. Excessus enim Solaris Cyclicus est spacium temporis, quo 19. anni Solares Iuliani Astronomici, totidem lunares Iudaicos Astronomicos continuos superat; & est in vno Cyclo integro horæ 1, punctorum 485. quæ differentia etiam

etiam Anticipatio Lunariscyclica non incongrue dicitur: Statuta enim vtrisque annis tam Iulianis, quam Iudaicis communi aliqua epocha, hæc differentia anticipationem Neomeniarum in anno solari numerat.

Anticipatio
Lunaris.

23. Defectus solaris Cyclicus est spatiū temporis, quo 19 anni solares Gregoriani Astronomici à totidem lunaribus Iudaicis Astronomicis continuis deficiūt; atq; adeo Postpositio lunariscyclicæ recte etiam appellari potest. est autem horæ vnius, punctorum 104 8 $\frac{2}{3}$ in vno Cyclo lunari solido.

Defectus solaris
Cyclicus.
Postpositio
lunaris.

24. Excessus solaris annalis est spacium temporis, quo vnus, vel plures anni solares Iuliani Astronomici, vel Tekuphales Rab. Adda, ratione supradicta in eodem Cyclo accepti, totidem Iudaicos Astronomicos excedunt. Sic vnus annus solaris Iulianus primum Cycli annum excedit diebus 10. horis 21. punctis 204. annus vero solaris Rab. Adda diebus 10, horis 21. punctis 121. momentis 48. tres anni vero tertium Cycli (qui embolimæus est) superant diebus 3. horis 2. punctis 899. in anni Iuliani ratione; secundum Rab. Adda diebus 3. horis 2. punctis 671. momentis 68. Ab hoc excessus in defectum, quando Iudæi embolimū præcipitant, quod fit octauo Cycli anno, vt fusius infra Gap. 12. Num. 2. dicemus.

Excessus solaris
annalis.

25. Character temporis est residuum dierum, feriarumue, horarum, scrupulorumque horariorum, quod remanet, quando ex motu Solis, Lunæue, siue à certa, siue ab incerta epocha vsque ad aliquod determinatum temporis punctum deducto, abiiciuntur vel cycli, vel anni, vel omnes septenarii dierum: sic character Neomeniæ est numerus, siue index feriæ, horæ, horariique scrupuli, qua Neomenia Astronomicè committitur, ex radice, & annorum, ac mensium præteritorum characteribus lunaribus, in feriis, horis, & scrupulis contentis, coaceruatus.

Character
temporis

Character
Neomeniæ

Ex ratione hebdomadarum, siue septenariorum dierum sequentes characteres nascuntur.

26. Character vnius mensis lunaris: feriæ 1 horæ 12. puncta 793.

27. Character anni communis fer. 4. hor. 8. puncta 876.

28. Character anni embolimæi: fer. 5. hor. 21. punct. 589.

29. Character cycli lunaris: fer. 2. hor. 21. punct. 595.

30. Character cycli magni feriarum: fer. 6. hor. 23. punct. 175.

31. Character Nouilunii Tohu, quæ est epocha, siue radix Lunariscyclicæ ad dititia, à qua omnes deducuntur characteres Neomeniarum: fer. 2 hor. 5. punct. 204.

Character
mensis.
Character anni
communis
& embolimæi.

Character cyclorum,
lunæ,
& feriarum.

32. Character epochæ Neomeniarum Tisri, in primo anno cycli lunaris Iudaici, ætæ Christianæ proximo, hoc est, in anno Christi currente, constitutæ: fer. 2. hor. 18. punct. 294.

Epocha lunaris
Christiana.

Characteres vero, & epochæ, in quibus feriarum non habetur ratio, sequentes recensentur.

33. Character, siue epocha addititia excessus solaris Cyclici, in eodem primo cycli anno ætæ Christianæ proximo statuta, est dierū 11. hor. 22. punct. 990.

Epocha excessus solaris
Christiana.
Epocha defectus solaris
Christiana.

34. Character, vel epocha addititia Defectus Solaris Cyclici, eiusdem ætæ, est dierum 16. hor. 26. punct. 262 $\frac{4}{5}$.

24. Character, vel epocha ablatitia Tekupharum Tisri Rabbi Samuelis, est dierum 12. hor. 20. punct. 204.

Epocha Tekupharæ, Rabbi

36. Character Samuelis

- Alla:** 36. Character, vel epocha addititia Tekupharum Tisri Rabbi Samuelis, in principio anni Iudaici 4048 constituta, est dierum 0, hor. 0, punct. 501.
- Epocha Tekuphar Rab. Adda.** 37. Character, vel epocha horaria addititia Tekupharum Tisri Rab. Adda, est hor. 3, punct. 917, moment. 14.
- Translatio Neomeniarum.** 38. Translatio Neomeniæ est, quando ipsa comperendinatur, atque in alium diem, siue feriam ab ea, quem Character computo inuentus indicat, transfertur; quæ duplex est, Astronomica videlicet, & politica, siue ciuilis.
- Translatio Astronomica.** Translatio, quæ dicitur Astronomica; est, quando ob nouilunium vetus Neomenia in sequentem diem traicitur: censetur autem nouilunium vetus, quotiescunque Character horas 18 attingit, vel excedit.
- Translatio ciuilis, siue politica.** Translatio Neomeniæ ciuilis, siue politica est, quando ea, siue ex indicio characteris, canonumque præscripto, siue ex translatione Astronomica in feriam à Rabbinis vetita reperta, in proxime sequentem transfertur. Sunt autem comperendinationes istæ Neomeniarum certis comprehensæ legibus, quas vna cū Computi tabulis, capite sequenti producemus in medium.

CAPVT DVODECIMVM.

Canones, & Tabula Computi, vna cum earundem structura, & ipso Hebræorum Calendario.

Tabulæ primæ explicatio.

TAbularum, quæ hic damus, prima est mensium, quæ in prima columna continet ipsum mensium numerum; in secunda eorundem mensium dies collectos enumerat; in tertia mensium correspondentium characteres in feriis, horis, & punctis exhibet; in quata denique aliquot puncta in momenta, horas in puncta, & dies in horas resolutos tradit.

Tabulæ primæ constructio.

Tabulæ huius structura talis est. Mensæ lunari integro, tam in capite tabulæ, quam in charta seperatim his characteribus 1. 29. 12. 793. (qui indicant vnum mensem lunarem diebus constare 29 reiectis septenariis, feriis 1, horis 12, punctis 793.) descripto, charta separata ita aptetur tabulæ, vt menses mensibus, dies diebus, horæ horis, & puncta punctis ea ratione congruant, qua pro additione vulgari bini numeri sibi inuicem subscribi solent, atque adeo mensium, dierum, &c. Summa commode colligi, & mox in tabula præcedentibus subscribi possit; Summæ huic admota propius chartula, rursus instituatur additio, summa scribatur, chartula vterius promoueat, donec summas 12, hoc est, numerorum transuersos ordines 13. compleueris, hoc obseruando quotiescunque puncta numerum 1080; horæ 24, feriæ, 7 attigerint, vel transcendierint, iis abiectis (in feriis tamen septenarius scribitur) vnitatem ratione punctorum horis, ratione horarum diebus, & feriis adiungendam esse. Atque hanc additionis methodum in sequentibus, etiam si vsui esse possit, ne molesti simus, repetere nolumus; Sufficit enim eum semel obiter innuisse. Quarta demum columna, partim per 76 momentorum, partim per 1080 punctorum, partim per 24 horarum continuam additionem procreatur.

Tabulæ secundæ explicatio.

Secunda tabula est annorum expansorum, annorum scilicet Iudaicorum characteres Neomeniarum, cum excessibus solaribus annalibus, pro quauis annorum expansorum integri Cycli lunaris collectione, præferens. Nam prima

prima columna ipsum numerum annorum cum nota qualitatis (vnde quisnam annus embolimæus sit, cognosci queat) eorundem denotat. Secunda characteres annorum lunarium Iudaicorum in feriis, horis, ac punctis præscribit. Tertia Differentiam annorum solarium Iulianorum à lunaribus, hoc est, Excessus, & defectus solares annales indicat. Quarta eandem differentiam iuxta quantitatem annorum Tekuphalium, de quibus cap. præcedenti Num. 17. & 24. diximus, exhibet.

Structura huiusmodi est. Numeri primæ columnæ serie progrediantur naturali, & tertio, sexto, octauo, vndecimo, quartodecimo, septimodecimo; & decimo nono syllaba additur Emb. qua significetur hos cycli annos ex Iudæorum statutis Embolimæos esse, reliquos vero Communes.

Tabula secundæ
de constructione

In capite deinde columnæ secundæ character ponitur 12. mensium, ex tabulæ primæ, columna tertia desumptus, qui est anni communis completi nota: is igitur duplicatus characterem gignit anni secundi communis completi: & hic auctus character 13. mensium, siue anni embolimæi, anni tertii lunaris cycli, qui embolimæus est, characterem producit. & sic deinceps; addendo semper anni vel communis, vel embolimæi characterem, prout anni communis, vel embolimæi character procreandus est.

Tertia columna primo proponit Excessum solarem annalem dierum 10. hor. 21. punct. 204. quibus videlicet Iulianus annus Astronomicus annum communem lunarem itidem Astronomicum superat; hic sibi ipsi additus excessum solarem producit annalem duorum annorum: quæ summa assumens eundem diem, horarum, scrupulorumque numerum excessum solarem triennem generat, quo videlicet tres anni Iuliani Astronomici, tres priores lunaris cycli annos, duos videlicet communes, & vnum embolimæum excedunt, abiecto nimirum ex summa illa dierum 32. horarum 15, punctorum 612. mense lunari, siue diebus 29. hor. 12. punct. 793. pro tertia decima anni embolimæi lunatione, vt tertius character, siue excessus maneat dierum 3. hor. 2 punct. 899. Qua methodo, habita videlicet embolismi ratione, si ad octauum vsque annum inclusive progressus fueris, inuenies summam dierum 28. hor. 0. punct. 46, ex qua, cū octauus annus lunaris ex lege Rabbinica embolimæus sit, deberes mensem lunarem pro lunatione embolima tollere; at non potes, est enim mensis lunaris maior; signum igitur est, & octo annos solares Iulianos Astronomicos, à totidem Iudaicis deficere, non autem eosdem excedere, & Iudæos ante tempus embolismum præcipere: ac proinde falsum esse id, quod, cum hac de re tractaret libro 7. de emendat. temporum editionis secundæ pag. 591. Iosephus Scaliger scribit, consilari nimirum hoc modo excessum octauis anni 28, 0. 46. Item falsum est, quæ eodem loco hisce addit verbis: *Quare naturalis est embolismus cycli Iudaici, non autem arbitrius, qualis Calippicus, & Metonicus, qui embolismos præcipitant ante tempus, ne eorum Neomenie epocham solstitialem antecueniant. At in Iudaica ratione non prius intercalatur, quam solis excessus supra lunam eo progressus sit, vt mensem, aut amplius conficiat. Hac ratione anni 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. intercalationi attributi sunt, quod illi interuallis, non alias excessus solis mensem colligunt, quod de octauo anno falsissimum esse, & calculo, & ratione conuincitur. Quare vt hunc errorem, quem idem Scaliger lib. 1. & 3. Isag. Chronol. cap. 6. repetitum voluit, & notaremus, & ex tabulis tolleremus, addidimus quidem ad octauum annum putatum excessum die-*

Octauo cycli
lunaris anno
nasci non excessum,
sed defectum
solarem annalem.
Error Iosephi
Scaligeri.

Xxx

rum

rum 28.0.46. quo clarius tabulæ apparet constructio, at mox illi subiunximus veram octo annorum Iulianorum, & Iudaicorum solarem differentiam, ex tabula ad usum excerpendam, quæ defectu, non autem excessu afficitur, & habetur, quando ex 8. illis annis Iudaicis, qui sunt dierum 2923. horarum 12. punctorum 747. totidem anni Iuliani, qui diebus tantum 2922. constant, subducuntur, vel ipsi dies 28. hor. 0. punct. 46, ex mense lunari dierum 29, hor. 12. punct. 793. abiciuntur, inuenitur enim utrobique esse diei vnus hor. 12, punct. 747. Addito vero rursus primi anni excessu ad 28.0.46. procreatur numerus, qui abiecto mense lunari embolimo relinquit excessum 9, 8, 537 nouo anno adscribendum, & sic deinceps, vt paulo ante diximus.

Eadem prorsus arte quarta columna constructur, nisi quod primi anni excessum, ex cuius continua additione producuntur reliqui, non vt ante 10. 21. 204. statuat; sed per dies 10, hor. 21, puncta 121. momenta 48. quibus annus Tekuphalis Rab: Adda, annum communem lunarem superat, progrediendum sit, habita ratione vt pro annis embolimais mensis lunaris excessibus solaribus detrahatur, excepto octauo illo arbitrario embolimæ anno, de quo iam diximus; nam & hic differentia vera defectu afficitur, & est diei vnus horarum 13. punct. 235. mom. 72, &c.

Tertia tabulæ
expositio.

3. Tertia tabula est annorum per cyclos lunares collectorum, & in prima columna quidem numerum annorum, ex quibus cycli in secunda columna præscripti constant, proponit; in tertia numeri cyclorum magnorum conspiciuntur, in quarta lunares cyclorum characteres; & in quinta eorundem habentur characterum complementa.

Tertia tabulæ
structura.

Harum structura hæc est. Prima per continuum accrementum annorum 19, vsque ad annos 247, siue tertium decimum cyclum, hoc est, vsq; ad cyclum magnum progreditur: deinde rursus per continuam additionem 247 extenditur, vsque ad annum 7410, hoc est, vsq; ad tricesimum cyclum magnum; tum quia continuo accedunt denique cycli magni vsque ad centesimum, numerus annorum ad 14700 excrefcit; per quorum perpetuam additionem, vsq; ad 1000 cyclos magnos, & tandem hi mille cycli siue anni 247000 in sua serie continua vsque ad locum quintum propagantur. Ad huius vero columnæ imitationem cæterarum progressus omnes formantur, secunda quidem à capite, & vnitæ, siue ab vno cyclo lunari incipiens vsque ad 13 progreditur; hinc deinde per huius numeri incrementum vsque ad tricesimum locum graditur, &c. Tertia vero columna à primo cyclo magno siue anni 247 ortum ducit, ea, qua diximus, ratione continuatur. Quarta deinceps assumpto caractere lunari tabulæ secunde ultimo, vni videlicet cyclo lunari debito, iuxta prædictam multiplicationem, acterminos vsque ad finem progreditur. Quintæ denique primus character est fer. 4. hor. 7. punct. 485, & habetur quando primus character quartæ columnæ, hoc est, fer. 2. hor. 16, punct. 595. ex 7 feriis, hoc est, ex feriis 6, horis 23. punctis 1080 subducitur, qui eadem prorsus methodo, qua reliquæ columnæ per continuam additionem, mutatis numeris addendis in locis recensitis propagatus, complementa omnium characterum quartæ columnæ gignit.

Quarta tabulæ
explicatio.

4. Quarta tabula itidem est annorum collectorum, ideo separatim à tertia posita, quia commodè eadem pagina cum ipsa comprehendere non poterat, quare tres priores columnas repetere necesse fuit. Quarta deinde columna
Excessus

Excessus solares cyclicos annorum Iulianorum supra Iudaicos proponit. Quinta vero Defectus, quibus videlicet anni Gregoriani Astronomici ab iisdem Iudaicis deficiunt in diebus, horis, punctis, & punctorum quintis partibus, enumerat.

Habitis autem primis quartæ, & quintæ columnæ huius tabulæ Characteribus, reliqui per eandem multiplicationem iuxta loca, & terminos ante assignatos producuntur, quæ superiores characteres præcedentis tabulæ nati sunt. Est autem primus character quartæ columnæ idem qui ultimus columnæ tertiæ tabulæ secundæ: quintæ vero columnæ numerus procreatur, quando 19. anni Gregoriani Astronomici, qui dies complectuntur 6939. horas 14. puncta 62. 67. à diebus 6939. hor. 16. punct. 595. quibus 19. anni Iudaici Astronomici constant, subtrahuntur, relinquuntur enim hor. 1. punct. 1048. quintæ 3. &c.

Eiusdem tabulæ constructio.

5. Quinta Tabula Epocharum, siue primi cycli Iudaici dicta quinque complexa columnas varias nobis tradit epochas. & prima quidem columna eadem est cum prima columna tabulæ secundæ, annos expansos cycli lunaris exhibens. Secunda characteres Neomeniarum primi cycli Iudaici in medium profert. Tertia dies Calendarii Iuliani ipsis congruentes assignat. Quarta epochas characterum Neomeniarum in diebus Calendarii Iuliani ad Christi Domini tempora accomodatas recenset. Quinta denique epochas præfigit Calendario Gregoriano, post anni correctionem debitas.

Quintæ tabulæ explicatio.

Hac vero arte tabula constructa est. de prima columna supra suo loco in Fabrica quintæ structuræ secundæ tabulæ diximus. Secundæ constructio, à secundæ columnæ eiusdem tabulæ secundæ constructione in hoc tantum differt, quod cum hac tradat characteres annorum incipientium, illa vero secundæ tabulæ characteres annorum completorum, assumpto characterē Nouilunii omnium primi. 2. 5. 204, quod Nouilunium Tohu Hebræi vocant, per additionem characterum 12, & 13. mensium, siue anni communis, & embolimæ ex tabula prima desumptorum, progrediatur quidem, at non ut ante ipsos characteres annis embolimæ adscriptos per additionem characteris embolimæ embolimæos efficit, sed sequentes proxime, ita ut characterem 13, mensium characteribus tertio, sexto, 8, 11, 14, 17, & 19. loco positus addat. Tertia columna sic fit: primo ex aliorum traditione supponitur Nouilunium Tohu, quod notatur ut diximus feria 2. hor. 5. punct. 204. congruere diei septimo Octobris in anno Iuliano bissexto: cum enim cyclus solis Iudaicus, & Romanus idem sit, ut infra suo loco palam fiet, & primo anno Iudaico congruat cyclus solis 1, atque adeo anno Iuliano (quo curren-
te primus Iudaicus incipit) litteræ Dominicales G, F obtingant, quarum hæc, quæ in Octobri usu venit, sexto eius diei adscripta indicat diem septimum esse feriam secundam, eam videlicet, quæ à ratione Iudaica præscribitur: quare primi anni cycli Iudaici, Iuliana epocha recte 7. Octob. hor. 5. punct. 204. statuitur, & omisis horis & punctis dies 7. Octobris in capite huius columnæ scribitur. Idem dies 7. Octob. inuentus fuisset, si ab aliqua epocha moderna, iuxta Regulas capite sequenti tradendas, usque ad primum cyclum Iudaicum regressus institutus fuisset. Ut vero iam habeam secundi characteris Iulianam epocham, post diem 7. Octob. dies numero 354, horas 8. punct. 876. annum scilicet lunarem communem, quem per suum characterem ad primum Nouiluni-

Fabrica quintæ tabulæ.

um in columna secunda addidimus, & incido in diem 26. Septembris, & horam 14, quem cum etiam feria characteris approbet, (est enim utrobique feria 6, currente proximo post bissextum anno littera Dominicali E) secundo anno pro epocha attribuo. Similiter prorsus ratiocinio diem 15. Septembris epocham tertio cycli anno tribuendam reperio. Quoniam vero tertio characteri additus est, ut diximus, character anni embolimæ, dierum scilicet 383. horæ 21. punct. 389. & horæ in diem unum excreuerint, post diem 15. Septemb. dies 384. numero, hoc est, (abiecto anno dierum 365.) dies 19, numerationemque die 4. Octobris in feria secunda (est enim littera Dominicalis C) finio, hunc igitur diem quarto Characteri, siue anno adscribo, & hac ratione usque ad nonumdecimum annum per characteres, & dies annorum communium, & embolimæ eorum suis locis progrediendo, habita etiam ratione, quando horæ in diem excreverint, ceteræ epochæ à nobis constructæ sunt, ita ut dies diei, feria feriæ congruat: id quod in tabellis Scaligeræ epocharum observatum nequaquam cernitur, non enim semel tantum in iis à vero aberratum est. Quarta deinceps columna ficta est: quæ siuimus ad quot dies excessus solares cyclicæ anni Iuliani usque ad æram Christi excreuerint, siue quod idem est, quod diebus Neomeniæ primi cycli in Calendario Iuliano retrocesserint (quod quæ ratione fiat cap. sequenti Regula 7. docebimus) & inueniemus tempus illud ad 12, dies pertinere; quare nihil aliud fecimus, quam ex singulis in proxima columna inuentis epochis 12. dies subtrahere, & residuum annis correspondentibus adscribere. Denique quoniam ab æra Christi usque ad Calendarii Gregoriani tempora, eadem Neomeniarum anticipatio ad dies quinque excurrit, pro epochis Gregorianis, alii quinque dies subtrahendi essent; at quia decem ipso anno correctionis exempti sunt, qui totidem diebus Neomenias postposuerunt, non iam quinque subtrahendi, sed totidem addendi sunt, ad epochas quarta columna notatas, ut habeantur epochæ pro nostris temporibus ad Calendarium Gregorianum accommodatas, in quinta huius tabulæ columna describendas.

De 6. tabula.

6. Tabula sexta Tekuphis Rabbi Samuelis ordinandis attributa est, quantum videlicet ad horas, & ferias, in quas incidunt, attinet, & quatuor columnas maiores continet, quarum quælibet rursus in quinque alios descendentes ordines subdivisa est, prima cyclum solis ostendit, quatuor vero reliquæ ferias quatuor Tekupharum exhibet, in fronte denique horæ, quibus Tekuphæ committi solent in quouis tetraeridis anno affixæ sunt, littera N denotante noctem, D vero diem. Fabricam huius tabulæ capite sequenti ad Regulæ decimæ quartæ modum secundum docebimus. His igitur ita præmissis tabulas ipsas subiciamus.

L TA-

I. TABVLA MENSIVM.

Mēses	Dies.	fer.	hor.	punct.	Punct.	Momē.
1	29	1	12	793	1	76
2	59	3	1	506	2	152
3	88	4	14	219	3	228
4	118	6	2	1012	Hora. Punct.	
5	147	7	15	725	1	1080
6	177	2	4	438	2	2160
7	206	3	17	151	3	3240
8	236	5	5	944	4	4320
9	265	6	18	657	Dies. Hora.	
10	295	1	7	370	1	24
11	324	2	20	83	2	48
12	354	4	8	876	3	72
13	383	5	21	589	4	96

I. TABVLA ANNORVM EXPANSORVM

Anni cy clilunae.	Charact. lunares	Excess. Sol. lul. annal.	Excess. Sol. R. Adda annal.
	Fer. hor. punct.	Dies. hor. punct.	Dies. hor. punct. mom.
1	4 8 876	10 21 204	10 21 121 48
2	1 7 672	21 18 408	21 18 243 20
3 Emb.	7 15 181	3 2 899	3 2 651 68
4	4 23 1057	14 0 23	13 23 773 40
5	2 8 853	24 21 227	24 20 895 12
6 Emb.	1 6 362	6 5 718	6 5 223 60
7	5 15 158	17 2 922	17 2 345 32
		28 0 46	27 23 467 4
8 Emb.	4 12 747	1 12 747	1 13 325 72
9	1 21 543	9 8 537	9 7 875 52
10	6 6 339	20 5 741	20 4 997 24
11 Emb.	5 3 928	1 14 152	1 13 325 72
12	2 12 724	12 11 356	12 10 447 44
13	6 21 520	23 8 560	23 7 569 16
14 Emb.	5 19 29	4 16 1051	4 15 977 64
5	3 3 905	15 14 175	15 13 10 36
16	7 12 701	26 11 379	26 10 141 8
17 Emb.	6 10 210	7 19 810	7 18 549 56
18	3 19 618	16 1074	18 15 671 28
19 Emb.	2 16 595	0 1 485	0 0 0 0

XXX 3

ILTA.

III. TABVLA ANNOR. COLLECTORVM.

Annus	Cycli lun.	Cycli magis.	Charact. lunares. Fer. Hor. Punct.	Complem. charact. lun. Fer. Hor. Punct.
19	1	0 2	16 595	4 7 485
38	2	0 5	9 110	1 14 970
57	3	0 1	1 705	5 22 375
76	4	0 3	18 220	5 5 860
95	5	0 6	10 815	0 13 265
114	6	0 2	3 330	4 20 750
133	7	0 4	19 925	2 4 155
152	8	0 0	12 440	6 11 640
171	9	0 3	4 1035	3 19 45
190	10	0 5	21 550	1 2 530
209	11	0 1	14 65	5 9 1015
228	12	0 4	6 660	2 17 420
247	13	1 6	23 175	0 0 905
494	26	2 6	22 350	0 1 730
741	39	3 6	21 525	0 2 555
988	52	4 6	20 700	0 3 380
1235	65	5 6	19 875	0 4 205
1482	78	6 6	18 1050	0 5 30
1729	91	7 6	18 145	0 5 935
1976	104	8 6	17 320	0 6 760
2223	117	9 6	16 495	0 7 585
2470	130	10 6	15 670	0 8 410
2717	143	11 6	14 845	0 9 235
2964	156	12 6	13 1020	0 10 60
3211	169	13 6	13 115	0 10 965
3458	182	14 6	12 290	0 11 790
3705	195	15 6	11 465	0 12 615
3952	208	16 6	10 640	0 13 440
4199	221	17 6	9 815	0 14 265
4446	234	18 6	8 990	0 15 90
4693	247	19 6	8 85	0 15 995
4940	260	20 6	7 260	0 16 820
5187	273	21 6	6 435	0 17 645
5434	286	22 6	5 610	0 18 470
5681	299	23 6	4 785	0 19 295
5928	312	24 6	3 960	0 20 120
6175	325	25 6	3 55	0 20 1025
6422	338	26 6	2 230	0 21 850
6669	351	27 6	1 405	0 22 675
6916	364	28 6	0 580	0 23 500
7163	377	29 5	23 755	1 0 325
7410	390	30 5	22 930	1 1 150
9880	520	40 5	14 520	1 9 560
12350	650	50 5	6 110	1 17 970

RESIDVVM TERTIÆ TABVLÆ.

Anni	Cycli lunares.	Cycli mag.	Charact. lunares.	Per. hor. punct.	Complement. charact. lun.	Per. hor. punct.
14820	780	60	4	21 780	2	2 300
17290	910	70	4	13 370	2	10 710
19760	1040	80	4	4 1040	2	19 40
22230	1170	90	3	20 630	3	3 450
24700	1300	100	3	12 220	3	11 860
49400	2600	200	0	0 440	6	23 640
74100	3900	300	3	12 660	3	11 420
98800	5200	400	0	0 880	6	23 200
123500	6500	500	3	13 20	3	10 1060
148100	7800	600	0	1 240	6	22 840
172900	9100	700	3	13 460	3	10 620
197600	10400	800	0	1 680	6	22 400
222300	11700	900	3	13 900	3	10 180
247000	13000	1000	0	2 406	6	21 1040
494000	26000	2000	0	4 806	6	19 1000
741000	39000	3000	0	6 1206	6	17 960
988000	52000	4000	0	8 1606	6	15 920
1235000	65000	5000	0	10 2006	6	13 880

IV. TAB. ANNOR COLLECTOR.

Anni	Cycli lun.	Cycli mag.	Excess. Sol. Dies	Cycl. lun. hor. punct.	Defect. Sol. Dies	Cycl. lun. hor. punct. quint.
19	1	00	1	4850	1	1048 3
38	2	00	2	9700	3	1017 1
57	3	00	4	3750	5	985 4
76	4	00	5	8600	7	954 2
95	5	00	7	2650	9	923 0
114	6	00	8	7500	11	891 3
133	7	00	10	1550	13	860 1
152	8	00	11	6400	15	828 4
171	9	00	13	4500	17	797 3
190	10	00	14	5300	19	766 2
209	11	00	15	10150	21	734 1
228	12	00	17	4200	23	703 0
247	13	10	18	9051	1	671 4
494	26	21	13	7302	3	263 3
741	39	32	8	5553	4	935 2
988	52	43	3	3804	6	572 1
1235	75	53	22	2055	8	119 0
1482	78	64	17	306	9	790 4

RESL

RESIDVVM QVARTÆ TABVLÆ

Ann.	Cycli In- ter.	Cycli Enceff. magni dies.	Sol.	Cycli In- ter.	Defect. Hor. Pann.	Cycli Greg. Dies Hor. Pann.
1729	91	7	5	11	935	7 11 382 3
1976	104	8	6	6	760	8 12 1054 2
2223	117	9	7	1	585	9 14 646 1
2470	130	10	7	20	410	10 16 238 0
2717	143	11	8	15	235	11 17 909 4
2964	156	12	9	10	60	12 19 501 3
3211	169	13	10	4	965	13 21 95 2
3458	182	14	10	23	790	14 22 765 1
3705	195	15	11	18	615	16 0 357 0
3952	208	16	12	13	440	17 1 1028 4
4199	221	17	13	8	265	18 3 620 3
4446	234	18	14	3	90	19 5 212 2
4693	247	19	14	21	995	20 6 884 1
4940	260	20	15	16	820	21 8 476 0
5187	273	21	16	11	645	22 10 67 4
5434	286	22	17	6	470	23 11 739 3
5681	299	23	8	1	295	24 13 331 2
5928	312	24	8	20	120	25 14 1003 1
6175	325	25	9	14	1025	26 16 595 0
6422	338	26	20	9	850	27 18 186 4
6669	351	27	21	4	675	28 19 858 3
6916	364	28	21	23	500	29 21 450 2
7173	377	29	22	18	325	30 23 42 1
7410	390	30	23	13	150	32 0 714 0
9880	520	40	31	9	560	42 16 952 0
12350	650	50	39	5	970	53 9 110 0
14820	780	60	47	2	300	64 1 348 0
17290	910	70	54	22	710	74 17 586 0
19760	1040	80	62	19	40	85 9 824 0
22230	1170	90	70	15	450	96 1 1062 0
24700	1300	100	78	11	860	106 18 220 0
49400	2600	200	156	23	640	213 12 440 0
74100	3900	300	235	11	420	320 6 660 0
98800	5200	400	313	23	200	427 0 880 0
123500	6500	500	392	10	1060	533 19 20 0
148200	7800	600	470	22	840	640 13 240 0
172900	9100	700	549	10	620	747 7 460 0
197600	10400	800	627	22	400	854 1 680 0
222300	11700	900	706	10	180	960 19 900 0
247000	13000	1000	784	21	1040	1067 14 40 0
494000	26000	2000	1569	19	1000	2135 4 80 0
741000	39000	3000	2354	17	960	3202 18 120 0
988000	52000	4000	3139	15	920	4270 8 160 0
1235000	65000	5000	3924	13	880	5337 22 200 0

V. TABVLA EPOCHARVM.

Annus cy cli Lu- naris.	Characteres Neomeniæ. Fer. hor. punct.	Epoch. anti qua Calen. Iuliani.	Epoch. Calend. Iuliani pro æra Christi.	Epocha pro Calendar. Gregorian.
1	2 5 204	7 Oct 25	Sept 30	Sept
2	6 14 026	Sept 14	Sept 19	Sept
3 Emb.	3 22 876	15 Sept 3	Sept 8	Sept
4	2 20 385	4 Oct 22	Sept 27	Sept
5	7 5 181	23 Sept 11	Sept 16	Sept
6 Emb.	4 13 1057	12 Sept 31	Aug 5	Sept
7	3 11 566	1 Oct 19	Sept 24	Sept
8 Emb.	7 20 362	20 Sept 8	Sept 13	Sept
9	6 17 951	8 Oct 26	Sept 1	Oct
10	4 2 747	28 Sept 16	Sept 21	Sept
11 Emb.	1 11 543	17 Sept 5	Sept 10	Sept
12	7 9 52	6 Oct 24	Sept 19	Sept
13	4 17 928	24 Sept 12	Sept 7	Sept
14 Emb.	2 2 724	14 Sept 2	Sept 7	Sept
15	1 0 233	3 Oct 21	Sept 6	Sept
16	5 9 29	22 Sept 10	Sept 5	Sept
17 Emb.	2 17 905	10 Sept 29	Aug 3	Sept
18	1 15 414	29 Sept 17	Sept 2	Sept
19 Emb.	6 0 210	19 Sept 7	Sept 12	Sept

VI. TABVLA TEKVPHARVM.

Horæ					Horæ					Horæ					Horæ				
Noctis vel diei.	N	D	N	N	Noctis vel diei.	D	D	N	D	Noctis vel diei.	D	N	D	D	Noctis vel diei.	N	N	D	N
	9	4½	0	7½		3	10½	6	1½		9	4½	0	7½		3	10½	6	1½
Tekuphæ					Tekuphæ					Tekuphæ					Tekuphæ				
Cycl. solis.	Tif- ri	Te- beth	Ni- san	Ta- mu	Cycl. solis.	Tif- ri	Te- beth	Ni- san	Ta- mu	Cycl. solis.	Tif- ri	Te- beth	Ni- san	Ta- mu	Cycl. solis.	Tif- ri	Te- beth	Ni- san	Ta- mu
Feria					Feria					Feria					Feria				
I	3	3	4	4	II	4	4	5	5	III	5	6	6	6	IV	7	7	7	1
V	1	1	2	2	VI	2	2	3	3	VII	3	4	4	4	VII	5	5	5	6
IX	6	6	7	7	X	7	7	1	1	XI	1	2	2	2	XII	3	3	3	4
XIII	4	4	5	5	XIV	5	5	6	6	XV	6	7	7	7	XVI	1	1	1	2
XVII	2	2	3	3	XVIII	3	3	4	4	XIX	4	5	5	5	XX	6	6	6	7
XXI	7	7	1	1	XXII	1	1	2	2	XXIII	2	3	3	3	XXIV	4	4	4	5
XXV	5	5	6	6	XXVI	6	6	7	7	XXVII	7	1	1	1	XXVIII	2	2		3

Yyy

Quoniam

Quoniam vero non minus præ oculis habendi sunt canones, præfertim illi ad quo. Neomenia civilis dirigitur, quam ipsæ Tabulæ, eos hoc loco exponendos censuimus; & sic se habent.

9. Canones Neomeniarum.

I. Canon IAH. Quotiescunq; character Neomeniæ adæquat, vel excedit horas 18, Neomenia transferatur in proxime sequentem diem.

II. Canon ADV. Neomenia Tisri nunquam figatur feria 1. 4. & 6.

III. Canon GATRAD. semper in anno communi Neomenia Tisri in feriam transfertur quintâ, quâdo character fer. tertiâ denotâs excedit hor. 9, pũct. 203

IV. Canon BATVTAKPHAT. semper in anno communi proxime post embolimũ occurringenti Neomenia Tisri figatur in feria tertiâ, quando character feriam secundam signans excedit horas 15, puncta 588.

V. Canon BADV. Nunquam Neomenia Nisan statuatur in feria 2. 4. & 6.

10. Canones Tekupharum.

I. Canon GAT. Semper Tekupha Tisri hora 3. aut 9.

II. Canon DAM IAM. Semper Tekupha Tebeth hora 4½.

III. Canon THAV. Semper Tekupha Nisan in principio, aut hora 6.

IV. Canon AM ZAM. Semper Tekupha Tamuz hora 1½.

Quod vero ad hos attinet Canones, rationes priorum explicabimus capite sequenti ad Regulam 5. vbi primum vsui esse incipiunt. Canones autem Tekupharum in tabella sexta omnes propofiti sunt, vbi etiam seorsim indicatur, quæ hora Nocti, quæ Diei attribueda sit. Quod vero in canone 2. & 4. non fit mentio horarum 10½, & 7½ ratio est, quod horæ istæ post meridiem vel mediam noctem numeratæ eadem sunt cum horis 4½ & 1½ quæ duobus illis canonibus exprimuntur. Denominantur denique canones omnes vocabulis illis IAH, ADV, &c. GAT, &c. quia sunt technici, comprehendunt enim litteras Hebraicas, quæ numeros in canonibus, qui ab ipsis denominantur cõteros significant.

II. Deniq; vt nihil desit eorum, quæ ad Regularũ Computi Hebraici, quas capite sequenti trademus, vel vsum, vel intellectum desiderari possent, placuit hoc loco ipsum Hebræorum Calendarium proferre in medium, hac methodo: Columnas ei per singulos menses attribuimus octo. Prima numerum dierum mensium expansorum seorsim recenset. Secunda præcipua festa ac legalia Iudeorum suis diebus annotat. Tertia enumerat dies collectos ab initio anni communis deficientis vsque ad illius finem. Quarta idem præstat pro anno communi ordinato: & quinta pro anno communi abundante; quod eodem ordine efficiunt tres proxime sequentes columnæ, sexta videlicet, septima, & octaua pro triplici annorum embolimæorum specie. Sic enim omnia quæ ex Calendario peti possunt summa facilitate deducuntur. In festis porro ac ieiuniis annotandis secuti sumus Calendarium Genebrardi, ac Franciscum Ribera Lib. 5. de Templo, quamuis & hialiquando inter se discrepent, & aliquando vterque à Scaligero. Discrepantia in his potissimum est: Ieiunium combustæ legis annotat Ribera, & Genebrardus septimo Chisleu, Scaliger die 28 eiusdem. Ieiunium scriptæ legis Græce Genebrardus adscribit diei 2. Tebeth, Ribera & Scaliger diei 8 eiusdem. Ieiunium mortis æqualium Iosue Ribera ponit tertio, Scaliger quinto, Genebrardus octauo die Sebat. Ieiunium mortis Samuelis à Genebrardus, & Ribera tribuitur diei 29. Iiar, à Scaligero diei 28. Ieiunium extinctæ lucernæ

Calendarium
Iudaicum in
tabula propo-
nitur, & expli-
catur.

cernæ Genebrardus assignat diei 17, Ribera vero & Scaliger diei 18, mensis Ab. Ieiunium denique Exp'oratorum Genebrardus cum Ribera ad diem 7. Elul annotat, Scaliger ad diem 17. In fastis vero suis Iudæi moderni in Italia ea tantum ieiunia ac festa describunt, quæ nos in Calendario asterismis notauimus. Ieiuniis denique hic annotatis addiderunt Rabbini singulis totius fere anni hebdomadis ieiunium secundæ, & quintæ diei siue feriæ, propter excidium templi, propter combustam legem, & propter blasphemiam Rabiæ, eaque ieiunia in Marchesuan incipiunt.

Dies mensis.	I. TISRI Mensis plenus.	Anni commun.			Anni embolici.		
		D	O	A	D	O	A
1	* Clangor tubæ.	1	1	1	1	1	1
2		2	2	2	2	2	2
3	* Ieiuniū Godoliæ. Cæditur Godolias	3	3	3	3	3	3
4	fil. Ahicam, & alii cū eo in Maspha.	4	4	4	4	4	4
5	Ieiunium. Moriuntur 20 Israelitæ, &	5	5	5	5	5	5
6	R. Akiba fil. Ioseph cōiicitur in vinc.	6	6	6	6	6	6
7	Ieiunium. Decretum cōtra Patres no-	7	7	7	7	7	7
8	stros vt perirent, &c. propter vi-	8	8	8	8	8	8
9	tulum fabricatum.	9	9	9	9	9	9
10	* Ieiunium Kippurim, siue expiation-	10	10	10	10	10	10
11	nis.	11	11	11	11	11	11
12		12	12	12	12	12	12
13		13	13	13	13	13	13
14		14	14	14	14	14	14
15	* Scenopegia, siue festum Tabernacu-	15	15	15	15	15	15
16	lorum.	16	16	16	16	16	16
17		17	17	17	17	17	17
18		18	18	18	18	18	18
19		19	19	19	19	19	19
20		20	20	20	20	20	20
21	* Hofanna Rabba. Festum ramorum.	21	21	21	21	21	21
22	* Oct. tabernac. festum catus.	22	22	22	22	22	22
23	* Festiuitas legis.	23	23	23	23	23	23
24		24	24	24	24	24	24
25		25	25	25	25	25	25
26		26	26	26	26	26	26
27		27	27	27	27	27	27
28		28	28	28	28	28	28
29		29	29	29	29	29	29
30		30	30	30	30	30	30

Dies mēsis.	II. MARCHESVAN Mensis varius.	Anni commun.			Anni embolimi.		
		D	O	A	D	O	A
1		31	31	31	31	31	31
2		32	32	32	32	32	32
3		33	33	33	33	33	33
4		34	34	34	34	34	34
5		35	35	35	35	35	35
6		36	36	36	36	36	36
7	ieiunium. Exccæcarunt oculos Sede- kiz Regis Iuda, & filios eius coram eo iugularunt.	37	37	37	37	37	37
8		38	38	38	38	38	38
9		39	39	39	39	39	39
10		40	40	40	40	40	40
11		41	41	41	41	41	41
12		42	42	42	42	42	42
13		43	43	43	43	43	43
14		44	44	44	44	44	44
15		45	45	45	45	45	45
16		46	46	46	46	46	46
17		47	47	47	47	47	47
18		48	48	48	48	48	48
19		49	49	49	49	49	49
20		50	50	50	50	50	50
21		51	51	51	51	51	51
22	* incipit ieiunium secundæ, & quintæ feriæ.	52	52	52	52	52	52
23		53	53	53	53	53	53
24		54	54	54	54	54	54
25		55	55	55	55	55	55
26		56	56	56	56	56	56
27		57	57	57	57	57	57
28		58	58	58	58	58	58
29		59	59	59	59	59	59
30	Dies intercalaris anni abundantis.			60			60

Dies

CAPVT DVODECIMVM.

Dies mēsis.	III. CHISLEV. Mensis varius.	Anni communis			Anni bissex		
		D	O	A	D	O	A
1		60	60	61	60	60	61
2		61	61	62	61	61	62
3		62	62	63	62	62	63
4		63	63	64	63	63	64
5		64	64	65	64	64	65
6		65	65	66	65	65	66
7	Ieiunium. Ioiakim combussit volumē, quod scripserat Baruch, di- stante Ieremia.	66	66	67	66	66	67
8		67	67	68	67	67	68
9		68	68	69	68	68	69
10		69	69	70	69	69	70
11		70	70	71	70	70	71
12		71	71	72	71	71	72
13		72	72	73	72	72	73
14		73	73	74	73	73	74
15		74	74	75	74	74	75
16		75	75	76	75	75	76
17		76	76	77	76	76	77
18		77	77	78	77	77	78
19		78	78	79	78	78	79
20		79	79	80	79	79	80
21		80	80	81	80	80	81
22		81	81	82	81	81	82
23		82	82	83	82	82	83
24		83	83	84	83	83	84
25	* Encenia, siue Dedicatio.	84	84	85	84	84	85
26		85	85	86	85	85	86
27		86	86	87	86	86	87
28		87	87	88	87	87	88
29		88	88	89	88	88	89
30	Dies exemptilis anni deficientis.	89	90	90	89	90	90

Dies mensis.	IV. THEBETH Mensis canus.	Anni commun.			Anni Embolim.		
		D	O	A	D	O	A
1		89	90	91	89	90	91
2	Ieiunium. Scripta est lex Græce die-	90	91	92	90	91	92
3	bus Ptolemæi Regis. Tenebræ tri-	91	92	93	91	92	93
4	duo per vniuersum orbem.	92	93	94	92	93	94
5		93	94	95	93	94	95
6		94	95	96	94	95	96
7		95	96	97	95	96	97
8		96	97	98	96	97	98
9	Ieiun. Nō scrips. Magist. nostri quare.	97	98	99	97	98	99
10	* Ieiunium. Obsidetur Ierusalē à Re-	98	99	100	98	99	100
11	ge Babylonis.	99	100	101	99	100	101
12		100	101	102	100	101	102
13		101	102	103	101	102	103
14		102	103	104	102	103	104
15		103	104	105	103	104	105
16		104	105	106	104	105	106
17		105	106	107	105	106	107
18		106	107	108	106	107	108
19		107	108	109	107	108	109
20		108	109	110	108	109	110
21		109	110	111	109	110	111
22		110	111	112	110	111	112
23		111	112	113	111	112	113
24		112	113	114	112	113	114
25		113	114	115	113	114	115
26		114	115	116	114	115	116
27		115	116	117	115	116	117
28		116	117	118	116	117	118
29		117	118	119	117	118	119
30							

Die

Dies mensis.	V. S E B A T. Mensis plenius.	Anni commun.			Anni Embolim.		
		D	O	A	D	O	A
1		118	119	120	118	119	120
2		119	120	121	119	120	121
3		120	121	122	120	121	122
4		121	122	123	121	122	123
5		122	123	124	122	123	124
6		123	124	125	123	124	125
7		124	125	126	124	125	126
8	Ieiunium. Moriuntur iusti, qui extirerant diebus Iosue filii Hui.	125	126	127	125	126	127
9		126	127	128	126	127	128
10		127	128	129	127	128	129
11		128	129	130	128	129	130
12		129	130	131	129	130	131
13		130	131	132	130	131	132
14		131	132	133	131	132	133
15		132	133	134	132	133	134
16		133	134	135	133	134	135
17		134	135	136	134	135	136
18		135	136	137	135	136	137
19		136	137	138	136	137	138
20		137	138	139	137	138	139
21		138	139	140	138	139	140
22		139	140	141	139	140	141
23	Ieiunium. Congregati sunt omnes Israelitæ contra Benjamin propter pellicem & idolum Michæ.	140	141	142	140	141	142
24		141	142	143	141	142	143
25		142	143	144	142	143	144
26		143	144	145	143	144	145
27		144	145	146	144	145	146
28		145	146	147	145	146	147
29		146	147	148	146	147	148
30		147	148	149	147	148	149

Dies mēsis.	A D A R I. Mensis plenus.	Anni embolimai.		
		D	O	A
1	.	148	149	150
2		49	150	151
3		150	151	152
4		151	152	153
5	M E N	152	153	154
6		153	154	155
7		154	155	156
8		155	156	157
9		156	157	158
10	S I S	157	158	159
11		158	159	160
12		159	160	161
13		160	161	162
14		161	162	163
15	E M	162	163	164
16		163	164	165
17		164	165	166
18		165	166	167
19		166	167	168
20		167	168	169
21	B O L I	168	169	170
22		169	170	171
23		170	171	172
24		171	172	173
25		172	173	174
26	M V S,	173	174	175
27		174	175	176
28		175	176	177
29		176	177	178
30		177	178	179

Die

Dies mēfis.	VI. ADAR II. Mensis cauus.	Anni commun.			Anni embolim.		
		D	O	A	D	O	A
1		148	149	150	178	179	180
2		149	150	151	179	180	181
3		150	151	152	180	181	182
4		151	152	153	181	182	183
5		152	153	154	182	183	184
6		153	154	155	183	184	185
7	ieiuniū. Moritur Moſes Magiſter no-	154	155	156	184	185	186
8	ſter, qui in pace quieſcit.	155	156	157	185	186	187
9	ieiunium. Schola Sammai, & Schola	156	157	158	186	187	188
10	Hillel inter ſe contendere cœperūt.	157	158	159	187	188	189
11		158	159	160	188	189	190
12		159	160	161	189	190	191
13	* Feſtiuitas decreta Nicanor interfici-	160	161	162	190	191	192
14	tur. Ieiunium Heſter.	161	162	163	191	192	193
15	* Purim, ſiue feſtum ſortium.	162	163	164	192	193	194
16	Sortium maius.	163	164	165	193	194	195
17		164	165	166	194	195	196
18		165	166	167	195	196	197
19		166	167	168	196	197	198
20		167	168	169	197	198	199
21		168	169	170	198	199	200
22		169	170	171	199	200	201
23		170	171	172	200	201	202
24		171	172	173	201	202	203
25		172	173	174	202	203	204
26		173	174	175	203	204	205
27		174	175	176	204	205	206
28		175	176	177	205	206	207
29		176	177	178	206	207	208

Dies mēsis.	VII. NISAN. Mensis plenus.	Anni commun.			Anni Embolus.		
		D	O	A	D	O	A
1	Ieiunium. Mortui sunt filii Aaron.	177	178	179	207	208	209
2		178	179	180	208	209	210
3		179	180	181	209	210	211
4		180	181	182	210	211	212
5		181	182	183	211	212	213
6	*	182	183	184	212	213	214
7	Sabbatum magnum feria septi-	183	184	185	213	214	215
8	ma ante azyma.	184	185	186	214	215	216
9		185	186	187	215	216	217
10	Ieiunium. Moritur Mariam. Eligitur	186	187	188	216	217	218
11	agnus mactandus quartadecima die.	187	188	189	217	218	219
12		188	189	190	218	219	220
13		189	190	191	219	220	221
14	PASCHA. Extermin. fermenti.	190	191	192	220	221	222
15	* Azyma.	191	192	193	221	222	223
16	Manipulus frugum.	192	193	194	222	223	224
17		193	194	195	223	224	225
18		194	195	196	224	225	226
19		195	196	197	225	226	227
20		196	197	198	226	227	228
21	Solennitas. Finis azymorum.	197	198	199	227	228	229
22		198	199	200	228	229	230
23		199	200	201	229	230	231
24		200	201	202	230	231	232
25		201	202	203	231	232	233
26	Ieiunium. Moritur Iosue filius Nun.	202	203	204	232	233	234
27		203	204	205	233	234	235
28		204	205	206	234	235	236
29		205	206	207	235	236	237
30		206	207	208	236	237	238

Die

Dies mensis.	VIII. I I A R. Mensis cauus.	Anni communis			Anni embolimi.		
		D	O	A	D	O	A
1		207	208	209	237	238	239
2		208	209	210	238	239	240
3		209	210	211	239	240	241
4		210	211	212	240	241	242
5		211	212	213	241	242	243
6		212	213	214	242	243	244
7		213	214	215	243	244	245
8		214	215	216	244	245	246
9		215	216	217	245	246	247
10	Ieiunium. Moritur Heli sacerdos, & ambo filii eius. Capitur arca testi-	216	217	218	246	247	248
11	monii.	217	218	219	247	248	249
12		218	219	220	248	249	250
13		219	220	221	249	250	251
14	* Pascha secundi mensis.	220	221	222	250	251	252
15		221	222	223	251	252	253
16	* Manipulus frugum secundi Mensis.	222	223	224	252	253	254
17		223	224	225	253	254	255
18		224	225	226	254	255	256
19		225	226	227	255	256	257
20		226	227	228	256	257	258
21		227	228	229	257	258	259
22		228	229	230	258	259	260
23	Solemnitas. Simon Gazan capit.	229	230	231	259	260	261
24		230	231	232	260	261	262
25		231	232	233	261	262	263
26		232	233	234	262	263	264
27		233	234	235	263	264	265
28		234	235	236	264	265	266
29	Ieiunium. Moritur Samuel Propheta: plangitur ab omni populo.	235	236	237	265	266	267

Dies mēsis.	IX. SIVAN. Mensis plenus.	Anni communis			Anni embolimi.		
		D	O	A	D	O	A
1		236	237	238	266	267	268
2		237	238	239	267	268	269
3		238	239	240	268	269	270
4		239	240	241	269	270	271
5		240	241	242	270	271	272
6	*Pentecoste, siue festum Hebdomadarum. Memoria datæ legis.	241	242	243	271	272	273
7		242	243	244	272	273	274
8		243	244	245	273	274	275
9		244	245	246	274	275	276
10		245	246	247	275	276	277
11		246	247	248	276	277	278
12		247	248	249	277	278	279
13		248	249	250	278	279	280
14		249	250	251	279	280	281
15		250	251	252	280	281	282
16		251	252	253	281	282	283
17		252	253	254	282	283	284
18		253	254	255	283	284	285
19		254	255	256	284	285	286
20		255	256	257	285	286	287
21		256	257	258	286	287	288
22		257	258	259	287	288	289
23	ieiunium. Desistit 10 tribus primitias	258	259	260	288	289	290
24	portare Hieroso. in diebus Ieroboâ.	259	260	261	289	290	291
25	ieiunium. Occiditur R. Simeon fil. Gamal.	260	261	262	290	291	292
26	R. Ignael, R. Hanania & Pontif.	261	262	263	291	292	293
27	ieiunium. Combustus est Rabbi Ha-	262	263	264	292	293	294
28	nina filius Tardion vna cum libro	263	264	265	293	294	295
29	legis.	264	265	266	294	295	296
30		265	266	267	295	296	297

Dica

Dies mens.	X. T A M V Z. Mensis cauus.	Anni commun.			Anni Embolim.		
		D	O	A	D	O	A
1		266	267	268	296	297	298
2		267	268	269	297	298	299
3		268	269	270	298	299	300
4		269	270	271	299	300	301
5		270	271	272	300	301	302
6		271	272	273	301	302	303
7		272	273	274	302	303	304
8		273	274	275	303	304	305
9		274	275	276	304	305	306
10		275	276	277	305	306	307
11		276	277	278	306	307	308
12		277	278	279	307	308	309
13		278	279	280	308	309	310
14		279	280	281	309	310	311
15		280	281	282	310	311	312
16		281	282	283	311	312	313
17	* Ieiunium. Franguntur Tabulæ legis.	282	283	284	312	313	314
18	Cessati iuge sacrificium. Epistemon	283	284	285	313	314	315
19	cremat librum legis. Posuit statuam	284	285	286	314	315	316
20	in templo.	285	286	287	315	316	317
21		286	287	288	316	317	318
22		287	288	289	317	318	319
23		288	289	290	318	319	320
24		289	290	291	319	320	321
25		290	291	292	320	321	322
26		291	292	293	321	322	323
27		292	293	294	322	323	324
28		293	294	295	323	324	325
29		294	295	296	324	325	326

Dies mens.	XI. A B. Mensis plenus.	Anni commun.			Anni embolismi.		
		D	O	A	D	O	A
1		295	296	297	325	326	327
2		296	297	298	326	327	328
3		297	298	299	327	328	329
4		298	299	300	328	329	330
5		299	300	301	329	330	331
6		300	301	302	330	331	332
7		301	302	303	331	332	333
8		302	303	304	332	333	334
9	* Ieiuniū. Decretum cōtra Patres no-	303	304	305	333	334	335
10	stros, ne ingrederetur in terram Iu-	304	305	306	334	335	336
11	dam. Vrbs excisa. Desolatio tem-	305	306	307	335	336	337
12	pli prioris & posterioris.	306	307	308	336	337	338
13	*	307	308	309	337	338	339
14	Sabbathum consolationis, feria	308	309	310	338	339	340
15	septima post diem nonum.	309	310	311	339	340	341
16		310	311	312	340	341	342
17		311	312	313	341	342	343
18	Ieiunium. Extincta est lucerna vesper-	312	313	314	342	343	344
19	tina in diebus Achaz.	313	314	315	343	344	345
20		314	315	316	344	345	346
21		315	316	317	345	346	347
22		316	317	318	346	347	348
23		317	318	319	347	348	349
24		318	319	320	348	349	350
25		319	320	321	349	350	351
26		320	321	322	350	351	352
27		321	322	323	351	352	353
28		322	323	324	352	353	354
29		323	324	325	353	354	355
30		324	325	326	354	355	356

Dica

Dies mens.	XII. E L V L. Mensis cauis.	Anni commun.			Anni Embolim.		
		D	O	A	D	O	A
1		325	326	327	355	356	357
2		326	327	328	356	357	358
3		327	328	329	357	358	359
4		328	329	330	358	359	360
5		329	330	331	359	360	361
6		330	331	332	360	361	362
7	Ieiunium. Moriuntur exploratores,	331	332	333	361	362	363
8	qui diffamauerant terram.	332	333	334	362	363	364
9		333	334	335	363	364	365
10		334	335	336	364	365	366
11		335	336	337	365	366	367
12		336	337	338	366	367	368
13		337	338	339	367	368	369
14		338	339	340	368	369	370
15		339	340	341	369	370	371
16		340	341	342	370	371	372
17		341	342	343	371	372	373
18		342	343	344	372	373	374
19		343	344	345	373	374	375
20		344	345	346	374	375	376
21		345	346	347	375	376	377
22		346	347	348	376	377	378
23		347	348	349	377	378	379
24	* Initium pœnitentiæ 10 dierum se-	348	349	350	378	379	380
	cundum quosdam.	349	350	351	379	380	381
25	* Initium secundum alios.	350	351	352	380	381	382
26		351	352	353	381	382	383
27		352	353	354	382	383	384
28		353	354	355	383	384	385
29							

CA:

LIBRI QUINTI CAPVT XIII.

De Computi Hebraeorum Regulis.

REGVLA I.

Datum annum Iudaicum ab ara Christiana, & contra datum annum Christi ab ara Iudaica numerare.

Regula.

AB anno dato Iudaico aufer 3761. & habebis annum Christi currentem, à cuius dierum aliquo annus datus Iudaicus incipit. Contra si ad annum Christi currentem annos 3761. addideris, fiet annus Iudaicus, cuius caput siue Neomenia Tisri in aliquem dierum anni Christi currentis dati incipit.

Exemplum. Quærat quous à Christo sit annus Iudaicus 5376. Ablatis 3761. ex 5376. relinquitur annus Christi quæsitus 1615. à cuius Septembri incipit annus Iudaicus propositus. Contra si ad annum Christi propositum 1615. annos 3761. adiunxeris, habebis annum 5376. Iudaicum.

Ratio Regulæ est, quia annus Iudaicus ter millesimus septingentesimus sexagesimus primus anno Christi in autumno completur; atq; adeo primus ara Christiana annus incipit currente anno Iudaico 3761.

Regulam non esse perpetuam.

Notandum. Etsi huius Regulæ vsus ad viginti etiam annorum millia facile extenditur, ea tamen nequaquam perpetua est: Cum enim annorum Christi nostratum, Iulianorum videlicet, vel Gregorianorum, quos hæc per annos Christi intelligimus, non eadem quæ Iudaicorum magnitudo sit, atq; adeo inæqualis eorum ad futura secula progressus, annorum illorum vtriusq; generis, qui nunc certis diebus conueniunt, alter tandem alterum deseret, & principium anni Iudaici anni nostri prætergredietur limites. Quare si annorum istorum in remotioribus seculis comparatio instituenda est, ab hac ad Regulam vltimam, quæ omnia præcise, tam in annorum quam dierum numero determinat, erit recurrendum.

REGVLA II.

Pro dato anno Iudaico cyclum lunæ currentem certo consicere.

Regula.

Annus datus diuisus per 19. in residuo ostendit cyclum lunæ quæsitum: in quotiente vero cyclorum reuolutiones indicat.

Exemplum. Datus annus Iudaicus 5376. diuisus per 19. residuum facit 18. cyclum lunæ desideratum, quoto indicante elapsos esse cyclos integros, 282.

Ratio Regulæ. Cum ara Iudaica à cyclo lunæ ortum ducat, opus non erat ullius radicis additio. Cætera declaratione non indigent.

Cyclum lunæ una cum charactere Tisri inueniri.

Notandum 1. Quando pro eodem anno Iudaico, inquirenda est Neomenia Tisri, siue caput anni ex tabulis, necesse non est cyclum lunæ prius seorsim inuestigare, nam non solum ipse, sed etiam cyclorum integrorum reuolutiones, eadem opera innotescunt, vt infra Reg. 4. eiusq; Notando 3. monebimus.

Cyclū lunæ Iudaicū ex cyclo lunæ Christianæ a quo clucere,

Notandum 2. Quod si cyclum lunæ Iudaicum pro anno ab ara Christi numerato scire cupis, opus non fuerit per Regulā 2. annos illos ad aram Iudaicā reuocare:

care. Sed habito cyclo lunæ pro eodem anno ex Regula 1 cap. 9, adde illi 17, vel ab eodem aufer 2; aut certe annis Christi deme unitatem, & reliquos diuide per 19, vt in Regula, & habebis cyclū lunæ anni Iudaici; qui anno Christi (cuius cyclum inquisiisti) corrente incipit. Anno enim Iudaico 3762, qui corrente primo Christi anno incipit, debetur cyclus lunæ 19, primo vero anno Christi cyclus 2 cōuenit. Superat igitur cyclus 2 cyclum 19 binario, & ab eodē deficit per 17, vnde etiam constat ratio, cur binarius subtrahendus, vel 17 addenda sint: qui binarius subtrahitur etiam, quando annis Christi aufertur vnitas, altera enim vnitas, quæ ex Regula 1 capituli 9 annis Christi additur, hic etiam omittitur. Obseruandum tamen pro remotioribus seculis est id, quod ad Regulam 1 annotauimus.

Exempli gratia pro anno Christi 1615 inuentus est ex Regula 1 cap. 9, cyclus lunæ 1, adde 17, fiunt 18, cyclus anni Iudaici 376, qui dato anno Christi congruit: quem eundem numerum habebis in residuo, si 1614 per 19 partitus fueris.

Exemplum.

REGVLA III.

Dato anno Iudaico, quænam sit cyclus solis currens, præfagire.

Datus annus diuidatur per 28, eritque, qui in diuisione relinquitur residuus numerus. *Regula.*
 cyclus qui queritur, indicante quoto cyclos integros præteritos.

Exemplū. Datus annus 376, diuidatur per 28, relinquitur nihil, quotus sit 192. Cyclus ergo currens est 28 (quod semper fit, quando nihil remanet, vt sæpius diximus) indicante quoto annum propositum esse vltimum cycli ceterisimi nonagesimisecondi.

Ratio Regulæ non petetur ab eo, qui scit cyclum solis integrum esse annorum 28, ipsumque, ab unitate vna cum ipsis annis Iudaicis incepisse.

Notandum. Annorum Iudaicorum in numero ab æra Christi deducto propositorum cyclus solis idem est, qui ipsorum annorum Christi, in quos incidunt principia annorum Iudaicorum, & quem supra cap. 9. Regula 9 inquirere docuimus, idque tam diu, quam diu Regulæ primæ vsus est.

Cyclum solis annorū Christi eundem esse cū cyclo Iudaico, & quam diu.

Exempli gratia hoc anno 1615, in quem incidit principiū anni Iudaici 376, cyclus solis est 28, vt suo loco vidimus, & hic cyclus etiam anno respondet Iudaico 376.

Exemplum.

REGVLA IV.

Dato anno Iudaico characterem Neomeniæ Tisri denotare.

In columna prima Tabula tertia annorum collectorum, quare numerum annorum dato proxime minorem, eiusque ex columna quarta excerptum annota characterem: Residuo deinde annorum numero in eadem prima columna proxime minorem, si quis fuerit, inquirito eiusque characterem ex quarta columna acceptum priori adscribito, & hoc toties, quoties nouo annorum residuo minor numerus in prima columna repertus fuerit, iterato. Vltimus denique annorum residuus numerus, quo minor inuentus non est, cyclum lunæ anni propositi indicat, & multatus unitate in secunda tabula characterem lunarem ostendit, reliquis supra annotatis adnumerandum, quibus omnibus si etiam epocham lunarem, seu characterem nouilunii

Regula.

A a a

uulunii

ailunii Tobu fer. 2. hor. 5. punct. 204 subscripseris, & omnes characteres rite vnam in summā collegeris, conficies characterem Tisri, à quo Neomenia, & caput anni deducitur.

Exemplum 1. Proposito anno Iudaico 5376, proxime minor numerus in primatertiz tabulæ columna est 5187, cui in tertia columna respondet character 6.6.435, quem annoto. residuo deinde 189 proxime minor reperitur 171, cuius characterem 3.4.1035 subscribo priori: secundo vero annorum residuo numero 18, cum minor non reperitur in prima columna, is anni dati cyclus lunæ est: quare in tabula 2 annorum expāforum, aunorum completorum, qui sunt 17 (vno minus, quam cyclus lunæ 18) characterem 6.10.210 accipio, & vna cum Radice reliquis ordine adscribo, & vt decet summam omnium colligo, quæ sit fer. 4. hor. 4. punct. 804 character Neomeniæ Tisri anni dati Iudaici 5376, vt in hoc apparet diagrammate.

Anni 5376	Characteres.			Cycli lunæ	Cycli magni
fer.	hor.	punct.			
5187	6	6	435	273	21
171	3	4	1035	9	0
17	6	10	210	0	
Radix	2	5	204		
5375	4	4	804	282	21

Exemplum 2. Quaratur character Tisri incidentis in annum Christi 5898. Ad-
ditis per Regulam 1 ad annum propositum annis 9659, fit annus Iudaicus 9659: collectis igitur anno-
rum completorum, tam collectorum, quam expan-
sorum characterib. vna cum radice in vnum, vt for-
mula adiecta indicat, cyclus lunæ reperitur 7, cha-
racter vero Tisri feria 4, hor. 19, punct. 426, is videli-
cet, quem in Refutatione lib. 3 cap. 16, num. 4, con-
tra Caluissium in tabella pro eodem Christi anno
5898 proposuimus.

9659	fer.	hor.	punct.
7410	5	22	930
2223	6	16	495
19	2	16	595
6	1	6	362
	2	5	204
9658	4	19	426

Ratio Regulæ satis constat, tum ex characteris definitione (capit. 11. num. 25 data) tum ex tabularum constructione, quæ cum characteres exhibeant annorum tantum completorum, patet Ratio, cur Regula cyclum lunæ unitate moltiplicari præcipiat, vt nimirum anni expansi habeantur completi, quibus currens datus, vt in cyclo lunæ comprehensus nō potest adnumerari.

Characterem
Tisri anni Iu-
daici breuius
ab æra Christi
deducere.

Notandum 1. Quando pro annis Iudaicis ab æra Christi deductis character Tisri inquirendus est, rectius fecerimus, si epocha, siue radice lunari vsi fuerimus æræ Christianæ accommoda, cætera vero vt Regula præcipit perfecerimus; sic enim defuncti additionis annorum 3761. tædio, pauciorib. annis assequemur propositum. Epocham autem statuemus non iam in primo, sed secundo Christi anno, vt incipiamus à cyclo lunæ Iudaico 1. & vt ante, eadem opera qua characteres, etiam cyclum lunæ dato anno currentem colligamus: Quare semper ab anno Christi proposito abiicienda erit vnitas, & tunc demum iuxta Regulæ præscripta procedendum, & epocha siue radix 2. 18. 294. addenda. Est autem hæc epocha

epocha nihil aliud, quam character Tisri anno Iudaico 3763 debitus, ex ipsa Regula quarta inuentus: in seculis tamen vltra 20 millia annorum remotis aliter procedendum est, vt ad Regulam 1 annotauimus.

Exempli gratia quærat character Tisri incidentis in annum Christi laben-				Exemplum n
5897	fer.	hor.	punct.	
5681	6	4	785	
209	1	14	65	
6	1	6	362	
Rad.	2	18	294	
5896	4	19	426	

eodem cyclo lunari 7, vt in adiecto apparet diagrammate.

Rursus quærat character Tisri incidens in annum Christi 1621: abiecta v-				Exemplum 2.
1621	fer.	hor.	punct.	
1482	6	18	1050	
133	4	19	925	
5	2	8	853	
1620	2	18	294	

cem addere, is propositum nullo consequetur negocio. Enimvero si semel, siue radicem Iudaicam, siue radicem æræ Christianæ ad omnes characteres columnę secundæ, tabulæ secundæ addiderit, & cætera iuxta Regulæ præscripta perfecit, characterem Tisri nullius omnino habita radicis ratione colliger, quoties libuerit; pro ea scilicet epocha, quam semel in tabula addidit. Nos, ne multiplicaremus tabulas, id sponte omisimus.

Notandum 3. Si numerum cyclorum, siue lunarium, siue magnorum præteritorum desideras, eadem opera, qua characteres ex columna 4 tabulæ tertiæ colligis, ex columnis 2 & 3 cyclorum numeros correspondentes annota, vt nos supra in exemplo primo pro anno Iudaico 3766 fecimus.

Notandum 4. Consecutus characterem Neomeniæ Tisri reliquorum mensium characteres asserueris, si ex tabula 1 eius mensis characterem, cuius Neomeniam desideras, ad characterem Tisri adieceris, habita, vt conuenit, embolismi ratione.

Exempli gratia, si characterem mensis Nisan desideras, cum is in anno embolimæo sit septimus, in communi vero sextus tantum, ad characterem Tisri anni embolimæi adde characterem mensis septimi, in communi sexti: & sic de cæteris.

*Dato charactere Tisri Neomeniam civilem, caput ve
anni adipisci.*

Regula.

Neomenia civilis Tisri ea feria figatur, quam character indicat, nisi aliquis obstet Canon, ex his, quos capite precedenti, num. 9 retulimus: tunc enim iuxta illius præscriptum in aliam transferenda est.

Exemplum 1. Anno Christi currente 1622 character Neomeniæ Tisri, ut paulo ante habuimus, incidit in feriã 2, hor. 17, pu. 962, cui cum nullus obstet Canon, caput anni Iudaici recte conuenit, & Neomenia civilis in feria secunda figenda est: Canon enim tertius pro annis, qui proxime, & immediate embolizum sequuntur, sancitus est, qualis non est propositus, qui ipse embolizatus est.

Exemplum 2 pro anno Christi currente 5898, character Tisri in ipsum incidens inuentus Regula precedenti est 4, 19, 426, qui Neomeniam feriæ quartæ deputat: verum duplex obstat Canon, primus scilicet, & secundus. Cum enim horæ excedant 18, ratione primi in sequentem diem Astronomicè traicienda Neomenia est: Item quia incidit in feriam 4. Neomeniæ Tisri per Canonem secundum interdictam, politice in feriam quintam abeundum est. Vnica tamen translatione utriusque Canonis satisfactum erit, annusque propositus feria quinta incipiet.

Exemplum 3. Anno Christi 445, in quem incidit caput anni Iudaici 4206, character Tisri ex tabula lib. 3 Refutationis cap. 7 est 2, 21, 301, indicans Neomeniã in aptam quidem incidere feriam, at propter nouilunium verus ex Canone 1 in sequentem esse transferendam.

Exemplum 4. Anno Christi 427, in eadem tabula character Tisri annotatur 4, 13, 582: sed transfertur Neomenia in feriam 5, eo quod Canon 2 feriam 4 prohibeat.

Exemplum 5. Anno Christi 428. Character Tisri anni Iudaici 4189 cyclo lunæ 9 est 3, 11, 91, neque nouilunium verus, neque feriam continens vetitam: at nihilominus ex feria tertia usque in feriam quintam Neomenia protrudenda est, cum id Canon tertius in anno communi, qualis propositus est, pro character excedente 3. 9. 203, præcipiat.

Exemplum 6. Anno Christi 418, quo currente annus Iudaicus 4179, cyclo lunæ 8, ac proinde communis, & proxime post embolismum (qui cyclo lunæ 17 conuenit) incipit, character Tisri est 2, 16, 39, excedens 2, 15, 588, ideoque Neomenia ex feria secunda in tertiam transferenda, cum id Canon quartus hoc in casu faciendum edixerit.

Ratio Canonis
primi Neome-
niarum.

Ratio Regulæ habetur ex rationibus Canonum. Et quidem, quod spectat ad primum Canonem, quo nouilunium vetus censetur id, quod horas 18 ab occasu attigerit, vel excesserit, eius rei ratio vel in sola refertur Rabinorum placita, vel certe cum horas Astronomicè numerent à meridie in meridiem, diemq, à præcedētis diei meridie auspicietur, sintq, 18 horæ vsuæli ratione à solis occasu deductæ, tantum, quantum 24 à præcedenti meridie numeratæ, hoc est, diem integrum cõficiant, hinc fortassis causa desumpta est, cur Neomeniam feria sequenti attributam velint.

Secundi

Secundi Canonis causam aiunt duorum esse Sabbathorum, siue Festorum continuationem, quam propter varia incommoda in mense Tisri frequentia solennitatum celebri vitam Rabbini voluerint. Enimvero si mensis Tisri à feria prima posset incipere, quarta decima eiusdem esset feria 7, hoc est, Sabbathum ordinarium, & sequenti die festiuitas scenopegiæ, atque adeo duo Sabbathatha continua. Sic, si idem mensis à feria 4 ortum duceret, rursus essent duo Sabbathatha continua: nam decima dies, cui ieiunium Kippurim annotatur, in feriam 6 tunc incideret, quam mox excipit Sabbathum ordinarium. Pari ratione, si Neomenia Tisri in feria 6 statueretur, dies sextadecima esset Sabbathum, præcedente immediate in die 15 solennitate Scenopegiæ. In cæteris vero mensibus concurrere duo Sabbathatha manifeste ex mense Nisan colligitur, incidente enim eius Neomenia in feriâ 1, quæ ei, vt cõstat ex 5 Canone, cõceditur, dies decima quarta est Sabbathum ordinarium, & proxima feria prima solennitas Azymorũ

Ratio Canonis tertii est, ne annus communis excrescere vsque ad dies 356. possit, sed eorum varietas in triplici consistat differentia, ordinatusque nunquam biduo superetur. Ponamus enim anni communis incipientis Characterẽ esse feriam 3, horas 9, puncta vel 204 vel plura, si illi addamus characterem anni communis, siue 12. mensium 4. 8. 876. fiet Character anni sequentis 7. 18. 0. vel amplius continens in se vetus Nouilunium, ideoque ex Canone 1. Neomenia ex feria 7. extruditur, & quoniam in feria prima pedem non audet figere resistente secundo Canone, vsque in feriam secundam migrare cogitur. ablata nunc feria 3 prioris characteris, à feria 2 posterioris, remanet (adscito prius asse) sexta feria, quod signum est, vt infra ad Regulam sequentem demonstrabimus, annum hunc constare diebus 356. quod absurdum est, & contra propositum. Vitabitur igitur hoc absurdum, si per translationem anni caput ex feria tertia in quintam (in quarta enim, vt diximus, non potest propter Canonem secundum consistere) protruditur, fietque annus dierum 354. contentus in ordinatoꝝ specie.

Ratio Canonis tertii.

Ratio denique Canonis quarti in hoc videtur consistere, nimirum vt caueat ne annus embolimæus ab ordinato nimium secedat, fiatque dierum tantum 382, quartam constituens absque necessitate annorum embolimæorum speciem. Esto sane annus communis proxime post embolimæum incipiens character insignitus fer. 2, hor. 15. punct. 589. vel plurium: ergo annus embolimæus præcedens necessario characterem habuit 3. 18. 0. vel amplius (tot enim remanent, si character anni embolimæi, siue 13 mensium, qui est 5. 21. 589. vt suis locis annotatum est, à dicto characterẽ 2. 15. 589. aufertur) ac proinde Neomenia iubente Canone 1. ex feria 3. in quartam, & ex 4. propter decretum Canonis 2 in feriam quintam transfundenda: Sublata autem feria 5 characteris anni embolimæi præeuntis, ex feria 2. characteris anni communis proxime sequentis, character remanet 4, indicans per ea, quæ ad Regulam sequentẽ dicturi sumus, annum illum embolimæum dierum fuisse tantum 382. hoc igitur cum absurdum sit, vitabitur, si Neomenia, quam Character anni communis in feria 2 statuit ex ea in tertiam migrare cogitur, per hoc enim anno embolimæo dies vnus superadditur, locusque ei inter annos deficientes tribuitur.

Ratio Canonis quarti.

Canon, 5. vt superfluous esse videtur, ita peculiari explicatione non indiget: De quinta statuta namque Neomenia Tisri cætera omnes etiam statuta sunt, & nisi feria-

De quinta Canone.

rum ordinem turbatum velimus, Neomenia Nisan nunquam in feria 2. 4. aut 6. contingere poterit. Eum vero idcirco proposuimus, ut quis possit, si velit ab initio anni sacri, qui a Nisan principium habet, incipere.

Neomenias ci-
uiles reliquo-
rum mensium
scire.

Notandum. Nactus Neomeniam ciuilem Tisri reliquas totius anni ex ipso Calendario facile elicies, modo qualitas tibi constet anni, ut de numero mensium, & quantitate dierum mensium Marchesuan, & Chisleu decernere possis; eam autem nullo negotio ex Regula sequenti addisces.

REGULA VI.

Dati anni Iudaici qualitatem dijudicare.

Regula.

Vtrum datus annus communis, vel embolimus sit, habetur ex Cyclo lunæ dati anni: Currente enim vno ex his Cyclis 3. 6. 8. 11. 14. 17. & 19. annus embolimus est, ceteri communes omnes. Vtrum vero annus communis, vel embolimus datus Deficiens sit, an Ordinatus, vel etiam Abundans sic cognoscitur. Habita Neomenia ciuili Tisri, tam anni propositi, quam proxime insequentis, feria illius subtrahatur à feria huius, addito septenario, quando subtractio fieri nequit, & erit, qui relinquitur numerus, index, siue character anni, qui in tabella sequenti eius indicat, & qualitatem, & quantitatem.

Annorum qualitas.	Anni com- munes.		Anni em- bolimæ.	
	Cha- ract.	Dies	Cha- ract.	Dies
Deficiens.	3	3 5 3	5	3 8 3
Ordinatus	4	3 5 4	6	3 8 4
Abundans	5	3 5 5	0	3 8 5

Exemplum 1. Volo scire qualitatem anni Iudaici, cuius caput in annum Christi 427. currentem incidit. Cyclus lunæ Iudaicus hoc anno currente ex Regula 2 est 8, ideoque annus embolimus est. Neomenia vero Tisri ciuilis ipse in feria 5. fixa est, & proxime sequens annus similiter à feria 5 incipit, ut in exemplis 4 & 5 Regulæ quartæ vidimus: subtractis igitur 5 à 5 relinquitur 0, qui character in tabella præcedenti, & columna eius 3 annis embolimis dicata, annum indicat esse Abundantem, dierumque 38 5.

Exemplum 2. Annus 5376 Iudaicus currente gubernante cyclo lunæ 18. communis est, Neomenia Tisri ciuilis feria 5. anno vero sequenti feria 2. ablatis 5 à 2 hoc additis 7, 5 à 9. remanet 4. index anni ordinati in columna annorum communium tabulæ præcedentis.

Ratio Regulæ satis ex tabella constat structura, qua talis est: Prima columna tres qualitatis utriusque generis, communis scilicet, & embolimai, species exprimit. Secunda columna alteri generi, quod annorum communium est dicata, duas habet partes, altera characteres, siue indices, altera quantitates, siue numerum dierum annorum communium cap. superiore Num. 4. explicatas recenset. Ipsi vero characteres inueniuntur in residuo,

residuo, quando ex numero dierum recensitorum omnes abiiciuntur septenarii: sic abiectis omnibus 7. ex anno communi deficiente dierum 353. remanent 3. index, siue character annum illum denotans. & sic de ceteris, tam in hac columna, quam in sequenti tertia, quæ eadem arte pro altero genere, annorum nempe embolimaorum, constructa, & bipertita quoque est. Quod autem ex illa, quam Regula præcepit, feriarum subtractione remaneat index, quem diximus anni, clarum quoque est: quando enim utrobique, nimirum tam in Neomenia anni propositi, quam in Neomenia anni sequentis eadem est feriarum denominatio, Cyclus hebdomadarius recurrit à capite, incipiens videlicet ab illa feria, qua in Neomeniis exprimitur, ideoque numerus dierum interceptus inter duas illas ferias (altero incluso termino) septenario erit numerabilis, & ex subtractione, qua præcipitur, necessario remanet 0. ac proinde annus ille, si ex numero embolimaorum est, dies continebit 385. hic enim numerus septenario numerabilis, & ne annus propositus alium suscipere possit, puta vel 378. vel 392 aliunde cautum est. quod si hoc casu annus propositus ex genere communium foret, signum esset manifestum commissi erroris, in statuendis Neomeniis, talis enim annus dierum esset vel 350. vel 357. quod fieri non potest. Quando vero feriarum binarum propositarum Neomeniarum diuersa est denominatio, & prior feria minor posteriore, patet ex subtractione à Regula indicta, remanere supra integros Cyclos hebdomadarios incipientes ab illa priori feria numerum redundantem; cum igitur in annorum communium genere illi Cycli præcise dies 350. in genere embolimaorum, dies 378. adequant, patet, si remaneat ternarius annus communem esse dierum 353. si quaternarius dierum 354 si quinquarius annum similiter communem esse dierum 355. embolimaum vero dierum 383, &c. ut in tabella exprimitur: Existente vero priore feria maiore ad posteriorem minorem, integer additur hebdomadarius cyclus ut & subtractio fieri possit, & idem ille remaneat numerus redundans indexue magnitudinis anni quæ sita.

REGVLA VII.

Differentiam solarem cyclicam pro dato anno Iudaico consequi.

Eadem methodo, qua Regula 4. characteres Neomenia Tisri ex tabula tertia collecti sunt, Regula. ex tabula 4. differentiam collige solarem, ex columna quidem quarta Excessum, ex quinta vero Defectum, nulla habita ratione, neque annorum expansorum Cycli lunaris, neque radicis, eritque summa collecta differentia, qua hic inquirenda proponitur.

Exemplum. Proposito anno Iudaico 5376. Excessus solaris, siue anticipatio lunæ ab æra Iudaica est dierum 17. hor. 0. punct. 690. Defectus vero siue lunæ postpositio dierum 23. hor. 3. punct. 865 $\frac{1}{2}$ colliguntur ex 4. tabula per partes ut sequens diagramma indicat.

Anni

Anni 5376	Excessus solaris.			Defectus solaris.			
	Dies.	hor.	punct.	Dies.	hor.	punct.	quintæ.
5187	16	11	645	22	10	67	4
171	0	13	45	0	17	797	2
5358	17	0	690	23	3	865	1

Ratio Regulæ huius, quemadmodum & quarta, ex ipsa colligitur tabularum constructione.

Quomodo dif-
ferentia solaris
pro annis ab
æra Christiana
numeratis sup-
paretur.

Notandum 1. Si anni Iudaici, pro quibus colligenda est differentia solaris, in numero ab æra Christiana deducto dati sint, petatur autem differentia solaris ab æra Iudaica, ea pro ipsis annis datis vnitate multiplicatis (propter rationem, quam in Notando 1. Regulæ 4 indicauimus) inquirenda est, vt Regula præcipit, eique addenda ratione excessus solaris, siue anticipationis lunæ epocha dierum 11. hor. 12. punct. 990. ratione vero Defectus, siue postpositionis epocha dierum 16. hor. 6. punct. 262½ cap. 11. num. 33. & 34. tradita.

Exemplum
pro excessu, &
defectu solari.

Exempli gratia dati anni Christi 1615. Excessus solaris Cyclorum integro-
rum est D. 17. O. 690, Defectus vero D. 23. 3. 865½ vt supra, & calculus subie-
ctus ob oculos ponit.

Anni 1614	Excessus Sol.			Defect. Sol.			
	Dies	hor.	punct.	Dies.	hor.	punct.	quintæ.
1482	4	17	30	6	9	790	4
114	0	8	750	0	11	891	3
Rad.	11	22	990	16	6	262	4
1596	17	0	690	23	3	865	1

Quod si differentia solaris tantum ab æra Christiana vsque ad datum an-
num computanda fuerit, nulla addenda est epocha. Erit igitur in exemplo pro-
posito Excessus solaris D. 5. 1. 780. Defectus D. 6. 21. 602½.

Differentiam
solarem pro
Calendario
Gregoriano
colligere.
Regula.

Si denique Defectus solaris pro Calendario Gregoriano (cuius gratia is
excogitatus est) & annis vere Gregorianis Astronomicis, hoc est, post cor-
rectionem sumptis, subducendus sit, ex annis Christi datis tolle 1598. (in hunc
enim annum cyclus lunæ 1. Iudaicus post correctionem Gregorianam primo
incidit) vel ex Iudaicis 5359. & pro reliquis annis cyclorum integrorum de-
fectus solares vt ante collige, & assequeris prepositum.

Exemplum.

Exempli gratia, petatur Defectus solaris cyclicus pro anno Christi Gre-
goriano 5898. qui est Iudaicus 9659. siue, vt rectius intelligatur, quærat
quantum anni Iudaici caput ab anno Christi 1598. vsque ad annum 5898. in
Calendario Gregoriano postpositum sit. Ab annis 5898. siue ex Iudaicis 9659.
deme 5359. & pro reliquis 4300. collige vt ante, Defectus solares, & inuenies di-
es 18. horas 13. punct. 463½ & totidem diebus tardius Neomenia Tisri contiget
in Calendario Gregoriano anno Christi 5898. quam illa Neomenia Tisri cum
eodem cyclo lunæ concurrens circa correctionem Calendarii contigit.

Non temere ex
hac Regula de
minorum nu-
mero, si is ma-
gnus fuerit, pro
cauendi esse.

Notandum 2. Hac in Regula potissimum inquiritur quot diebus, horis,
punctisque horariis certus annorum Iudaicorum numerus solidis cyclis con-
tentus, à totidem annis Iulianis, vel Gregorianis Astronomicis differat, quare
nequaquam temere in annis remotioribus à certa epocha deductis, de illorum
numero

numero pronunciandum est, sed prius Regula vltima consulenda; cum differentia solaris, si in plures dies excrescat, ordinarium annorum Iudaicorum, ac nostratum in numeris progressum, mutare possit, vt ad Regulam 1. etiam annotauimus.

Notandum 3. Cum in vsu differentia solaris ad Neomenias Iudaicas Calendario, siue Iuliano siue Gregoriano applicandas, quæ in feriis dantur, fere dierum tantum integrorum ratio habeatur, in colligendis huiusmodi differentia characteribus, non solum poterimus loco punctorum horas tantum proximiores accipere, aut in summa collecta loco horarum dies proxime accedentes annotare; sed etiam quo paucioribus characteribus rem expediamus, in ipso annorum numero dato, cyclum vnum aut alterum vel negligere, vel vltro admittere licebit: cycli enim 4. vel 5. in vtraque differentia solari semissem diei nequaquam attingunt, vt patet ex ipsa 4. Tabula. Deinde etiam si integro die aberraremus, ipsa tamen feria Neomenia errorem mox corrigit.

Exempli gratia in exemplo paulo ante post Regulam proposito pro anno Iudaico 5376. per duplices characteres inuenimus excessum solarem dierum 17. 0. 690. Defectum vero dierum 23. 3. 865 $\frac{1}{2}$, hoc est dies 17. & 23. Verum hos ipsos dies vnico characterē annis 5434. (qui parum à propositis 5376. differunt) adscripto licet colligere: Excessus enim est dierum 17. 6. 470. Defectus 23. 11. 739 $\frac{1}{2}$, in dierum ratione nihil mutans; & sic de cæteris.

REGVLA VIII.

Datam Neomeniam Tisri in diebus anni tam Iuliani quam Gregoriani definire.

PRO dato anno collige per Regulam precedentem differentiam solarē cyclicā in dieb. integris, Excessum videlicet si Neomenia in Calendario Iuliano designanda sit, Defectum si in Gregoriano; & iuxta cycli lunæ currentis directionem illum ex congrua abijce epochā in tabula epocharum, hunc vero ad suam epocham adijce, & remanebit ibi dies Calendarij Gregoriani, hic colligitur dies Calendarij Gregoriani: qui dies si cū feria data Neomenia conuenit, erit is illi, qui queritur; sin minus accipiendus est proximus, qui ratione feriæ cum data feriā conueniat.

Exemplum 1. Neomenia Tisri ciuilis anni Iudaici 5376. feria quinta statuitur, queritur cui die: ea in Calendario Iuliano siue veteri congruat. Cyclus lunæ anni dati ex Regula 2. est 18. ergo ex 29. Septembris (qui dies in tabula quinta siue epocharum in eadem linea transuersa cum Cyclo lunæ 18. in columna 3. reperitur) subtrahō dati anni Excessum solarem Cyclicum, qui per Regulam 7. dierum 17. inuentus est, & relinquitur duodecimus eiusdem mensis dies, qui in Calendario veteri in feriā 3. incidit, littera enim Dominicalis anni propositi est A. at Neomenia in feriā 5. data est, ergo ei respondet dies 14. Septembris, quæstionique satis factum est.

Sed esto eadem Neomenia in Calendario exhibenda Gregoriano. Primo iuxta Notandum 1. Regule precedentis ex anno dato 5376. annos 5359 subtrahō, vt habeam annos 17. reliquos, verum cum pro illis nullus detur Defectus solaris Cyclicus, ad epocham 22. Septembris (quæ in columna 5. tabulæ 5. Cyclo lunæ

*Exemplum pro
Calendario veteri.*

*Exemplum pro
Calendario nouo.*

18. responder) nihil addendum est. Sed quia 22. Septembris anno dato in Calendario Gregoriano non quinta, sed tertia tantum feria est (ob litteram Dominicalem D. anni propositi) ideo dies 24. Septembris data Neomeniæ in Calendario Gregoriano conuenit.

Exemplum 2.
pro Calendario
Gregoriano.

Exemplum 2. Quæritur in quem diem Calendarii Gregoriani incidat Neomenia Tisri, quæ in feria quinta anno Christi currente 5898 committitur. Defectus solaris cyclicus pro hoc anno & Calendario Gregoriano est, ut supra Notando 1. Regulæ præcedentis notauimus, dierum 19 proxime, qui additi ad diem 24. Septemb. (ad epocham cyclo lunæ Iudaico 7, anno proposito currenti debitam) diem 13. Octob. efficiunt, huic igitur diei Neomenia proposita cōuenit (ut lib. 3, cap. 16. num. 4. in Refutatione elenchi contra Caluissium in tabella annotauimus), nam & ipse, littera B Dominicali indice, feria quinta est.

Ratio Regulæ clara est. Enimvero cum Excessus, vel Defectus solaris collectus aliud non sit, quam annorū Iudaicorum, & Iulianorū vel Gregorianorū ab eadem epocha prognatorum differentia, qua uidelicet caput anni Iudaici in simili cyclo luna anno in Calendario Iuliano in antecedentia versus mensium initia, in Gregoriano vero in consequentia versus fines mensium abiit; ergo necessario per differentia illius ab epocha subtractionem, quam Regula præcipit, capitis illius siue Neomenia locus in Calendario Iuliano, per additionem vero in Gregoriano reperitur: translationes vero si qua factæ sunt, ita ut locus inuentus feriæ non respondeat, cum ipsæ triduum nunquam adæquent, ac proinde cyclum hebdomadariū transilire nō possit, recte proxima correspondens feria ipsam Neomeniā ciuile indicat.

Admonitio pro
annis valde re-
motis.

Notandum 1. Existente magna solari differentia, ita ut caput anni Iudaici limites annorū nostratium ei ex Regula 1. præstitutos excederet, cōsultenda erit Regula vltima, si annum ac diem iustum Neomeniæ propositæ in nostris Calendariis assignare volumus.

Cognita Neo-
menia Iudaica
in Calend. vete-
ri quomodo in
nouo inuenia-
tur, & contra.
Ex cognito ca-
pire anni reli-
qua festa Iuda-
ica inquirere.
Exemplum.

Notandum 2. Quod si Neomenia Iudaica iam habeatur in anno ac die alterutrius Calendarii, Iuliani nempe, vel Gregoriani, quærat autem correspondens annus ac dies in altero, propositum allequemur per consecutaria Regulæ 3, & 4. capitis decimi.

Notandum 3. Consecutus in Calendario siue Iuliano, siue Gregoriano caput anni Iudaici, reliquas Neomenias, ac festa Iudaica facile deprehendes, si qualitatē anni tam Iudaici, quam nostratis præsciueris, & Calendarium Hebræorum cum Gregoriano, vel Iuliano composueris.

Exempli gratia quærat quo die ad Calendarium Gregorianū, vel Iulianum anno currente Iudaico 5376 Iudæi memoriā Dedicationis templi à Machabæis factam celebrant. Primus dies Tisri siue caput anni incidit, ut exemplo primo vidimus, ad Calendarium Iulianū in diem 14. ad Gregorianū in 24. Septemb. anni nostratis currentis 1615. Encenia vero siue Dedicatio in Calendario Iudaico ad diem 25. Chisleu annotatur, qui in hoc anno Iudaico communi ordinato (talis enim exemplo 2. Regulæ 5. inuentus est) est dies octogesimus quartus, ut patet ex columna annorum communium ordinatorum, quæ in Calendario Iudaico quæritum locum obtinet, ergo si à die 14. vel 24. Septemb. dies 84. in nostris Calendariis numerauerimus, incidemus in diem quæsitum, sextum scilicet

ect

et vel 16. Decembris: quos dies similiter habuerimus, si ad dies anni collectos 257. vel 267. qui in columna 6. Calendarii cap. 6. propositi respondent diebus 14. & 24. Septembris in columna 4. dies 83. (vno minus datis 84.) addiderimus, numeri enim conflati 340. & 350. diebus 6. & 16. Decemb. in iisdem columnis respondent. Et sic de cæteris, obseruatis iis quæ Notando 1. admonuimus. Verū pro paschate Iudaico, cuius cognitio magis ad nostrum facit propositum, propriam dabimus Regulam.

REGVLA IX.

Pascha azymorum Iudaicum in diebus Calendarij, siue Gregoriani, siue Iuliani concludere.

Habitaper Regulam præcedentem Neomenia Tisri ciuili proxime post pascha, quod quari- Regula
tur sequentis in diebus mensium Calendarii. siue Iuliani, siue Gregoriani, tot præceden-
tium mensium dies in eadem anni ratione in vnam colligantur summam, donec ea vna cum
die Neomenia data proxime superet numerum 163. subtractis enim ex illa summa diebus 163.
remanebit dies mensis remotissimi, qui ad complendam summam dierum assumptus est, cui
pascha azymorum congruit. Alitca

Vel habita eadem Neomenia in die collecto anni Iuliani, vel Gregoriani, ab eo subtrahere
163. restabitque dies collectus eiusdem anni in quem Pascha azymorum incidit.

Exemplum. Propositum est inquirere in quem diem Calendarii Gregoriani in-
cidat Pascha azymorum anno Christi 1622. corrente. Neomenia Tisri post pa-
scha sequentis ex Regula 4. 5 & 8. feriæ secundæ diei 5. Septembris attribuen-
da est, collectis igitur diebus mensium præcedentium, Augusti nimirum, Iulii,
Iunii, Maii, & Aprilis in vna summa dies 153 habebimus, iisque additis ad diem
Neomeniæ, hoc est ad 5, fiunt 158, quæ à 163 deficiunt, quare adhuc mensis Mar-
tius dierum 31 adiiciendus est, vt ex summa 189 dies 163 subtrahi possint, quo
facto remanet 26 Martii dies Paschæ quæritus. At Caluissius noster Pascha azy- Ezechiel 1. c. 19
morum hoc anno 27 Martii futurum fingit, vt duplici calumnia Pontificios Iu-
daeos Christi interfectores in Paschate celebrando Iudeos collegas assumere posset crimi-
nari.

Vel breuius sic: dies collectus 5. Septemb. anni dati est 248, & abiectis 163.
relinquit 85 diem collectum, cum eodem 26. Martii conuenientem.

Ratio Regulæ. Diximus cap. 11. spacium temporis à Neomenia ciuili
Nisan, vsq; ad proximam sequentem Neomeniam Tisri perpetuo esse dierum
177. altero videlicet incluso termino: sequitur ergo à 15 die Nisan, quo Iu-
dei pascha azymorum semper celebrant, vsque ad 1. Tisri sequentem dies
esse 163. ac proinde dato 1. Tisri in die mensis Romani, si ab illo inclusiuè re-
tro dies 163. numeremus, numeratio proxime ante diem, qui cum die 15. Ni-
san consentiat, desinet, & si ea ultra 163. producatnr, sublatis 163. ex illo
numero, remanebit ipse dies quinto decimo Nisan respondens, in numero
ab illo termino, quousque numeratio producta est, numerato, cum igitur is
initium aliquod Romani mensis sit, patet diem mensis relinqui, in quem
Pascha incidit. Ratio vero secundi modi ex his ita clara est, vt ne ver-
bum quidem requiri videatur.

Constructio
Regulæ parti-
cularis ad pa-
schata Iudaica
in diebus Ro-
manis inueni-
enda.

Consuetudinem 1. Sequitur ex hac Regula vniuersali deduci quasdam posse par-
ticulares, quæ pluribus inferuiant seculis. Attendendū nimirum est quibus die-
bus Romanis plerumq; Neomeniæ Tisri incidant illis seculis, pro quibus Re-
gula construenda est, quod facile ex tabula epocharum colligitur, eam enim a-
liis seculis etiam accommodare docuimus; patet autem Neomenias omnes to-
tius cycli vnde viginti annorum, aut in vnum, aut in duos menses incidere, pro
illis igitur Regula condenda est. Sic quia epocha æræ Christianæ omnes vel in
senescente Augusto, vel in ipso Septembri inueniuntur, ad paschata inde dedu-
cenda pro vtroque Calendario hæc tradetur Regula.

**Regula parti-
cularis.**

Data Neomenia Tisri in die Septemb. non maiore denario adde illum ad 21.
indicabitq; summa diem Martii, in quem cadit pascha azymorum, si idem datus
dies: 0 superat, abiecto denario, remanebit dies Aprilis paschati illi congruens.
Si denique datus dies Augusti est, abiectis similiter 10 restabit dies Martii pascha-
ti azymorum dicatus.

Exemplum 1.

Exempli gratia data fuit paulo ante Neomenia Tisri in 5 Septemb. Calenda-
rii Gregoriani, quare additis 5, ad 21. fiet 26. Mart. dies azymorum.

Exemplum 2.

Item in exemplo 1. Regulæ 8. Neomenia Tisri anni Iudaici 5376. quæ hoc
anno Christi 1615. accidit, in die 14 Septembris Calendarii veteris, inuenta est:
subtractis 10 ex 14 remanent 4, ergo in 4 Aprilis hoc anno ad Calendarium
vetus Iudæis solennitas azymorum incidit.

**Ratio Regulæ
particularis.**

Ratio huius rei ex Regula vt diximus pendet vniuersali, cadente enim Neo-
menia Tisri in mensem Septembris, dies sex mensium præcedentium vsque ad
Martium inclusiue componunt simul dies 184. ex quibus si auferas 163. re-
manent 21: ergo si dies Septembris datus ex Regula vniuersali huic residuo ad-
iiciendus 10 non excedit, summa dierum remanebit intra limites Martii. Quod
si dies datus Septembris, vel Augusti 10 excedit, isque ad dies quinque mensium
præcedentium vsque ad Aprilem, vel Martium inclusiue, qui sunt 153. adicia-
tur, numerus 163. superabitur, & tot quidem vnitatibus, quot ipse dies datus de-
narium superat: ergo abiectis ex die dato denario, remanebit numerus, qui à
Calendis Aprilis, vel Martii inclusiue numeratus, dabit diem cum 15. Nisan cō-
uenientem.

Atq; hac ratione pro reliquis mensib. Regulas particulares fabricare poterim9,
exempli gratia pro Octobri, & Septembri: nam 6. menses Octobrē præcedentes
sunt simul dierum 183, & ablatis 163. remanent 20, qui Aprili debentur, & vna
cum denario numerum dierum ipsius Aprilis complent: secluso vero Aprili
quinque mensium dies erunt 153. & adiecto denario 163. ergo Regula pro illis
duobus mensibus hæc erit.

**Alia particula-
ris Regula.**

Data Neomenia Tisri in die Octobris non maiore denario, adde illum ad 20.
indicabitque summa diem Aprilis, in quem cadit pascha azymorum. Si idem da-
tus dies 10 superat, abiecto denario remanebit idem pascha in diebus Maii. Si
denique datus dies Septembris est, abiecto rursus denario, erit qui relinquitur
dies Aprilis Iudaici paschatis.

Exemplum.

Exempli gratia Neomenia Tisri in annum Christi 5898 incidens supra ex-
emplo 2. in 13. Octob. ad Calendarium Gregorianum per Regulam 8 reperta
est; ablatis ergo 10 ex 13. remanent 3. quare pascha azymorum eo anno ex com-
puto Hebraico in 3. Maii incidet, non autem vno mense citius, vt nugatur Cal-
uius.

Con.

Confectarium 2. Sequitur etiam si à feria data Neomeniæ Tisri auferatur binarius, remansuram feriam Paschatiz azymorum. diuisis enim dieb. 163, quibus prima Tisri à præcedente Paschate differt, per 7, remanet binarius; ergo feria Tisri sequentis post Pascha semper binario maior est, adscito asse si opus fuerit.

Ex feria Neomeniæ Tisri feriã Paschatiz deducere.

Confectarium 3. Patet denique, quæ ratione Pascha Iudæorum proprie dictum in diebus annorum nostratium assignandum sit, cum enim illud ex lege 14 die primi mensis, qui Nisan est, fieri debeat, sitque per præcedentia inuentus dies 15, ablato vno die, habebitur propositum.

Pascha Iudaicũ proprie dictum inuenire.

REGVLA X.

Festa Iudaica ex cyclo magno feriarum, pro quouis dato anno, siue in consequentia, siue in antecedentia, excerpte.

Habitis festis Iudaicis annorum 247, siue cycli magni integri, tam in characteribus, quam in diebus ciuilibus, vel etiam in diebus Romanis, ex eo eadem festa siue pro alio cyclo magno, siue pro vno aut pluribus annis licebit colligere: & si quidem datus annus, cuius festa inquirenda sunt, in ipso continetur vnus cycli magni recte supputati catalogo, qui aliter festa excerptenda sint, res operis non habet Regula, pro reliquis vero hanc accipe.

Adiciantur ad annum datum tot cycli magni integri, si is sit prior catalogo, vel ab eodem abiciantur, si is sit posterior, donec numerus inde natus in dato catalogo reperiat: id quod facile fiet, si in priori casu annus datus ab ultimo catalogi anno subtrahatur, in posteriori vero a primo, & relicto numero accipiat ex columna prima tabulæ tertia numerus annorum cyclorum magnorum proxime minor (annotato seorsim correspondente characterẽ columnæ quartæ, vel eius complemento in quinta) isq; in casu priori ad datum annum addatur, in posteriore vero ab eodem subtrahatur: sic enim fiet numerus annorum qui necessario in catalogo continebitur: huius anni ex ipso catalogo accipiat character Neomeniæ Tisri, & ab eo in priori casu subtrahatur character seorsim annotatus, vel si commodius visum fuerit, characteris complementum ei addatur; in posteriori vero casu eidem numero idem character addatur, vel complementum subtrahatur, & habebitur character Neomeniæ Tisri anni propositi, qui si a iam translationem ex canonibus non poposcerit, quam ipse character catalogi, idemque characteri proxime insequentis Tisri accidat, festa omnia totius anni in easdem prorsus incident, non solum dies mensis Iudaici, sed & ferias. Quod si secus accidat, & characteres inuerti alias translationes postulent; iuxta illos, ac inde natas qualitates anni, de festis ac feriis ex præmissis Regulis iudicandum erit: de diebus vero Romanis recte enunciandis, dux optima est litera Dominicalis, & Neomeniæ feria coniuncta cum solari differentia.

Exemplum 1. Esto ex catalogo festorum, quem 400 annorum in Refutatione lib. 3. c. 7 exposuimus, inquirendus character Tisri, & inde proxime præcedens Pascha azymorum Iudaicum, incidens in annum Christi currentem 1622. Primus annus tabulæ est Christi 313, qui (posset accipialius posterior, modo is annis 247, siue vno cyclo magno finẽ tabulæ præcederet) subtractus ex 1622 (est enim 1622 posterior catalogo) reliquum facit numerũ 1399, cui proxime minor in tabula 3, & columna 1 reperitur 1235, (characteris huius anni complementum, si quidẽ hoc ipso characterẽ minus, ac proinde ad operationem commodius est, videlicet hor. 4. pu. 205, annoto) & ex 1622 subtractus relinquit 387, qui omnino in cata-

logo exprimitur, & characterem Tisri præfert 2. 22. 87; ex illo igitur subtrahō annotatū complementum 0. 4. 205, & remanet 2. 17. 962, character Tisri quæsitus, incidens in annum 1622 propositum: quē eundem inuenissem, si ad 2. 22. 87 addidissem characterem 6. 19. 875, cuius complementum annotatum est. Est autem inuentus hic character Tisri diuersæ conditionis cum eo, vnde ipse prognatus est, continet enim ille prior in se nouilunium vetus, cum horæ sint 22, superantes 18, hic vero inuentus, neq; huic, neq; ulli alteri translationi subiectus est: ergo Neomenia Tisri ciuilis manet in feria secunda, & omnia festa Iudaica, ipsam in constanti illo vsq; ad Nisan semestri præcedentia, vno die ratione feriæ citius fiunt festis anni 387, quare etiam Pascha non fiet feria. vt ad hunc annum annotatum est, sed feria præcedenti, quæ est septima. Differentia porro solaris, siue lunæ anticipatio pro Calendario veteri annis 1235 competens, dierū est 4, & littera Dominicalis C; ergo feria 7 diem 21 Martii (quo Pascha Iudaicū anno 387 in catalogo præscribitur) quatrīduo proxime præcedens pro Paschate azymorum Calendarii veteris, in 16 Martii incidens, accipienda est: Additis iam ad diem inuentum diebus 10 exemplilibus fit 26 Martii, cui idem Pascha in Calendario Gregoriano congruit.

Exemplum 2. Sit ex eodem catalogo quærenda Neomenia Tisri, & ex hac Pascha præcedens in annum Christi 33 incidens. Additis his ipsis annis ad 247. catalogi annum, quem hic loco vltimi (nam & hic accipi posset) seligimus, hoc est ad annum Christi 569, fiunt 602, cui proxime minor in tabula 3 datur 494, cum complemento 0. 1. 730. quod addo ad characterē Tisri 7. 21. 883, in catalogo ad annum 527 (qui ex 33 & 494 componitur) inuentum, nasciturq; character Tisri quæsitus 7. 23. 531, eiusdem prorsus cum characterē 7. 21. 883 conditionis, quod signum est tam Neomeniam ciuilem Tisri, quam Pascha anni Christi 33 iisdem contingere feriis, quæ ad annum 527 in catalogo annotatæ sunt, & Pascha quidem feriæ 7 die 3 Aprilis calendarii veteris adscribitur, estq; anticipatio lunæ annis 494 congruens diei vnus, quæ in annis catalogum præcedentibus in consequentia numeranda est, ergo proxima feria 7 post 3 Aprilis occurrente, hoc est die 4 Aprilis, anno Christi 33 si tunc computus Habreorum in vsu fuisset Pascha azymorum celebratum esset.

Ratio Regulæ ex superioribus constat. Catalogus enim festorum vniuersi Cycli magni, se habet instar tabulæ epocharum, ad cuius characteres vel adduntur, vel iisdem subtrahuntur characteres collecti ex tabula tertia.

Notandum 1. Hanc rationem colligendi festa Iudaica tunc potissimum esse commodam, quando differentia inter catalogum datum, & annum propositum exigua est, verbi gratia vnum aut alterum cyclum magnum non excedit, eo n. in casu ex tabula 3 accipiuntur tantum complementa, quæ cū proponantur in numeris paruis, parū et exigunt subtrahendi, vel addendi laborem, & sæpe sapius nulla mutatio feriarum ratione Canonum interuenit: imo ad continuandos annorum characteres alicuius dati catalogi hæc ratio commodissima est. Enimvero per continuam additionem punctorum horariorū 905, ad characteres Tisri vnus cycli magni characteres nascuntur alterius cycli proxime præcedētis, per subtractionem vero eorundem punctorum ab iisdem characteribus characteres fiunt cycli proxime cōsequentis: atq; hac ratione facillime oēs colliguntur, quot quot voluerimus, characteres Tisri, de quibus postea, vt habeantur ciuiles Neomeniæ Iudaicæ iuxta canones Neomeniarum iudicandum erit.

Characteres
Tisri per solam
905 punctōrū
prostaphære-
ū in infinitū
colligere.

Exem-

Exēpli gratia, si à caractere Tisri anni Christi 323, siue Iudaici (hos enim pro
vfu tam huius, quam aliarum Regularum securius ad calculum assumi iam sapi-
us admonuimus) 4084, qui est 3.5.304, auferā 905, relinquitur caracter Tisri
anni Christi 570, siue Iudaici 4331, integro cyclo magno, siue annis 247 ab as-
sumpto anno in consequentia cūstantis: & sic de cæteris in infinitum, adscito vi-
delicet asse, quando subtractio fieri nequit. exempla plura ex nostra tabula 400
annorum cap. 7 lib. 3. proposita peti poterunt.

Notandum 2. Compendium hoc continuandi characteres per subtractionem, Idem compen-
vel additionem paruorum numerorum, non solum cyclo magno conuenit, sed dium per sub-
etiam in quibusdam aliis reperitur, quamuis non tam commode, cum in aliis sal-
tem reperiantur horæ. Sic quia in tertia tabula è regione cycli lunaris octauæ, siue
annorum 152, videmus characterem O. 12440, sequitur per continuam huius
characteris additionem ad alios datos characteres, verbi gratia Tisri, procreari
characteres Tisri aliorū annorum proxime post 8 cyclos lunares consequentiū.
Sic in eadē nostra 400 annorū tabula reperiemus characteres annorum ab anno
Christi 475 incipientium, superare characteres annorum ab initio tabulæ pro-
gredientium, eo, quod diximus, horarum 12, punct. 440 interuallo. Ad facilita-
tem porro continuationis characterum, constructionisque catalogi vnius cycli
magni, octauiq; parui, accedit caracter cycli parui tertii 1.1.705, additioni non
incommodus: ita vt constructio catalogi, seu tabulæ cycli magni commodissime
instituantur, si primo ex Regula 4 vnius cycli lunaris characteres colligantur, iis-
que deinde per continuam additionem 2.16.595 characteris vnius cycli vsque ad
tertium cyclum lunarem inclusiue extendantur; hi postea resumpto initio pro-
ducantur per continuam characteris tertii cycli 1.1.705 adiectionem, vel vsque
ad tertiumdecimum, vel prius ad octauum, & resumpto rursus initio per octauæ
characteris incrementum, vsque ad eundem tertiumdecimum, hoc est, cyclus
magnus integre compleatur: per huius deniq; cycli magni complementi cha-
racteris 0.0.905, perpetuam subtractionem in infinitum, vt Notando 1 diximus,
licebit progredi.

Facilis caracte-
rum vnius cy-
cli magni sup-
putatio.

REGVLA XI.

Dato anno Iudaico, annum Semitah & Iubilæum percipere.

ANum propositum diuide per 7, & si nihil super fuerit, datus annus Sabbathicus. siue Se-
mitah Hebraorū erit: Quotus vero rursus diuisus septenario, si nullū facit residuum signū
erit, eundem annum etiam Iubilæum esse. Quod si aliquid in priori diuisione remansit, id indi-
cabit quotum idem annus datus post annum Semitah locum obtineat; quod residuum addito
septuplo posterioris diuisionis residuo (si quod fuerit) dabit numerum, qui ostendet, quotus idē
annus datus post proximum Iubilæum sit.

Exemplum. Annus Iudaicus 5376 per 7 diuisus, residuum facit 0, quotum 768,
qui denuo per 7 diuisus, dat residuum 5, cuius septuplum est 35. Ergo annus iste
est Semitah, & tricesimus quintus post proxime elapsū Iubilæum.

Ratio Regulæ. Annus Semitah cum ex sua definitione sit septenarius
annus, siue ab æra Iudaica, siue ab aliquo alio septenario numerabili de-
ductus, ipse non aliter, quam per abiectionem præcedentium septena-
riorum, quod sit ea, quam Regula præcipit, diuisione priore, indagandus
fuit. Pari ratione, quia annus Iobelaus ex sua etiam descriptione
septem

Regula.

septem contineat septenarios, ex ante inuento septenariorum numero, quæ utiq; quotus exprimit, omnes septenarii reiiciendi erant, ut cõstaret an annus datus hoc numeraretur numero; ac proinde an Iobelaus esset, nec ne. Denique quando in secunda diuisione aliquid superest (de residuo enim pro annis Semitah quod dicatur non est) cum id septenarios numeret, omnino per 7 multiplicandum fuit, & residuo priori, si quod erat addendum, ut haberetur annus à proximo Iobelaus numeratus.

REGULA XII.

Tekupham Tisri Rabbi Samuelis pro anno Iudaico dato nancisci.

Regula:

Ad excessum solarem cyclicum pro integris cyclis præteritis in annis propositis contentis ex Regula 7 collectum, adde excessum solarem annalem anni expansi completi ex co'um. 3 tab. 2 excerptum. vel si annus expansus completus octauus fuerit, ab eodẽ subtrahere numerũ differentia solaris (qua in octauo anno non excessus, sed defectus est) eadem in columna inuentũ. Ab aggregato vel relicto radici loco abiciẽ dies 12 hor. 20. pu. 204. si potes, vel si non potes, hoc ipsum aggregatum vel relictum subtrahere ex radice D 12. 20. 204: Residuum enim numeratũ à puncto nouilunii Tisri per characterem inuenti, in priori quidem casu (in quo radix subtrahipot erat) progrediendo in consequentia, in posteriori vero regrediendo in antecedentia. Tekupha autumnalis Rabbi Samuelis ostendet locũ. Quod ut expedire fiat in priori casu Residuo illi adde præter diem vnum, horas & puncta characteris Neomenia Tisri anni propositi, indicabitque numerus collectus diem, & horam mensis Tisri, quo prædicta Tekupha committitur, si quidem nulla Neomenia facta est translatio; facta enim translatione tot vnitatibus dierum numerus minuendus est, per quot dies Neomenia translata est, ut remaneat Tekupha dies in mense ciuili. Quod si hic dierum numerus mensem Tisri, hoc est, dies 30 superauerit, abiciendi 30 erunt, & remanebit dies mensis Marchesuan: excedente vero hoc numero etiam mensem Marchesuan, etiam ipse abiciendus erit, ut remaneat dies mensis sequentis; & sic deinceps de aliis, si opus fuerit. In posteriori vero casu (in quo à radice subtractio facta est) idem quod supra Residuum subtrahere à diebus 30, horis etiam & punctis characteris Neomenia Tisri anni dati, remanebitque dies, & hora mensis E'ul Tekupha quesita si quidem nulla Neomenia Tisri intercessit translatio, alias tot vnitatibus dierum numerus minuendus est, per quot dies Neomenia translata est, ut habeatur dies mensis ciuilis.

Exemplum 1. Anni Iudaici 5376 solaris excessus cyclicus cyclorum præteritorum est, ut exemplo 1 Regulæ 7 vidimus, dierum 17 0. 690, quibus si addatur excessus solaris annalis annorum 17 completorum (est enim 8 cyclus lunæ currentis anno proposito) dies 7. 19 870, & ex summa 24. 20. 480 auferantur 12. 20. 204, reliquisque diebus 12. 0. 276 addantur horæ 2, punct. 804 characteris Neomenia Tisri, & dies vnus, resultabit character Tekuphæ quæ sita 13. 3. 0. Quoniã autem Neomenia Tisri ex feria 4, quam character indicauerat, propter Adu in feriam 5 translata est, ideo Tekupha Tisri Rabbi Samuelis non diei 13, quæ character præ se fert, sed diei 12, horæ 3 Tisri hoc anno adscribenda erit.

Exemplum 2. Quærat Tekupha Tisri anni Iudaici 5194. Summa excessus solaris cyclici, & annalis annorum 16 completorum est dierum 43. 13. 474, ex quibus si auferas 12. 20. 204, relinquuntur 30. 17. 270. & adiectis præter diem vnum horis

horis 21 & punctis 810 ex caractere Neomeniæ Tisri desumptis, sit caracte Tekuphæ Tisri 32. 15. 0. excedens numerum Tisri, quare abiectis diebus 3 ore-
staret dies mensis Marchesuan secundus, horæ 15. verum quia Neomenia Tis-
ri ex feria 7, propter Iah & Adu, in secundam transfertur, ideo 2 dies ex 32 abiici-
endi sunt, & sic Tekupha incidet in diem 30 Tisri, horæ 15.

Exemplum 3. Sit exhibenda Tekupha Tisri, siue autumnalis anni Iudaici 11767
cuius initium incidit in annum Christi 8006, currente cyclo lunæ Iudaico 6.
Excessus solaris cyclicus est dierum 37. 8. 1055; annalis annis 5 completis de-
bitus 24. 21. 227, à quorum summa D. 61. 6. 202 subtracta radix D. 12. 20.
204, reliquos facit D. 49. 9. 1078; qui coniuncti cum horis & scrupulis chara-
cteris Neomeniæ Tisri anni propositi, qui est fer. 3. 11. 2, & die vno additio, cha-
racterem componunt Tekuphæ quæsitæ D. 50. 21. 0. & ablato biduo, eo quod
Neomenia propter Gatrada ex feria 3 in quintam transferatur, remanebit Tek-
upha ciuilitèr in die 48 Tisri horæ 21, hoc est ablato mense Tisri 30 dierum, in
die 18 Marchesuan.

Exemplum 4. Quæratui cui diei congruat Tekupha autumnalis anno Iuda-
ico 1244, si tunc computus, & ratio Tekupharum R. Samuelis in vsu fuisset.
Excessus Solis cyclicus est D. 3. 22. 205; annalis 8 annorum completorum (est
enim cyclus lunæ currens 9) defectus D. 1. 12. 747 ab excessu demptus, relin-
quit D. 2. 9. 538 à quibus radix subtrahi non potest, quare contra à radice sub-
trahendi sunt, vt reliqui fiant D. 10. 10. 746, hi igitur subtracti à D 30, & ab ho-
ris 13. 746 ex chara tere Tisri (est enim is 6. 13. 746) accepti reliquus sit dies
20, hora 3 mensis Elul proxime præcedentis; sed facta est propter Adu per v-
num diem Neomeniæ Tisri translatio, ergo Tekupha diei 19 Elul horæ tertiæ
conuenit, initium anni 1244 proxime præcedentis.

Ratio Regulæ. Cum quatuor Tekupha Rabbi Samuelis aliud non
sint, quam 4 quadrantes anni Solaris Iuliani. vt cap. 11 Numer. 16 dixi-
mus, statuta vnius illarum, verbi gratia Tekupha Tisri, radice aliqua si-
ue sede fixa, ipsa in eadem anni Iuliani forma singulis lustris Iulianis se-
dem eandem lustrabit ac repetet; habita igitur differentia, qua anni Iu-
daici propositi initium ab ea, quam diximus, sede recessit (qua sane alia
non est, quam ipsa, quam regula colligere iubet luna anticipatio siue ex-
cessus solaris, tam annalis, quàm Cyclicus, vt patet ex ipsius tabula differen-
tiarum Solarium constructione) eaque ab eodem anni Iudaici initio in ipsa
anni Iudaici ratione numeretur, vel in consequentia, vel in antecedentia,
prout res postularit, clarum est hanc numerationem desinere in loco
Tekupha Tisri debito, qui sedi Tekupha in anni Iuliani forma collocata
exacte respondeat. Cū igitur sedes illa Tekupha à Rabbi Samuele per radi-
cem dierum 12. 20. 204 ita collocetur, vt si differentia solaris eam supera-
uerit, ipsa radix à differentia abiicienda, & reliquum ab anni Iudaici i-
nitio in consequentia numerandum sit; sequitur quando differentia sola-
ris radicem adæquat, ipsum anni Iudaici initium sedem esse Tekupha; si
vero radix maior sit quam solaris differentia, hanc contra ab illa subtra-
hendam, & reliquum retro in antecedentia numerandum esse, si iuxta

Cccc

eandem

eandē rationē Tekupha retro inquiri debeat. Quare ut numerationē hāc expediremus breuiter, eo in casu, in quo progrediendum in cōsequentia est ad horas & puncta (feriarū enim hic nulla habetur ratio) characteris Neomeniæ Tisri, quo initium anni exprimitur, reliquum illud solaris differentia in diebus, horis, & punctis completis contentū addere iussimus, sic enim dies, & hora mensis Tisri constantur, quibus completis, Tekupha autumnalis committitur; ergo ut haberemus diem mensis currentem, cuius partes essent hora inuenta, unus dies adhuc superaddendus fuit. In posteriori vero casu, in quo numeratio retro in antecedentia insituenda foret, initium anni, hoc est, horas, & puncta characteris Neomeniæ Tisri ipsos 30 dies assumere iussimus, 29 dies scilicet mensis Elul precedentis completos, & primū diem sequentis Tisri anni propositi currentem, ita ut primus dies Tisri diceretur tricesimus Elul currens, sic enim reliquum, de quo diximus, radicis Tekuphalis, existis 30 diebus, horisq; ac punctis adiunctis subtractum, necessario reliquum facit horam completam, & diem currentem mensis Elul, quo Tekupha Rabbi Samuelis commissa esset, si ea ratio tunc in usu fuisset. Denique cum dies isti Tisri, & Elul, non à Neomenia civili, sed à characterē numerati sint, ut haberetur dies civilis mensis, ideo in Regula translationis Neomeniæ ratio habenda fuit, & ut eadem Regula vniuersalis esset, ea, quæ de abiciendis mensibus in consequentia numeratis præcepimus, adicienda.

Regulæ Iudaicæ
Tekuphas R. Sa-
muelis inquiri
endi nec perfe-
ctæ, nec vniuer-
sale esse, &
quando vsui ef-
ficari incipias.

Notandum. Regulam hanc Tekuphas R. Samuelis supputandi, quam nos vniuersalem fecimus, & cuius cycli lunaris anno, temporibusq; tam præcedentibus, quam consequentibus accommodauimus, Iudæi ex translatione Iosephi Scaligeri lib. 7. de emendat. temp. edit. 2. sic proponunt: Ad sciendū Tekupham Tisri. Accipe excessum cyclorū, & anorū Tekuphæ. A toto aggregato abice excessum fictum solis (hoc est dies 12, 20, 204) Residuū conice super horas, & scrupulos nouissimi Tisri. Productū est Tekupha Tisri. Idem in omnibus, cuius ductum si sequi, iustaque differentia solari anno octauo cycli lunæ completo debita uti velimus, ea absolute, & vniuersaliter loquendo, non nisi post annum Iudaicum 4512, siue Christi 753 vsui esse potest. Nā ut radix illa ablatitia dierum 12. 20. 204 subtrahi ex collectis excessus solaris calculis possit, ipsi profecto radicem hanc, aut ad æquare, aut excedere debent, idq; ante prædictum annum non cōtingit. Esto enim inquirenda Tekupha Tisri anni Iudaici 4512. Excessus solis cyclorum integrorum, hoc est, annorum 4503 ex tabula 4, sunt dies 14. 17. 465, à quo subtractus defectus solis D. 1. 2. 747, annis 8 cōpletis ex tab. 2 debitis, remanet excessus solis D. 1. 2. 18. 758, à quo subtrahi nō potest excessus fictus solis, qui ultra 12 dies adhuc 20 horas continet.

Quod si dicas excessum solis annorum expātorum octo accipiendū esse, prout ipse à Scaligero annotatus est, addendū scilicet esse ad excessum D. 14. 17. 465 annorum 4503, excessum D. 18. 0. 46, qui octauo anno à Scaligero adscribitur, ita ut summa sit D. 42. 7. 511, & subtracta radice remaneant D. 29. 11. 307, qui cū horis 4. 466 characteris Neomeniæ Tisri componant characterem Tekuphæ D. 29. 15. 777. Respondeo hoc absurdum esse, non solum ob rationes, quas supra c.

12 num.

12 nu. 2. de hoc pseudoexcessu ptulimus, sed etiā, quia iste character Tekuphæ, & contra canonem Tekupharum horas integras non exhibet, & integro mense Tekupham iusto tardius assignat; nam præter horas abundat adhuc scrupulis; & cum Tekuphæ Tisri per omnes reliquos cycli lunaris annos circa 24 Septembris, si ad annum reuocetur Iulianum, accidere soleant, hæc circa 24 Octobris accidisse comperitur.

Dices etiam huic malo Scaligerum attulisse remedium cautela illa sua, quam Notatur Scaliger. canonis 8 lib. 1. c. 6. Can. Isag. subnectit, quæ sic se habet, *si aggregatū cyclorū. & annorum expansorum excesserit mensem lunarem* D. 29. 12. 793. *auferendus mensis est ab aggregato.* Respondeo, Scaligerum hac sua cautela non solum à Charybde sibi non cauisse, sed vitro etiā in Scyllam incidisse. Est: subtrahatur ex aggregato, quod, ut vidimus, est d. 42. 7. 511, mensis lunaris d. 29. 12. 793, relinquentur dies 12, 18, 798, & quomodo hinc auferemus radicem d. 12, 20, 204? Rursus paulo ante in exemplo secundo de anno Iudaico 5394 aggregatum excessus solaris cyclorum & annorum expansorum inuentum est d. 43, 13, 474, abiecto ergo mense lunari, remanent d. 4, 0 761, & ablata etiā radice d. 12, 20, 204, supererunt d. 1, 4, 557, quibus si addas horas 21, 810 Neomeniæ characteris Tisri, fiet character Tekuphæ dies Tisri 2, 2, 287, contra canones Tekupharum Gat, & vñd mēse iusto citius, nisi fortassis dies mensis Marchesuan intelligendi sint, de quo Scaliger neq; admonuit, neq; etiam pro annis remotiorib. Regulam sufficienter tradidit. Manet igitur firmum id, quod diximus.

Potest quidē anno Iudaico supradicto 4512 radix d. 12, 20, 204, ab excessu solari d. 12, 18, 798 subtrahi, si ipse excessus prius assumat horas 4 & puncta 486 characteris Neomeniæ Tisri, sic enim subtrahēdi veniūt d. 12, 20, 204 ex d. 12, 23, 204, ac proinde character Tekuphæ inuenietur anno dato d. 0. hor. 3, at hoc præterquam quod non est sequi ductum Iudaicæ Regulæ, paucis annis citius eam inchoare permittit; ab anno certe Iudaico 4455 ortum ducere nequaquam potest: excessus enim solaris verus ab æra Iudaica vsq; ad annum propositum dier. est 12, 14, 423, cui si addamus hor. 2, 861 ex characterē Neomeniæ desumptas, efficiemus d. 12, 17, 204 tantum, unde d. 12, 20, 204 nemo subtraheret.

Regulā Iudaicā characterē offere temporis completi.
Notandum 2, Diligentem obseruandum est id, quod præcipit Regula, Residuū nimirum illud, q. facit radicē d. 12, 20, 204, siue si ea subtrahatur ab excessu solari, siue excessus ab illa dematur, numerādum esse à puncto nouilunii per characterem inuenti tanq̃ tempus completum, non autem ut imperfectum & curres; ne incidamus in errorem illorū, qui, quādo illi residuo in consequentia numerādo addunt horas, & puncta characteris Neomeniæ, putant se confecisse characterē Tekuphæ, qui indicet diem mensis currentem, quo Tekupha confiat, & dum eū feriæ Tekuphæ, quam aliunde habent, non respondere cōperiunt, edicunt non solū se diem mensis non recte inuenisse, sed neq; ab vllō hac Regula inueniri recte posse, cum tamen error ipsorum sit, qui Regulā non recte applicant, non Regulæ. Ita Iosephus Scaliger cum hoc nō animaduertisset, misere se suis cum cautelis & scholiis in canonibus Isagogicis lib. 1. c. 6 traducit, lectoremq; nodo im-
Error Scaligeri.
 plicat, quem ne ipse quidē explicare poterat, quare non veritus est asserere, diē mensis Tekuphæ Tisri sciri non posse absq; cognitione feriæ, qua ipsa Tekupha cōmittitur: *non potes scire*, inquit in Scholiis canonis 9. libro ac cap. citato, *quora diei Tisri cōpetat Tekupha, nisi feriā Neomeniā ciuilem, & feriā Tekuphā prius tenueris*, cū ta-

men nec Regula præcedens, nec ea, quæ à Iudæis traditur, nec illa ipsa, quam Scaliger Canone 8 præmisso, quo in anno Iudaico proposito, quota die Tisri Tekupha commissa sit, scire docet, ullam prorsus mentionem feriæ Tekuphæ faciat, sed ex ea dies Tisri, iuxta characterem accepti certo habeatur, absque vlla cognitione feriæ; ad diem vero civilem, in quem Tekupha incidit, cognoscendum, aliud non requiritur, quam utrum aliqua sit, & quanta Neomeniæ translatio, imo feria Tekuphæ ex numero diei Tisri, ut infra Regula 14 docebimus, innotescit, tantum abest, ut numerus diei absq; illa sciri non possit. Ait Scaliger in exemplo canonis octauæ in Isag. characterem Tekuphæ Tisri anni Iudaici 5365 esse D. 11. 9. 0. Hoc est, ut ipse loquitur Tekupha Tisri committetur hora noctis vndecimæ Tisri, nimirum hora 3. 0. post mediam noctem. Est autem character Tisri huius anni ab ipso Can. 3 repertus fer. 5. 22. 956; ergo dies vndecima Tisri Astronomici, hoc est dies nona Tisri civilis (sit enim propter Iah & Adu translatio bidui) est feria prima, at per Canonem 9, inuenit eandem Tekupham incidere debere in feriam secundam, ac proinde characterem Tekuphæ de feria non recte concludere, quare mox edito decreto Scaligeræ sciri non posse, quoræ diei Tisri cōpetat Tekupha absq; cognitione feriæ Tekuphæ canone 9 inueniendæ, edixit: cum tamen si Residuum D. 10. 10. 124, quod remansit subtracta radice D. 12. 20. 204 ab excessu sol. 23. 6. 328, post horas 22. 956 characteris Neomeniæ, siue primi diei Tisri Astronomici, temporis completi instar numerasset, incidisset non in diem 11, sed 12 diem Tisri Astronomici, hor. 9. 0. eiq; feriam secundā, nō primam competere reperisset, neq; Regulam de inueniendo characterē Tekuphæ, ei qua feria elicitur, contra dicere sanxisse. Nostra Regula Residuo D. 10. 10. 124 addere iubet diem 1. & horas 22, 956, & sic verum Tekuphæ characterem componit D. 12. 9. 0.

2. Idem aliter pro annis numeratis in consequentia.

Regula. Ex anno Iudaico dato abiice 4047, vel ex anno Christi numerum 286. pro reliquis collige excessus solares veros cyclorum & annorum expansorum completorum, summa ad iicce tum radicem 1. 0. 501, tum horas & puncta characteris Neomeniæ Tisri, eritq; numerus collectus character Tekupha Tisri anni propositi.

Exemplum. Ex anno Iudaico 5376, qui currente hoc anno Christi 1615, incipit, aufer 4047, vel ex 1615 deme 286 relinquuntur utrobique anni 1329: excessus cyclorum his annis contentorum est D. 4. 3. 1065; annorum 17 completorum D. 7. 19. 870, quibus una cum radice 1. 0. 501, & hor. 2. 804 in unam summā collectis, oritur idem character D. 13. 3. 0, qui primo exemplo prioris Regulæ pro Tekupha Tisri inuentus est.

Ratio Regulæ. Ne frustra comportaretur, quod totum rursus abiiciendum esset, ab annis propositis abiicere iussimus annos 4047, spaciū videlicet temporis solidorum cyclorum 213, quo excessus solis excreuit in dies 12. 20. 705, qui radicem ablatitiam 12. 20. 204. superat punctis 501, quare hac puncta in radicem addititiam permutauimus: in idem enim recidit, siue excessus solis ab ara Iudaica colligas, & à summa D. 12. 20. 204 abiicias, siue prius tantum temporis ex annis ab illa ara deductis subtrahas, quantum requirunt D. 12. 20. 705, & puncta illa 501 restituas. Addidimus vero radicetiam diem unum, ut character diem Tisri Astronomici indicaret

caret currentem, non autem completum. Cetera ad Regulam priorem paulo ante exposita sunt.

Notandum 1. Cum anno octauo cycli lunæ completo differentia solis sit defectus, & ab excessu cyclorum subtrahenda, annus propositus pro quo character Tekuphæ hac Regula inquiritur, talis esse debet, vt excessum completorum cyclorum talem gignat, à quo pro cyclo lunæ currente 9, defectus 8 annorū completorum subtrahi possit; quare is saltem 4512, vel 4455, vt Notando 1. proxime præmissio monuimus, excedere debet. Obseruanda etiam sunt circa Christi annos ea, quæ ad Regulam 1. annotauimus.

Admonitio de solari defectu, de initio à quo Regula incipit, & de annis Christi.

Notandum 2. Ad imitationem Regulæ huius potuissimus nullo negotio aliā construere, qua constituta, & noua epocha in anno Iudaico, & alia radice addititia eodem semper tenore ab ipsa æra Iudaica Tekuphæ inquirerentur Rabbi Samuelis. Verum breuitati studentes hoc ipsum admonuisse, atque duplicem Regulam præmisisse, satis esse iudicauimus.

Vnam & absolutam ab ipsa æra Iudaica deductam Regulam fieri posse.

REGVLA XIII.

Reliquas Rabbi Samuelis Tekuphas obtinere.

Nactus ex precedentibus Tekupham Tisri ciuilem, adice ad eam dies 91. horas $7\frac{1}{2}$, & ex summa pro qualitate anni, menses lunares ciuiles quot pores abiice; erisque, quod relinquatur, locus Tekuphæ Tebeth. Ex hac eadem methodo Tekupham inuenies Nisan; ex Tekupha Nisan, Tekupham Tamuz, & ex hac demum, si placet, sequentis anni Tekupham Tisri reperies. Regula.

Vel pro Tekupha Nisan data Tekupha Tisri adde dies 182. hor. 15. pro Tamuz D. 273. 22 $\frac{1}{2}$. O. pro Tisri sequenti D. 365 6. numerus enim collectus in Calendario Iudaico in propria anni ratione diem mensis quasitum indicabit.

Vel habita feria (quam ex sequenti Regula discas) ad Tekupham Tebeth colligendam adde characterem fer. 0. 7 $\frac{1}{2}$. O. pro Tekupha Nisan fer. 0. 15. 0. pro Tamuz fer. 0. 22 $\frac{1}{2}$. O. pro Tisri sequenti fer. 1. 6. 0.

Exemplum. Character Tekuphæ Tisri ciuilis anni 5376. communis ordinati inuentus est D. 12. 3. 0. Tisri, adde D. 91. 7 $\frac{1}{2}$. 0. fiunt D. 103. 10 $\frac{1}{2}$. 0. ex quibus subtrahere pro tribus mensibus Tisri, Marchesuan, & Chisleu dies 89. reliquus sit dies 14. 10 $\frac{1}{2}$. 0. Tebeth, Tekuphæ Tebeth debitus: quem eundem diem in prima columna Calendarii Iudaici respondere inuenies diei 103. in columna quarta seu annorum communium ordinatum posito. Rursus adde ad 103. 10 $\frac{1}{2}$. 0. dies 91. 7 $\frac{1}{2}$. 0. vel ad D. 12. 3. 0. Tisri adde 182. 15. 0. & inuenies utrobique D. 194. 18. 0. Diei autem 194. in 4. columna respōdet dies 17. Nisan primæ columnæ, ei igitur Tekupha Nisan attribuenda est. Pari ratione inuenies characterem Tekuphæ Tamuz D. 286. 18. 0. diei 20. Tamuz anno proposito congruentem; cui si rursus D. 91. 7 $\frac{1}{2}$. 0. adieceris, & ex summa 377. 9. 0. annum Iudaicum propositū dierum 354 abieceris, reperies diem 23. 9. 0. Tisri, sequentis anni Tekuphæ locum.

Ratio Regulæ manifesta est ex definitione Tekuphæ Rabbi Samuelis cap. II. num. 16. tradita, nec opus est quicquam addere.

Tekuphas Rabbi Samuelis apte in horis, ac feriis proferre.

Regula

Hora ex Regulis precedentibus inuenta apta erunt, & Nocti adscribenda, quotiescunque numerum 12, non attingunt; cetera apta fient, si 12, abiciant, & quæ sunt reliqua, Diei adiudicentur: Habita vero Tekupha in numero dierum collecto anni, aut mensis, ab eo abice omnia 7, reliquum minus unitate adde ad feriam Neomenia: siue principii anni, aut mensis, eritq, summa abiectis 7, si ea maior septenario sit, denominator ferie, in qua Tekupha incidit.

Exemplum. Anno Iudaico 5376 Tekupha ciuilis Tisri inuenta est Exemplo 1 Regulæ 12 die 12. 3. 0. Tisri, principium vero seu Neomenia Tisri ut eodem loco indicauimus feriæ 5 conuenit, subtractis igitur omnibus 7 ex diebus 12, remanent 5, quæ addita ad feriam 5, faciunt 10, & abiecta unitate una cum septenario, relinquitur feria 2, horæ, cum 12, non adæquant, manent: ergo hæc Tekupha Iudaice definitur fieri 2, Tisri Nocte 2. hor. 3. vel Die 12, Tisri, feria 2, hora 3, noctis. Sic quia Tekupha Tebeth inuenta est paulo ante in die anni 103, siue 14 mensis Tebeth, & abiectis ex 103 omnibus 7 remanent etiam 5, sequitur, ut ante, diem propositum esse feriam 2, ac proinde cum horæ maneant eadem, Tekupham Tebeth sic scribendam esse. 14, Tebeth, Nocte 2, hor. 10½. vel die 14, Tebeth, feria 2, hora 10½ noctis. Tekupha Nisan proximo exemplo inuenta est in die 194 18. 0. siue in die 17 Nisan, abiectis omnibus 7 ex 194, remanent ut supra 5, & ex horis si 12, abiciantur, manet 6. ergo Tekupha Nisan definitur 17, Nisan, Die 2 hor. 6, vel Die 17, Nisan fer. 2, hor. 6, diei. Tekupha deniq; Tamuz inuenietur determinanda 20 Tamuz, nocte 3, hor. 1½. vel: Die 20, Tamuz fer. 3. hor. 1½ noctis.

Ratio Regulæ. Cum horæ 12 tribuantur nocti, & totidē diei, feriæque sue dies naturales Iudeorum à principio noctis incipiant, patet ratio, cur hora infra 12, nocti, supra 12, diei attribuenda sint. Deinde quia diē habemus anni ciuilis, quo Tekupha committitur ex Regula 12. & 13. & feriā diei primi ex Regula 4. & 5. ad feriā Tekupha adipiscendam aliud faciendum nobis non fuit, quā ut ab illa primi diei feria per ordinem feriarū numerarem usq, ad diem propositū, quā numerationē ut compendio cōplecteremur oēs septenarios ex die dato abicere iussimus, quo factore relinqueretur numerus, cuius prima unitas eandē denominationē cum feria primi diei obtineret, secūda aqualis esset feria diei secūdi, tertia tertij, &c. atq, adeo cuiuscunq, tandem denominationis feria primi diei esset, addito illo numero minus unitate, & abiecto ex summa septenario (ne vel primi diei feriam bis poneremus, vel denominatio septenarium excederet) necessario denominatio componetur feriæ quæ sit.

Notandum. Absoluimus proximis tribus Regulis totam Tekupharum Rabbi Samuelis doctrinam, nullibi adhibito cyclo solis Iudaico, ex quo luce meridiana cōstat clarius, frustra Iosephum Scaligerū in Isagogicis exclamare, oleū & operā eos perdere, qui in consulto cyclo solis doctrinam hanc tractauerint: Frustra igitur quod iam dixi, inquit in Schol. Canonis 9. cap. 6. lib. 1. de hisce Tekuphis, ad doctrinam Tekupharū te contuleris non adhibito in consiliū cyclo solis Iudaico, &c. Sed frustra ipsum fuisse, iam ostēdimus. Posse autem horas ac ferias Tekupharū adinuante cyclo solis ex tabella elici, non negamus, sed etiam qua arte id fiat, mox docebimur.

a. Idem

2. Idemaliter per tabulas

Cyclum solis dati anni Iudaici ex Regula 3. cognitum in tabella sexta capituli 12 inquirito, monstrabis enim is e regione sub inscriptione propria Tekupha, in area quidem feriam, in capite vero horas appendices.

Exemplum. Anni Iudaici 5376. Cyclus solis ex Regula 3 est 28, huic in tabula Tekupharum capituli 12. in quarta columna accepto, respondet in proximo ordine feriarum sub inscriptione Tisri in area quidem feria 2, in capite vero 3. N. hoc est, tertia hora noctis. Tekupha igitur Tisri anno proposito committetur feria 2. hor. 3. Pari ratione, si pro eodem anno Tekupham Nisan desideras, videbis in tertio post cyclum ordine sub denominatione Nisan eidem cyclo 28 respondere in area feria 2, in capite 6. D. hoc est, sextam dici horam, ac proinde Tekupha Nisan fiet fer. 2. hor. 6. diei. Tekupha Tamuz obtigit eodem An. fer. 3. hor. 1½. noct. & sic de ceteris.

Ratio Regule. Ordo Tekupharum similium, siue eiusdem denominationis, autumnalium videlicet, quas Tekuphas Tisri vocari diximus, hybernarum, &c aliud non est quam aequalium annorum Iulianorum cum suo bissexto (qui quarto quoque anno cum 6. horarum appendicum continuo incremento nascitur) progressus: Quare, quemadmodum in anni Iuliani ratione 28 annorum, & litterarum Dominicalium tabula instituitur, ita hic in quavis Tekupharum serie, idem 28. annorum. ordo cum suis feriis progreditur, hoc solum mutato, ut quarto quoque anno non duplex feria regnet; ut ibi duplex littera, sed talis, qua duplici unitate præcedente superet; usus vero & rationes prorsus sunt eadem: habito enim cyclo corrente anno proposito is in tabella eius Tekupha, cuius feriam desideras, inquiritur, & mox correspondens ei feria elicatur. Itaque, quod à nobis hoc loco requiritur, aliud non est, quam huiusmodi tabularum constructio: verum hac ex præmissis facillima est, cognita enim ex iis feria Tekupha Tisri primi cycli solis debita, reliqua omnia ex continuo habentur progressu, hac videlicet methodo.

Primo accepto quouis anno Iudaico, cuius Cyclus solis sit 1. quare ex præcedentibus locum, & feriam Tekupha Tisri, inuenietque semper feriam 3. horam 9. Noctis. huic igitur adice dies 365, horas 6. hoc est, abiectis omnibus septenariis, fer. 1. hor. 6. fiet pro cyclo solis 2, Tekupha fer. 4. hor. 15, noctis. hoc est, abiectis 12. fer. 4. hor. 3. Diei; sic pro cyclo 3. inuenies fer. 5, hor. 9. Diei, pro quarto vero, quia hora diem conficiunt, efficies feriam præcedentem binario superantem, videlicet fer. 7. hor. 3, noctis. Sic vnam absoluiisti Tetraeridem, quæ in ratione horarum redibit eadem, in feriis à præcedenti differet: additis enim fer. 1. hor. 6. ad fer. 7. hor. 3. fiet feria 1, & rursum hora 9 noctis, ut in primo primæ Tetraeridis anno; itaque semper addenda tantum est vna feria, & quarto anno duæ, idque in cyclis 4. 8. 12. 16. 20. 24. & 28. & sic perficies totam Tekupharum Tisri tabulam.

Secundo ad tabulam feriarum Tekuphis Thebet convenientem conficiendam Tekuphe Tisri cycli 1, hoc est, fer. 3. hor. 9. adde dies 91 hor. 7½ siue abiectis septenariis fer. 0. hor. 7½ efficies Tekupha Tebeth cycli solis 1. fer. 3. hor. 16½ noctis, hoc est, fer. 3. hor. 4½ diei: progredere iam ut ante cum Tekuphis Tisri per continuam additionem ferie

*Constructio
tabulæ 6. siue
Tekupharum.*

1. &c

1. & hor. 6, & inuenies pro cyclo solis 2. fer. 4. hor. 10.¹ diei. p cyclo solis 3. fer. 6 hor. 4.¹ noctis, ac p inde hūc annū esse qui binis crescit feriis, quare inuēta quarta Tekupha fer. 7. hor. 10.¹ noctis, horarū ordo repetēdus est, ferizq; semp vnitate augendz, & pro cyclis solis 7. 11. 15. 19. 23. 27. duabus, donec 28. annos absolueris. atque hac ratione etiam tabellulas pro Tekuphis Nisan, & Tamuz fabricare poteris: Inueniendo nimirum primo feriam & horas Tekuphæ primi cycli solis, deinde attendendo quibus cyclis conueniat binarum feriarum excessus. Inuenies autem pro Nisan & cyclo 1. fer. 4. hor. 0. & excessum duarum feriarum conuenire cyclis 1. 5. 9. 13. 17. 21. 25. pro Tamuz vero fer. 4. hor. 7.¹ noctis, & excessum duplicis feriz in cyclis 4, 8, 12, 16, 20, 24, 28.

Tertio constructis 4. tabellis particularibus expedit eas vnica comprehendere tabula, ne quater scribendi sint tam cyclosum, quam feriarum ordines, vna cum horarum quantitate; quod cum duplici ratione fieri posse animaduertissemus, ita vt sub quadruplici tantum cuiusuis Tekuphæ horarum differentia, vel vnus contineretur feriarum ordo, & 4. integri solis cycli; vel vnus solum cyclus & quatuor series feriarum, hanc ideo illi prætulimus, quod ex dato cyclo inquirenda esset feria, non autem contra ex feria Cyclosum: posito enim vno tantummodo numerorum cycli solaris ordine, facilius ille vnicus, qui quæritur numerus in aciem incurrit oculorum, quam si ipse foret quadruplex, & cum pluribus aliis permixtus. feriam vero è regione correspondentem inscriptio Tekuphæ determinat. Itaque aliud faciendum non est, quam vna in columna cyclus solis suis 28. numeris exprimendus, deinde è regione in 4. aliis ordinibus 4. Tekupharum feriz cuius cyclo conuenientes addendz, & quia absoluta Tetraetide idem semper redit horarum quantitas, ea in fronte tabulæ cuius Tekuphæ est præfigenda: atque hæc omnia à nobis obseruata vides in 6 tabula cap. 12. proposita.

REGULA XV.

Tekuphas Rabbi Samuelis in diebus Calendarii cum Iuliani, tum Gregoriani proponere.

Regula.

Habitis & littera Dominicali Calendarii Iuliani anni propositi, in quem Tekupha incidunt, & feriz datarum Tekupharum, indicabit similis feria in dies vicesimos quintos Septemb. Decemb. Martii, & Iunii incidens, vel iisdem proxima, diem Tekupha Tisri, Tebeth, Nisan, & Tamuz quæsitum: cui si dies exemptiles addideris, habebis eundem Tekupha diem in Calendario Gregoriano.

Aliter.

VEL. Adepta per 8. Regulam Neomenia Tisri in diebus vtriusque Calendarii, si ab ea inclusue dies illos numeraueris, quibus distat Tekupha ab eadem Neomenia, quique dantur per Regulam 12. & 13. incidet in locum Tekupha quæsitum.

Exemplum. Quærantur in Calendario Iuliano loca 4. Tekupharum anni Iudaici, cuius initium in annum Christi currentem 1615. incidit. Littera Dominicalis anni huius ex Regula 10. capitis 9. est A. feria vero Tekuphæ Tisri quidem Tebeth, & Nisan, secunda, Tamuz vero tertia, ex præcedenti Regula. Ergo Tekupha Tisri incidit in diem 25. Septembris, hic enim litteram B, feriz 2, indicē adscriptam habet, Tekupha Tebeth in diem 25. Decembris, propter eandem causam; Tekupha Nisan in diem 25. Martii, hic enim litteram gerit G, feriz secundæ anno 1616. (in quem Tekupha Nisan incidit) indicem, est enim F. littera Domi-

Dominicalis huius anni posterior; Tekuphæ denique Tamuz dies 25. Iunilii feria 3. datæ conuenit.

Additis hisce 4. diebus Calendarii Iuliani 10. diebus exemptilibus, fient 4. Tekupharû loca in Calédario Gregoriano, anno quidē 1615. Tisri die 5. Octob. An: vero 1616. Tebeth 4. Ian. Nisan 4. April. Tamuz deniq; 5. Iul. Aberrât igitur Error Iudæorū
Iudæi ex Rabbini huius sententia ab æquinoctio hoc nost. tēpore dieb. 14. circiter. in æquinoctio.

Vel quoniā pro eodem anno 1615. Neomenia Tisri inuēta est in exēplo 1. Regula 8. die 24. Sept. in Calendario Gregoriano, Tekupha vero Tisri eiusdē anni per exemplum 1. Regula 11. in diem 12. Tisri incidit, ergo duodecimus dies à 24. Sept. inclusive, hoc est, dies 5. Octob. Tekuphæ Tisri congruit, & sic de reliquis.

Ratio Regulæ. Tekuphas Samuelis quadrantes esse anni Iuliani sapius audiuimus, & Tekupham Tisri in 24. & 25. Septemb. incidere ex Regula 12. & Notando 3. Regula 8. discere poterimus, Cum igitur dies vicesimi quinti Sept. Decemb. Martii, & Iun. diebus 91 vel 92. qui quadrante anni proxime adæquant, ab inuicem remoueantur, dataque sit feria in quam Tekupha incidit, necessario ipsa, vel in istos dies incidet, vel p̄xime ab illis aberit. Secundi modi ratio per se ita clara est, ut mea declaratione opus non habeat.

REGVLA XVI.

Tekupham Tisri, Rab. Adda comprehendere.

Colligantur vnā in summā excessus solaris annalis Rab. Adda, cyclo lune currente vnitatem multato, hoc est, annis expansis completis in columna 4. tabulæ 2. respondens, h. r. a Regula.
& puncta characteris Neomenia Tisri, & radix horarū 3. puncto. 917. momentorum 14. numero dierū huius summa siquidem in quinarium non excesserit, addantur 24. si vero idem dierum numerus 5. superauerit, auferatur 5. eritq; numerus compositus dies mensis Elul. reliquæ vero dies mensis Tisri, quo Tekupha Rab. Adda cōficitur, hora ac scrupulo horario inuento (quæ utrobique sunt eadem) siquidem nulla Neomenia facta est translatio, aliis dies translatis ex inuento subtrahendi sunt, ut maneat dies civilis Tekuphæ: currente tamen cyclo lune 9. differentia solaris anno octauo completo respondens, ex summa quæ ex radice, & dictis Neomenia Tisri calculis, cum diebus 24. coniunctis, componitur, subtrahenda est, eritq; qui relinquitur dies mensis Elul Tekuphæ Rab. Adda deputatus.

Exemplum. 1. Anno Iudaico 5376. cui cyclus lunæ præest 18, ac proinde anni expansi cōpleti sunt 17. quibus tabula 2. in 4. columna datæ correspondentē excessum D. 7. 18. 549. 56. horæ & puncta characteris Neomenia Tisri inueniuntur 4. 804, quæ vna cum radice hor. 3. 917. 14. ad excessum prædictū addicta, dant summam dierū 83. 110. 70. & ablatis 5. à diebus 8. (eo quod 8 quinarium excedant) remanent 3. à quibus si aliam dempseris vnitatem, eo quod Neomenia vno die translata sit, remanent 2. ergo Tekupha Tisri Rab. Adda anno dato die 2. Tisri hora 3. 110. 70. committitur.

Exemplum 2. Proposito anno Iudaico 5348. differentia solaris est defectus (currit enim cyclus lunæ 9) D. 1. 13. 325. 72. characteris Neomenia Tisri horæ & puncta sunt 12. 746, quæ vna cum radice, & diebus 24. faciūt D. 24. 16. 583. 14. subtracto igitur defectu solari, relinquitur character Tekuphæ D. 23. 3. 257. 18. Elul, Tekupha tamē ob vnius diei translationē (Neomenia enim ex characterē in feriā 6. incidit prohibita) diei 22. civiliter attributenda est, ita ut verus locus Tekuphæ Tisri ex sententia Rab. Adda sit d. 22. 3. 257. 18. Elul.

L d d d

Rati.

Ratio Regulæ. Ex descriptione Tekupharū Rab. Adda cap. 11. num. 17 tradita sequitur, Tekuphas eiusdē denominationis in annis Iudaicis Astro-
nomicis, post quosvis 19. annos, siue cyclos lunares easdē prorsus repetere
sedes, & differentiā solum esse in annis intermediis, cum anni Tekuphales
sibi semper æquales sint, lunares vero in eodē cyclo non item; quare ad desi-
gnādum Tekupha locū alia nō opus erat arte, quam ut hac differētia ab in-
itio cycli tanquā ab eadem utriusq; anni epocha deducta in diebus, horis ac
scrupulis annotaretur, id nimirū quod Regula præcipit. Radix vero addi-
tur hor. 3. 917. 14. quia cum Tekupha à Nisan ortum ducant, ut haberetur
Tekupha Tisri proxime præcedens, à qua nos principium Tekupharū tra-
himus, subtrahenda erant ab illo principio Nisan duæ solidæ Tekuphae, qui-
bus Tisri Tekupha, Tekupham Nisan præuenit, quæ sunt dierum 182. 14.
1038. 62. & à principio Nisan, ac primo cycli anno retro numerati in diem
24. Elul horam 9. 41. 14. incidunt. quoniā igitur tam principium Nisan, quā
omnes lunares calculi abundant radice extrinseca hor. 5. 204. 0. calculi
vero in tabula 2. tum lunares, tum solares ab hac libera sunt, hinc caus-
sa nata est, cur, ut haberetur purus Tekupha locus, inuentus ille in die 24. 9.
41. 14. Elul hac radice liberādus fuerit, quo factō radix remansit Tekupha-
rum Tisri in die 24. Elul hora 3. 917. 14. in primo cycli lunaris anno. Con-
stat ergo ratio, cur differentias solares fundatas supra radice horarū 3. 917
14. voluerimus; & cur dies, qui 5. non excederent, ad 24. pro diebus mensis
Elul habendis, addere præceperimus: mensis enim Elul canus est, dierumq;
tantum 29 qui ex 24. & 5. componuntur, patet etiam, cur, quando dies in-
uenti 5. excedunt, 5. abiciendi, & reliqui à Tisri denominandi fuerint; idē
enim erat, siue dies inuenti ad 24. adicerentur, & ex summa 29 (mensis E-
lul) subtraherētur, reliqui, à Tisri denominarētur; siue, quod compediōsi-
us sit idē dies inuenti, mulctaretur quinario, & reliqui eandē à Tisri deno-
minationē deducerent. Denique cum Octauū anni completi in cyclo lunari
cōtenti differentia solaris defectu, non autē excessu afficiatur, ut in cōstru-
ctione tabula 2. docuimus, ea ex radice, & Neomenia calculis subtrahi de-
buit, quod cum fieri non posset, eo quod defectus ille sit D. 1. 13. 325. 72. quē
radix cum horis, & punctis characteris Neomenie cōiuncta, ad æquare nū-
quam potest, dies illi 24. qui quādo differentia solaris excessu afficitur ad-
ditionem admittunt, existente defectu necessario subtractionem pati de-
buerunt, ut relinqueretur in mense Astronomico Elul verus Tekupha lo-
cus; pro loco vero in mense civili habendo consulendā esse translationem
Neomenie, supra explicauimus.

REGULA XVII.

Reliquarum Tekupharum Rab. Adda loca prodere.

Regula

Omnis, sicut in Regula 13. de Tekuphā R. Samuelis, nisi quod hic pro quauis proxime
sequenti Tekupha colligenda, addēdi ad locum præcedens sint dies 91. hor. 7. punct. 51.
mom.

mon. 31. pro secunda sine daab. Tekuphis dies 182.14.1038.62. pro tribus D 273.22.478.

17. pro quarta denique solidus annus Tekuphalis, dies scilicet 365.5.997.48.

Vel habita feria (quam ex sequenti Regula addisces) ad Tekupham Tebeth acquirendam adde characterem fer. 0.7.519.31 pro Tekupha Nisan fer. 0.14.1038.62. pro Tamuz. fer. 0.12.478.17. pro Tisri sequenti fer. 1.5.997.48.

Exemplum. Inuenta est pro anno Iudaico 5376. exemplo 1. Regulæ 16. Tekupha Tisri Rab. Adda in die 2 Tisri, hora 3.110.70. Adde prædictos calculos, & inuenies pro quatuor proxime sequentibus Tekuphis hos dies collectos. pro Tebeth D.93.10.630.25. pro Nisan D.184.18.68.56. pro Tamuz D.276.1.588.11. pro Tisri sequenti D.367.9.27.42. Diebus vero collectis, & columna anni communis ordinati, qualis propositus est, Calendarii Iudaici acceptis, respondere videbis in prima columna dies 4, Tebeth, 17 Nisan, 10 Tamuz, 13. Tisri. horæ vero ac scrupula manente eadem.

REGVLA XVIII.

Tekuphas Rab. Adda apte in horis, ac ferijs recensere.

Omnia fiant vt habet Regula 14. quæ primo loco absque tabularum vsu proponitur.

Exemplum. Neomenia Tisri anni Iudaici 5376 ex præcedentibus est feria quinta, ergo dies 2 Tisri in quem Tekupha incidit, est feria 6. abiectis deinde ex diebus collectis 93, in quibus Tekupha Tebeth inuenta est, omnibus 7, remanent 2, quæ minus unitate ad feriam 5 addita faciunt similiter feriam 6, pro Tekupha Tebeth. & sic de reliquis: ex horis aufer 12 quando potes, & quatuor anni propositi Tekuphas sic enuncia:

2	Tisri.	N.	6.	hora	3.	110.	70.
4	Tebeth.	N.	6.	hora	10.	630.	25.
7	Nisan.	D.	6.	hora	6.	68.	56.
10	Tamuz.	N.	7.	hora	1.	588.	11.

REGVLA XIX.

Diem Calendarii Gregoriani, ac Iuliani, quo Tekupha Rab. Adda committitur, constituere.

Hoc fit per Regulam 8 eiusq; Notandum 3 habita enim Neomenia Tisri in diebus Gregorianis, seu Iulianis si ab ea inclusivè vsq; ad locū Tekupha in diebus collecti anni Iudaici, ex Regula 16 & 17 data, in Calendario Gregoriano, vel Iuliano (habita ratione diei intercalarij in anno bissexto) ipsos dies collectos numeraveris, numerationis terminus diē monstrabit, quæsitum; adhibito ad tollendam tediosam numerationem dierum collectorū compendio.

Exemplū. Neomenia Tisri anni Iudaici 5376 qui currēte anno Christi 1615 incipit, in Calendario Gregoriano diei respondet 24. Septemb. ergo Tekupha Tisri, quæ die 2 Tisri accidit, 25 Septēb: cōgruit, qui cū sit dies anni 268 collectus, cū quo cōueniat dies collectus Iudaicus 2, duos ex 268 subtrahō, & ad reliquos 266 dies collectos, Tekupha Tebeth, qui inuēti sunt 93, addo, vt efficiā diē collectū 359 anni Gregoriani, qui mihi ostēdet diē 25 Decēb: Tekupha Tebeth in Calendario Gregoriano debitū. Rursus si isdem 266 dies 184. collectos Tekupha Tebeth addidero, & ex summa 450 annū Gregorianū 1615 dierū 365 abstulero, relinquetur dies collectus 85 anni bissexti 1616, qui diei 25 Mart: pro Tekupha Tebeth cōuenit. Simili deniq; ratiocinatione pro Tekupha Tamuz diē 25 Iun: reperio. Vnde Iudæos ex Rab. Adda sentētia hoc tēpore quatrīdū spacio circiter ab æquinoctio aberrare colligimus.

Dddd 2

RE.

Annos Gregorianos, Iulianosque cum Iudaicis exacte componere.

Constructio
epochar.

Tabellæ epo-
charum expli-
catio.

VT apte quod proponitur, efficiamus, communis in primis tribus annorum formis nobis statuenda est epocha, à qua deinceps in cōsequentia, quantum libuerit, progredi licet. Esto sane illa eadem, quam supra Notando 1. Regula 7. p. Calendario Gregoriano cōstituimus, primus videlicet cycli lunaris Iudaici annus, proxime post annū correctionis Calendarii occurrēs, qui vna cum Neomenia characteris Tisri fer. 4. 16. 594. die 30. Sept. anni Christi currentis 1598. in Calendario Gregoriano incipit; in Iuliano vero eodem quidē anno, ac feria, diebus tamen 10. iuxta denominationem mensium citius, hoc est, die Sept. 20. Cōstituta hac epocha tabellā epocharum pro integro lunari cyclo eadem prorsus arte, qua cap. 12. num. 5. vii sumus, fabricabim⁹, in columna scilicet prima cyclos lunæ expansos describemus; in secunda, & tertia annos aræ Christianæ, & Iudaicæ numerabimus; in quarta Neomenia Tisri characteres ab inuento incipientes pro reliquis annis deducemus; in quinta dies Calendarii Gregoriani correspondentes eis attribuemus, hoc obseruato, vt quando character Nouilunium

Annicy cli Lu- naris Iu- daici.	Anni Chri- stiani.	Anni Iuda- ici.	Characte. menia Tisri.	Neo fer. hor. punct.	Dies mēf. Calendar. Gregoria.	Dies coll. Greg.	Dies mensis Calen. Iulian.	Dies collec. anni Iulia.	vetus continet, dies non præ- sens, sed proxime sequens ei respondeat; in
1	1598	5359	4	16 594	30 Sept	273	20 Sep	263	sexta columna
2	1599	5360	2	1 390	20 Sept	263	10 Sep	253	dies anni colle-
3 Emb.	1600	5361	16	10 186	8 Sept	251	29 Au	241	ctos præceden-
4	1601	5362	5	7 775	27 Sept	270	17 Sep	260	tibus congruē-
5	1602	5363	2	16 571	16 Sept	259	6 Sep	24	tes exhibebi-
6 Emb.	1603	5364	3	1 367	6 Sept	249	27 Au	23	mus; septima
7	1604	5365	5	22 956	24 Sept	267	4 Sep	257	deinceps & o-
8 Emb.	605	5366	3	7 752	13 Sept	256	3 Sep	246	ctaua dies, tam
9	1606	5367	2	5 261	2 Oct	275	22 Sep	265	mensis, quam
10	1607	5368	6	14 57	21 Sept	264	11 Sep	254	collectos anni
11 Emb.	1608	5369	3	22 933	10 Sept	253	31 Aug	243	pro Calendario
12	1609	5370	2	20 442	29 Sept	272	19 Sep	262	Iuliano comple-
13	1610	5371	7	5 238	18 Sept	261	8 Sep	251	temur. Regula
14 Emb.	1611	5372	4	14 34	7 Sept	250	28 Au	240	denique p. dup-
15	1612	5373	3	11 623	25 Sept	268	15 Sep	258	plici acceptione
16	1613	5374	7	20 419	15 Sept	258	5 Sep	248	annorum bimē-
17 Emb.	1614	5375	5	5 215	4 Sept	247	25 Au	237	bris formanda
18	1615	5376	4	2 804	23 Sept	266	13 Sep	256	est: Nam, vel
19 Emb.	1616	5377	1	11 600	11 Sept	254	1 Sep	244	anno ac diei

Gregoriano Iulianoue proposito assignandus erit annus, diesque correspondens Iudaicus, vel contradato Iudaico anno ac die, Gregorianus, aut Iulianus ei congruens dandus. Primum igitur efficiemus priori parte sequentis Regulæ, secundum posteriore.

Pro annis Christi, siue Gregorianis siue Iulianis datis collige ex doctrina Notandi 1. Regula 7. differentiā solarem cyclicā cyclorū completorum ab epocha constituta numeratorum. pro Gregorianis videlicet Defectum, pro Iulianis Excessum. Assumpto deinde annorum propositorum numero tanquā Iudaico, aucto scilicet annis 3761. inuentam differentiā, iuxta propriam annorum Iudaicorum qualitatem, quam cyclus luna Iudaicus per Regulam secundā inuentus indicat, à Neomenia Tisri anni propositi numera, retro quidem in antecedentia, si anni dati Gregoriani fuerint, in consequentia vero si Iuliani, computando, nimirum pro quouis anno embolismo dies 384, pro communi 554, commonstrabitque hac numeratio annum, ac diem Iudaicum, respondentem eidem diei anni Christi currentis propositi, quem epocha assumpta offert, si quidem feria consentiant, sin minus feria proxima in anno Iudaico accipienda est, qua feria diei, quem epocha in anno proposito praefert, in denominatione similis sit, eritque operatio absoluta quando ipsius epocha dies is est, cui correspondens Iudaicus exhibendus, alias differentia ab eo retro, vel ante in anno Iuliano supputanda erit vt dies quæsitus exeat.

Dato vero contra anno ac die Iudaico, inueniatur vt ante differentia solaris cyclicæ, defectus, vel excessus, prout anni ac dies Gregoriani, vel Iuliani inquirendi sunt: & assumptis iisdem annis datis, ac si Gregoriani, vel Iuliani essent, subtractis videlicet prius 3761. differentiā illam cyclicā, iuxta propriam annorum qualitatem, bissexti nempe vel communis, ab epocha, quam cyclus luna Iudaicus anni propositi in prima columna tabula præcedentis scriptus, in quinta vel septima indicat, numera in consequentia pro annis Gregorianis, in antecedentia pro Iulianis, desinet enim hac numeratio in anno, ac die Gregoriano, vel Iuliano, qui Neomenia Tisri dati anni Iudaici conuenit, si quidem feria in vnum conspirauerint, alias proxima in diebus Romanis assumenda est, habito hoc die tot post cum numerandi sunt, quot dies datus à Neomenia remotus est, vt cuius diei Iudaico congruens ex nostratibus respondeat. Numeratio porro utraque in parte compendiose instituitur per annos, diesque collectos.

Pars posterior
Regula.

Exemplum. 1. Dato anno Christi Gregoriano 2335 quæritur cui diei, & anno Iudaico eius initium, siue primus Ianuarii dies cōueniat. Annorū datorū in primis quæraturs defectus solaris cyclicus, hoc est, iuxta Notandum 1. Regula 7. subtrahantur 1598, & pro reliquis inuenietur defectus dierū 94, & cyclus lunæ Iudaicus 2. Propositus deinde annis 2335. addantur 3761, & à compositi 27096 instar Iudaici accepti Neomenia Tisri retro numeretur dies 94, hoc est, ex diebus 354 anni communis præcedentis, (cyclus enim Iudaicus 2 & annum datum, & proxime præcedentē in columna prima tabula propositæ communem esse indicat) subtrahantur 94, relinquitur dies 260 collectus anni Iudaici 27095, hoc est, dies 24 Siuan, vt videre est in Calendario cap. 12, in columna annorum communium ordinatorum, huic ergo dies 20 Septemb: (huic enim cyclus lunæ 2, in columna 5. indicat) anni dati Gregoriani 2335 congruit, si feriæ non cōtradixerint: at nos non huic, sed primo diei Ianuarii correspondentē quærimus, ergo adhuc per dies 263 (dies collectos 20 Septemb: debitos) retro numerandum est, quod facile fit, nam abiectis ex 263 diebus 260 (qui 24 Siuan conueniunt) relinquuntur 3, à fine anni Iudaici 27094 retro computandi, qui in 27 Elul incidunt, atque hic dies primo Ianuarii correspondere dicendus est, si id feriæ approbant, quod mox videbimus. Character Neomeniæ Tisri proxime post diem illū 27 Elul sequentis ex Regula 4. est 1. 14. 874. ergo ex Canone 2. Neomeniæ ciuilibis feriæ 2 deputatur, ac proinde 27 Elul præcedenti feria 6 obtingit: Anno vero Gregoriano dato 2335 quo littera Dominicalis currit B, dies 1 Ianuarii, est

Exemplum pro
prima parte, &
Calendario
Gregoriano.

Dddd 3

feria

feria 7 quare non 27, sed 28 dies Elul (qui in hanc feriam 7 incidit) anni Iudaici 27094, primo diei Ianuarii anni Gregoriani 23335, respondet: quod inquirendum erat.

**Exemplum pro
secunda parte, &
Calendario
Gregoriano.**

Exemplum 2. Dato anno Iudaico 27095, quæritur, cui diei, & anno Gregoriano eius initiū siue Neomenia Tisri ciuilis cōueniat. Sublatis iuxta Notandum 1. Regulæ 7 annis 5359 ex propositis, inuenietur pro reliquis defectus cyclicus dierum 94, currente cyclo lunæ 1. Rursus ex annis propositis dematur 3761, & reliqui 23334, sint nobis instar Gregorianorū, atq; ab eius die 30, Septemb. quam epocham cy. lus lunæ 1. in quinta columna indicat, dies 94 numeretur in consuetudine, hoc est, dies 273. (collectus 30. Septemb. Jex 365 diebus anni communis 23334 subtrahantur, vt appareat dies 92 tantum esse hoc anno residuos, ac proinde duos adhuc ex anno sequenti 23335 esse accipiendos, ita vt dies 2 Ianuarii huius anni Neomeniæ Tisri anni propositi adiudicandus sit, si feriæ consenserint. Est autem Neomenia Tisri ciuilis anni propositi, vt in præcedenti exemplo vidimus feria 2. Dies vero 2. Ianuarii anni Gregoriani 23335 feria 1. Ergo Neomenia Tisri anni Iudaici 27095 conuenit diei 3 Ian. anni Christi Gregoriani 23335.

**Exemplum pro
prima parte, &
Calendario
Gregoriano.**

Exemplum 3. Ait Caluissius iuxta Clauū determinationē anno Christi 301700. Pascha futurū in Calendario Gregoriano die 18 April. quarto die post plenilunium, quæritur cum quo anno, ac die ad Calendariū Iudaicū id cōueniat: atque in quem diem eiusdē anni propositi caput anni Iudaici incidat. Defectus solaris cyclicus ab epocha anni 1598 cōstituta est dierum 1297, cyclo lunæ Iudaicus ex Regula 2 est 17, qui in columna 5 tabulæ propositæ epocham Neomeniæ offert diem 4 Septemb: & præterea indicat annum propositum 301700 vt Iudaicum acceptū, hoc est, annum 305461, additis videlicet annis 3761, esse Embolimæum, ac proinde duos præcedentes esse communes, & tertium qui ad cyclum lunæ 14 decurrit, rursus embolimæum, &c. Itaque à Neomenia Tisri, siue principio anni 305461 dies differentiæ solaris 1297 retro numerando, per annos tres præcedētes, dies 1092 sic colligo, vt adscripti

Anni	Dies	Cyc. lu.
305461	0	17
305460	354	16
305459	354	15
305458	384	14
	1092	

calculi indicant; eos igitur à 1297 subtraho, vt sciam superesse adhuc 205 ex anno 305457 dierum 354 demendos, quo facto remanet dies collectus 149 siue primus Adar, qui epochæ anni propositi, hoc est diei 4. Septemb. congruit, si quidem etiā feriæ congruāt, differentia inter 4 Septemb. & 18 Aprilis propositū est dierum 139. (tot enim inuenies si ipsorum dies collectos, hoc est, minores 108 ex maiori 247 subtrahas) qui subtracti ex 149, die anni Iudaici paulo ante inuēti, relinquunt diē 10 Tisri, qui in feriā 7 incidit: nam character Neomeniæ Tisri anni 305457 est 4. 2. 588, ac proinde Neomenia ciuilis, siue prima dies Tisri feria quinta. Ergo dies paschæ siue 18 Aprilis anni Christi 301700 incidit ad Calendariū Iudaicū in annum 305457. diem 11 Tisri, quod est primū. Neomenia verni ipsa, hoc est, caput anni Iudaici, diei 18 April. eiusdem anni propositi cōuenit, quod est secundum.

**Exemplum pro
prima parte, &
Calendario
Iuliano.**

Exemplum 4. Esto datus dies 8. Febr. anni Christi 301694 ad Calendariū Iulianum, siue vetus cōputati, quæritur cui diei, & anno Iudaico is respondeat? Subtrahitis annis 1598 ex annis datis, pro reliquis 300096 ex Notando 1. Regulæ 7. collige excessum solarem, quem inuenies dierum 954 proxime, & cyclum lunæ Iudaicū 17. offerentē epocham Neomeniæ Tisri in columna 7 die 31 Augusti. Adde igitur annis datis Iulianis annos 3761, vt efficias annum Iudaicū 305455 quē

cycus

cyclus lunæ 11 indicat esse Embolimaū, & ab eius Neomenia Tisri dies Excessus solaris 954 in cōsequentiā per duos annos solidos, partemq; tertii numera, vt adscripta hæc formula ob oculos ponit, ostēdit enim

numerationem incidere in diem collectum 216 anni	305455	384	11
Iudaici 305457, qui est dies 19 mensis Iar, & ex epo-	305456	354	12
cha congruit, si feriis ita visum fuerit, diei 31 Augusti;	305457	216	13

verum quia non huic, sed diei 8. Februarii, qui ab eo
 differt diebus 204. congruentem inquirimus, hos 204. ex 216 subtrahimus, vt habeamus diem 12 anni Iudaici, siue mensis Tisri, qui dato diei 8 Februarii respondeat: Est autem dies 8 Febr. anni dati, quo littera D Dominicalis est, feria prima; dies vero 12 Tisri ciuilis, est feria secunda (incidit enim Neomenia Tisri ciuilis anni Iudaici 305457, vt in exemplo præcedenti vidimus, in feriam 5) ergo dies 11 Tisri anni Iudaici 305457 conuenit diei 8. Febr. anni Iuliani 301694. proposito, quod faciendum erat.

Quoniam vero eidem diei 11 Tisri eiusdem anni Iudaici 305457, per exemplum præcedens congruit dies 18 Aprilis (in quem ita prædicente Caluissio pascha Christianum incidit) anni Christi Gregoriani 301700, ex communi axioma, quæ conueniunt vni tertio, conueniunt & inter se, sequitur diem 8. Febr. anni Christi Iuliani 301694. incidere cum die 18 Aprilis anni Gregoriani 301700, id quod etiam ex Regula 3 capitis 10 colligitur, ac proinde, si æquinoctium in Calendario Gregoriano eodem hærebit loco, vt à Caluissio in suis calculis supponitur, Calendarium Iulianum aberrat plus quam sexennio; veruntamē Caluissium hunc minime puduit, & hanc tam remotam centuriam Calendarii Gregoriani cum centuria 1500 Calendarii veteris, tanquam similem conferre, & Calendarium Gregorianum plus aberrare, quam vetus certo pronunciare. Ex solari deinde differentia colligitur, Iudæos abire à Gregoriano Calendario eadem in centuria vltra tres annos cum dimidio, à Iuliano vero per duos, & semissem fere.

Triplex anno-
rum genus in-
ter se compo-
nitur.

Exemplum 5. Propositum sit Paschati azymorum Iudaico anni 305456 locū, & annum in Calendario veteri exhibere. Excessus cyclicus annorum 300097, qui relinquuntur, quando ex propositis subtrahuntur 5359, ex Regula 7 est D. 954, cyclo lunæ Iudaico 12: hos 954 dies numero retro in antecedentiā à die 19, Septemb. (quem cyclus lunæ 12 in columna 7 præmissæ tabulæ offert,) anni Christi Iuliani 301695, reli 31 ex subtractione annorum 3761 ex propositis, & incido in diem 38 anni 301693. dies enim 19 Sept. anni
 est anni 301695 dati dies collectus 262, & coniunctus
 cum diebus præcedentium duorum annorum facit
 summam dierum 992, à quo subtracti 954, relinquūt
 38, qui Neomeniæ Tisri anni Iudaici propositi con-

Anni	Dies	Cyc. lu.
301695	262	12
301694	365	11
301693	365	10

992

Exemplum pro
secunda parte
Regulæ, & Ca-
lendario veteri.

uenit, si feriæ consenseriat, Pascha vero azymorum anno proposito communi diebus 191. post Neomeniam Tisri sequitur, hos ergo ad 38 addo, & fiunt dies 229, cui respondet 17 Augusti anni 301693. in feria prima, propter litteram Dominicalem E: At Paschati azymorum feria 3 congruit, ex Confectario 2. Regulæ 9. (Neomenia enim Tisri sequentis in feriam 5 incidit, vt in exemplo 3. ostensum est) ergo decimus nonus Augusti accipiendus est. Itaque diei 15 Nisæ,

scilicet

seu azymis Iudaicis anni 30546. respondet in Calendario Iuliano dies 19. Aug. anni Christi 301693.

Ratio Regulae eadem est, quae Regula octava, nisi quod haec vniuersalior sit, dies differentiae colligat in annos, & non solum Nomen: a Tisri, aut cuius dies Iudaico correspondentem Romanum exhibeat, sed contra cuius etiam Romano Iudaicum. Regulam porro una cum exemplis ita proposuimus, ut is, cui differentia solaris natura, & officium cognitum est, mox rationem videat: etenim cum ipsa aliud non sit, quam spacium temporis in diebus datum, quo certus annorum Iudaicorum numerus ab equali numero annorum Iulianorum, vel Gregorianorum in magnitudine, siue quantitate dierum discrepat, dato alterutro numero, alter etiam datus est, qui pro dierum illorum differentia multitudine augendus, vel minuendus est, ut correspondens dies, & annus in suo genere prodeat; id quod commodissime fit per eam, quam Regula praecepit dierum differentia solaris cyclica, per proprias annorum species, qualitatesque, siue in consequentia, siue in antecedentia numerationem, praesertim cum terminum numerationis ipsa exhibeat, quam construximus, epocharum tabella. Ne autem cogeremur pro singulis annis Iudaicis propriam exquirere deficientium, siue abundantium species, perpetuo ordinatos, siue communes, siue embolimaos in simus accipere, error enim, si quis prouenire posset, dierum iuxta ferias collatio corrigit. Proposuimus vero exempla annorum remotissimorum, tum propter Caluissium, tum propter Regulam rectius explicandam; non autem quod putemus, ut maleuoli vertunt, Calendaria ad tam remota secula esse extendenda, hoc enim directe contra eum, quem nobis praefiximus, scopum est. Potuissemus denique usum Regulae pro annis praeteritis facile etiam exemplis ostendere, sicut de annis in futurum numeratis fecimus: sed hac satis esse iudicauimus.

F I N I S.

Omnia ad maiorem DEI gloriam.

—





